


6
39 M
25

COMMENTARIA
LITTERALIA, ET MORALIA
IN
HOSEAM.





Saluator mÿsticus, seu Hoseas Enucleatus. Opus à Reu. P.re Francisco de franchis Concionatore Cappucino e Vetro quod Potentię dicitur, Sacrę Teologię lectore summo studio elaboratum, subtilitate moralium conceptuum, ac Sactorum P.P. et D.D. doctrinis in expositione, tum litterali tum mistica aductis minime contemnendū

.1647.









CARVS DEO ET HOMINIBVS

Salcitiipis Fra.° Sau



EMINENTISS^{MO}, AC REVERENDISS.^{MO} DOMINO

BERNARDINO SPADA.

S. R. ECCLESIAE,

CARDINALI AMPLISSIMO;

ORDINIS S. FRANCISCI CAPVCCINORVM

PROTECTORI DESIDERATISSIMO.

TEnebrarum,& lucis infida ſocietas,vel à Mūdi embrione,obſtrepebat Eminentiſſime Princeps,quapropter, qui creabat,luci ius ſuum tribuens,non fraudauit ſuo,litigantes pro diuiſione tenebras,lucemq; à tenebris Regno perpetuo ſeparauit.Eſt lux,Verbum Patris,Mariæ puer, Saluator noſter . Prædicat ſanctisſimus Præcurſor,qui venit, vt teſtimonium perhiberet de lumine,teſtatur dilectus Ioannes,firmat ipſemet,dum ait,*Ego ſum lux Mundi*;Specus igitur,vbi natus eſt, effugiet tenebras, antri obſcuritatē deſtituet antro,in obſcuris ſolia ſtabilire putabat nefas, vndè in lumine fulgidā ſeceſſit Patriā domū, ſequè brachiis committens armati Præſulis,ibi Saluatorē præco buccinauit,vbi *Præſul adfuit diſtricto* gladio;quādoquidē circumciſo puero,vocatum eſt nomen eius,IESVS. Adeſt *Saluator* myſticus meus,illius æmulus,qui verè Saluator eſt,ijs iacet in tenebris,vbi teterrima *ingenii* mei peperit genitrix,horrens obſcura eiulat,meditatur fugā,arripit iam,ſacrū inueſtigat *aſylum*,requirit Præſulem gladio fulgentem, occurris Eminentisſime Eccleſiæ Decus , *Bernardine* Spada,proſternitur,non brachia,ſed pedes ambiēs,ibiq;Saluatoris myſtici ſempiternum nomē non deſperabit. Indigna non eſt æmulatio,vbi chariſmata meliora quis non ſuperbè æmulatur.optimi premere veſtigia virtutis inditiū eſt.nubila traſcendere eſt quietè libare. Paradisū appetere,naturę pondus eſt.Sedet in Paradiſi delitiis IESVS Saluator, Paradiſum,vel in terris ambit Saluator myſticus meus,inquirit,nō quieſcens;fameſcens odorat,gaudens inuenit,importunus expoſtulat aditum.an non omniū virtutū florentiſſimus non emicas Paradiſus,ò Eminentiſſime Bernardine,quando in te æmula gratiæ natura,quę cunctis diſtribuit ditisſima,nō inuida Amalthea tibi tribuit,quandoquidē Ingenio præcedis , Sapientia exiſtimaris Oraculum,Prudentia tua nil perit, Prouidentia nil errat, Religione omnia ſuſtentas , Maieſtate terres , Affabilitate animos deuincis , Modeſtia

mores componis, humanitate subiugas, vndè omnium te circumferunt ora, clamant q; sincerissimum iudiciorum Interpretrem, plebis Columen, Patrem Populi, improborum Vltorem, innocentum Vindicem, pauperum Propugnatorem, æquitatis Arcem, clementiæ Aram, iurisdictionis Ecclesiasticæ Atlantem, fidei Alcidem, communis salutis asylum tutissimum, omnibus charum, Dei formam. An talibus florens non emicas Paradisus? At quis ambiet, vbi concessa insignia Paradisum indicant? ibi in valuis flores cęlantibus, fulgebat gladius, nec te contemplari licet sine Lilijs, & Gladijs, vndè in te omnium virtutum florentem Paradisum latere, ambigere nemo potest. Altus est Paradisus, & humilia respicit, Deum tenet, & terram protegit. nunquid tu Eminentissimus non es, & humilem Religionem Capuccinorum respicis, Deum contemplatione tenes, & nos terram protegis. vallibus lilium illud delectatur, in quo deliciatur is, qui pascitur inter lilia, liliaq; tua, imò tu lilium, infimam nostræ Religionis vallem decorare non horruisti, vndè ad illam, sic disponente Sanctissimo Pontifice INNOCENTIO X nunc Regnante, cui, sicut & Sanctissimis Prædecessoribus omnibus, viuis per omnia charus, descendisti desideratissimus Protector. Non est qui in protectione Argicam tuam non miretur vigilantiam, in defensione labores, in amore constantiam, in negotiis maturam celeritatem, studiumq; assiduum, & in fauoribus insatiabilem famem. floribus tuis sicut odor agri pleni, spirat nostra Religio suauitatem, vndè hebetes canes sistuntur, dentibus parcunt, & blandimentis Sacro gestiunt Ordini, formidantes gladium, si virent lilium. Sisto in tuis insignibus Cardinalis Amplissime, enigmata enim loquuntur, vaticinantur futura, est purpura in candido lilio, hæc Pontificis Maximi ornamenta sunt, spei symbolum scio hunc florem, gladium, habeo à Cęlio Rodigino, Pontifici proprium. gestiunt igitur nobis Lilia, & Gladij, & Petri nunciant successorem. Præsagiunt insignia, sed firmant merita, flos indicat, sed operum fructus seruant, petit gladius, sed efflagitat iustitia, optamus nos filij tui, sed tuarum virtutum cumulus nostra desideria vsq; ad optatum fouent Accedit igitur Saluator mysticus meus ad te, quia ad Pontificem verus Saluator primos dedit passus, accipe susurrantem Orbis Imperium, cumq; non valens integra proferre verba, balbutiens ait, Mitissime Nardine, Nardum te esse memineris, & in Nardi herba, Iouis filium, à Saturni ira fotum, & absconditum: foueas, vel solo nomine, hoc enim abundat, à detractorum iaculis tibi debitum ingenioli mei partum, foueas tibi toto animo deuinctum Auctorem, qui genuflexus offert, hoc vno præmio satur, si hilari accipias vultu.

Dominationis Suæ Eminentiss. & Reuerendiss.

Additissimus Seruus

F. Franciscus à Vetro Capuccinus.

AD LECTOREM.



SCriptorum Choro, *Lector amatissime, hisce temporibus, cum ignaui quiq; ad illorum spolia cursitant, Olimpici montis, vt autumo, signari debet* Cathedra. *vt indè, mortifera diluuia detrahentium, turbines, nedum turbantes, sed dissipantes censuræ, odij gelidum hyemem, cęcaq; inuidię tonitrua gloriosiùs calcent, & terant.*

. . . . vt altus Olimpi
Vertex, qui spatio ventos, hyemesq; relinquit,
Celsior exurgens pluuijs, auditq; ruentes
Sub pedibus nimbos, & cæca tonitrua calcat.

Aliquando, quì legunt, nedum stulti sunt, sed sæui; inconsumatam autumant stultitiam, ni dehonestent sæuitia, qua nedum stigmatizant auctores, sed præfocant, linquentesq; inhumatos, putulento gutturis aere ventilant, vt fetentes; vndè illis quiescent, qui laborioso otio posteros dirigere ad vera bona cupiunt, vbi hi non viuunt. Do libenter aquilarum ingenijs hos nidos, ne inuidus serpens ad pullorum sibilet necem; eligo ipse vallium ima, tuis vt instar pedibus, gratus, benigne Lector, quandoquidem primum ingenij mei partum, rapuisti, & vix luci tuæ datum, radijs, vt rore traxisti, auidusquè, non auarus, ad irriganda peccatorum corda sparsisti. Vidi sæpius, audiui, & tuam admirans benignitatem, vel lachrymas ex imo gratitudinis fonte hauriui, Deo, tibiq; gratus, qui tot mendis ex Typographorum quorumdam, aut aliorum incuria, scatens opus tibi seruas, quodq; ob tot errata patiens deliquium, ego dum lego, ablego, tu pius colligis, & vrsina lingua formas informe. Sperabam immunem hunc tomum, ast quidam Sabatinus Impressor non minus ignauus, quàm insolens, & impatiens, incorrecta folia sæpius impressit, non verbis cum illo erat agendum, sed verberibus, verùm tamen habuit nobis debitam modestiam. accipe, & corrige Lector, tibi enim satisfacturus Typis opus concessi, à primi non distat ordine, anulos pluribus Sanctorum Patrum gemmulis ornaui, quandoquidem expostulauerunt, quibus obtemperaui, familiares. non addo apparatum, quo, vt mihi significatum fuit, dixisti inopem primum Tomum, tum quia alijs consessi, quibus addere duxi superuacaneum, tum quia Capuccinorum *paupertas renuit, sibisq; non lautis contenta, vix mappulam præparat; hanc in principio paucis versibus habuisti, sis satis. Properasset citiùs, ni valetudinis aduersa satelles obstitisset, vrgebat ad sarcinularum collectum, intimaueratq; ex hac vita discessum, at* Dei *pietas, ad pænitentiam,* Beati *Hosea precibus, quibus ex animo me commendaui, distulit lęthum. accipe affectu, non effectu cursitantem libellum, siq; aliquando non gustabis ingratum, sis gratus Illustrissimo, ac Excellentissimo Domino* D. *Francisco* C*aracciolo* D*uci* M*artina,* C*omiti Pulcini, ac* D*omino* C*astri* L*ucij, & Loci Rotundi, eiusque Excellentissima Vxori,* D*omina* D. *Beatrici Caracciolę omnibus virtutum generibus ornatis, ac hisce temporibus admirandis, qui ne diutius priuareris, Pulcini, complures folia curauerunt imprimenda, è* Salerno. *Si dabit is inducias, qui misericors cœlum dabit, alijs munerabo, interea te rogo, vt ea, qua saluti animæ meę sunt expeditiora, à Deo impetres. Vale.*



 APPRO-

APPROBATIO.



ALiàs ex impositione Adm.R.P. Ioannis à Monte Calerio iam Generalis Capuccinorum, Ego F. Ludouicus subscriptus Primum Tomum super Hosea à R.P.Francisco de Franchis nostro Capuccino, eximioq; Prædicatore, elaboratum, vidi, Typisq; dignum existimaui, nunc iubente Adm. R.P. Innocentio à Calatayerone Ministro Generali, legi Secundum Tomum, cui titulus, *Saluator mysticus, siuè Hoseas enucleatus*, gustaui suauius, excedit, non succumbit primo, scatet doctrina, conceptuum admiror subtilitatem, dicendi dulcedine pascor, sine inuidia communicari omninò decet, in Fide est tutus, & mores dignos Christiano componit, quapropter Typis dignisimum autumo, sic testor, sic fidem facio, & manu propria subscribo. Datum Panormi die 2. Octobris anni 1644.

Ego F. Ludouicus à Panormo Prędicator Capuccinus Sacra Theologię Lector in hoc loco Capuccinorum Panormi, & in Regno Sicilia Sancti Officij Qualificator,

---

SEcundum Tomum super Hosea, cui titulus est, *Saluator mysticus, siuè Hoseas enucleatus*, à R. P Francisco de Franchis à Vetro Concionatore Capuccino, inculcante Adm. Reu. P. Innocentio à Calatayerone nostro Ministro Generali, maxima, qua decuit, attentione perlegi, nihil Fidei dissentaneum occurrit, nil moribus dissonum retraxit, abundat conceptibus, redundat doctrinis, lucet, & ardet, dignus est, vt lucem videat, non tam illuminandus, quàm fidelium corda illustraturus, qui leget, me non hyperbolicum, sed sincerum firmabit testem, vndè quia sic sentio, sic fidem facio, Datum in nostro loco Capuccinorum Ciuitatis Melfiæ die 25. Martii 1645.

F. Ioseph ab Ebolo Prædicator Capuccinus, Diffinitor, & Custos, & iam in Prouincia Lucania Prouincialis Minister.



NOS

NOS F. INNOCENTIVS A CALATAYERONE MINISTER GENERALIS
Ordinis Minorum S. Francilci Capuccinorum, licet immeritus.

Tibi Reu. P. F. Francisco à Vetro Concionatori Prouinciæ Lucaniæ tenore præsentium licentiam, & facultatem concedimus, vt seruatis seruandis, librum, cui titulus est: *Saluator mysticus, siuè Hoseas enucleatus*, à Patribus doctis nostræ Religionis, quibus id commisimus, recognitum, & approbatum, Typis mandare valeas. In quorum fidem has manu nostra subscriptas, & sigillo maiori Officij nostri munitas dedimus, in loco nostro Ciuitatis Perusiæ die 25. Mensis Iulij 1645.

F. Innocentius Minister Generalis.

Locus † Sigilli.

IMPRIMATVR.

Iulius Pepolus Archidiac. & Vicarius Generalis.

Illustrissime, & Excellentissime Domine.

OPVS, *cui titulus est*, Saluator mysticus, siuè Hoseas enucleatus, *Tertium*, *&* *Quartum continens Caput, Auctore Adm. R. P. F. Francisco Ordinis Minorum Capuccinorum de Vetro Potentię, iussu Excellentię Vestrę diligenter percurri; In quo nedum legibus diuinis, aut humanis, siuè Ecclesiasticis, siuè* Reg*ijs nihil perspexi repugnans, verùm omnia penè suo modo pro Iuris vtriusq; obseruantia concinnè non minùs, quàm subtiliter, & eruditè elaborata certant. Vnde prelo absque vllo Iurium, aut morum præiudicio mandari posse censeo. In quorum fidem, &c. Datum Salerni in Conuentu nostro Sancti Francisci die* XII. *Nouembris. M. DC.* XXXXV.

Dominationis Vestrę Illustris. & Excellentiss.

Humillimus Seruus

F. Thom. de Gifono Ord. Min. Conu. Sac. Theologiæ Magist. ac Illustriss. Dom. Archiepiscopi Salernitani Theologus.

Visa retroscripta relatione. IMPRIMATVR.

Zufia Reg. Sanfelicius Reg. Caracciolus Reg. Capycius Latr. Reg.

HIERONYMI PRIGNANI V. I. D. ET VIC. GEN. CAPVTAQVENSIS
In celeberrimi Oseæ Prophetæ Expositoris, acerrimi Philosophi, profundissimi Theologi, Oratoris maximi, præconium.

ANAGRAMMA.

PATER FRATER FRANCISCVS DE FRANCHIS A VETERO ORDINIS MINORVM CAPVCCINORVM THEOLOGVS, PRAEDICATOR, CVSTOS, ET EX SENIORIBVS PROVINCIAE LVCANIAE.

N mutatur in O.

SCRIBIS, VEL EFFARIS, TV VIR PORRO MIRIFICVS, MAGNVS, OSEAE EXPOSITO, DEI ARCANA LOCVTVS, TERRA, AC AETHERE, PONTO, CVNCTO HOC MVNDO PRAEDICARIS, NVNCIARE.

SI calamo arguto SCRIBIS fęcundior, alis
Angelicis cęlos, cęlicolasquè petens;
Ore, vel EFFARIS dulci facundior, Hyblę
Cordibus instillans, pectoribusquè fauos,
TV ne iure potes VIR MAGNVS dicier Orbi
MIRIFICVS, PORRO grammate, & eloquio.
OSEE EXPOSITO cęlestis clara LOCVTVS
Summę ARCANA DEI, iussaquè sancta ferens.
PRAEDICARIS CVNCTO HOC illustris Pallade MVNDO;
Missus, & à cęlo tu NVNCIARE Pater;
Nobilis, & TERRA, felix AC ÆTHERE, PONTO,
Plectris, seu pręlis, grandis vbiquè Sophos.

EIVSDEM DECASTICON.

OSeę exponens referas penetralia cęli,
Quis non miretur edere tanta virum?
Nempè quod obscurum, velata fronte latebat,
Nunc tersa facie, clarius igne patet;
Aspera nunc referens, nunc dulcia verba reportans
Dura lenis, tollis corda lenita polo;
Et sic mellifluis repletur lectio verbis,
Vt videatur ibi flexilis ira Dei.
Ast reuocor, quid mirum, mira quod ipse facessis?
Si diuinus homo es, vel Deus huius humi.

ELO-

E L O G I V M.



D. O. M.

TIBI R. P. F. FRANCISCO VETRANO,

Præclaro Sanctorum Euangeliorum Dogmatis Prædicatori,
Erudito ab hinc non paucos annos Theologiæ Lectori,
Benemerito Venerabilium Patrum Capuccinorum in Lucania
Prouincia, in præsenti Diffinitori.

QVI PRÆCLARA HOSEÆ EXPOSITIONE,

Cuius duo sunt referta Volumina, alterum iam in
Lucem editum, alternm iam prælo præmitur,
Dum recondita Cœli, in Terris pandis arcana,
E Terris ad Cœlum NOMEN vehis tuum:

NAM LVCVBRATIONIBVS HISCE TVIS,

Non vanitatum dicteriis, non Apologorum deliramentis,
Non Poeticis palpamentis, atqui Sacræ stabili Theologiæ testimonio,
Ac scientia, sana Sanctorum Patrum doctrina,
Salubri diuinarum paginarum pabulo
Pijs animabus es adiumento,
Quo ad Cœlicas tendant sedes;

EX QVO AVREA TVBA, FERREA VOCE, PRÆPETIBVS PENNIS,

Æstuanti ex Ætyopia ad algentem Scythiam,
Tuum NOMEN, immortalitati comendando, tonat Fama;

DIVTVRNAM ERGO INCOLVMITATEM, ÆTERNAMQ. DEINDE
Sæculorum seriem

EGO F. SIXTVS A MVRO

Præfatorum Capuccinorum in prænominata Prouincia Minister Prouincialis,
E charitate actus, & debito obsequio ductus
E superis intermittenter precor, atque ardenter auguror.



IN-

INDEX MATERIERVM DIVISARVM IN ANVLIS, ET SECTIONIBVS,

Quæ in hoc Volumine continentur.



Qui

In-

Anul. 53.

Ingratitudo taxatur.

Anul. 54.

Voluptates Religionem eneruantes humanum animum trahunt ad peccatum.

Anul. 55.

Peccare insuaue est afflictionibus, & laboribus plenum.

Anul. 56.

Infrugifer peccator est, nec opera, & fructus producet salutis in peccato moras ducens.

Anul. 57.

Qui à Deo abijt, terrenis affigitur, eaquè diligit.

Anul. 58.

Non sufficit latens asylum dum peccat peccator, stat in aperto inuerecundus, & impudens.

Anul. 59.

Impunitos cum relinquit Deus peccatores, graue infortunii genus est.

Anul. 60.

Ignobilitatis, & dedecoris cauterio inuritur homo, cum peccat.

Anul. 61.

Corripiatur peccator, sed abscondatur ab aliorum oculis peccatum, sitq; correptio mellita.

Anul. 62.

Recedentibus à Deo secularibus, non currat ad secularia mens nostra, quandoquidem grauiora sunt agnoscentium magis Deum peccata.

Anul. 63.

Consortium malorum vitandum est.

Anul. 64.

Præmittat Dei voluntatem qui eligitur in Prælatum, assumatur, non ingrediatur ad honores.

Anul. 65.

Ingratitudo nec aspiciatur.

Anul. 66.

Currit ad peccatum impius semper vilis.

Anul. 67.

Pœnas dat etiam in hac vita peccator, sed pœna humiliatur, & pergit ad gloriam.

Anul. 68.

Qui in delitiis pascuntur, destinantur ad mortem.

Anul. 69.

Mala conuersatio bona destruens, ducit ad peccatum, vndè vitanda

Anul. 70.

Si Deum non receperimus, tandem fastidiens derelinquet nos.

Anul. 71.

Vitio Principum corruit populus, & peccante Prælato, innocens non est subditus.

Anul. 72.

Peccatum ignominiam parit, & aufert lætitiam.

Anul. 73.

Dæmon ligatum tenet peccatorem, qui vel tunc superbus, in cætera peccata ruit, terræq; affigitur, sed citius punitur.





Index Sectionum Cap. 4.

Finis Indicis Annulorum, & Sectionum.



CATA

CATALOGVS

DOCTORVM

In hoc Libro allegatorum.



A.

ALBERTVS Magnus.
Alexander Monachus.
Alciatus.
Alcuinus.
Alphonsus Orzes.
Alphonsus de Auendano.
Algerus.
Æligius.
Aloisius Lippomanus.
Aluarez.
D. Ambrosius.
Ambrosius Calepinus.
Anastasius Episcopus Nicenus.
Andreas Cesariensis.
Angelus Cistercensis.
D. *Anselmus.*
Antiochus *Brondius.*
D. *Antonius Patauinus.*
Antonius Abulensis.
Antonius *BroieKhunia.*
Aponius.
Arias *Montanus.*
A*ristophanes.*
Aristoteles.
Arnoldus.
D. Athanasius.
Athenagoras.
Auctor *Operis imperfecti.*
D. Augustinus.
Aureolus.
Ausonius.
Æschilus.

B.

BArtholomeus Medina.
D. Basilius Magnus.
Basilius Seleucensis.
Beda.
D. Bernardinus Senensis.
Bernardinus Bustus.
D. Bernardus.
Boetius.
Bodon.
D. Bonauentura.
S Brigitta.
S. Bruno.

C.

CAietanus.
Alpurius.
Camerarius.
Cassiodorus.
Celius Rodiginius.
Cerda.
Cesarius Arelatensis.
Cicero.
Chrisippus.
Christianus Druthmarus.
D. Cyprianus.
D. *Cyrillus* Alexandrinus.
D. Cyrillus Hierosolimitanus.
Claudianus.
Clemens Alexandrinus.
Concilium Turonense.
Constantinus Manassen.
Cornelius à Lapide.
Cornelius Gesnerus.

D.

D. Damascenus.
Diadocus Episcopus.
Didacus Baeza.
Didacus Stella.
Didacus Vega.
Didimus.
Dionisius Areopagita.
Dionisius Carthusianus.
Dioscorides.
Rabbi Dauid.
Drogo Episcopus Hostiensis.

E.

ECKbertus Abbas.
Dmundus Episcopus Cenomaniensis.
Elias Cretensis.
Ennodius.
S. *Ephrem.*
Euripides.
Eusebius Gallicanus.

F.

FAzellius Historicus.
Ferdinandus Peralta.
Ferdinandus Quirinus.
Figuerius.
Florus.
Fortunatus.
Franciscus Ossunensis.
Franciscus Ribera.
D. *Fulgentius.*

Ga-

G.

Gabriel Biel.
Galenus.
Gaspar Sanctius.
Gennadus.
Georgius Venetus.
D. Germanus Episcopus Constantinopolitanus.
Gerson.
Ghislerius.
Glosa diuersa.
D. Gregorius Nazianz.
D. Gregorius Magnus.
D. Gregorius Nissenus.
D. Gregorius Taumaturgus.
Gregorius Pyside.
Guarricus Abbas.
Gulielmus Neobergensis.

H.

Haymo.
Heruandus.
Hidelbertus Episcopus Cenomaniensis.
D. Hieronymus.
Hieronymus Rusccllius.
Hieronymus Guadalupus.
D. Hilarius.
Honorius Imperator.
Hoperus.
Horatius Venustinus.

I.

Iacobus Vitriacus.
Ansenius.
Ignatius Martyr.
Innocentius Tertius.
Ioachimus Abbas.
Ioannes Taulerus.
D. Ioannes Chrysostomus
Ioannes Cartagena.
Ioannes Lopez Episcopus Monopolitanus.
Ioannes de Rinaldis.
Ioannes Satisberiensis.
Ippocrates.
Isidorus Clarus.
Isidorus Pelusiota.
Iulianus Toletanus.
Iulius Obsequens.
Iustus Lipsius.
Iustus Origelitanus.

K.

Rabbi Kimbi.

L.

Lactantius Firmianus.
Laertius.
Landulphus.
D. Laurentius Martyr.
Laurentius Cisterciensis.
D. Laurentius Iustinianus.
Laurentius Nouariensis
Lauretus.
D. Leo Papa.
Leonardus Vtinensis.
D. Linus.
Lucanus.
Lucianus.
Lucius Apuleius.
Ludouicus Carnaiolus.
Ludouicus Legionensis.
Ludouicus Pontanus.

M.

Maldonatus.
Arcellinus.
Marcus Heremita.
Marinus Mersennius.
Marsilius Ficinus.
Martinus Doizanus.
Martinus Vuirtzbius.
Mattiolus.
D. Maximus.
Melchiades Papa.
Mercurius Trimegist.
Michael Aiguanus.
Michael Perez.
Moyses Barcephas.

N.

Nicetas.
Nicolaus Gorranus.
Nicolaus Acomitius.
Nicolaus Caballius.
Nicolaus de Lyra.
Nicolaus Truncler.

O.

Oleaster.
Oppianus.
Origenes.
Orpheus.
Ouidius.

P.

Paschasius.
D. Paulinus.
Paulus Manutius.
Paulus Scaligerus.
Petrus de Alciato.
D. Petrus Chrysologus.
Petrus Cellensis.
Petrus Damianus.
Petrus Pictauiensis.
Petrus Commestor.
Petrus Rongus.
Philippus Massa.
Philon.
Philostratus.
Pierius.
Pineda.
Pithagoras.
Plato.
Plautus.
Plinius.
Plutarcus.
Policarpus Episcopus.
Psellus.
Primasius.
Procopius.
Procorus Discipulus Sancti Ioannis Euangelistae.

Q.

Quintius.

Ra-

COMMENTARIA IN HOSEAM PROPHETAM.

CAPVT TERTIVM.



TEXTVS.

Editio Vulgata.

Et dixit Dominus ad me: adhuc vade, & dilige mulierem dilectam amico, & adulteram: sicut diligit dominus filios Israel. Et ipsi respiciunt ad Deos alienos, & diligunt vinacia vuarum.

Sanctes Pagn.

Et dixit Dominus ad me: Adhuc vade, dilige mulierem dilectam ab amico, & adulteram, secundum dilectionem Domini ad filios Israel. Et ipsi respiciunt ad Deos alienos, & diligunt Dolia vuarum.

Transl. ex 70.

Et dixit Dominus ad me: Adhuc vade, & dilige mulierem diligentem mala, & adulterã: sicut diligit Deus filios Israel. Et ipsi respiciũt ad Deos alienos, & amãt toctiones cum vuaeijs.

Vatab.

Et dixit Iehouah ad me; Rursum vade, ama mulierem dilectam amico, & adulteram, sicut diligit Iehouah filios Israel. Ipsi autem respi- C

A *ciunt ad Deos alienos, & amant lagenas vuarum.*

Editio Chald.

Et dixit Dominus mihi: Rursus vade; Propheta prophetiam super domum Israel, qui similes sunt mulieri viro suo dilectæ, quæ fornicatur contra eum: & nihilominus diligit eam, nec vult repudiare illam. Sic est dilectio domini in filios Israel. At ipsi respiciunt, ac sequuntur idola gentium. Veruntamen si conuertantur dimittetur eis, eruntque similis viro per errorem peccanti, & ex vino verbum B *dicenti.*

Paraphrasis Christoph. Castri.

Dixit vlterius Dominus mihi: Vade adhuc, & facto tuo ostende plebi Israeliticæ supplicium, quod luitura est, propter suam idolatriam: Dilige, & in domicilium tuum suscipe mulierem dilectam viro suo, sicut diligit dominus filios Israel, sed adulteram; sicut ipsi filij Israel tamquam adultera, oculos conijciunt ad Deos alienos, & despecto pratioso vino meo, diligunt sicca vinacia vuarum.



Stat vbilibet patiẽtiæ exemplum Deus: at in capite hoc tertio Hoseæ, lucidius eius emittit radios, emicat fulgentius; hic enim, erga ingratos, opera manuum suarum colentes, mox beneficus, mox misericorditer iratus, adulteræ synagogæ, totiusque populi Israelitici ambit societatem. Dicã cum Diuo Cypriano. *Qualis verò Deo, & quanta patientia; quod in contumeliam sua maiestatis, & honoris.* Sustinet in tanta patientia vasa iræ Deus, vt vel honori suo detrahere videatur: quod digessit Tertullianus lib. de patientia, dicens. *Sustinet ingratissimas nationes, ludibria artium, & opera manuum suarum adorantes, nomen cum familia ipsius persequentes, luxuriã, auaritiam, iniquitatem, malignitatem quotidiè insolescentem; vt sua sibi patientia detrahat: plures enim dominum idcircò non credunt, quia seculo iratum tamdiù nesciũt.* Adest ante oculos nostros patientissimus amor in adulteram, quam in Hoseæ capite tertio aspicere, ita licet, vt, vel cæci intueantur.

D. Cypr. lib. de patientia.

Tertull. l. 8. de pat.

Deus ita patiens, vt sua sibi patientia detrahat.

COMMENTARIVM iuxtà literam.

ET DIXIT DOMINVS, &c.

Alifera est isthæc dilectio; dicente Domino ad Hoseam Saluatoris nostri speculum, *Vade, & dilige mulierem dilectam, amico, & adulteram.* Non sistit in nubibus, transuolat æthera; vnde haud facilis est in diligẽdam obtutus. Quapropter, quis sit Capitis huius germanus sensus, non est, qui certò audeat affirmare

Adultera ab Hosea dilecta, qua nam fit.

A Doctorum, nec digito signant mulierem hanc adulteram. Aiunt plerique, hanc quandam esse mulierem, coniugalem thorum dilapidantem, quæ spreto viro suo, ad cænosi adulteri maculatũ inhiabat lectum; vndè, & vir stabilito diuortio spernebat eam. Ad hanc mittitur Hoseas, vt amet, nec tamen ei copuletur, sed trahat ad mentem, ducat ad pœnitentiam, seruetque domi, vt ancillulam.

B Alij, hanc non quamuis astruunt mulierem, sed sororem Gomer, quæ post adulterium transiuit ad nuptias Hoseæ; & aiunt, respondere hãc prophetiam illi Ezech. cap. 23. vbi diuisum populum Israeliticum in decem, & duas Tribus, alteram partem sub nomine celat Oollæ, alteram Oolibæ. Tertiæ autem classis Doctores, hanc fuisse eandem Hoseæ vxorem affirmãt, scilicet Gomer. His

C adhæreo. Gomer etenim, haud contenta marito, accurrẽs ad mores (erat nãq; in fornicationũ cęno nutrita) accessit ad adulterum, cuius consuetudine fortè prius delectabatur, vnde, ait Deus, *Vade, dilige dilectam amico*, idest, illi viro, cuius consortio peculiariter, cum prius esset fornicaria, vrebatur. Et quidem respondet isthæc explicatio intentioni prophetiæ; etenim ad synagogam dirigitur,

D quæ prius in Ægypto nõ fuit immunis ab idolatria, sed tunc Deo minimè erat nupta per legem; demum tabulæ dotales legis intercesserunt, fuitque Deo desponsata, non tamen in fide stetit, sed abijt, ac in Idolorum sinum lapsa est. In Ægypto, vbi ei vir non erat Deus, per maritalem legis libellum, fornicabatur; post eductionem de Ægypto, vbi in sponsalitium Dei transijt, & recessit infida

post

post Idola, adulterij traxit maculam; vnde dicitur, *Vade, dilige dilectam amico, & adulteram.* Multa vitat inconuenientia isthæc assertio, quæ aliæ difficulter effugiunt. Cur enim alienā vxorem in matrimonium accepisset Propheta sine peccato? Cur demum adduxisset, vel in ancillulam, adulterā, sine scandalo, degens apud populum, vel bona opera censurantem? Cur vetuisset, bis nubens, incontinentis opprobria? Gomer igitur fuit adultera isthæc, quæ sponsa Hoseæ, thorum sācti Prophetæ violauit, vti, totus Israel, & synagoga tota, quæ post sponsalia cum Deo, post celebratas nuptias, post acceptum dotis libellum, legē scilicet, Dei digito sculptam, ab amantissimo Deo, post Idola prosiliuit. Nec tamen Dei amor refriguit, sed iniuriæ oblitus, auersam beneficijs ad se adducere conatus est, dicens: *Vade, & dilige.* Adultera hæc, scilicet idolatra synagoga, quæ relicto vero Deo, ad idola maturabat, diligebat vinacia vuarū, idest afferebat munera Dijs gentium; quæ munera, iuxtà aliquorū sensum, erant quædam placentæ, siue offulæ, ex flore farinæ, & vuis passis confectæ. Hinc 70. interpretes transtulerūt, vinacia, idest coctiones cum vinacijs; ait enim Cyrillus. *Talia siquidem pemmata, dæmonibus in sacrificium offerre consueuerant.* & Diuus Hieronymus. *Pro pemmatibus, quæ 70. transtulerunt, & comeduntur cum vuis passis, siue vinaciji; placentas, latinè possumus dicere, vel crustulas, quæ idolis offeruntur.* At Teophilatus, vinum ex folliculis vuarum, dicit vinacia idolorum: etenim Sacerdotes, auaritiæ semper aglutinati, aduentantem turbam ad sa-

D. Cyrill.

D. Hieronym.

Theophilatus.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A crificia, non vino potabant, sed aqua, qua diluerant vuarum folliculos, ex quibus vinum purum fuerat iam iam expressum. Alias addunt interpretationes alij, quæ ex trāslationibus supra adductis, eruuntur.

Auaritia Sacerdotū, quoperuenerit.

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS I.

B

Deus qui amor est, nescit non amare, vel peccatores.

ET DIXIT DOMINVS, ETC.

DEtestandum, fugiendumquè monstrum est peccatum, nil non est salutis, quod exitiosè non deuoret. *Crimina,* dixit Tertullianus, *exitiosa; crimina, deuoratoria salutis.* suomet nomine iudicio destinantur; illo, inquam, quo à Deo expelluntur, priuantur cęlo, ac chaos dissipantur à gloria. Vel criminis suspectus Petrus Apostolus, cum sese Regulā signabat diuinæ volūtati, quę omnium regula est, passus est exilium à Dei facie; missus fuit velut Christi obtutus, ac pietatis indignus, post terga; dum auertenti à calice, quē ei Pater dederat, dixit Iesus, *Vade post me Satana.* exulabit etenim peccator ab illo vultu, in quem respiciētes Angeli, præter illum, quem respiciunt, aliud concupiscere non possunt. quod firmauit Gregorius Theologus, oratione funebri Basilij, vbi dixit peccatū, *exilij voraginem.* Quid igitur est, quod Typus veri Saluatoris, Saluator mysticus Hoseas, ad mulierem mittitur adulterij fędatam macula, accepto præcepto, vt eam diligat, quę luxurię stercore con-

Tertull. l. de idolat.

Crimina deuoratoria salutis.

C

Matth. 16. 23.

D

Peccator a Christo exul.

D. Greg.

spurcata, quatriduano cadauere, foetebat magis: Et dicit ei Dominus. *Adhuc, vade, & dilige mulierem, dilectam amico, & adulteram.* Scrutabor è coelis coelicum praeceptum. Accessit ad Iordanem baptizandus Iesus, coegit ad ministerium Ioannem Baptistam, suscepit immaculatus ab illo, qui à macula non fuit immunis, lauacrum: Aspexit è supremo coelorum filij baptisma Pater, aperuit, disrupitque coelos, misit in columbae specie Spiritum sanctum, qui raptissimo volatu, ad Christum accessit, mansitque super eum. Ecce, inquit Matt. cap. 3. *aperti sunt ei cęli, & vidit spiritum Dei descendentem, sicut columbam, & venientem super se.* scrutatur baptismum Iesu, qui baptismo, & pęnitentia non indigebat, Maldonatus; & ait, idcirco ad baptismum Ioannis accessisse Christum, vt peccatoris personam indueret. *Vt peccata nostra in desertum, sicut olim hircus deportaturus, in pęnitentia, & peccatorum baptismo, peccatoris personam indueret.* Induit peccatoris personam Christus Dominus, apparuitque peccator, qui, (vt inquit Apostolus) peccatum non fecit. O, quid tunc, disrumpũtur coeli, pręcipiti volatu accedit Spiritus sanctus, in specie columbae; quia teste Maldonato, amantissimum animal est columba. quia igitur, nescit, non amare peccatores Deus; ideo, vbi apparet, assumitque omnium peccatorum personã, immaculatus Christus, descendit vt amor, Spiritus sanctus. Eruditè ac piè Rupertus de operibus Trinit. *Quare in primo aduentu suo, vidit Rex iste spiritum Dei descendentem, sicut columba, & venientem super se? nimirum, quia veniebat, tunc nobis, in mansuetudi-*

Math. 3. 16.

Maldon. in Math.

Christus cur baptizetur.

1. Petr. 2. 22.

Spiritus sanctus cur in columbę specie venerit super Iesum.

Maldon.

Rupert. in Euãg. l. 1. c. 18.

Amat peccatores Deus.

A *ne, in multitudine misericordia; quia veniebat spiritus pietatis, peccatores non condendare, sed ad pęnitentia inuitare.* Cum peccatoris formã accepit Christus, tunc vt amãs aũis; ei adhaesit Spiritus sanctus, qui ad peccatores rapitur, vt misereatur. Amat etenim Deus, nedum iustos, sed peccatores. Cũ nimio succensus amore, dilexit, postquã dilexisset suos vsq; in finem, Christus, tunc discipulorum pedes loturus, accessit ad Simonem Petrũ.

B Adnotat reliquias gestorũ Christi Ioannes, cap. 13. & ait, *Venit ergo ad Simonẽ Petrum; & dicit ei Petrus. Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit ei Petrus; Non lauabis mihi pedes in ęternum. Respondit ei Iesus: si non lauero te, non habebis partem mecũ. Dicit ei Simon Petrus.* calculo cuncta submictenda censeo: etenim, in narratione nominis clauicularij coelestis, non vnisonus est Ioannes Euangelista: cum enim, ad eum accedit Iesus, tunc

C Simonem nominat, & Petrum; cũ Christo obstitit, tunc Petrũ agnoscit, Petrumque nominat. Quid varietas isthaec designat? Vbi Petrũ agnosco, cordis lapidei, quod peccatorem pręseferre solet, memini: Vbi in medium affertur Simon, qui obediens interpretatur, praeceptis Dei obsequentem animam licet intueri. En, Christus,

D cũ amoris sui flãmas, vel in vndis ardere volebat; quid ni, ad Simonem fortè venit ad obedientẽ, ad mollem animã, ac Dei amore liquefactã? nequaquã, certè; sed ad Simonẽ Petrum, ad iusti, & iniusti symbolũ, ad innocẽtis, & nocẽtis figurã; vt & iustũ, & peccatorẽ à Deo amari doceamur. Huc spectauit Arnoldus de septẽ verbis Domini, *Iustũ, & impium simul cõplectitur; alterum, vt stet, alterũ, vt resur-*

Io. 13. 7. 8.

Christus cur discipulorũ lauerit pedes.

Iustum, & peccatorẽ diligit Deus.

Arnold.

reſurgat Ex quibus,cur in adulteræ amorē feratur,cōperio. Amás, & ipſe amor Deus eſt,amorq; infinitus;cōplectitur propterea omnes,& ſi peccatores. Vndè,ait. *Adhuc, vade, & dilige, &c.* audiatur Teodoretus. *Rurſus, Deus Prophetam hortatur,vt mulierem adulterã, & in ſceleribus verſantem diligat;vt iterum per re oſtendat imaginem,& effigiem,ſummi erga indignos, diuini amoris.*

Teodoret.

ANVLVS II.

Indefeſſus ſtat Deus, vt errantem animam,ad ſe alliciat,& trahat.

ET DIXIT DOMINVS, &c.

VEnit ad noſtra Deus,vt delicias ſuas expleret (ſi ita loqui fas eſt, vndique enim delicijs affluit) cùm hominibus,in orbe terrarũ. At adſtupeo,vix .n. Iordanē turbis,vel magis redundantē,quàm aquis, tetigit, vix baptizatus ex illo aſcendit, & deſerta petiuit. ita Math. *Ductus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu.* Cur adinuentis delicijs non fruitur? cur non non gaudet? cur conſortij hominum ſolatia non deguſtat? Dicerem ipſe: guſtare volebat, moraretur delectabiliter cùm peccatoribus ad pęnitentiam accedentibus,at ducit alio Spiritus ſanctus, qui fortè illuc aduenit, vt amantem hominum Chriſtũ paulisper ab hominibus auerteret; quos nō relinqueret, niſi veluti à Spiritu ſancto coactus.

Math.4.1

Spiritus ſãctus acceſſit ad Chriſtum, vt paulisper ab hominũ conſortio ſeparet.

Aſt,aliud contemplatur in regreſſu hoc in deſertum Simon de Caſſia. Nullus accedentē ad Iordanē Chriſtũ coluit, intuitus fuit nemo; quapropter in ſignũ, q; ab

Simon de Caſſia l.4. c. 4.

A hominibus derelictus erat Chriſtus,homines dereliquit,& deſertum petijt:non enim,cum non recipientibus permanet Filius Dei: ſe derelinquentes derelinquit. Vndè Simon. *Verè deſertus ab hominibus,in deſertum vadit,* hinc excogito,cur adulteram hanc non dereliquerit? cur non abhominatus fuerit?cur non euomerit? ſed nequaquam primis auxilijs contentus, ad alia peruolet, dicens,

Chriſtus ab hominibus derelictus, deſertũ petit.

B *Adhuc,vade;* ac ſi dicat.O Propheta;in cuius manu aſſimilor ipſe, qui Deus ſum; etſi prius fornicãtem deſponſaueris, non ſiſto hic, video adulteram ſponſam, voca illam,retrahe à peccato: *Adhuc, vade.* Vertã ad duos montes oculos,Deiquè mores aucupabor. ſit primus altiſſimus cęlorum,in quo Ieruſalem ciuitas ſuperbit. Fugiebat minis Eſau territus Iacob Meſopotamiam,ac pacifico pacis

C ciuitas patefacta eſt. Vidit mente ad diuina excedens ſcalam è terra pertingētem cęlum, (nec enim cęli aſcenſus denegandus erat illi, qui vt incentiua fugeret odij, Patrem; & patriam derelinquebat.) *Vidit in ſomnis ſcalam ſuper terram, & cacumen illius tangens cęlum, Angelos quoque Dei, aſcēdentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ.* Gen.28. Expendo; cur ſcalæ innitatur Deus,

Pacificis cœlum non denegatur, imo aperitur.

Gen 28.12

D ſuper quem quidquid eſt innititur? & quidem,aſcendens ſponſa ſupra dilectum innititur: cur vti fatigatus ſcalæ decumbit? O indefeſſa Dei pietas erga peccatores, laſſantur illi in iniquitatis via, fatentur vel ipſi, dum aiunt. *Laſſati ſumus in via iniquitatis.* Quid Deus,vel fatigatus peccatis noſtris? ſcalæ innititur, vt adhuc laſſis in peccatis, porrigat manũ, ac ſubleuet ad cœleſtia,qua de re D.Hie-

Sap.5.7.

Deus laſſis in peccatis porrigit manum, vt trahat ad cælum.

D. Hieronym. D.Hieronym.epist.10. *Per scalam Angeli ascendunt,& descendunt, lassis porrigens manum,& fessos ascendentium gradus,sui contemplatione sustentans.* Et quędam glosa addit. *Deus innititur scala,porrigens manum,nō solùm proficientibus,sed lassis peccatoribus.* Stat Deus,vt peccatores trahat, innititur inclinatus, vt quanta cura in hoc inuigilet, agnoscamus. Descendo, & trāsilio à monte, ad montem. Vado ad montem Myrrhæ passionis scilicet. Inclinatum, ibi video

A

Ioan. 19. Christum, qui *inclinato capite tradidit spiritum.* cur nunc se inclinat in terram, qui nusquam, quæ terrigena sunt, appetijt? en, olfacio Dei adinuentiones. Ouis est anima nostra, errat à cęlica caula, dū peccat, lassatur errabunda. Quid Christus? quæsiuit illam in Monte Caluariæ; ac vt diceret, se indefessum stare, vt errantem ouem ad cęlos asportet, moritur humeris inclinatus, vti clamans; en tibi, ò anima, peccatis fatigata, humeros; stò sic assiduè; vt non semel, sed semper videas me ad tuī regressum paratum. O quàm mellifluè mellifluus Bernardus serm. 44. de passione. *Ipse Iesus tuos complexus desiderat, talis, vt complectatur, expectat. Caput floridū multis spinarum aculeis confixum, ad te inclinat, vt ad pacis osculum, te inuitet; tanquàm dicat tibi. Ecce quomodò configuratus sum; quomodò confossus; quomodò mactatus; vt te possim ponere super humeros meos, quæ aberraueras ouis mea, & ad pascua perducere Paradisi.* En, Dei patientiam in expectādo, longanimitatem, in vocādo peccatores. Quapropter non mirum, si non illicò punit prius fornicantem, deindè adulteram, sed patienter vocet,& reuocet, dicens. *Adhuc, vade.* Hinc

Christus inclinat in cruce caput, vt lassatā in peccatis peccatricē animā super humeros ducat ad coelos.

S. Bernar.

Franc. Ribera. Franciscus Ribera. *Adhuc, vade. Omnis quoque anima, quæ à Deo recedit, à quo adhuc, vt creatura diligitur, quamuis adultera sit, assiduis exhortationibus intus pulsatur.* & clarius, Hieronymus Guadalup. *Obserua, quid dicat Dominus. Adhuc, vade. Non ergo vnum tantum quæsiuit modum, vt nos imitaret. O abyssum misericordiæ Dei, millies peccamus, & tu dicis. Adhuc, expectabo.* expectat longanimis Deus, & offert pietatem, offert semetipsum.

Hieronymus Guadalup.

B

ANVLVS III.

Peccati grauitas tanta est, vt quandam claudat infinitatem.

ET DIXIT DOMINVS, ETC.

PEccauerat iam synagoga; populusque Israeliticus, veluti equus, & mulus, quibus non est intellectus, aliud pro obiecto habebat, quam Deum, ex cuius visione,& fruitione, beata redduntur intellectus,& voluntas. Hoc peccatum fornicatione expressit Deus in primo capite huius prophetiæ. quid est, quod aliam assumit similitudinem, multiplicatq; parabolam? quamque priùs dixit fornicariam, in hoc tertio capite, dicit adulteram, dum ait, *Vade,& dilige dilectam amico,& adulteram.* Adibo mox Theologos, mox Theologorum Magistrum Christum, sedentem in cathedra crucis. Disputant Theologi; num Deus vnico sit à nobis nominabilis nomine? ac concludunt, hoc nobis vetari: nec enim intellectus noster in summo simpliciter potest comprehendere Deum: quapropter, nec eius concipere naturam, nec exprimere vocabulo:

C

D

Deus

Deus infinitus cum ſit, non poteſt a nobis vnico vocabulo explicari. *D. Bonau.*

Deus enim eſt infinitus; eius igitur infinitas non poteſt, niſi per multa nomina explicari. Vndè Diuus Bonauentura in primo ſẽtent. inquit, *Nullum nomen efficiter exprimit eſſe diuinum, nec in ſe, nec in comparatione ad intellectum;* 1 *quod patet; quia omnis perfectio eſt, & intelligitur eſſe in Deo, & nullum nomen exprimit omnis conditionis perfectionẽ: ergo, cum non poſſit fieri per vnum, indigemus pluribus.* tota ratio pluritatis nominum Dei, infinitas eſt. Et hinc, cur pluribus nominibus, vnicũ ſynagogæ peccatum notificet Deus, intelligo. Illi plura conueniunt nomina, quod eſt infinitum, peccato plurima dat nomina Deus, vt in deformitate dicat infinitum. Aduerto infinitatem hanc à ſapientiſſimo Chriſto, qui totus pietas, in odientes amore excãdeſcens, pro crucifixoribus orauit ad Patrem, vt facinus dimitteret, & dixit. *Pater dimitte illis, non enim ſciunt, quid faciunt.* Pater dixit, non Deus; cur non, Deus? cum Dei ſit proprium miſereri, parcere, & ignoſcere? Dicam quod ſentio. Pater æternus ad intra, non eſt Deus filij ſui, etenim filius, eſt Deus, eandemq; habet Deitatem, quam Pater: itaque dùm Patrem ſuũ vocat Deũ, ſe hominem demõſtrat, & humanitas in Chriſto, vt humanitas eſt, circũſcripta omninò aſſumptione ad Verbum, nullo modo poteſt frui titulo Deitatis. Chriſtus enim, ea parte qua homo eſt, non eſt Deus. Si igitur dixiſſet, Deus ignoſce illis, poſſemus dicere, & pẽſare ſe pateſeciſſe purũ hominem, abſcõdita deitate: dixit propterea Pater, vt & ſe diceret Deũ, etenim, & Pater & filius Deus eſt. Sed quid eſt, quod Deum vult ſe patefacere, cum Patri ait, vt

Luc. 23. 34.

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

A ignoſcat peccatoribus. Proh peccati deformitatem. pugnabat tũc contra crucifigẽtium delicta, quę infinitam claudebant deformitatem: quia verò contra infinitum non pugnat, niſi infinitas, idcircò Deum, cuius proprietas eſt infinitas, ſeſe voluit demõſtrare Dei filius, dicens. *Pater dimitte illis.* Hinc D. Thomas, D. Bonauentura, Alenſis in tertio aiunt, peccatum infinitatẽ claudere, nec purum hominem pro peccato mortali poſſe ſatisfacere, infinita etenim bonitas cõtrà infinitam malitiam pugnare debet. Et quia, vti diximus ex Theologis, infinitum non vno nomine explicatur, idcircò ſynagogæ peccatum pluribus deformitatibus nominat Deus. Spectat ad hæc Albertus Magnus in Hoſeam, dicens. *Adhuc, dicit; quia ſimilitudo prima ad totam malitiam repreſentandã, perfecta non fuit.* ac ſi diceret, infinitam deformitatem claudit peccatum, pluribus idcircò ſimilitudinibus vtitur Deus.

D. Tho. *D. Bonau.* *Alenſis in tertio.* *Alb. Magnus.*

B C

ANVLVS IV.

Ament ſubditos, vel peccatores, Prȩlati.

ET DIXIT DOMINVS, &c.

D AD adulteram mittitur Hoſeas, nõ vt puniat, ſed amet, & diligat corde maculatam. Magnum myſterium. Proſpexit Ieſum Ioãnes cum eſſet in Patmos, Zona aurea ad mammillas præcinctum. auro cor ſuum ſtringegebat. *Prȩcinctum ad mammillas Zona aurea.* Cur hoc? cur dilatatum cor in paſſione, ſtringitur, & coarctatur? hoc proprium amoris eſt, dilatare. Vndè Dauid. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dila-*

Apocal. 1. 14.

Psal. 118. 32. *dilatasti cor meum*, idest, cum amarem: *Amor enim*, inquit Alfonsus de Auendano in psal. 118. *Generat laetitiam, ex qua oritur cordis dilatatio*. dilatat amor. vndè D. Ioānes, qui feruentior erat in amore Petro, ob peccatum aliquātulum tepefacto, cucurrit ad monumentum citius, dilatatus enim corde ob amorē, & corpus dilatabat ad cursum. *Currebant*, inquit Ioannes 20. *duo simul, sed ille alius discipulus praecucurrit citius Petro* canitiem non venerabatur Ioānes, loco non concedebat, praecessit; excusandus est; etenim amor in Christum, qui cor dilatauerat, dilatauit, & passus. hinc D. Gregorius. *Qui amat currit velocius, peruenerit citiùs*. Iesus igitur, cū coarctat cor, cū Zona pectus, & vbera amoris fomenta stringit, nō amat, sed odit. nolle misereri, sed vlcisci minatur. cur hoc? O execrandum luxuriae malum, menti suae obuij aderant fornicarij, adulterique. *Habes illic*, (inuehebat contra Episcopum Pergamensem) *tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaac mittere scādalum coram filijs Israel, edere, & fornicari*. quia autem odium, non veniā, & amorem Dei trahunt luxuriantes, idcircò cor coarctat ad odiū Christus: ait enim D. Chrysostomus homil. 62. in Ioannem. *Nullam veniam consequitur, qui capta vxore, post illud carnis remedium, aliena iniuriatur: hoc iam lasciuia est*. En, odium, iramque Dei, & coarctatum cor, in adulteros, lasciuiētesque. Quod si, iracundia in hos ex candescit. quid est, quod ad adulteram, suum dirigit Prophetam, imperatque dilectionem, dicens. *Vade, dilige dilectā amico, & adulteram*. Accurro ad sacra Euangelia. Praefecit Ecclesiae suae sanctae

Alfons. de Auend.

Amor generat laetitiam, cordis dilatationem.

Io. 20. 4.

Amās currit velocius ad Christum. D. Gregor.

Apocal. 2. 14.

Chrysost.

Libidinosos odit Deus.

A Petrum, Christus, concessit Apostolatus apicem, dedit virgā, declarauit Praelatum, ac in signum datae potestatis, claues Regni Coelorum porrexit. *Tibi*, inquit, *dabo claues Regni Cęlorum*. inquiro: cur claues dantur Coelorum, Praelato, qui à Regni Cęlestis Aedibus, potest iure expelli? claues iam possessionis signum, in dominij acquisitū ius tradunt Iuristae. Sed ò vtinam, & cuncti Praelati coele-B stibus insiderent. fortè plures sūt, qui dānantur, quam qui salui fiāt. exposcit, non dat sanctitatem potestas. non igitur assignanda videtur Praelatis Cęlorum clauis, quā dat Petro; suisque successoribus Christus. Claues has, ex his, quae tradunt Pierius, alijque, indagabo. inquit iste lib. 48. de claui. ipsam adinuentam à Iano, ad muniendas domos sanctitate. audiatur queso. *Fabius Pistor, Ianum dixit, ad pudorem, & sāctimoniam domorum, primum valuas, seras, & claues excogitasse, ab eoque ianuas appellatas*. dantur igitur claues Petro, & non quaecūque, sed Regni Cęlorum, vt eam sanctitatem seruet in Ecclesia sibi commissa, qua caelici pollent. praebuit seipsum exemplū Christus, cum Ioānis 17. dixit. *Et pro eis, ego sanctifico meipsum, vt sint, & ipsi sanctificati in veritate*. vbi quaedam Glossa. *Praelatus regat gregem suum, super quem data est potestatis clauis, ad sanctificandum*. at non sisto, edoctus à Ficino lib. 10. de Republ. Plat. Hic ex Orpheo, ait; Amori duas datas claues, vt duo aperirentur hiatus; vnus, quo à cęlo in terram animae descendebant, alter, quo è terra migrabant in Cęlum. Quisquis igitur ex antiquis imaginem videbat, coelorum claues tenētem, Amorem iudicabat, non

Math. 16. 19.

Claues sūt signū possessionis.

Pierius.

Clauis à Iano inuē. ta ob quid.

Praelati clauis sanctitate debet in Ecclesia seruare.

Io. 17. 19.

Ficin. lib. 10 de Repub. plat.

non adultero iudicio. Hinc, cur claues Petro cōceſſerit Chriſtus, conijcio. Præficiebat populis, cōcedebat ſubditos: quia verò Prælati nō mediocri beneuolētia erga peccatores ſubditos ferri debent; ideò clauibus obſignauit, veluti Amorem. Hinc Gloſ in cap. 21. Ioan. *Amoris eſt paſcere Dominicum gregem*. Intelligo ex his; cur Prophetæ, mulieris adulteræ imperet dilectionem, Deus? Propheta hic, Prælatorum typus erat; quia verò, amor in ſubditos, Prælatorum proprium eſt; idcircò dilectioni dat partes ipſamet Charitas, Deus. accinit Gloſa Moralis, dicens. *Per hoc, moraliter oſtenditur, quod bonus Prelatus, qui per Hoſeę ſignificatur, debet diligere perſonam peccatricem, non quantum ad culpam, ſed quātum ad naturam, ad imaginem Dei factam: exemplo Chriſti, qui ſe peccatoribus oſtendit familiarem.* Luc. 15. *Hic peccatores recipit, & manducat cum illis.* Amēt ſubditos Prælati, quod ſi quando virgæ ſubmittunt, doleant; nec irruant in pœnas. Oculus Prælati ſubditus eſt ità D. Chryſoſtomus contemplans illud Chriſti. *Si oculus tuus ſcandalizat te, erue eum, & proijce abs te*. Excogitet quiſquis, ſi oculus ſibi eruendus eſſet, quas latebras non inquireret, ad probrum hoc effugiendum? quibus teneretur anguſtijs, vel in pœnæ cogitatu? quas dilationes non tentaret? quę non cumularet auxilia? quas preces ex intimis cordium non effunderet, ad decreti, direque ſententię deletionem. O Prelati, oculi veſtri ſubditi ſunt, diligite, vt oculos; ſiquè aliquando ob obdurationem, ac pertinaciam eruendi ſunt, eruite; ſed eo dolore, illa diligentia, qua oculos corporis veſtri erueretis. Accedat P. Franc. de Franch. in Hoſ.

Gloſ. — Gloſ. mor. — Luc. 15. 2. — Subditus oculus Prælati. — D. Chryſ. — Math. 19. 18. — In caſtigādo ſubditos Prælati cogitent illos eruì oculos.

A Chryſoſtomus ſerm. de Catec. *Si Hereticos eijciebant ex Eccleſia, quaſi effodiendus eſſet dexter oculus, qua tempeſtiua membri defectione, magnum ſuę compaſſionis, & doloris indicium preferebant*. Ità illi veri, amanteſquè Prelati.

Chryſoſt.

ANVLVS V.

B *Non ſibi ipſis ſolùm, ſed animarum ſaluti attendant Prelati, & Concionatores.*

ET DIXIT DOMINVS, &c.

NOſco à diaboli laqueis per ſępè liberam ſolitudinem, vbi ſocietas mancipata ſubiacet. quis non agnoſcit Adam ſolum, & adhęrentem Deo; ſociæ additū, & ſubiugatum Satanæ; attēdit iam Diuus Ambroſius lib. 6. C Epiſt. 41. ad Sabinam. *Solus, inquit, erat Adam, & non eſt preuaricatus, quia mens eius adhęrebat Deo; poſtquam verò ei mulier adiuncta eſt, non potuit inhęrere mandatis cęleſtibus; ſolus erat Adam, quando in Paradiſo conſtitutus eſt, ſolus erat, & quando ad imaginem Dei factus eſt: ſed non erat ſolus, quando de Paradiſo eiectus eſt*. Dat Deū ſolitudo, introducit in Paradiſum; exilium decernit ſocietas. Solùm excogi- D to Prophetam Hoſeam, cui Deus imperat iter. Et expendo, cur Dominus, qui in ſolitudinem vocat, vt loquatur ad cor, trahat ad conſortia? dirigat ad mulierem, & mulierem adulteram? Dirigat in itinere hoc ab Apoſtolo. Hic imaginem adpingens Epiſcopi, inquit. *Si quis Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. Oportet ergo, Epiſcopū irreprehēſibilem eſſe, vnius vxoris virū,*

Societas diabolo mancipata. — D. Ambr. — 1. Timot. 3. 2.

sobrium, prudentem, &c. En vbi prima, & ferè tota Episcopi, Prælatique sistit perfectio, in sobrietate. Belle Chrysostomus homil. 10. *Quid sibi vult, quod de Episcopo disserens, ipsum dixit, futurum non ebrium, cum longè excellentiora, præcelsitudine gradus exigere debuisse videatur.* Superiori, vel temporali, Solis hyeroglyphicū elucet; vt in Numo inspicitur Galieni, in quo hæc leguntur. *Soli cons. Aug.* Cur non erit Sol, Prælatus spiritualis, qui lux à Christo dicitur? *Vos estis lux mundi.* Et equidem, ideò lux, propterea Sol, quia, etsi fulgentes sint sancti viri in hoc præsenti Regno Cœlorum, quod est Ecclesia, ipsi tamen tali fulgore sanctitatis emicare debent, vt stellarum fulgorem hebetent, ità, ac non essent. Non distat ab his Diuus Chrysostomus loco citato. *Eum quippe qui regendos alios suscipit, tanta decet gloria virtutis excellere, vt instar Solis, cæteros veluti stellarum igniculos, in suo fulgore obscuret.* Vti sede, ità vita enitere debet Prælatus; sequitur D. Chrysostomus. *Cur non ait, Oportet autem Episcopum Angelum esse, nulla humana perturbationi, aut vitio subiectum? Cur non item magna illa Christi præcepta ab Episcopo requirit, quæ etiam subditis necessariò inesse debent? scilicet, circumferre crucem suam, atque in manibus habere animam suam, semper pro fratribus exponendam? Cæterum, his omnibus omissis. Oportet, ait, Episcopum non esse vinolentum.* Parua sunt isthæc, quæ ab Episcopo, & Prælato exquiruntur, quia magna exhibere debet subditis: adducit somnum vinolentia, & vigilia indigent subditi, dirigi ad æterna pascua indiget grex; deuius est vinolentus, fructus ex agro Prælatis

D. Chrys. | Sol superioris hyeroglyph. | Mat. 5. 14 | Prælati supra cæteros sancti. tat, quã esse debeat | D. Chrys. | D. Chrys.

A commisso, expectat Deus: sentibus, spinisquè repletur vinosi ager; quia igitur, in salutem, curamque animarum indefessus debet esse Prælatus; ideò secum de sola ferè sobrietate agitur; & ferè sola sobrietas, personaliter, reddit perfectum. Adest idem Chrysostomus, vbi supra. *Ne igitur Ecclesiæ negotia, fructusque perirent, idcircò moderatam virtutem proposuit inquirendam, non B supremam illam, atque cælestem.* Audiri hinc potest prophetiæ sēsus. Incubabat domi Propheta, pullos excludebat alatæ contemplationis, fruebatur Dei colloquijs: at quia Propheta, Prælatus est, & Cōcionator; ideò à solitudine mittit ad peccatorum cōsortia, à contemplatione ad animarum lucra. *Vade, dicit,* inquit Albertus Magnus, *vt de intimis contemplationibus, ad exteriora de-* C *nūciationis, siuè prædicationis, ad populum exeat.*

Prælatoris erga subditos cura, & vigilātia, qualis erit. | D. Chrys. | Alb. Mag.

ANVLVS VI.

Exultent ob Virginem Beatissimam peccatores, etenim ob ipsam, & ab ipsa Deum habent.

ET DIXIT DOMINVS, &c.

D PRofundum attigit peccatorum, qui sese idòlis inclinauit; completa est malitia eius; thesaurumquè criminum portat in anima inexplebiliter puniendam. Dat adhæc ansam Tertullianus lib. 10. de idòlat. *Principale crimen, ait, generis humani, summus seculi reatus, tota causa iudicij, idolatria; nam etsi vnumquodque delictum suam speciem tenet, etsi suo quoquè nomine iudicio destinatur,*

Tertul. l. 10. de idolat. | Idolatria peccatorū apex.

in idololatria tamen crimine expungitur. perficitur omne crimen in idolatria; non est, cur de peccatorum apice disputetur, cum in ipsam lapsa est creatura. habet pro se, contra se sententiam synagoga idolis prostituta, omni digna odio. quid igitur est, quod Dei trahit amorem? mittitur enim ad illam Hoseas, æterni Saluatoris vehiculum, vt amans, iaciat in illam flammas amoris. *Vade, dilige dilectam amico, & adulteram.* nusquam commutatio est boni, cum malo; malitię, cum sanctitate; probitatis, cum iniquitate; & quidem bonum voluntatis obiectum, partũ trahit voluntatis, scilicet amorem. quid ni, aliquid boni est in peccatoribus his, amari dignum, quod nedum ad se Dei pelliceat amorem, sed etiam ad ipsos? O Beatissima Virgo, semper bona, optima semper, benedicta vbiquè, etiam dum in lumbis es idòlatrarum. Populus Hebræus, Parens Virginis Beatissimæ futurus erat; hæc immaculata, sancta, Deo obsequens, Bona, in ipsis repe- riebatur; quia verò bonum amari dignum est, atrahitquè, vel Deũ, idcircò amoris Dei per Virginem, participes fiunt peccatores, ac Deum habent à Virgine. accurrit Rupertus Abbas. *Post illa tria, quæ iam dicta, vel facta sunt; testamentum confirmatum cum Abraham, legem datam per Moysen in Monte Sina, & sermonem prophetiæ à pluribus Prophetis administratum, & conscriptum; tandem, ò Saluator fily Dei, Verbum Patris ingredere in mundum ad saluandum genus humanum, & de domo, inquam, Iuda, de semine Dauid, de Virgine Maria, homo factus nascere; hoc vtique erat mulierem illam diligere, imò, & osculum illi dare, quod bona*

Ob Virginem, nedũ existentẽ, Deus amat peccatores.

Rupertus.

R. Franc. de Franch. in Hos.

A *pars delecta* (en, Mariæ bonitas, in peruersitate idòlatrantium) *eiusdem, per Salomonem dixit; osculetur me osculo oris sui.* trahebat Maria Deum, in ipsius bonitatem amorem inclinabat, qui diffundebatur in peccatores, etenim non Mariæ solum, sed omnibus affluit Dei gratia per Mariam, quod clamauit D. Petrus Chrysologus sermone 142. expendẽs illud Gabrielis ad eam. *Inuenisti gratiam,* B *&c. eam, inquã, quàm perdidit Eua, amisit Adam, inuenit equidem, & superabundè, & copiosam; quapropter, & gratia plenam admiratus est Angelus.* Sed cur plena? cur inuenit? equidem res aliorum, ab alijs inuenta, ei qui amisit restitui debet; inuenit Virgo superaffluenter gratiam, repleuit animam suã, & ex abundanti restituit; etenim gratiam super gratiam inuenit, & adepta est. accedat Chrysologus. C *Beata, quæ inter homines audire sola meruit præ omnibus, inuenisti gratiam. Quantam? quantam superius dixerit, Plenam, & verè plenam, quę largo imbre totam funderet, & infũderet creaturam.* Infundit, & fundit in creaturam per Virginem Deus gratiam, quid est, infundir, & fundit? nunquid non infundere sufficit solum, vt terra illa peccati æstu arefacta, gratia demum infusa, erumpat in fructus salutis? D proh, sufficit infusio, sed non nobis, qui exestuantibus peccati ardoribus sumus subiecti: quid erit, si peccamus, & iterum arescimus, gratiæ infusione exiccata? hoc habemus per Virginem. Nedum infusionẽ, sed fusionem; arefacta etenim primo gratiæ rore, fundit alium. O Beatissima Virgo, infunde tuis precibus in arefactam animam meam Dei gratiã, nec infundere contenta, funde

Cant. 1. 1.

Chrysol.

Gratia Dei in peccatores per Virginem.

assiduè,& si ita præsumere valeo, dicam, debes; etenim tunc Dei seruitio me mancipaui, tunc cinere corpus meum operui, cum tu gloriæ ardoribus in Cœlum assūpta, exestuasti. E Cœlis, quid, nisi gratia? tēpore Assumptionis in Regnum, quid nisi infusio, & effusio donorū? funde ergo, & infunde dona Cœli, quibus plena es, & superplena.

ANVLVS VII.

Zelotes Deus, in amando homines, non patitur consortium.

ET DIXIT DOMINVS, &c.

NIsi impossibilia tentet Amor, languet. pascitur ijs, quæ supra naturam sunt: & illud audet, quod nec mens capit. hoc aspicio in præcepto Hoseæ. Diligere debebat dilectam amico, & adulteram: sed, *Sicut diligit Dominus filios Israel*, & hi filij Israel, adultera hæc, erāt. Quis Dei attinget opera? quid limitatum ad infinita extēdetur? amat nos Deus, sed amore, qui Diuinus est, qui infinitus est. quis igitur Deus? vt Dei possit amare amore? quod si negantur ad isthæc vires creaturę; quid est, quod supra vires oneratur Hoseas, dilecturus adulteram. *Sicut diligit Dominus filios Israel*. Præbeat ad huius Dei præceptū explicādum, verba, Dei Verbum. Alloquebatur Israeliticum populum Deus, Ezech. 26 ac ea liberalitate, quæ sibi propria est, dixit. *Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri*. enucleat, quid cor istud sit, Lyra, & inquit, esse Spiritum sanctum. *Melius autem exponitur, referendo ad tempus Christi, de datione Spiritus*

Ezech. 26.

Spiritus sancti. cor nostrum.

Lyra.

A *Sancti Apostolis, & alijs credentibus.* Spiritum sanctum dat nobis diuina liberalitas, vti cor: quod expēdo; ac vt penitus assequar Scripturæ sensum, alterum donum ab eadem manu adducā in medium: exibet iam Ioannes, qui capite primo de filio Dei nobis nato, & dato, verba faciēs, inquit. *Et Verbum caro factum est*. exquiro, cur Christum potius, *Verbum*, dixit, quam filium Dei, aut sapientiam

Ioa. 1. 14.

B Patris? venit ad nos filius Dei mansurus vsque ad consumationem seculi; docet hanc veritatem veritas Augustissimi Sacramenti Eucharistiæ: & de Verbo, quod apud nos noscimus, dicimus, *Volat irreuocabile Verbum*. vndè de subita amissione cœlestis doni poterat timere homo, dum audiebat. *Verbum caro factum est*. O. ne simus surdi ad audiendum, fortè volabit, amplius non reuersurū.

Filiū Dei cur Verbū dixerit Ioā anneς.

C Ast quid ęst, quod Verbum dixit Ioannes? dicam, quod mēti succurrit. Pater æternus misit filium suum, non enim erat decens ipsum ad homines aduentare, at non minus amabat nos, quam filius; erat hominum zelotes; quid igitur? hæc poterat apud se excogitare; mittam filium meum ad homines, quos amo; alloquetur eos filius meus, & in suis sermonibus patefaciet amorem erga

D homines, curam, vt in ęternum viuant, diligentiam in seruando, dicet; audient isthęc homines, & scient diligi, sed à quo? si dicet Ioannes, filium incarnatum, fortè iudicabunt, his solùm incumbere Filium, & non Patrem; quid igitur? dicat Euangelista. *Verbum*, quod verbum meum est, qui Pater sum, vt cum Verbum hoc resonauerit, Verbū meum sciāt homines, & Verbum meum audiendo,

Pater æternus, & filius eius in hominũ amorẽ tendunt. do,& me,cuius Verbum audiunt, & Verbum, quod audiũt, aduertent ad eorum salutem,ad eorum vitam,in eorum amorem inclinatum. accinit interlinealis in illud Ioann. *Et sermonem, quem audistis, non est meus, sed eius, qui misit me, Patris,* dicens. *Quia non erat suum Verbum,sed Patris.* & Lyranus. *Sicut enim lingua Christi non mouebatur ad loquendum ex cõceptione animæ, nisi, secundum quod anima mouebatur à diuinitate,& ideò verba Christi magis erant ipsius Patris,qui idem est cum filio in Deitate, quam essent ipsius Christi,secundum humanitatem.* Verbum dictum fuit à Ioanne, quia Pater in filio voluit audiri.sic zelotes est Deus.Ex his ad donum Spiritus sancti, quod cor nominatur,accedo.Certũ est, cor esse fontem amoris, & corde amamus. Sciebat ille,cui omnia aperta sunt, homines multos inter sese amãdos, & sese amaturos vero, ac sancto amore, qui amor dici debet,& est; poterãt propterea suspicari,non à Deo solum, sed ab hominibus amari; quid *Solus Deus nos verè amat.* Deus;dat se pro corde,cum enim cor fons sit amoris,nec nisi à corde sit amor: totus amor,quo sanctè se amant homines,non hominum esse, sed Dei cordis nostri amantis in nobis,intelligere possumus: quapropter dixit D.Aug. *Spiritus sanctus amat in nobis.* & his insuper apto Diuum Bernardum serm.20.in Cantica. *Amor cordis ad zelum quendam pertinere videtur affectionis.* ac si diceret; cum Spiritus sanctus, qui Deus est, vt cor datur, indicat quendam zelum affectionis, qui zelus illò tẽdit, vt vitet consortium, & solus sit in nostrum amorẽ:etenim, etsi nos amamus, illius amore, qui cor nostrũ esse dignatus est, ama-

Io. 14. 24. *August.* *D. Bern.*

A mus.hinc haurio cur similitudinẽ sui amoris signet Prophetę Hoseę Deus,dicens. *Sicut diligit Dominus filios Israel.* Zelotes sum, ò Propheta,Amor tuus, quem pręcipio,non tuus est,sed meus,meũ signat,mei index est,& figura. Est pro Deo D.Hieronymus, dũ ait. *Et ne putetis, dilectionem Prophetæ in adulteram, aliud quid significare, quam Dei dilectionẽ in filios Israel; intulit: sicut diligit Dominus filios* B *Israel.* *D.Hier.*

ANVLVS VIII.

Aperit cęlestem ianuam pęnitentibus Deus amans,semper Patiens.

ET DIXIT DOMINVS,&c.

VT primum gustauit Charitatem Paulus, exclamauit patientem,dicens. *Charitas patiẽs* C *est.* Et in hac dilectione,qua Dominus peccatores diligit,patientiam Dei in eosdem expectando, olfacit D.Hieronymus,inquiens. *Diligit Dominus, omnium expectat salutem.* At non moror,& vlterius exquiro: cur in hoc amore, se amantem, Amorem patefecerit Deus? audiant primò peccatores strepitum iudicij, fustigationis decretum, mortis irreuocabile malum;hęc enim terrendo,homi- D nem ad cor vocant, ad pœnitentiam,& lacrymas inclinant. haud ita erit, ait Dominus, sed primas dabo Amori. *Sicut diligit Dominus filios Israel.* Aperiet intelligentiæ ianuam ille, qui se ad Ostiarij munia transtulit; vt habemus Io. 10. Dixit illic se Ostiarium Deus; cùm ait. *Amen dico vobis,qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliundè,ille fur est, & latro; qui autem intrat per ostium, Pastor est*

1. Corint. 13.4. *D.Hier.* *Deus salutem omnium expectat.* *Io. 10.1.*

Maldon. *est ouium*. vbi Maldonatus. *Deus ostiarius est, quia curam, ac prouidentiam ouilis habet*. in illo Regno Cęlorum, in quo fœtosæ oues abundantes in operibus suis, ingredientes, & egredientes pascua inueniunt, Ostiarius est Christus. Peto, cur ille stat ad ostium, qui totius caulæ est Dominus? stat ad ostium Christus, quia Amor est, nec alius, nisi Amor, dignè illas custodit portas, quas mirus artifex sculpsit in margaritis; etenim, B teste Ricciardo Brixiano in suis comm. Symbol. Verbo, Amor. *Ad fores iacet amor*. Quia autem Deus *Ricciard. Brix.* Amor est, ideò ritè ostiarius. At *Christus Cælorum Ostiarius, quia Amor.* stat ad ostium Deus, ostiarius, Amor, quia amoris proprium est aperire, dilatare, vt superius dictum est: vt hinc notum sit, idcircò ostiarium se declarasse Christum, Amorem, vt Cęlorum portas pœnitentibus aperiat, ac dilatet peccatoribus. Cum igitur in C hac prophetia, primas dat Amori Deus, seque declarat amantem, & Amorem, dicendo. *Sicut diligit Dominus filios Israel*. innuere vult, se in dies paratum, ad aperiẽdum Cœlorum portas pęnitentibus; *D. Hier.* vndè D. Hieronymus. *Dominus omnium expectat salutem, & aperit ianuam pęnitentibus*. Nec mirum: Deus enim hominum damnationem respuit, & abominatur; quod indè patet, quia in siti sua potus D aceto, non sorbet, sed bibere recusat. *Et cum gustasset noluit bibere*. *Math. 27. 34.* amarum reddebat gustũ acetum illud felle mixtum, Deum amaricabat; & Dei vox amara complet *Fel, & acetum, cur nõ biberit Christus.* damnationis sententiam: quia autem stat, vt amor, ad Paradisi ianuam, vt dilatet peccatoribus, quos neutiquam damnare vult; ideò ea, quæ reddere possũt amarum, ad perdendum quos creauit; A respuit, & abominatur. Huc spectauit D. Bernard. in sent. *Triforme vinum est in scypho Dei; rubicundum, in longanimitate Sanctorũ, quod lætificat Isaac, in ęgritudine; albũ in remuneratione iustorum, quo inebriatur Noe; nigrum, & acidum in damnatione prauorum, quod Iesus gustat, sed non vult bibere.* *D. Bern.*

ANVLVS IX.

Lętitiam non pariunt nobis ea, quę in terra sunt.

ET DIXIT DOMINVS, &c.

Vniuersum pingentes Veteres, Pana adducebant; quẽ *Pierius.* teste Pierio lib. 59. varijs cumulabant: dabãt etenim caprinam faciem, rubrum colorem, hirta cornua, variam Pantheræ pellem; infima eius pars, hispida erat, pedibus Capram imitabatur, altera manu fistulam septem calamorũ tenebat, altera stringebat pedũ, siuè baculum adũcum. Hac figura claudebant totum. Facies rubra, ætheris symbolum erat; cornua, Solis, & Lunæ; Pantheræ vestis varia, variorum syderũ; inspida pars inferior, propter arbores, virgulta, & feras pingebatur; in pedibus çaprinis terram ostendebant. Armoniam Cęli, in quo septem soni sunt, cantabat musica calamorum, necnon septem discrimina vocum; & virga adunca, annum, qui in se reddit, præseferebat. En, totum in Pana, quod adnoto, & signo, pedes sunt caprini, terram significantes; & terrena quæquè appetunt, & diligũt peccatores, & expendo, cur in capra signatur terra? instabilis est capra, locoq; stare nesciã, vndè vago ambitu prima è grege prodit, terra *Pan significat vniuersum.* *Pã describitur.* *Capra terrenorum symbola, et* [illegible]

terra autem in æternum ſtat. Dicerem, ni aliò aduocarer, terram in capra ſignificari; quia inimica eſt vitibus capra, inficit veluti maleficio: vires ſunt animę in pago Dei plantatæ, cum Paterfamilias plantauit vineam; quia autē terra, & ea, quæ terrena ſunt, contagium, peſtemque afferunt animabus; propterea in capra ſignificatur mundus. *Fugiamus hoc ſeculum*, inquit D. Ambroſius, *& eius contagionem*. Capra mundus eſt, non ſine contagione. ea propter Chriſtus, qui ad æthera pūgit homines, Apoſtolis dormientibus, & in terra ſtratis, dixit. *Surgite eamus hinc*. ſic Diuus Ambroſius lib. de fuga ſeculi. *Qui ſaluus eſſe vult, ſupra mundum aſcendat, fugiat hunc mundum, terras relinquat; vndè niſi prius homo hunc fugerit, non poteſt percipere illud, quod ſemper eſt. & ideò Chriſtus Dominus, volens Deo Patri appropinquare, Apoſtolis dixit, ſurgite eamus hinc.* vel Chriſtus à terra ſurgit, vt apprehendat Patrem. At aliò feror. In capra mundus figuratur: quia amaritudinis, ac meſtitiæ ſymbolum eſt capra: quadere, capram adpingebant inter arbores floribus vacuas, & frōdibus, cum hac inſcriptione. *Nil ni triſte*. Capra enim halitu ſuo lædit plantas, & veluti ad luctum ducit. *Nil ni triſte*. quod ſi mundus in capra ſignificatur, & vbi capra ibi luctus, & triſtitia: equidem, vbi ſpirat mundus, nil ni triſte. Affirmat D. Auguſtinus. *Nouiſſimè mundus luctus eſt, amaritudo, & triſtitia, & luctus.* pergo ex his, ad intellectum prophetiæ. *Et ipſi diligunt*, inquit Deus, *vinacia vuarum*. vinacia folliculi illi ſunt, ex quibus vinū expreſſum eſt: vinum, inquam, lętitiam excitans; *Vinum enim lætificat cor hominis*. quod ſi vinacia, ea, quæ in terra à peccatoribus diliguntur, ſignant; & hæc, abſquè vino, lætitiæ ſymbolo, ſunt: equidem, concludendum cenſeo, nil læti ſpatiari in terra, ſed triſtè tātum. Fauet Figuerius. *Vinacia, neque poſſunt, veluti vinum, cor hominis lętificare.*

Mūdana contagium immittunt in animā.

D. Ambr.

Io. 14. 31.

D. Ambr.

Fugiendus eſt mūdus ab ijs, qui velūt appinquare Deo.

Capra meſtitiæ ſym. bolum.

D. Aug.

In mundo nil, ni triſte.

Pſ. 103. 15

ANVLVS X.

Peccator terrenis, tanquam in illis ſeruandus, non Deo inhęret.

ET DIXIT DOMINVS, &c.

RVpertus Abbas per vinacia à peccatoribus idòlatris dilecta, intelligit dęmones; iſti enim vino gratię Dei expreſſo, vti inūtilia vinacia, eiecti fuerunt à cella vinaria Paradiſi. *Et dilexit vinacia vuarum, ideſt, eoſdem Deos, imò dęmones, qui verè tanquam vinacia vuarum ſunt; ſicut enim tempore vindemiæ preſſis vuis, vinoquè in apothecis recondito, vinacia foras proijciuntur; ſic habito in ſupremis iudicio, factaque bonorum, & malorum diuiſione Angelorum, boni in beatis manſionibus confirmati ſunt, mali autem, foras proiecti ſunt*, conſonat Vgo, his verbis. *Vinacia ſunt dęmones, qui creati ſunt in magna pinguedine Spiritus ſancti, ſed per ſuperbiam areſacti, proiecti ſunt de cęlo*. O quanta eſt peccatoris ſtultitia, ingratitudo, & nequitia Deum odit amantē; & diabolum diligit, odio habentem; Deo contradicit morienti pro ſe, diabolo obtemperat ad necem perſequēti ſe. At alij, per vinacia ſucco carentia, terrena hæc accipiunt; vndè feror in dubia; cur peccator, qui non dolores, non pœnas, ſed delitias, auida ſiti concupiſcit, ad vi-

Rupertus.

Dæmones vinacia.

Vgo.

Ingratitudo peccatoris.

vinacia,terrena, ſcilicet,exiccata potius feſtinat, & amat potius, quàm Deum,qui & bonus,& ſuauiſſimus eſt, & vinum optimum deliciarum abundè profert? Cur Dei amori non reſpondet, ſed ingratus, vinacia, & terrena diligit, quæ dilectionis, & amoris indigna ſunt. Vado ad primum parẽtem, primum etiam ex hominibus peccatorum:hic,vt peccauit, à Deo audiuit. *Puluis,& in puluerem reuerteris.* Sed nunquid prius terra nõ erat? equidẽ. ex terra .n. formauit hominem, quem amauit Deus. Impatiens eſt amor, cũ ad dilectam inhiat;inhiabat Deus ad hominẽ, propter quem, quidquid eſt in mundo creauit; vtque moras effugeret in creando, illud accepit elementum, quod citius ad manus, & aptius habuit; fuit autem terra; ideoq; ex terra formauit hominem.quod ſi ex terra; quid eſt,quod tunc terram manifeſtauit,cum ſeſe peccato infecit? Proh Deum: ex terra factus eſt; ſed in Dei manibus,terra hæc in cœlum tranſierat; vndè vti cœlũ, in cœlũ intendebat Adam;at poſt peccatum in deterius commutatus, defecit à cœlo vſque ad terram. præſto eſt D.Auguſt. lib. 13. de Trinitate. *Quid verò viuẽti ait; Terra es oſtendit totum hominem in deterius commutatũ.* Agnoſco peccatorem,terram;& in terra,id cõtemplor,quod ſuam conſeruationem nullibi habet,niſi in terra; ſi in cœlum feratur,non ſtat,ſed vti abhorrens,proſilit, & in terram deſcẽdit.terra igitur,dicitur peccator; quia eſſe ſuum, putat ſeruari in terrenis, ſemper à Deo deſciſcens.Accedo ab his ad Hoſeã. *Et ipſi diligunt vinacia vuarũ.* Diligebat peccatores hos Deus, & amoris magnete, eos ad ſe trahere conabatur; at tunc vinacia eis præſentata fuerũt,terrena ſcilicet,& ipſi Deo præſente, ad delicias mundi potius,ad caduca.& terrena, vti terra in ipſis conſeruanda,perrexerunt, quã ad Deũ. *Cum dilecti à me,*inquit Figuerius, *me debuiſſent mutuò diligere,dilexerunt potius crapulam,& ebrietatem, & mundi huius delitias.* Expendite peccatores, quid diligitis, cum derelinquentes Deum, curritis ad ea,quæ mundus præbet; Vinacia, folliculos vuarum, in quibus nulla delectatio, guſtus nullus eſt,nulla ſatietas. Nè credatis ſẽſui corrupto,qui amarum,dulce; venenum,mel iudicat. Credite potius Spiritui ſancto,ſacræ Scripturæ,Prophetis iſthæc aſſeuerãtibus. *Omnis peccati voluptas*, ait Cornelius à Lapide,*inanis eſt,inſipida,& eſucca,non ſolida,non ſatiãs.* & deindè. O *peccator, cum ſectaris honores, & dignitates, vina, & Veneres;vinacia ſectaris,folliculos inanes,& mero aere,aut vento turgidos.* Vtinam Domine, & hæc intelligentes,ſolidiora quæramus,& te, qui es ſatietas vera,gaudium perfectum, & quies toto corde, viſceribus totis,deſideranda.

Gen.3.19.

Ex terra, cur Deus hominem creauerit.

Homo licet ex terra, in Dei manibus in cœlum commutatur.

D.Auguſt. lib. 13. de Trinit.

Figuerius.

Cornel. à Lapide.

A B C

ANVLVS XI.

Diligit ſemper ea peccator, quæ ad peccata impellunt, & vacuus bonis operibus,languet. D

ET DIXIT DOMINVS,&c.

SVnt, qui per vinacia hæc,dolia vini, lagenas, & vina intelligunt; vt in adductis tranſlationibus patet. Inquiro ipſe, cur vini amore dicuntur teneri peccatores,ità vt non ſiſtant,niſi vino inebrientur:quadere dixit Iſaias. *Va ebrijs* Iſai.28.1.

ebrij Ephraim. Hauriam quid sibi ebrietas isthæc ducat secum, ex spirituali,& laico Poeta aiebat ille peccata,sanguinem esse. *Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis mea.* Sanguinem peccatum eiulabat, vt communiter aiũt expositores,& scitè, Hieroglyphicum enim,& præsagium pestis est sanguis:quapropter,Iulius Obsequens lib. de prodig. ex sanguinis guttis de cœlo fusis, cum Romulus cæpisset Fidenas, auguratus est pestem, quæ Romã vehementer afflixit.Et pestem,& mortem affert secum culpa.*Peccatum,* etenim,*cum consumatum fuerit,generat mortem.*Sãguis, igitur, peccatum. Mox ad laicũ pergo Poetam, Maronem inquam; hic Didonis plangens cineres,sic fatur.

Fusus in obscœnum se vertere vina cruorem.

Hoc proprium vini est, verti in sanguinem, & sanguis peccatum est. diligendo ergo peccatores, dolia vini,& vina: illa diligebant, quæ ducũt ad sanguinem, & peccatum.Nicolaus de Lyra. *In Hebræo habetur dolia,vel scyphos,ex quo babetur,quod per vinacia hęc, intelliguntur vasa vinorum contentiua, quę tamen diligunt propter vinum contentum; & sic, notantur hic de ebrietate, quę ducit ad alia vitia.*

Partuũ bonorũ operum sterilis redditur anima peccans. Aduersarius Deo semper est peccator, partu bonorũ operũ,gaudetChristus, vndè in suo grege nõ est sterilis, vt ait Salomon in Cant.4.*Et sterilis non est inter eas.*Operibus fit plausus Deo;hoc consulebat Dauid,dum cecinit.*Omnes gẽtes plaudite manibus.* Manibus Deo plaudendum;quia in manibus opera agnoscimus. Exposuit perbelle D.Aug.in Psal 46.*Quid est plaudite,gaudete; sed quare manibus? quia bonis operibus. Nè gaudeatis ore, & tessetis manibus, si gaudetis, plaudite manibus.* Ità iusti,inter quos delitias suas degustat Deus Obstat peccator infructuosus, & sterilis, qui vinacia, folliculosque diligit vuarum.At quid,folliculis vuarũ, cùm sterilitate peccatoris? quid vinacijs, cum orbitate bonorum operum? Multum per omnẽ modum. Cum à Dei palatio euolant peccatores; tunc in columbam transeunt excordem. Ità noster Hoseas. *Columba seducta non habes cor.*Ait autem Columb. lib.8. columbis non afferendum esse pastum folliculorum vuæ; quandoquidem vinacia sterilizant.Quod si peccatores,vti columbę,agniti, vinacia diligunt,& hæc sterilizãt; equidem,sine fructu,& partu bonorum operum agnoscere licet peccatorẽ. *Nullus,* inquit D Hieronymus in cap. 15.Isaię. *Fructus remanet.* Arena est peccator,in quem semen Dei iactum, non ascendit in spicam. Lapis est,non dans humorem ad fruges,ferrum est, insidians plantæ animæ suæ. Videmus sæpesæpius ad templa accurrere peccatores,frequentes esse in festiuitatibus. Numquid tunc fructificant? equidem, sed diabolo: templa etenim adeuntes, non confunduntur Dei offẽsi præsentia: sed extento collo, adhuc contrà Deum,libidinis iacula immittunt:illuc enim accedũt, vt commexationem diabolo faciant, & templa commutent in asylum libidinum.

Vfus. Sanguis pestis symbolum. Iulius Obsequens. Peccatum. Cant.4.

D.Aug in Ps.46. Deus operibus bonis delectatur,quibus carent peccatores. Peccator colũbæ similis, & quare. D.Hier.in c.15. Isai.

EXPOSITIO MORALIS.

SECTIO PRIMA:

Non est, quod noscat Deum anima, quam occupant terrena.

ET DIXIT DOMINVS, &c.

DIXIT excellentiorem viam, Charitatem, Apostolus. At non sisterem in via; dicerem terminum: quandoquidem Charitatẽ, Amoremq; ipsummet Deum Ioannes appellauit, dicens. *Deus Charitas est.* Accessit fidem Christi saturus Paulus Apostolus ad Lystrenses: vidit ibi claudũ ex vtero matris: commota fuerunt viscera eius, ad infirmi miserias, leuauit infirmitatis sarcinam: nec aliud, quam Charitas impulit ad hoc Apostolũ. *Et quidam vir lystris, infirmus pedibus, sedebat claudus ex vtero matris suæ, qui nunquam ambulauerat; hic audiuit Paulum loquẽtem, & videns, quia fidem haberet, vt saluus fieret: dixit magna voce, Surge super pedes tuos rectus, & exiliuit, & ambulabat.* Obstupuit prodigium idolorum Sacerdos; exclamauerunt turbæ, ac Deitatem in Paulo intuitæ, Deum dixerũt; cui vti Deo, coronas, & sacrificia, parabat Sacerdos. *Leuauerunt vocem suam licaonica, dicentes: Dij similes hominibus descenderunt ad nos, &c. Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatẽ tauros, & coronas, ante ianuas offerens, volebat sacrificare.* Insaniebant equidẽ lystrenses, vbi coronas, & sacrificia solo Deo debita, dabant Paulo; paria de creatura, & Creatore sentiẽtes: at sana erat quodammodo insania isthæc: à Charitate etenim possessum, Charitatisq; plenũ excogitare potuerũt illũ, qui claudi incolumitati prouidit. Apparuit Charitatis ardor in vociferatione, qua in miraculo vsus est Paulus: vti, etenim, inquit Paschasius. *Nõ tacet, sed vociferatur Amor,* & Paulus, *dixit magna voce, Surge super pedes tuos.* Et quia in eo Charitatẽ intuiti sũt, ideò & Deũ excogitare potuerunt; vbi etenim Charitas, vel accidẽs est, ibi deitatẽ intueri, aliquatenus possumus. Firmat D. Bernardus, de natura, & dignitate Diuini Amoris, dicens. *Amor quippè illuminatus Charitas est, Amor à Deo, in Deo, & ad Deũ. Charitas autẽ, Deus est. Deus inquit, Charitas, breuis est laus; sed concludens omnia, quidquid de Deo potest dici, et de Charitate; sic tamen, vt considerată secundũ naturã doni, & dantis, in dãte, nomen sit substãtia, in dato, qualitas; sed per emphasim, donũ etiam Charitatis Deus dicitur, in eo, quod super omnes virtutes, virtus Charitatis Deo cohæret, & assimilatur.* Charitate plenus, personatus Deus est; quadã Dei similitudine imbutus, Deo iũgitur. Hinc Apostolus, cuius anima Charitatis veste micabat, fulgebat, vt quidam Deus. *Per emphasim donum etiam Charitatis, Deus dicitur.* Miror, quapropter, nostrũ Prophetã, tũc à Deo, veluti expelli, ac abire, compelli, cum diligit, cum amat, cùm Charitas magis Deo aglutinare deberet: ait enim illi Deus. *Vade, dilige, &c.* Si imperat, datq; dilectionẽ; cur à se, ad mulierem mittit? Cur à coniunctione exturbat diuina? at, en, quid diligetur, mulier; caducarum rerum symbolum,

[Margin notes: A; B; C; D; *Epist. Io. 2. 4. 16.*; *Act. Apost. 14. 8.*; *Paschas.*; *Vociferatio indicat amorem.*; *D. Bern.*; *Deitatem in habente Charitatẽ intuemur.*]

bolum, cum harum dilectione, non stat diuina participatio; mutuò se expellunt, nimium dilecta temporalia, & Deus; Memoria Dei, & mundi. Vt igitur instruamur, tunc nos à Deo abire, eiusq; cognitionem nobis negari, cùm diligimus fluxibilia, abit à Deo Propheta, cum diligit mulierem. & dixit Dominus. *Vade, dilige mulierem*. Huc spectauit D. Bernardus lib. de conscientia, dicens. *Menti enim, quæ ad sui considerationem, non subleuat; si per vana desideria peruagatur, & varijs cogitationibus, huc, illucque distrahitur, nec per seipsum in vnum colligit se, quæ nondum nescit ad seipsam intrare, sed adhuc in imò est, cogitatione, & conuersatione, non potest ad ea, quæ super ipsam sunt, scilicet Deum, dulcedine contemplationis euolare.*

D. Bern.

Inimica est huius mundi amicitia Deo: nascuntur simul, Dei obliuio, & mundialium pretium. Nil præter ordinem nobis contingit; ordinauit cuncta ad nostram instructionem. Intellectus ille erroris nescius. Ex præcipuis ijs, quæ adnotari voluit Spiritus sanctus. Vnam præter multas generationes aduerto. Gen. 46. narrat ibi Moyses, filios Ioseph ex vxore Aseneth, qui fuerunt Manasses, & Ephraim. *Nati sunt autem filij Ioseph in terra Aegypti, quos peperit ei Aseneth filia Perephræ, Sacerdotis Heliopolis, Manasses, & Ephraim.* Iunguntur simul Manasses, & Ephraim à sapientissimo Ioseph, qui Dei dictato nomina filijs imponebat. Et cur hoc? Ephraim frugifer interpretatur; & mundi huius claudit in nomine, diuitias. Manasses autē, obliuio. Vt sciamus hinc, obliuionem Dei nobis contingere; cùm mundi delitijs adhæremus. pulchrè

Gen. 46. 19

A D. Bernardinus Senensis ser. 44. de contemptu mundi cap. 5. *Inducunt diuitiæ ad Dei obliuionem; in cuius mysterium. Gen. 46. Ephraim, & Manasses dicuntur germani fuisse fratres: Ephraim quidem frugifer, seu crescens, interpretatur, per quem crescens in diuitijs, significari potest, Manasses interpretatur obliuio, vt meritò indicetur, quod diuitiarum mundialium incrementum, & Dei obliuio in simul sociantur.*

S. Bernard. Senens.

Diuitiæ cum Dei obliuione nascūtur.

B Dei immemores sunt abundātes in seculo. impedit terrena species spiritum Altissimi. nec it ad Christum grauatus diuitijs, huiusque seculi consolationibus illectus. Adueniet ad iudicandum populos Christus, discutiet iustorum merita, demeritaque malorum, distribuet pęnas, & pręmia largietur: cumque sedebit in Maiestate, paupertatis suæ proferet imaginem, dicens iustis. *Exuriui*

C *enim, & dedistis mihi manducare.* iniquis verò; *Exuriui, & non dedisti mihi manducare.* Peto Domine, nunquid non sedes in Maiestate, cui famulantur diuitiæ? enimuerò Maiestas ęgena, non Maiestas, sed maxima ægestas, imò despectio est? equidē. Quid igitur est, quod dum famulantur Angeli, splendet gloria, totusque obsequitur Chorus Cęlestium, & Pater omnia tradit in manus; paupertatis,

Mat. 25. 35.

D recordaris, & exuriem, sitimque profers in medium? lustro dexteram Dei, & sinistram, gaudenr in dextera sancti: ac sub nomine hędorum, statuit Deus ad sinistram iniquos. Sinistra iniquorum est, illa quidem, quæ honoratior est dextera, teste Goropio in Hieroglyphicis lib. 3. in quo, locum sinistrum deberi senioribus, vtpotè digniorem, asseuerat: & cur nō dignior locus sinistri latus, quo ver-

Gorpius.

gis pars hominis nobilior, scilicet cor. Dicerem, numquid, iniqui Deum non contemnunt? vilipendunt? ac postponunt huius mũdi stercoribus? quid est, quod honorat latere cordis? O Deus, vel in ira benignitate micans; sed fortè melius, in benignitate, ira excandescens; affligit magis pœna nobiles, tùm præcipuè, cùm ignobili morte plectuntur; plectētur peccatores, vt obscuri genere; etenim, ligatis manibus, & pedibus, eicientur in tenebras exteriores. Quid Christus iudicans? nobiliũ, cum damnat, assignat locum; vt agnoscentes se nobiles, doleant magis, affligantur, & crucientur latius. Dat locum amãtis cordis; vt ex Dei amore, quem spreuerunt, & flocci habuerunt, crescat magis, ac magis pœna. Sed de his, hactenus. Procedo ad Scripturæ loca. Vidit dexteram, sinistramque Dei, Salomon, ac in dextera dierum longitudinem, in sinistra diuitias introspexit, & gloriam. *Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuitiç, & gloria:* quia autem vnicuique illum locum dat Christus, quem appetierunt in hac vita; idcircò iustis, qui longitudinem dierum, æternitatis gloriam appetiuerũt, dat dexteram: iniquis autem, qui in diuitijs, & humana gloria spem suam collocauerunt, & semper affectu appetũt, dat sinistram. annuit D. Bernardus serm. ad Pastores in synodo. *In iudicio, ad sinistram eius erunt hędi, quibus dat in hoc seculo gloriam, & diuitias, &c. Nolite sitire munera in sinistra eius; quia, qui desiderant eius sinistram in hoc seculo, collocabuntur ad sinistrã eius in iudicio.* quia diuites, & vel affectu abundantes in seculo, ideò in sinistra sunt, quę locus est

Sinistra pars nobilior.

Præsciti, cur ad sinistrã collocabũtur?

Peccatorũ pœna in iudicio acerba.

Prou. 3.16

D. Bern. sermon. ad Pastores.

A diuitiarum, pręsciti. Ipsi diuites, Christus ità pauper, vt vel esuriē testetur, & sitim. Cur ità? hoc proprium diuitum est, pauperes non adire. Vndè Pauonem, qui apud Pierium, diuitũ Hieroglyphicum est, non adire Columbam, pauperum typum, dixerunt veteres Sophi. Cum igitur Christus pauperem se, pręscitis, in diuitiarum latere collocatis, manifestat; diuitijs, glorięque mundi affixos, nusquam adire Deum, vult innuere.
B fauet D. Bernardus. *Non est consuetudo diuitum, vt ad pauperes veniant, nec si pręstare voluerint.* Tenaces sunt diuitię, & mundana gloria ligat possessores; ità vt ad Christum, qui pauper est adire prohibiri sint. Infida est Christi, & mundalium societas, nec simul habitare consonum est; impediũt terrena cęlicam visionem. Doceor, ex muliere diabolico spiri-
C tu prompto ad incessanter affligendum vexata, ac faciunt aliena pericula cautum. Narrat enim Lucas, decem & octo annis mulierem quandam Satanę veneno infectam, illoque ità infirmam, vt sursum omninò respicere nõ valeret. *Ecce mulier, quę habebat spiritum infirmitatis annis decem, & octo, nec omninò poterat sursum respicere.* vbi Cyrillus. *Dicit autem spiritum infirmitatis, quia mulier*
D *hęc patiebatur atrocitate diaboli.* Cõcedo infirmitati. Sed quid est, quod ità affligit diabolus, vt cęlica impediat in hac muliere? scio infirmitatibus percussum Iob, sed quò caro deficiebat, cedebatque vermibus, eo euolans spiritus in Deum figebat obtutum; vndè dixit. *Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.* Non impedit, sed impellit flagellis diabolus animas ad cęlum. Ideò tentamur,

Pauo diuitum hieroglyphic.

D. Bern.

Diuites, ac mundi delitijs initi, Christum non adeunt.

Luc. 13. 11.

Cyrillus.

mur, vt merita nostra augeantur, & scalam nobis faciat ad Dei tactum. hæc autem mulier ibi deficit in Dei cœlitumque visione, vbi causa crescendi adest. Quid est hoc? Proh, terrenorum bonorum malitia. Illa est, non diaboli vis, quæ cæcat ad cœlum. inclinata erat hæc mulier, curuaquè terram respiciebat, terreaquè amabat; quia autem non est, quod ad Deum tendat, quicunquè terrenis implicatur, ideò sursum isthęc respicere nō poterat. Affero Maldonatum, deindè D. Bernardum. *Quod in hac muliere fecit*, inquit Maldonatus, *scilicet diabolus, id quotidiè in nobis facit; nos degrauatos peccatis, & ideò inclinatos in terram; & in cęlum suspicere non valeamus: idest, adeò deditos terrenis rebus, vt cęlestium non recordemur*. Erat inclinata ad terrena; vndè cœlestium obliuio orta est. Et D. Bernardus serm. 25. in Cant. *Curua anima non possunt diligere sponsam, quoniam non sunt amicæ sponso*. & Clarius sermon. 80. in Cant. *Quæ non capit, quę sursum sunt, sed super terram; non planè est recta, sed curua*. Impediunt se, dilectio caducarum rerum, & Dei semper futuri, terrena, & cœlestis visio. Fugit Christus, vbi mundana illucescunt. Audio voces dilectissimæ sponsæ, Cant. 1. ità resonantes. *Indica mibi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubas in meridie*. Quærit sponsum, quæ sponso nunquam carebat. Nonnè hęc est illa, quæ iter vbera ligatum veluti fasciculū mhyrræ gestabat Deū? *Fasciculus myrra, dilectus meus mihi, inter vbera mea collocabitur*. Mhyrreus erat spōsæ cordi dilectus Iesus; qui cor à quibusuis cogitationibus corruptiuis, sibi seruabat illesum; nec abibat, quia

Maldon. D. Bern.

D. Bern.

Cant. 1.

Christus est mhyrra corpo...

R. Franc. de Franch. in Hos.

A ligatus. Quid igitur est, quod quę tenebat, quærebat? & ardoris desiderio, possessum, possidere languebat? Quærit sponsum sponsa, sed in meridie. Noto hic Dei amorem. In meridie quæritur Christus, dum pascit animas. O. quiescunt alij, Solis vrentibus ardoribus; at non quiescit Christus à pastu animarum, sed tūc pascit, cùm patitur magis, nec vrentes ardores arcent ob ouium suarum

B pastu. An non vrebat persecutionis Sol, cum Iudas tradebat, imò peccatorū lancea penetrabat cor suum? Cum Iudæi mortem machinabantur ignominijs probrosam. At tunc Sacramento Corporis sui, pascit oues paulòpost erraturas. Huc spectat Rupertus lib. 3. de operibus Spiritus sancti cap. 18. dicens. *Iam enim erat venditus, vt Apostolus ait, In nocte, qua tradebatur, accepit panem, gratias*


C *agens, fregit, & dixit; Accipite, & manducate, Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur, &c. Cur hoc? nisi, quia non aliundè viuificum hoc mysterium, sed ex ipsa condebatur Domini passione*. Cum meridies est vrentis passionis, tunc cibum, & pastum, nobis condit Deus. At hactenus de his. Accedo ad propositum. Spōsa, quæ semper cum sponso est, quærit in meridie; meridiana hora, Deum ab oculis au-

D fert, quid quæso meridies hæc? aiam, quod sentio. Nusquā mortalium oculis terrena hæc illuxerunt, nisi in meridie. Accessit serpens ad Euam, deuenit Eua ad maritum, qui clausis oculis mundo, solùm cœlum, Deumquè spectabat, ac oculos nostrum parentum aperuit, ad terrena isthæc intuenda. *Eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum, nequaquam moriemini*. En potestas alia, ab illa, qua Deus

Christus cum patitur, tunc animas pascit.

Rupertus.

Genes.



Deus hominem omnibus præfecit, scientia, alia, vita, alia. mundana sunt isthæc, à serpente, qui repit, super terram, exhibita. Aperuit ad isthæc concupiscēda oculos Adam, ambiuit mundi delitias, hora meridiana. Quod elicitur, quia post meridiem, ad Adam accessit Deus, vt habetur Genes. cap. 3. & Procopius ait, meridie, scilicet, hora sexta, accessisse diabolum ad Adam, & Euam, cibūque persuasisse; quia illa est hora, qua cibum sumere solemus. En quàm astutus est dœmon; en, vti congruitates obseruat. *Christus,* inquit Procopius, *amaram passionem passus est, illis ipsis horis, quibus Adam edit, vsquedum à Domino pœna condemnationis pelleretur, scilicet ab hora sexta, vsque ad horam nonam. Adamus hora sexta, cibum vetitum in illa demisit, est enim illa hora, quasi certa regula, hominibus constituta, vt cibum capiant.* In meridie igitur, nil aliud cōspicimus, præter mundana, ac caduca. Cōcludendum est propterea, quod illucescentibus mūdialibus, mortalium oculis, tenebrescit Christus, obscurantur cœlestia. Occurrit D. Bernardus serm. 8. in Cęna Domini. *Amatorem mundi odit spiritus Christi, ab illo fugit, qui, alium, nisi seipsum, amare cognoscit.* Non permanet Deus in illorum cordibus, in quibus sedent terrena; Zelotes est Deus, & cuiuslibet aliùs à se vitat consortium, quapropter in meridie non videtur. Hinc Abrahā, qui à Dño separari iudicabat nefas, domū, patriam, parentes, & quidquid in mundo allicere poterat, euasit, non enim stant simul isthæc, & Deus. Aduertit D. Hieronymus epist. 28. dicens. *Abraha dicitur, egredere de terra tua, & cognatione tua, reliquit*

Genes.

Diabolus obseruat tēpora, vt tentet.

Procopius.

In meridie nobis mūdana aperta.

D. Bern.

Spiritus sanctus ab illis fugit, qui alia, quam ipsū diligunt.

D. Hier.

A *Chaldeam, reliquit Mesopotamiam, non enim arbitratus est, se simul habere posse, & patriam, & Dominum.*

Iocus videtur, quæ cum anima agit Christus, veluti amat, & odit eam; orat, vt aperiat, & ipsa adueniente, latet, & fugit. Audiamus illam. *Vox,* inquit, *dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, colūba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* Non minus te amo, quam abs te amor.

B Nocte, tu me quæsiuisti, nocte ad te venio; reddo par; somnū oculis tuis negasti, nego oculis somnum, cordi quietem. Aperi igitur mihi. Amori reciproco aptat isthæc Sotomayor in Cant. dicēs. *Sponsus enim, qui vnicè sponsam diligebat, memor, quemadmodum illa, iam ante ipsum de nocte quæsierat, quemadmodum ipsa fatetur Cant. cap. 3. per omnia Vrbis loca; vt ei per*

C *omnia in amore responderet, & quasi par pari referret, cogitauit, etiam de nocte eam inuisere.* De nocte surgit Deus ad animam, spernit quierē, cum agitur de animæ vocatione, & salute, tunc quiescit, cùm reperit suum peculium; vndè etsi fatigatus, non sedebat, donec Samaritanam, quam vocaret, inuenit. Nox ista, in qua Dei clamores audiuntur, Christi amoris index est; quadere, Idem Soto-

D mayor. *Hæc oratio sponsi causalis, seu rationalis est, atque translatio sumpta à vulgaribus corporū amatoribus, qui etiam nocte intempesta humida, & frigida, amoris impatientes, ad amicarum fores pernoctare consueuerunt, pulsando, & precando, vt intromittantur.* Impatiens veluti, est diuinus Amor erga nos, moras non perpetitur; vndè. *Festina, accelera,* vocatur. Sed, ò quæ mutatio? quę vicissitudines inromittuntur?

Domus, et Deus haberi nequaquam possunt.

Cant.

Pari amare compēsat nostrū amorē Deus.

Sotomayor

Christus etsi fatigatus, non sedet, donec animam, quā ad se vocat reperiat.

guntur. Surgit sponsa, properat ad fores, tollit pessulum, aperit dilecto, & dilectus euanet, fugit, spernitque, quam tanto quæsierat ardore, totque angustijs. Quid quæso fugam monuit, præcipitauit Deum ad abscondita? Scrutabor sponsæ voces. intrinsecus est, & dilectum non videt; vadit ad fores, & eo priuatur. Intrinsecus idcirco sponsi visione priuatur, & ire recusat, quia pedes suos lauit. *Laui pedes meos.* Pedum lotio moras interponit, nè ad Deum vadat. Quid quæso, lotio hæc secum affert? Vadam ad Christum, in vltima cœna, discipulorum pedes lauantē. Ait Ioānes Euangelista, Christum prius munera Patris, quę omnia in manibus acceperat, aspexisse; deindè ad pedum accessisse lotionē; eas manus Apostolorū pedibus subiecit, in quibus erant omnia, vt pedibus calcantes, omniū declararentur Domini; dixit enim aliquando Deus. *Omnis locus, quem calcauerit pes vester, vester erit.* In lotione igitur pedum, mundi tradi solet possessio; & benè in aquis dantur mundana; quia sicut aqua fluit, ità, & huius mundi bona. Et iam, cur intrinsecus manens sponsa, Deum prohibita sit adire, capio. Lauerat pedes in aqua; lotione, mundi capitur possessio; quia autem mundi possessio, & Dei contemplatio, non coherent; ideò intus manēs, quæ iam lauerat pedes, non vadit ad Christum. At, en, vadit, aperit, reserarquè fores, & Iesus disparet; cur auertit se Iesus, cur declinat? *Surrexi, vt aperirem dilecto meo, manus meę stillauerunt myrrham, & digiti mei plēi myrrha probatissima. at ille declinauerat, atquè transierat.* Dicant mox peccatores; agam pœnitentiam, expecta-

Deut. 11. 24.

Mundana fluunt.

Cant. 5. 6.

Pedum lotio quid.

A bo parumper. heu, vel iusta, vt videtur, excusatio, Deo sponsā priuat. *Quantum detrimenti*, inquit Teodoretus in hunc locum, *pigritia pariat, & quantum laboris afferat ignauia, hinc perdiscamus; dum enim excusat se sponsa, nec statim sponso ianuam vult aperire, cogitur paulòpost, non solùm ad ianuam vsq; progredi, sed ciuitatem percurrere, & plateas circumire, atque in custodes incidere, à quibus vulnera etiam ac-*B *cepit.* Et cur non culpa, vbi amor Dei spernitur, & Christo nō aperitur? Vadit denique sponsa, nec Christum videt. Quare hoc? erat in lectulo, dum voces sponsi audiuit, descendit, vt aperiret, pedibus terram calcauit, calcādo possedit, & terræ adhæsit: quia autem possidentibus terram, Dei visio, & contemplatio negatur, idcirco ad hoc indicandum, abijt Christus, secessit Deus. Huc spectat D. Ioā-C nes Chrysostomus lib. 2. de compunct. cordis. *Nemo potest eorum, quę delectantur, pręsentibus, & caducis, cęlestia, ac spiritualia intueri,* & inferius, *anima, nisi prius didicerit terrena contemnere, cęlestia mirari non poterit; & è contra; donec terrena miratur, necessariò cęlestia spernit, ac deserit.* Lota erat hæc anima, possederat in lotione terrena, & Deo non aperuit. Possedit terram pedibus calcando, & D abijt Deus.

Teodoret.

Pœnitētia non differatur.

D. Chrys. lib. 2. de compunct. cordis.

Vtq; quam congruè hæc dicta sint, appareat, progredior ad spōsæ gressus. Animaduertit misera, quam graue erat dilecto Iesu carere; omniq; post habita verecūdia; laboribus angustijsquè quibusuis cōtemptis, circumcursare ciuitatem cæpit; inuenit vigiles, qui vbi ad eam accesserunt, omni reiecta reuerentia vulnerauerūt; vtquè vulnera ex frigore noctis

affli-

afﬂigerent magis, tulerunt palliũ. *Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem, percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum mihi, custodes murorum.* Scio multa in vulneribus his sacros excogitasse Doctores. D. August. Dei iustitiæ partes dans, id idcircò euenisse putat, quia negligentia sponsæ, ac cunctatio in aperiẽdo Deo suo, punitioni erat subiuganda: nullum enim delictum à pœna erit immune. Ità lib. 6. contra Iulianum cap. 8. *Reatus culpæ manet omninò, donec remittatur in occultis legibus Dei, quæ conscripta sunt, quodammodo in mentibus Angelorum, vt nulla sit iniquitas impunita, nisi quam sanguis mediatoris expiauerit.* Nec imeritò, naturalis etenim iustitiæ ordo est, vt delicta non remaneant impunita, & vt dixit Socrates apud Platonem in Gorgia. *Pœna medicina quadam improbitatis fit.* Cunctatio propterea sponsę, vulneribus medicata fuit, D. autem Hieronym. Zelotipiam Dei præmens; illam horum vulnerum astruit causam. Timet, vt ità dicã, cuiuslibet, vel Solis oculos Deus. Animaduertit propterea in sponsã, eoquod cellæ claustra dereliquerat. Vt quid enim virgo extra claustra, vt quid per vicos cursitat? pudicitiam naufragio exponens? inquit igitur. *Semper te cubiculi tui secreta custodiant; caue, nè domum exeas; Nolo te sponsum quærere per plateas, nolo te circumire angulos ciuitatis, sponsus in plateis non potest inueniri. Atque vtinam non inuenisse sufficiat; vulneraberis, & gemebunda narrabis; inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem, percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt theristrum meum mihi, &c.* & inferius. *Zelotypus est Iesus, non vult ab alijs videri*

Cant. 5. 7.

D. Aug.

Culpa rà per pœna subiacet.

Socrates.

Pœna improbitatis medicina.

Zelotes Deus animas à qualibet societate auertit.

D. Hier.

A *faciem tuam.* Solus nos vult possidere, qui solus amat; vel speciem nostram alijs vetat, qui totos nos vult. Nec, alijs excogitatis carent sponsæ verba. At obstupeo. Cur leniorem medicinam non propinent Angeli? sponsa hæc Regis Dei, Regina erat; dedecent vulnera regnantem, & baculis tractare Reginam, impium est. Cur nedum vrbanitatis, sed debitę reuerentiæ septa transgrediuntur

B Angeli? (ab Angelis enim hæc autumãt. Greg. Niss Psell. & tres Patres in Cant.) At Regina isthęc erat, vndè pallium, Regni symbolum, vt patet in sacra Scriptura, gestabat. Delitias afferre solent Regna, & bona possessa, quæ in pedum lotione acceperat. Quid Angeli tũc? In Regni delitijs, percutiunt, percussionibus addunt vulnera, vt dolorem incutiãt, doloremquè sentiens abeat à deli-

C tijs, & ità Deum inueniat. Quandoquidem, mundus, eiusquè possessio, delitiæ huius vitæ, & gaudia pereuntia, Deum non inueniunt, nec illa maiestate, quæ totos nos sibi vendicat, fruuntur. Adduco D. Bernardum. *Percusserunt me, & vulnerauerunt me, ait. Vt quid itã? ni fallor; vrgebant, vt pertransiret, proindè inuentura dilectum, deniquè etiam tulerunt pallium, haud dubiũ, quia, vt curreret expedita.* Vulne-

D rant, vt doleat, arceantquè à delicijs; & ità, ad dilectum vrgebant Angeli. Etenim non percipiet Deum amicus mundi, & delitiarũ socius, societatem Dei, gratiamq; Spiritus sancti, non gustabit.

Doloribus nos compleet Deus, vt ablactati à mundi delicijs ipso fruamur.

D. Bern. ser. 15 in Psal. Qui habitat.

Io. 17. 9.

Discessurus ab Apostolis Dominus meus Iesus Christus, eos, vti filios dilectos, Patri suo tanquam tutori, vt eorum salutem gereret, commendauit. Vndè, sic orauit ad Patrem. *Ego pro eis rogo.*

Sed

Sed formidandum est, quod addit. *Non pro mundo rogo.* O Christe, nunquid non mundo datus es à Patre? cur ea, quæ mundi sunt, apud Patrem non agis? tu Sacerdos in æternum declaratus à Patre, pro mundo adhuc impio orare debes, ad hoc enim Sacerdotes honoramus, vt murus sint inter populum, & peccatores. vndè canit Ecclesia. Inter vestibulum, & altare plorabunt Sacerdotes ministri Domini, & dicent; Parce Domine, parce populo tuo, & nè des hæreditatem tuam in perditionem. Et tamen non orat pro mundo Patrem suũ Christus Sacerdos, An fortè, quia, Oratio ignis est, iuxtà illud Dauidis. *In meditatione mea exardescet ignis.* Et ignis ab ascensu detinetur, cum ponderibus alligatur, nec aliquid mundo grauius est? vndè Sacerdos Christus sciens orationem pro aliquo, alligari ei, pro quo est, sciensque orationem ignem esse; qui vsque ad Deũ, qui ignis est, debet ascendere, nec ignorãs insuper frustrari ignem ab ascensu, cum graui materiæ vnitur, videns orationem pro graui iniquitatibus mundo ad Deum nõ posse ascendere, pro mundo nõ orat. Fortè hoc edocere voluit ad peccati declarandam malitiam. Sed pergo vlterius: & inquiro à Sacerdotibus, qui pro populo stant oraturi. Nunquid omnes sua publica oratio cõplecti debeat? Nequaquam, respondent, sed eos tãtum, quos pia Mater Ecclesia, à suo sinu non arcet. Caueat Sacerdos in publica oratione, pro excõmunicato fundere preces. Aduerto mox, cur Christus Sacerdos pro mundo nõ oret, oret autẽ pro Apostolis. Publica erat isthæc oratio, quod si Sacerdos pro illis nõ orat in publica oratione, qui sũt

Ps. 38. 4.

Mundus est excommunicatus

A excõmunicati, & Christus pro mũdo nõ orat, equidẽ cõcludendum est mundũ esse excõmunicatum. Ità Dionis. Cartus. in opusc. *Pro mundo non rogat, quia mundus est excommunicatus.*

Dionysius Cartus. in opusc.

Discurro cũ Canonistis, de pęna participantiũ cũ excõmunicato. Ea quidẽ est, quod minori excõmunicatione ligãur, ac proindè à perceptione Sacramentorũ, nisi præhabita absolutione, arcetur. B Non datur sanctissimi Christi Corpus his excõmunicatis; Priuantur hi cęlesti pastu; orbantur Deo. Da mihi igitur mũdo excõicato adhærentẽ, eiusq; familiaritate fruentẽ, & clamo excõicatũ, saltẽ minori excõicatione. Audiatur Orig. hom. 7. in c. 6. Ios. *Nolite conformari huic seculo, qui .n. hęc faciũt, accipiunt de Anathemate,* & insuper. *Anathema sit vobis omnis cõuersatio secularis.* En, mũdi deditos C excõicatos. q̃ si hi Christi Corpore, sacramẽtisq; priuãtur. Equidẽ concludendũ est, seculo fruẽtem. Deũ nusq̃ posse secũ habere, eiusq̀uè animã dulcissimo illo cibo satiari Spectat huc D. Greg. li. mor. c. 19. *Qui præsentis vitæ delectatione delectãtur, interni eius sẽsus ligãtur.* En, excõmunicationis ligamẽ, *vt iã spiritualia mãdere nequeãt.* Nõ mãducabũt Christũ, qui spiritum, secũ affert, & vitã, mũdo, infixus, D expellẽtur à Dei gratia, quęrẽtes gratiã seculi. Mũdus. n. & Christus aduersarij sũt. Abeat igitur mundus ab ijs, qui Deum affectant. Sit solus Deus, vbi ad cęlestia cupit ascendere ãnima.

Orig. hom. 7. in c. 6. Iosue.

Mũdo adhærenter sunt veluti excommunicati, ac Deo priuantur.

D. Greg. lib. moral. c. 19.

Aduolo ad Christi latus, potãs sapiẽtię aquã. quę de Christi latere effluxit. aq̃ meditor, q̃ Dei omnipotẽtia ad pectus illud sacratissimũ, miraculosè adduxit. Et scrutor, cur ibi aqua, vbi fornax succensa erat amoris? an fortè, quia

Amorem, aquarũ dixerũt filium, laici Scriptores?& Deum,qui nostris se inclinare solet,vt alta eius intelligamus, cor suum circumdauit aquis, vt diceret, nedum amãtem, sed Amorem, nascẽtem ex aquis. non dissentio. Sed magis abscondita desidero. Et suppono pectus illud, propterea apertum, & dilatatũ, vt homo in sacrarium illud diuinitatis intraret. Velum templi iam in Christi morte scissum est,ac si non amplius in templo celare vellet homines, patefecit ostium, vt indè exirent omnes; scissæ sunt petræ, apertaquè sunt monumenta, vt hospitiũ negarẽt quiescẽtibus in ipsis. Quid tunc Deus? aspexit homines ab omnibus eiectos, terramque eos, nec sustinere volentem. Vndè cõcussa est. Permisit Christi latus aperiri, vt ad Dei Christi cor,ad eius diuinitatem ingrederentur, ac quiescerẽt homines. Adsit Abbas Vgolin. de quinque Christi plagis cap. 2. *Vnus militum lancea latus eius aperuit, vt insinuaret neminem tam procul abesse, cui per istã lateris aperti ianuam, ad mysteria diuina, non pateat aditus; hac verò tunc manifestata fuisse, vel id ostendit. quod velum templi in duas partes scissum est, ac Sol iterum effulsit tenebris pulsis, in signum, quod & diuinitas seipsam Sanctis Patribus Limbi, patefecit, quibus per istam vulnerati lateris aperturam, ad clarã visionem Dei via parabatur.* Reddebat terra homines, & Christus in cor suum accipiebat. Adest iã hominum domus, Christi pectus, ex quo effluit aqua. sed cur aqua? Vado in huius intelligentiam ad Christi sitim, ac propinatum poculum. Dixit Christus *Sitio*, attulit miles acetũ, accepit Christus. *Cum ergo accepisset*, inquit Ioannes, *acetum, dixit consumatum est.*

Aqua, cur in Christi latere.

Cor, Christi amor.

Ioan. 19.

Abb. Vgolinus.

Ioannes.

A Haustus paruulus ille, descendit ad pectus. Et equidẽ, præter multa, quæ acetum significat, mundi istius bonorum Hieroglyficũ est. Ità Ioannes de Rinaldis in tract. de significatione herbarũ, & florum. Erat in Christi pectore mundialium symbolum, nec frustrà accepit; quid enim affligare magis poterat Christum, quam odio in eum exustus? talis erat mundus, qui teste ipsamet veritate, viB scera odio in Deum corrupta, seruabat. *Me priorem vobis, odio habuit.* Non effugit ab hoc inimico dolorẽ Christ', vndè ad intima intimũ traiecit inimicũ. Mundus in Christi pectore, vel in figura asseruabatur. Intraturus erat illuc homo, contẽplaturus erat diuina, gustaturus erat eordis Dei dulcedinẽ. Aduertit Christus neutiquã ad hæc aptũ hominẽ, mũdo adhęrentẽ. Aduocauit proindè miraC culo; ad cor suũ aquã; vt acetum, mũdum significantẽ, aqua ablueret, ac mundum redderet pectus. sciebat etenim, quod si mundi ibi esset, vel figura, ascendere homo non potuisset ad æterna. Belle idem Abbas Vgol. c. 4. de quinq; plagis. *Propterea in cruce pendens inflicto vulnere, sanguine, & aqua è latere emisit, vt locũ habitationis expeditum esse intelligeremus.* Expedit cordis locum, nil ibi retinet, quia D quidquid esset, impedire hominẽ posset à dulcedinis illius gustu.

Palliũ breue est humanus affectus, delitias Dei, & solatia mundi, quæ nec solatia sunt, operire non potest. Nec possumus alijs, quã Christo habitaculũ struere. doeuit isthęc Spiritus S. qui Euãgelistico stylo Petrũ inscitię ascripsit, vt agnouit intẽtũ Xpi tabernaculo, & Moysis, atq; Elię: qua de re D. Hier. à scola secessit Taboris, nec Petrum suæ viæ ad Christum, vo-

Io. de Rinaldis.

Mundana omnia violentur, vt dulcedine Dei fruamur.

D. Hier. voluit regulam. *Pergamus*, inquit, ſcribens ad Marcellam, *ad tabernacula Saluatoris. Non, vt Petrus, quõdam voluit, cum Moyſe, & Elia.* Impoſſibilis redditur cœli, & terræ ſimultaneus obtutus. Si cœli aſpectus adeſt, à terra prorſus oculos tollere neceſſe eſt. Non eleuabit ſurſum Spiritus ſancti flatus, affectus noſtri cineres, ſi tranſitoriæ aquæ huius ſæculi cõpaginabunt. Nec vti purum granum erimus columbæ cæleſtis cibus, ſi ſub terra emoriemur. Abeant igitur terrena à nobis, qui cœlo nati ſumus; erigamus ad Deum ſpem noſtram, nec ſimus fidentes caducis, quæ nobis cadẽtibus cadunt, & oneris ſunt, ad deprimendum vſque ad Inferos. Fidant, qui ſalutem negligunt in curribus, & equis, ego autem ſperabo in te Domine Deus meus. Hic erit meus cibus. etenim, vt fert Adagium. *Exules ſpe aluntur.* Exul ſum à mea Paradiſi patria, quam præparat noſtris animabus Chriſtus Paſtor. Huius ſpe, non temporalium, non corruptibiliũ, non decipientium paſcar. O Domine, ſi ante oculos noſtros aſſiduè verſaretur vltimus dies, & quotidiè moreremur, vt dicebat Paulus Apoſtolus. *Quotidiè morior.* Equidem te ſolùm inſpiceremus, te ſolùm timeremus, te ſolùm diligeremus. Quid eſt, quod tot deglutit infernus? cadũt à Paradiſo? deuorantur à diabolo? dãnantur in æternum? Heù, ideò hęc contingunt hominibus; quia tẽporalibus ſunt aſtricti. Et hæc ſerpentis diaboli ſunt, cui terrena data ſunt in cibum. erit homo his infixus, cibo ſapor. *Ipſi obligati* Pſ. 19. D. *ſunt, & ceciderunt*, inquit Dauid, ſed cui, nam obligati? quæ nam eſt hæc obligatio, quę caſum ope-

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

A ratur? audiatur D. Aug. in Pſal. 19. *Temporalium rerum cupiditate obligati ſunt, & ceciderunt.* Obligati ſunt honoribus, ceciderunt; obligati ſunt diuitijs, ceciderunt; obligati ſunt libidini, ceciderũt; obligati ſunt ſuperbiæ, ceciderunt. O Domine tibi ſolùm debeo me totum, nè permittas me cadere, ſed cadenti ſuppone manum, nè ruã in æternum.

B

SECTIO II.

Dilatetur cor noſtrum in dilectione inimicorum, ad quam moueant, tum Chriſti exempla, tum dilectionis magnalia.

ET DIXIT DOMINVS, &c.

VErè ſemper lux, Sol, & ſplẽdor ſemper eſt Deus noſter; qui ſemper odij nubila, obſcuritatis liuores eliminat, & fugat. At cur delictum ſuperabit C gratiam? malitia bonitatem? negationes entia, à Deo, vti bona cognita, & ità creata? Negatio odium eſt, res eſt amor, & ità fortis, vt teſte Diuo Auguſtino lib. 7. D. Aug. confeſ. quamlibet difficultatem erubeſcat. *Solus Amor*, inquit ille, *Amor difficultatem erubeſcit.* *nomen difficultatis erubeſcit.* Quapropter triumphos ſuper malitia D extollere, odia ſuperare, nuſquã putauit arduũ. Attigit iam iſthæc Arnoldus tract. de ſeptem verbis Arnold. Domini. *Inconueniens eſt*, ait, *vt amplioris virtutis, ſit delictum, quam donum; & præualeat malitia bonitati, & perditio ſaluti.* Vitauit hoc inueniẽs Deus in prophetia Hoſeæ. Vbi, vt agnouit offenſũ Hoſeã ab vxore adultera, dilectione cõtra illatũ opprobriũ vincere voluit Prophetã; dilectione

armauit, ac se in amoris pugna exibuit ducem, dum dixit. *Dilige dilectam amico, & adulterā, sicut diligit Dominus filios Israel.* O magnam Charitatis excellentiam, ad quam, nō præcepto solum, sed exemplo se accingit Deus. Non mittit, sed vadit cum dilectoribus, & prius diligit inimicos, & demum pręcipit diligendos. Plasmauit Deus hominem ex terra rubra, vti communis fert Doctorum assensus; vel quia amoris accidentia, voluit homini connaturalia (rubrū etenim Amoris Hieroglyphicū est, vt adnotauit Rupertus Abbas in lib. de diuinis officijs. (vndè Martyrum festiuitates rubris vestibus celebrat Ecclesia, quia ob Dei amorem proprias animas dederunt. Vel quia, sciebat hominem peccato vulnerandum, ac discerpendum; nec reparatio, nisi per similia fieri debet, & reparare hominem terram rubram, rubra sua humanitate, scilicet proprio sanguine tincta, disponebat. Fecit necnon ad imaginem suam Deus hominem. *Faciamus,* inquit, *hominem ad imaginem, & similitudinem nostrā.* Quia imago, imagine restauratur. Nec alia imago in diuinis, præter filiū, qui Patris Imago est. Per hanc imaginem, per hunc Filium, homo amissis bonis erat restituendus. Hoc præmo, cur Filius, cur Patris imago, ad hominem descēderit, hominem Redempturus? cur Pater pro Filio non stat? Cur non redimit filium hominem Pater æternus? sed filius fideiussor astat pro homine? In huius intelligentiam, ad primum pergo peccatum. Iuit ad Euam diabolus, proposuit ex ligni vetiti æsu, Deitatem; sed non illud proposuit, quod non erat in mente mulieris; sed illud, quod pruritum excitauerat in anima; etenim vt sentit Rup. Abbas, sentiebat intus homo diuinitatis ambitum. *Sciendum, quod priusquam per serpentem, diabolus, de vetito ligno, comedere mulierem persuaderet, vterque scilicet, vir, & mulier occulta eiusdem hostis inspiratione, appetiuerant esse, sicut Dij.* Sed non sicut quælibet persona; sed sicut filius. Dixit etenim diabolus. *Eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum.* Certum est autē, quod filio tribuitur Sapientia. Itaque optauit esse, sicut Filius Dei, in illius locum subrogari voluisset. Ità idem Rupert. *Vtique Filium, qui sapientia Patris est, superbè amulati sunt.* Certum autem est ex nostra fide; in deitate, non posse esse, nisi tres personas, neque plures, neque pauciores. Quod, si homo, vti Dei filius, superbè esse ambiuit; equidem filium Dei non esse, affectabat; cōtra filium Dei, hominis cōsilium est; abeat filius, vt sim, sicut filius; viuam ipse Deus, sciens bonum, & malum; & pereat Genitus ex Patre. O peruersa malitia. Cecidit homo per superbiam hanc, lapsu mortifero. At erigere voluit Deus. Si ad erigendum venisset Pater, vel Spiritus sanctus; ità poterat, quis insipiens discurrere. Venit Pater, quia non principaliter offensus; accessit Spiritus sanctus; quia nec contra illum, principaliter pugna; at filius præcipuè, odio tactus, non aduenit; fortè, etsi remittat offensam, non amat. Quid igitur Dei filius? Homo, contra me insurrexit, contra me præcipuè, iecit sagittas. Ego pro ipso moriar, liberabo ipsum meo sanguine à pœnis inferni. Quod, si filius, ideò incarnatus est, nè homo suspicari posset, vti ini-

Rubedo symbolum amoris.

Amoris accidentia, vult Deus homini cō naturalia. *Rup. Abb.*

In festiuitatibus Martyrū, cur colore rubeo vtamur?

Adam, cur ex terra rubra?

Genes.

Homo, cur ad Dei imaginem fuerit creatus?

Rupert:

Adam, & Eua, non adhuc andierāt serpentis vocem, cum Deitatis culmē aliquo ascenderant affecta.

Reper. lib. 11. diuin. off. c. 18.

Vt dilectionem inimicorū exēplo firmaret Deus, Verbū incarnatum; est.

inimicus non amari: equidem cōcludendum est; adeò cordi esse Deo, inimicorum dilectionem; vt, vel ab origine mundi, in seipso dedicauerit: & ad patefaciendam inimicorum dilectionem; Filium, non Patrem, aut Spiritum sanctum, fuisse incarnatum. Audiatur Rupertus, vbi supra. *Mirāda; vt superius iam dictum est; diuinitatis dispensatio, mira dignatio, vt ille, contrà quem, potissimum peccatum admissum fuerat, scilicet Filius, intercessor apud Patrem accederet, homo factus, & pro inimicis suis, spōtanea charitate addictus, tanquam ā Iacob, idcircò se patiatur immolari, vt Esau in gratiam Patris, & Matris veniat, &c.* Et inferius. *Commendat ergo charitatem suam nobis Dei Filius; quoniam, cum in ipsum peccando, Patrem offendissemus; ipse pro nobis naturam, in qua pro nobis moreretur, assumere dignatus est.* Ex indè, Verbum nostram naturam assumpsit, vt inimicorū dilectionem, prius in se consecraret. Eos amando, ac pro eis patiendo; qui contrà ipsum præcipuè pugnauerant.

Nescit odisse Deus hominem, cui inimicorum, imperat dilectionem. etsi offensus, etsi vili, ac nihili pēdatur: imò iniuriæ memor, non vindicat; sed tunc cumulatiora exibet indicia amoris. Abierat iam ab hominibus ad Patrem Christus; sedebat ad dexteram Genitoris, cùm nō immemor eorū, quæ Apostolis pollicitus fuerat, misit Spiritum sanctum; qui in linguis igneis adueniens, sedit super capitibus Apostolorum. *Et apparuerunt illis dispertitæ linguæ, tanquam ignis, seditquè supra singulos eorum.* Misit Spiritum sanctum, nedum in igne, sed in linguis igneis, qui omnia reparare vole-

Act. Apost. c. 2. n. 3.

P. Franc. de Francb. in Hes.

A bat, ac tollere mala, quæ diaboli malitia adduxit in hominē. Lingua diaboli, seductus est homo; en, in lingua aduenit Spiritus sāctus, vt reducat ad semitam rectam. Venenum effudit serpens. Venenum autem serpentis, solet esse frigidū; venit proptereà Spiritus sanctus in igne, vt calore igneo, serpentis frigiditatem veneni tolleret. pulchrè Edmundus Archiepiscopus Cantuar. in speculo Ecclesiæ cap. 22. *Ista fuit certa prouidentia Domini Dei nostri; quia duobus modis venit malignus spiritus ad hominem decipiendum in Paradiso, scilicet per malum incitamentum suæ linguæ, & per frigiditatem sui veneni; & ideò venit Spiritus sanctus, in lingua, contrà incitamentum diaboli, & igne, ad destruēdam frigiditatem veneni.* Venit ad hominis beneficia Spiritus sanctus, misitque eum Dei Filius in mundum, nè à suis deficeret pollicitatibus. Dixit enim. *Cum assūptus fuero à vobis, mittā vobis eum.* Sed expeto, qua nam hora Spiritus sanctus in terram aduenerit ad homines; & donum hoc largitus fuerit Deus? equidem hora tertia, ità sancta Ecclesia canit.

Spiritus sāctus cur in linguis igneis aduenerit.

Edmund.

B

Calore igneo Spiritus sāctus veneni frigiditatē in homine venit curaturus.

C

Cùm lucis hora tertia,
Repente mundus intonat,
Apostolis orantibus,
Deum venire nunciat.

Hymnus.

D Tertia aduenit hora. Quid est, quod non potius meridiem eligit? adueniens enim in feruore diei, vt ignis feruens, exuberantem Dei significasset amorem.

Accurro Dauidem, qui in mētis excessu, Christi opera prospectans, dixit. *Deus iudicium tuū Regi dà, & iustitiam tuā filio Regis.* Magna equidem dispensario. Eum, quèm Deū adorare debebat Dauid. Mutat, & colit vti Regem, cui iu-

Psal. 71.

iudicium dat,& iustitiam. Cur nõ Potestatem, & Voluntatem? ad nutum etenim Regis mouentur omnia. Ipse mortis est,vitæque Dominus, ac hominum libertatẽ regit ad suum nutum; quapropter, vt notat Pierius lib. 48. in Fręno,Regem repręsentabant antiquitus. *Ab officio verò gubernandi,regendiquè. Habena quoquè in Regis significatum,veniunt.* Regat Dei voluntas, frænetquè hominum colla;non Iustitia. Sit ex Deo dependentium,iudicium,& iustitia;eorum tantum sit ligata ad iustitiæ præscriptum voluntas. At minimè his contentus Dauid, iudicium dat Deo,& iustitiam,cum ex Deo,mutat in Regem, dicens, *Deus iudicium tuum Regi dà, & iustitiam tuam filio Regis.* Rupertus loco citato,Regum intuens potestatem,eam,non ità liberã astruit, vt à iustitia absoluat. Quam iustitiam in eo ponit,vt præceptorum ab ipso latorum, prius in ipso, quam in subditis, quos coercet, eluceat obseruantia. Aduoco ipsum. *Discite ergò à me,* inquit, ex Dei voce,*quia mitis sum, & humilis corde.*& deinceps. *Hoc miraculum diuinæ dispensationis Propheta intuens,ait; Deus iudicium tuum Regi,da, & iustitiam tuam filio Regis. Magnum est hoc, & mirabile, quod filius, cùm aquè, vt Pater Deus sit, creatura sua,Rex quoque eius dignatus est dici, & esse; & hoc secundum iudicium, legemq; iustitię, quod hoc modo promptum est aduertere. Dignum erat,vt is ipse,scilicet filius,per quem omnia condita sunt, Dominus, & Rex esset omnium,&c. Regis autem, debitum, ac legitimum est officium, vt subditis danda, vel data precepta,prius ipse, actibus, impleat.* Hæc iustitiæ lex est. Sic accipit Deus noster Regiam potestatem.

Pierius.

Frænum Regis Hieroglyph.

Rupert.

A Vtinam & creaturæ, sic in Regia potestate viuerent; alligant enim onera grauia, & importabilia, digito autem suo nolunt ea mouere. Subditos spinis, se committunt floribus, & delitijs plenam agentes vitam, austeritates omnes,ijs quos regunt seruant Non sic Christus;sed seruat ipse, quod iubet;nec venit legẽ soluere, sed adimplere. At dicent. Quid aduẽtus Spiritus sancti hora tertia, cũ

B his? multum per omnem modum. Hora equidem tertia, vt inquit Edmũdus, loco citato, Christus flagellis fuit cæsus. Flagella autẽ, nedum pœnam,ac dolores parturiunt,& illos quidem, vt in sufferentia flagellorũ, virtus tolerãtiæ effulgeat magis: qua de re Pierius. *Est,& tolerantię symbolum per se manifestum satis,flagellum ipsum, quo vno signo, Latonum patientia, verberibus tolerandis assueta, clara,*

C *& illustris habebatur.* Sed insuper dedecus, & opprobrium Non licebat, nisi seruos flagellis cedere, et si liberi flagellis exponebãtur, magistratus, aut honorũ gradus, de reliquo ascẽdere, minimè poterant; infamiæ enim succumbebant, vbi ictus quadragesimum numerum excedebat. *Maior numerus,*inquit D. Hieronymus,*vapulantem infamat.* En,Christi dedecus,opprobrium,& dolores ab

D inimicis experta,hora tertia. Lex autem, & Dei mandatum erat, vt diligerentur inimici. Quid ipse? poterat isthæc cogitare Hora tertia opprobrijs circundatus sum. Inimicos oportet diligere. Volo, vt hic erga inimicos amor innotescat. A Iudæis,& mundo,hora tertia infamiæ fui speculum. descendat hora tertia in Iudæam, & mundum Spiritus sanctus, qui amor est,quem accipiẽt, si velint, & in-

Edmund.

Pierius.

Flagellum tolerantiæ symbolum.

& innotescat, me eadē hora, qua ab ijs fui percussus, & infamatus, Amore, ità in Iudæam inimicam, & mundum exardescentem, vt vel ipsum amorem meum in eos effūdam. Fauet D.Chrysostomus hom.3. super 1.epist.ad Corinth. *Dedit pignus spiritus, cum essemus inimici. Multo magis, illa reconciliatis, & in amicitia receptis largietur.* Inimicus Dei, hora tertia erat mūdus, cum eum flagellauit: & hora, qua erat inimicus, effudit Spiritū sanctum, qui amor est, conciliatquè amorē. Amat inimicos Deus, qui dilectionem vsque ad contradicentes, voluit extendi, flammasquè sui amoris, nulla potest vnda extinguere odij; nec Solis Dei radios impedit nubes inimicitiarū. Instruebat Christo insidias, proditor Iudas. At dum mortē porrigebat vitę auctori, ille, Vita Christus, vitæ consulebat Iudæ; hoc fecit cibus, & potus; instituit propterea cœnam, qua vita seruatur, & prima minimè satisfactus amor suus; se dedit in cibum, sanguinēquè suum in potum, sub speciebus panis, & vini. Hoc obseruo. Quod calicem porrigens, nè, vel vnus non biberet, dixit. *Bibite ex hoc omnes.* Fortè haustum refugiebat Iudas; fugę occurrit Christus, dicens, Bibite omnes. O Iuda bibe, bibe Christi sanguinem, & si sanguinem sitisti sanguinem bibe: nō vetat suum, sanguinem Christus, qui ad nostra descendit, vt pro nobis sanguinem effunderet. Verum rogo te Domine, cur ad potum vocas Iudam? Sāguis tuus vita est, hic mors: quid vitæ, cum morte? Sāguini tuo puro, est, quid cum sanguine proditoris? deglutiet Iudas sanguinem tuum sub specie vini, ibit ad stomachum, miscebunturq; tuus, & Iudæ san-

Spiritus Sancti cur hora venerit tertia.

D. Chrys. hom 3 sup. 1.epist. ad Corinth.

Cœnam fecit Christus, vt cibo, quo vita nutritur, vitam seruaret Iudæ.

Ioan.

A guis. O detestanda est, tam diuersorū mixtio. At misceatur, inquit Iesus, Meus, & Iudæ sanguis. Iudas enim, dum mihi mortem procurat, inimicus est, oditque, quem amare deberet. Sed peto Domine, quid sanguinis mixtioni, cum odio? Quid societati sanguinis, cū bellua effera, & inimica? Hauriam mysterium, ex Ægyptiorum moribus. Ij, vbi amicitia inter inimicos firmanda erat; vtriusquè pol-
B licem victa ligabant, lanceolaquè ab vtroque sanguinem emungebant; qui decurrebat in vnum, ac ità pacem conciliabant. Nec temerè, omnia isthæc; vt enim in sacra Scriptura habemus; anima carnis in sanguine est. Decurrendo igitur, vtriusquè sanguis in vnum; eorum animas in vnum coisse dicebant; ac duas animas vnam. Quis autem propriam animam odio habet? Quod si mixtus
C sanguis, pacem, amoremque clamat; & Christus suum sanguinem in potū dat Iudæ inimico, vt suus sanguis cum Iudæ sanguine misceatur: Equidem, hoc facto, id voluit ostendere Christus, quod etsi Iudas inimicus, & si actualiter proditor, & si vitæ Christi insidiator; tamen Christus, qui Rex erat secundum iustitiam; pacem, cum Iuda desiderabat, & Iudam amabat ferè, vt animā suam. Hinc
D quædam Glosa in illud Ioan. *Bibite ex hoc omnes*, inquit, *non excluditur Iudas, qui ad sanguinem Christi vocatur, vt cum Christo vnum fiat amore. Hoc fecit Iesus, qui dando sāguinem Iudæ, inimicorum dilectionē, commendare voluit.* Dat sāguinem inimico, quia in sanguinis admixtione, pax consurgunt, & amor. Ac si diceret. O Iuda, esto sis inimicus, esto ad meam properes mortem, diligo te, vt animam meam;

Ægyptiorū mos in firmanda amicitia, seu conciliāda.

Leuit. 17.

Ioan.

Sanguis Christi, cur Iudæ fuerit datus.

meam; quod aduertas mei sanguinis potu,velim: quærens enim sanguis meus tuo vniri, vnitatem experit animarum, vt possit dicere,anima Iudæ, anima mea est. O ingētē dilectionis flammā. Pergo à potu,ad potum; à sanguine, ad Christi clamores,atque suspiria; vt dilectionis inimicorū in Christo, cumulata contempler exempla. Pependit in cruce, moriturus Christus, & quidem,super ligno passioni se dicauit,non incōsulto; cruciatus enim Christi,iurgiaque ab inimicis, mari assimilata fuerunt à Dauide; dum prophetico spiritu, dixit. *In mari via tua,& semita tua in aquis multis.* Nō mergitur lignum in aquis, sed supra mare lignum enatat. Vt indicaret igitur Dominus, se à tot iurgijs inimicorumque liuoribus, non fuisse submersum;& vt amantem, omnibus superiorem extitisse (amor enim super omnes est)has aquas ligno transiuit. In hoc ligno eleuatus, bis clamauit,& ante mortē,& in morte. Vndè Euāgelista. *Iterum clamans,voce magna,tradidit spiritum.* Exquiro,cur clamauit? cur voce magna,suam nunciauit mortem? nunquid, vt diuina iustitia accurreret contrà reos Christidicij? Sed absit hoc, ab illo sanguine, qui melius clamabat,quam sanguis Abel. Absit hoc, à labijs illis, qui præter gratiam aliud nolebant eiffundere. Absit hoc, ab illa voce, quam vt dulcissimam audiebat Sancta Mater Ecclesia. Quid igitur est,quod clamat, & moritur?contemplor Christi potum. Sitiuit ille,at siti fel obtulerunt,& acetum,accepit potum aceti Christus; qua de re Ioan. *Cùm ergo,accepisset Iesus acetum.* Et accepto aceto, clamorem emisit magnum. Equidem,acetū

Ps. 76. 20.

Math. 27. 50.

Ioan.

A illud Iudæorum significabat odiū, si enim vinum, amoris est apud omnes Hieroglyphicum; acetum à vino desciscens, odij symbolum est. At quis ignorat,aceti proprietatem esse refrigeratiuam? Non dissentiunt Medici. Descendit potus aceti ad Christi pectus,totum amore flagrans; & vt frigidum, teporem igneo illi amori minitabat;hoc autem consuetum est, quod cùm ignis ab exustione B deficere videtur, runc flatu accēdimus,flatu flamma fit maior. O bone Iesu,quàm amans es inimicorū. Propinauerunt Inimici acetum refrigeratiuum caloris, quid tunc Christus? ità cogitare poterat: homo, flatu ignem non exardescentem,ad ardorem excirat;& ardentem, ad maiorem exustionem;en,moriar clamando; & clamore, vehementem flatum circa pectus meum emittam. Quod si C flatu flamma maior, ac maior fit; dicam clamore hoc, meum amorem non solum,ex aceti haustu,& odio inimicorum non repuisse; sed magis, ac magis inflāmatum. Annuit his Barradius in Euangelista. *Est autem,* ait,*clamor cordis, magnus feruor.* Et Petrus Damianus serm. 1. de exalt. sanctæ crucis. *Considera beneficium, dum fel ori,claui manibus, lancea lateri, apponuntur ab inimicis, os & manus,* D *& latus agebat pro inimicis.* Præmo illud, *agebat*, quod idem est, ac agitare ad feruorem. O Domine Deus meus, semper offensus, & semper amans,semper occisus, & semper dans vitæ alitum, ab hominibus odij gladio confossus, & semper amoris spiritum emittēs. Nec sistit Dei amor in inimicos, quousque alterum se,eos demōstret. Adnoto ipsiusmet Christi orationem ad Patrem, de qua

Barrad.

Pet. Dam.

Christus, cur moriēs clamauerit.

Da-

Beda in Pſ 41. Dauid in Pſal. *Dicam Deo ſuſceptor meus es*. Verba hæc iuxtà Bedæ expoſitionem Chriſti Domini ſunt, pendentis in cruce. Exquiro orationis huius veritatem, nec inuenio. Celebris eſt enim doctrina ſacrorum Theologorum, D. Bonau. & præſertim D. Bonauenturæ in 3. diſt. 10. art. 2. quæſt. 1. Chriſtum non poſſe dici filium Dei adoptiuum; nam, vt aliquis adoptetur in filium, oportet ipſum non eſſe filium naturalem, Chriſtus autem eſt filius naturalis Dei, quia humanitas illa realiter, & non tantũ affectu vnita eſt perſonæ Verbi, filij Dei; & ſicut nunquam fuit tempus, in quo Verbum non fuit Dei filius; ſic nullum fuit tempus, poſtquã illa humanitas fuit vnita Verbo, quod non fuerit in perſona Verbi, & in illo triduo Verbum animæ, corpori, & ſanguini Chriſti, quæ ſunt partes principales hominis fuit vnitũ, & ratione perſonæ diuinæ vnitæ humanitati Chriſti, dicitur Chriſtus, filius Dei, etiam vt homo; & ſic ſẽper Chriſtus à Patre ſuſceptus; nuſquam extra gratiam anima illa ſanctiſſima; nuſquam abſque vnione ad diuinitatem; nuſquam non ſuſcepta. Quid igitur eſt, quod ait. *Dicam Deo, ſuſceptor meus es tu*. Venerabilis Beda ait, hanc orationem illi reſpondere, qua orabat pro inimicis ſuis, & dicebat. *Pater dimitte illis, non enim ſciunt, quid faciunt*, ac dicendo. *Deus ſuſceptor meus*. Orabat Patrẽ, non vt ſe ſuſciperet, qui ſemper in Patre erat, ſed vt ſuſciperet illos, qui odio iniquo in eum ferebantur. Itaque Pſalmi interpretatio eſt. *Dicam Deo ſuſceptor meorum ſis tu*. Sed cur non dixit, Suſceptor meorum? qua oratione, etiam magnũ demõſtraſſet amo-

A rem erga inimicos, cum vt ſuos diligeret? Proh Dei immenſam Charitatem. Non dixit, ſuſceptor meorũ, ſed ſuſceptor meus. adeò, etenim, erga ſuos inimicos ferebatur amore, vt vel ſeipſum, vel Chriſtũ exiſtimaret. adduco Bedam. *Et verè, oratio eſt apud me, quia dico Deo orando, pro meis, ſcilicet, inimicis. Domine tu es ſuſceptor meus; non dico meorum, ſed prę nimia affectione erga meos, dico meos*. Vt Chriſtus nos, vel inimicos, vt alterũ ſe amat.

B alterum ſe, ſuos inimicos diligit Deus. Sed dicam, pluſquam ſe: non enim pro ſe dedit vitam, non mortem pro ſe ſubiuit, ſed pro nobis, non amicis, ſed inimicis; & patiens pro inimicis, orat in cruce, & moriens, in inimicos ſpiritus imittit amoris.

Duxerunt, poſtquam excepit ſententiã Chriſtus, Iudęi in Mõtẽ Caluarię, ibiq; Dñs crucifixus eſt. Grãde myſteriũ, ſi ſpectet pietas,

C ſin verò impietas, grãde ludibriũ. ſpectabo Dei pietatẽ. Ac inquiro; cur ad Caluariæ Mõtem ducitur Chriſtus? & cur ibi, nõ ſolũ crucifixus, ſed mortuus eſt? Et quia ad altiora ſcala ſũt nobis, quę nobiſcum ſunt, ex cuiuſdam adinuẽto, ad altiſſimã crucẽ aſcẽdã. Adpinxit quis vaccã illã, quã Argo comiſit ficta Deitas; eamq; ligatã, cui ex aduerſo ſtabat caput Argi, cũ hac inſcriptione. *Ad te ſẽper*.

D Ac hoc ſymbolo æternã cuſtodiã voluit innuere. Vbi capita, ibi cõtinuus circà rẽ aliquã proſpectus eſt. Chriſtus igitur in Monte, vbi capita tot, caluaria tot erãt, voluit crucifigi, & mori, vt ſemper ab ipſis, in eũ eſſet intuitus. & notandũ eſt, Caluaria illa, eſſe damnatorum, & reorum qui, peccatores, Chriſti inimicos deſignant. at cur inter peccatores Xps, cur vult, vt inimici mortuum in Monte in-

tueantur? accurro ad philosophãtes. Solent Iurisperiti, cum de corpore occisi constat, non autem de homicidæ persona, in publico corpus defuncti exponere; ac vt ciuitatis incolæ ad eum visendum accedant, curant. Vtque primùm homicidæ intuitum patitur occisus, illicò fundit sanguinem. Mirabile quidem, cuius rei inquirentes causam Philosophi, post multa excogitata, aiunt, hoc fieri, ex commotione spirituum vitalium occisi, qui adhuc in illo sanguine asseruantur, & vti primum, lædentem, veluti sentiunt, sese vti iacula, contrà interfectorem immittunt. Adducũt, & alia excogitata, at sisto pro nunc, in istis, & ad propositum accedo. Mortuus Christus inter noxios, reosque ab ipsis vult videri, inter ipsos esse; quoniam peccatorũ Christum crucifigentium, ac occidentium, indicant personam. Inter hos, vel clauis confossus est Christus, vt nusquam ab ipsis discedere volens. Occisis autem naturale est, quosdam spiritus in homicidas immittere. Iesus igitur cũ inter illos peccatores ipsius homicidas, & inimicos, est, & manet occisus; spiritus, ex se, in illos immittit. & quis est spiritus Christi? certè spiritus amoris. Ità D. Bonauentura in stimulo Diuini amoris. *Spiritus tuus Domine, est spiritus amoris*. Quod si proprium occisorum est, in inimicos immittere ex se spiritus; & Christus occisus, est inter inimicos peccatores; Christus in eos, suum mittit spiritum; hic non est, nisi spiritus amoris; Christus ergo in inimicos, non aliud spirat, quam amorem. affero Diuum Bonauenturam in sua producta philomena.

Sanguis, cur è cadaueribus occisorum in homicidas ebulliat.

D. Bonau.

Christus, cur in Caluaria Mæ te mortuus & crucifixus est.

D. Bonau.

Hac amoris signa sunt,
Et postrema primis.
Copulans associat;
Summa figens imis,
Mostrans, vt sic moriens
Nos animales nimis,
Dum se totum funderet,
Tot apertis rimis,
Tu amicus verus es.

Dum se fundit, dũ spiritum suum nobis dat, dum mortuus per rimas suas venit in nos: possumus ei dicere. *Tu amicus verus es.*

Est amicus Christus, etiam vulneratus, etiam mortuus. Prospice peccator Deicida, prospice crucifixum Dominum, intuere vulnera illa spirantia, audi clamores illius sanguinis; quid aiunt, quid clamant, nisi amorem? quia nos amauit, vulneratus est, propter delicta nostra; occisus est, propter nos; & vult, vt eum intueamur occisũ, vt vel in inimicos mittat spiritum amoris. Eia, Domine mi dulcissime, à me vulnerate, & occise; intueor te occisum, & confundor, & erubesco, nec immerito, non enim in corde meo manere debet sanguis, vt viuat; postquam tuum totum, vt vilem aquã effudi, ne viueres. Currit propterea sanguis meus ad genas, vt testificetur me dignum morte; erubescit illi afferre vitam, qui dedit vitæ mortem: non morior, quia in hoc mundo sum, qui scit suos seruare, ac non suis pocula mortis propinare. Contemplor te, ac dum attendo amoris spiritum, in tuos inimicos immittentem: tuo exemplo, dicam mihi, dicam omnibus, vt diligant inimicos, etenim inimicos diligendo, nedum tuum imitabuntur exemplar; sed inuenient vitam nusquam defecturam.

Quæritabat vitam, qui morti fuit adiudicatus Adam; occurrit

vxori,

vxori, quam primitus appellauit Viraginem, eo quod de viri osse sumpta esset. Et benè de osse Eua. Non habemus in ossibus cibum, quod si nil, præter ossa, darentur in escam, equidem periret homo. Etenim cibum, vbi cibus non est, quæreret. O Adam, mulier tibi ex osse datur; attende; non viues ex ista, sed mortem incurres. Incurrit iam; & per mulierem; quam, vt primum post latam à Domino, sententiam intuitus est, mutans nomen, vocauit Euam. ***Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Eua.*** Ac si diceret; agnoui te ex hominis osse, non reperi in te cibum, sed mortem; non eris mors, eris vita. Rogo te, omnium parens, quamnam vitam agnoscis in moritura? In defectibili, quam æternitatem? in plena ærumnis, quæ perpetuitatis gaudia? Vitam agnoscit, ac reperit in vxore Adam; tunc cum moritur, cum erumnis facta est cognata, & vniuersi luctus asylũ. Ab vxore Adam accepit mortẽ, dicatus est sudoribus, & laboribus, sẽtijt spinarum fructum, aculeos cordis, & quid non mali ab vxore in Adam? hoc proprium inimicorũ est, malefacere. Agnouit homicidam Adam, cum dixit. ***Mulier, quam dedisti mihi sociã, dedit, &c.*** Nec tamen post tot iacturas, odiuit, sed dilexit; non abhorruit, sed, vel malefacientem amauit. quia autem amare malefaciẽtes, vera vita est; idcircò vitam reperijt in morte, perpetuitatem in vxore caduca, æternitatem in corruptibili primus noster parẽs. *Et vocauit nomen vxoris suæ Eua.* Hoc est, *Vita*. Hinc ait Beda in Psal. 41. *Diligere inimicum, & pro ipso orare, vita est.* Et cur non vita, ille amor, in quo Dei similitudinem reperimus? Deus Chari-

Eua, cur de osse formata.

Gen. 3. 20.

Genes. 3. 12.

Inimicum diligẽs vitam inuenit.

Beda in Ps. 41.

A tas est, & nihil eorum odit, quæ fecit. Amans inimicos, nihil odit, non quidem amicos, quia naturali in ipsos fertur amore, non inimicos: igitur Dei imitatio, similitudo Dei, est in diligente inimicum. ***Elucet ergo***, inquit Origenes in Ioan. *Similitudo erga Deum, atque imitatio ipsius, diligentis omnia entia, & nihil abominantis, eorum, quę fecit; & omnibus parcentis; quandoquidem ipsius Domini animarum amantis, sunt omnia, in eo*
B *qui diligit inimicos suos.* Omnia sunt Dei in ipso, qui inimicos amat. Tunc, aspexit omnia in manibus suis Christus, cum lauare volebat discipulorum pedes, inter quos erat Iudas. Dilectionem inimici, in hac pedum lotione Iudæ, effudit cor Iesu, & illicò omnia vidit in manibus suis; eaque data à Patre; vt hinc intelligamus, omnia nobis dari pro sola inimici, dile-
C ctione. *Quandoquidem ipsius Domini animarum amantis sunt omnia in eo, qui diligit inimicos suos.* Quid vis tandem, Christiance? ni delicus sis, non aliud petes, nisi; Deum, nisi vitam æternam. & Deus datur tibi cum amas inimicũ. Ipse enim te transfert ad suam filiationem; & si filius, ergo viscera Dei, cor Dei. Filij enim, sunt viscera, & cor Patris. & cur erit Deus sine corde? non carebit te Deus, nec
D sine Deo eris, si diliges inimicum. O Deus, sim ipse cor tuum. diligo, oro, & benefaciam, odientibus, & malefacientibus, dabo ni aliud, meipsum in obsequium.

†

Origen. in Io.

Diligens inimicum similis est Deo.

Omnium Dominus est dilector inimici.

Diligens inimicum, cor Dei est.

SECTIO III.

Auidus semper criminũ, affectuumq; peccatorum fecundus peccator; per praeceps ruit in vitia, factus insatiabilis.

ET DIXIT DOMINVS, &c.

EBrij vino, intellectus nebula, Israelitæ, vsquè ad vinacia, amando cucurrerunt. *Et ipsi diligunt vinacia vuarum.* Non sistit in primis erroribus semel peccans, non resiliens; semper deuius est. Tradidit Iesum flagellis Pilatus, vt ferina Iudæorum ingluies, filij Dei sanguine satiata, vlteriora, non famelica appeteret. At creuit fames, & à flagellorum prandio, ad cœnam transiuit crucis. Crescit enim ex peccati cibo peccatori fames, post prima peccata, fertur ad alia. Hinc D. Leo serm. 10. de passione Domini. *Quamuis ergo Pilatus onerosum sibi, inuidiosumquè sentiret, quod eum Iudæi de neglectu amicitiæ Cæsaris, impetebant: aliquandiù tamen furorem ipsorum, mitigare conatus est: & ideò Dominum Iesum diuersis contumelijs affici, aut permisit, aut iussit; vt satiata iniquitas de innocentis iniurijs, vlterius non sæuiret, sed pertinax malitia proprijs crescebat augmentis, & in quem obtinuerat ius illusionis, exigebat, & mortis.* Auidus stat ad crimina impius, repletus nusquã. Extulerat trophæum iniquitas in crucis Christi vexillo, clauisque affixa innocentia, exultabat, cum vocauit tenebras, dies, quæ statim præsentes, à sexta vsquè ad horã nonam, crucifixo Christo astiterunt. *A sexta autem hora, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram,*

D. Leo.

Math. c. 27.

A inquit Math. & iure, tunc enim tenebræ terram occupant, cum occidit Sol. Occidebat mũdo Sol Christus, vndè tenebræ aduenerũt; tribus horis occultauerũt diẽ tenebræ, quia à peccatoribus Patris, Filij, & Spiritus sancti, migrat splendor. *Sub Christo*, inquit Origenes, *factæ sunt tenebræ super omnem Iudæam tribus horis: quoniam propter peccata sua, priuati sunt à lumine Dei Patris, à splendore Christi,*
B *& ab illuminatione Spiritus sancti.* Sed dicam cum Diuo Leone, in tenebris his, peccatorum obumbrari cæcitatem. Semper est pius Dominus, etiam cum offenditur, tenebras ingerit, vt in tenebris quales sint peccatores peccando agnoscant. *Cælum, terra, Sol, sydera, aquè, indignos vos suo ministerio protestantes, terribili motu, insolitoquè defectu, tenebras mundo vestra cæcitatis ostendunt.* Refugiunt omnia viso peccatore. Nefas illi seruire
C putant, qui Deo non seruit; relinquũt, vt tenebras. Sed cur tenebræ peccatores? An fortè, quia similitudine Dei ablata, diaboli accipiunt similitudinem, qui obscuritas, & tenebræ est? Non dissentio. Et pergo vlterius, ad mundi opificium. Orbis erectionem describens Moyses, inquit. *In principio creauit Deus cælum, & terram: terra autem erat inanis, & vacua, &*
D *tenebræ erant super faciem abyssi.* Duo simul coniunguntur. Tenebræ, quæ peccatorum symbolum sunt, & abyssus. Coeunt in vnum, peccator, & abyssus; non est absq; abyssu peccator. Cur ità? Abyssus locus est, qui nusquam repletur. Quod si à Spiritu sancto, abyssus simul, & tenebræ, peccantium typus, iunguntur; equidem concludendum est; peccatores adeò in peccata anhelos, vt nusquam ijs im-

Cur tribus horis tenebræ terrã occupauerint Christo moriente.

Orig.

Peccator diaboli accipit similitudinem.

Gen. 1. 2.

Tenebræ, cur super faciẽ abyssi describantur.

D. Athanaſius. impleantur, & ſatientur. Accinit his D. Athanaſius de Incarnatione Verbi, circa principium. *Peccatores, ait, ad iniuſtitiam delapſi, ad omnem iniquitatem tranſeuntes, nullibi fixis veſtigijs, ſed noua nouis accumulantes in patrandis ſceleribus ſatiari nequiuerunt.* Abyſſus eſt peccatoris cor, impleri nequit peccatis: eſt propterea ſemper ad ipſa anhelum, fœcundum ſemper ad ſcelera.

A

En, peccatorũ culmen, Iudas, diaboli monſtrum, ac vitæ venenum, vbi primùm tradere Iudeis Chriſtum decreuit; vbi pecunia, ſe diabolo, & Chriſtum vendidit, Iudæis, oſculum exhibuit, proditionis ſignum. Acceſſit Dux cohortis ad hortum, ac pacem, pacis ſigno necauit. O, quis propria natura occiditur? Chriſtus pax eſt, & pace traditur; acceſſit etenim ad eum Iudas, ac dixit. *Aue rabbi, & oſculatus eſt eũ,* cui, pax noſtra, Chriſtus. *Amice,* Reſpondit. Et quidem alto myſterio; quod vt aſſequar, noto ex moribus tum gentilium, tum Hebræorum, oſculum, tũc potiſſimũ inualuiſſe, cum mors ſtabat in ianuis Agebat animam, cum aliquis; tunc propinquior accedebat ad deoſculandũ, ac oſcula ori infigens, mortem proximam, nunciabat. Viam vniuerſæ carnis ingreſſurus erat Iacob Patriarcha, & ad oſcula acceſſit Ioſeph, magis dilectus filius. *Quod cernens Ioſeph, ruit ſuper faciem Patris, flens, & deoſculans eũ.* (*Gen. 50. 1.*) Ac Moyſi morienti, deficientibus parentibus, aſtitit Deus Hebræorum Ducis amiciſſimus, & oſculo nunciauit mortem, & excepit animam. Ità Deut. 34. *Mortuus eſt Moyſes, iubente Domino,* vel, vt alij legũt. *Mortuus eſt Moyſes, ad oſculum Domini.* (*Deut. 34. 5.*) Quandoquidem abſentibus propinquioribus, intimior amicus pietatis opus exequebatur. gẽtilium exempla paſſim apud Virgilium, Ouidium, Quintilianum; & Khirmanum leges. Quibus ſuppoſitis. Quid Chriſtus. *Amice.* dicens, innuere voluit, capio. Acceſſit Iudas, & oſculum Chriſto porrexit. Dixit Chriſtus. *Amice.* Horum erat officium, mortem oſculis nunciare. dicens igitur Chriſtus. *Amice.* Oſculanti Iudæ, inſonare ei voluit, quod oſculo hoc, mortem Deo nunciabat. Sic D. Ambroſius. *Dixit autẽ, oſculo tradis. Hoc eſt. Amoris pignore, vulnus infigis, & pacis inſtrumento, mortem irrogans.* Oſculo, filium Dei morti conſecrat Iudas. Sed, ò Deus; hunc non noueras amicum, excipere volentem ſpiritum tuum. (hoc etenim portendebant amicorum illorum oſcula) cur igitur, oſculum hoc permittis? vt quid ad te accedit cruenta beſtia? ad te, inquam, qui Deus es, nec eſſes Deus, ſi iniquitatem velles, quod expreſſit Dauid dicens. *Quoniam, non Deus volens iniquitatem tu es.* Ante poſuit negationem, ſcilicet. *Non.* ſciebat enim, vt peritus Dialecticus, negationem præpoſitam, totum ſubſequens deſtruere; & ideò ita ſillogizabat, volens iniquitatem, non es Deus. Abſit à Deo, ad iniquitatem voluntas. non eſt Dei voluntas, quæ vult iniquitatem. Nec hoc contentus Propheta, abigit à Deo peccatores, inquiẽs. *Neque habitabit iuxta te malignus, neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.* Quod ſi tãta eſt inter peccata, peccatores, & Deum inimicitia; quid eſt, quod Iudam vſque ad oſcula ſibi permittit appropinquare? Cur oſculum boni ominis ſemper præſagium, ſiniſter nun-

Oſcula mortis nũcia.

B *D. Ambr.*

C

Pſ. 5. 5.

D

Pſ. 5. 6.

Oſculum, cur à Iuda exceperit Chriſtus.

nuncius est Christo?& Iudas Deũ osculo tradit? Enucleabo permissa isthæc, ex osculis. Quidam adpictis duabus columbis, inuicem sese exosculātibus, addidit isthęc verba. *Fęcunditatis via*. Oscula, præsagium fœcundatis sunt. Et hinc patet; cur in Iuda, voluit oscula conspici Deus. Venit, nos doctura sapientia Patris, nostrisque instruebat Nos illic dicimus viam fœcunditatis, vbi conspicimus oscula. Permisit proindè, in B proditore Iuda, conspici oscula Deus; vt hinc intelligeremus, peccatorem alioquin sterilem, semper ad peccata fœcundum. Hinc Cerda in Tertullian. cap. 16. *Verè per osculum resignatur pudor*. Et quidam alius Commentator eiusdem Tertulliani addit. *Resignauit in osculo pudorem Iudas, & impudentia, ad peccandum, factus est fęcundus*. Non auertit se à peccatorum via, qui calcare cœperit; C percurrit, multiplicatquè peccata, & semper impatiens, iniquitatum restem prolongat. Specto Iudam Christi proditorem hic, patientem attendens Dei iustitiam, sibi ipsi carnifex, & Iudex, elegit suspendium fugit à terra; quæ Christi sanguinis cōca facta erat; timens à peccatis mundari. vel potius, eiecit à se auidum cor Iudæ terra, vti impotens ad saturitatē auari. Laqueo igitur, & eiectus, & ostinatus vitam finiuit. Ità D D.Petrus Apostolus. *Qui suspensus crepuit medius*. Expendo, cur ad laqueum festinauerit Iudas? cur non potius se gladio trucidauit? aut præcipitio cucurrit ad inferos? cur non ora incurrit ferarũ, vt mēbratim discerperetur, quod proprium proditorũ supplicium est? vndè quidam Metius Sufferius, cũ apud Albanos summam

Osculũ fecunditatis symbolum.

Cerda.

Peccator, ad peccata fœcundus.

Peccator sanguine Christi mundari timet.

Auarum, nec terra saturat.

Act. Apost. 1. 18.

A rerum teneret, à Romanis in auxilium contra Fidenates vocatus, iure societatis, venit quidem, sed in ipso prælio, ad hostes defecit. En, proditio. at audiatur pœna. Tullus Hostilius, parta victoria, eum religauit ad binas quadrigas; & ibi membratim à populis in diuersa rapientibus discerptus est. Pœnis etenim proditoris, vniuersi debent impleri: qua de re dixit Claudianus.

B *Perfidiam damnas, Meti satiabere pęnis*.

Et tamen, proditorum stercus Iudas, laqueo dat colla, nullo in eũ sæuiente carnifice, qui omnes offēdit. Eruam mysteria, ex ijs, quæ dicuntur Iob cap. 34. describit ibi Eliu Dei pietatem in peccatores, & ait. *Si dixerit ad eum cor suum, spiritum illius, & flatus ad se trahet*: vbi Glosa. *Deum ergo spiritum hominis & flatum ad se trahere, est ad* C *conuersionem sui desiderij, & interiora nostra, & exteriora commutare*. Ex emissione flatus nostri ad Deum, conuersio notatur peccatoris. Quid Iudas, laqueo se præfocat, sui flatus impedita via; vt nec Deus, illius flatum ad se trahat, nec ipse; vel flatum mittat ad eũ. O obstinata peruersitas. Apto his, ea, quæ ait D.Hieronymus in cap. 41. Iob. *Vt nullum illi, sit spiraculum respirandi ad Deum*. Nec ad D Deum respirare vult impijssimus Iudas, qui laqueo stringit guttur. Sed, instrumentum mortis funem cōtemplor. Funem ad se adducit Iudas peccator. Cur ita? in fune, peccatorum fęcunditas, siue diuturnitas solet inspici: quapropter D.Basilius in Isai. cap. 5. *Vita, quæ per peccatorum gradus progreditur, assimilatur funiculo cuipiam contexto, & in longum protracto*. Assiduitas in peccatis funiculus quidam est.

Proditoris pœna quæ.

Claudianus.

Iob. 34. 14

Glosa.

D.Hier.

Funis prolongationis peccatorum symbolum.

aſt. Iudæ igitur peccatoris, inſignia cum ſint funes; peccatorem ſemper, peccata peccatis iungentem indicant. Eruditè, vt aſſolet D. Hieronymus in Iſaiam cap. 5. *Architophel quoque, & Iudas, quorum alter Dauid, alter Dominum prodidit, fune longiſſima trahentes peccata ſua, perîere ſuſpendio.* Prolongant peccatorum funem, auidi ſemper ad peccandum peccatores, nec aliquando laxantur, ſed ſemper ad eadem, & peiora, video paratos. Adeſt Dauid, qui de peccatoribus vlulans, inquit. *Et induit maledictionem, ſicut veſtimentum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius, fiat ei ſicut veſtimentum, quo operitur, & ſicut zona, qua ſemper præcingitur.* Maledictionem, hic, peccatum intellige, quo ſicut veſtimento operitur peccator: hoc habet veſtimentum, vt illud ad honorem aſſumant homines. En, peccatoris dementia; honorem reputat peccare, & gloriam in malefactis inuenit. Dicant hoc, qui ſe de peccatis iactant. ſed tranſeo à veſtimento ad zonam: eſt peccantibus peccatum, zona, quâ præcingitur. non ſufficit impio culpæ veſtimentum aſſumere, niſi, & præcingatur. Cinguntur, qui parati ſũt ſẽper ad opus. Peccato igitur cingitur improbus, vt ſciãt cuncti nuſquam à peccatis laſſeſcere, ſed ſemper promptum, paratum ſemper, ad noua perpetrãda reperiri. *Ergo*, inquit D. Aug. *Maledictione, ſe præcingit, qui malum non repentinum, ſed diſpoſitum agreditur, & ità dixit malum facere, vt ſemper paratus ſit.* Zonam nõ ſoluit peccator; qui virginitatem, floridam virtutem putat, peccatis ſeruire diabolo; & vti probus ſeruus, paratus eſt ſemper ad eius

Apud epi. Sanct.

Iudas, cur fune obiit.

Pſ. 108. 18. 19.

Honorem putat peccare peccator.

D. Auguſ.

Peccator, ſemper ad peccãdum paratus.

A complenda deſideria, cuius ſemẽ recepit, ac retinet in corde. vndè in mortiferos partus anhelus eſt, ac iuſtorum æmulus, vbi ipſi virtutum inquirunt exercitium, ipſe materiam vitiorum excauat. *Quẽadmodum*, ait D. Hieronymus in Geneſ. & cum illo Oleaſter. *Iuſti ſemper inquirunt virtutis exercitium, ità nefandi materiam vitiorũ.* Non ad vitia feruntur, ſed ad vitiorum materiam, infinitę capaci-

B tatis defectiuè materia eſt; ſemper eſt in potentia ad nouam formã. Vitiorum idcircò materiam quærunt peccatores; quia in peccando volunt eſſe infiniti; ſemper nouis peccatis, materiam hanc quęrunt informare. Et verè obuſtpeo peccatorum inuentiones. Plures adinueniũt modos peccandi, quã aliquis intellectus cogitare poſſit: nec mirum, in momenta enim fœcundantur à diabolo, & in mo-

C menta, fœcundi ſunt criminum. Enimuerò fœcũdus ſtatim ad cęteros criminum fętus redditur, qui primum parturiuit. Docuit hoc, veſtimentum peccatoris, docuit zona: & in Adami primi peccatoris veſtimento, ſiue zona, ni fallor, eamdem fœcũditatem inuenio.

Peccauerunt primę noſtri propagines, eaque gloria, quâ induti ſplendebant, illicò nudati ſunt, &

D nudos ſeſe aſpexerũt. O Dei pietatem. Audio à quibuſdam, ſerpentem, nudum hominem non audere agredi. En, nuditas Adamo, & Euæ vtilis, nè illicò à ſerpente diabolo, vorarentur: en, pęna Adamo proficua: neſcit, vel in pœnis non eſſe miſericors, miſericordiarum Pater Deus. At quis ſuſtinet nuditatem? Occurrerunt illicò pudori Adam, eiuſq; vxor, & ſub ficu ficum accipiunt pro indu-

D. Hier.

Infinities vult peccare peccator.

Deus. vel in pœnis miſericors.

indumento. *Consueuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata.* Nec vestimenta à Dei abeunt pietate. Habent illi in vestibus his, redeūdi ad Paradisum spem, si velint. Audio Solinum cap. 24. de arboribus, de ficu Ægyptia, ità discurrentem. Materia huius arboris, in aquā, immissa, subsidit, deindè cùm diù desederit, leuior facta, sustollitur: & versa vice; quod natura in alio genere non recipit, fit humore sicca. Aquarum profundum, petiuerant primi peccatores, à cęlicis sedibus exulabant. Habebant in ficu, quid eis erat agendum, vt iterum sustollerentur. Arbor illa, sicca mergitur, petitque profundum, aquis autem penetrata, ac plena, assurgit: Replendi igitur erant lacrymarum pœnitentiæ aqua, & ità ad cęlica assurrexissent. Etenim, vt inquit Petrus Cellensis. *Lacryma inueniunt Paradisum.* Nec sistunt in his ficus mysteria. Erat veteribus Cōtemptibilis Hieroglyphicum ficus, ac inutile dicebant lignum. Vndè Horatius. Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. & Pierius, ait lib. 13. *Ità denique veteres per ficus nomen, nullius frugi hominem, imbecillem, & abiectum significant.* Ficus extulit insignia Adam post peccatum, quia nil vilius peccatore. Vt enim inquit D. Augustinus. *Nihil est vilius vilitate peccantium.* At multis relictis, quæ alibi fortè adducam, stò in ficus fœcūditate. Fœcūditatis Hieroglyphicum ficus est, ac ità dicebant fęcūdam Veteres apud Pierium loco citato, vt omnium rerum semina indè demitti arbitrarentur; & Simon Maiolus colloquio 21. de ficu illa Ægyptia agens, inquit. *Vsque adeò fęcunditatis suæ augusta est, vt vno anno septies fructum efficiat.* Fœcunditatis insigne ficus est. quod si Adam, post primum peccatum, sterilis effectus ad Dei opera, statim fęcunditatis extulit insignia. Equidem concludendum est, peccatorem alioquin ad bona opera, ob peccatum sterilem, fęcūdissimum esse ad cætera perpetranda peccata. Benè igitur Tertullianus, & ille suus Commentator. *Impudentia ad peccandum, factus est fęcundus.*

Gen. 3. 3. 7 — Solinus. — Lacryma peccatores ad cælum subleuant. — Petr. Cell. — Horatius. — Pierius. — Nil peccatore vilius — Ficus fœcunditatis symbolum. — Simō Maiolus. — Iob. 15. 35

A — B — C — D

Fęcunditatem hanc impiorum ad peccādum, docemur, Iob. cap. 15. dum legimus. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatē, & vterus eius præparat dolos.* Concepit dolorem peccator, idest peccatum; nec immeritò, peccatum, dolor dicitur, quia, & doloris æterni, est causa, & in præsentiarū affligit; stimulus mortis est peccatum, & semper dolores mortis operatur in nobis, quem dolorem parit cogitatio illa, qua scit peccator per conceptum peccatum esse in potestate diaboli, qui secum semper assistit, & Dei carnifex astat, vt detrudat in Infernum. Proh, Domine aperi oculos impiorum, vt videant; excita animam, vt sentiant dolores hos, & reuoca per doloris acerbitatem. *Concepit igitur dolorem.* Non sistit: *Et peperit iniquitatem.* Ecce ad partum fęcunditas. Nec sistit. Sed denuò vterum fęcundat ad alia peccata. *Et vterus eius præparat dolos.* vndè Glos. *Concepit dolorem, cum peruersa cogitat, iniquitatem parturit, cum explere cęperit, &c. Vterus eius præparat dolos, idest mens, in qua cogitatione generantur, maiorem malitiam contrà proximos concipit.* Benè peccator Adā ficus effert insignia, ficus inquā arboris fęcundæ, quia semper ad noua peccata, fęcūdus est, qui

Glos.

qui semel ex diaboli semine concepit. Placent exempla ex Didimo, quē lego apud Lorin. in Ps. 7. stupet Luciferi, Cainiq; fęcunditatem ad peccandum, & ait. *Lucifer admisit in se inuidiæ semen, contra hominem destinatum habitatorem cęli, vndè eiectus fuerat; parturiuit fraudolenta consilia, eaque peperit, nec desinit, adhuc talia parere. Cain inuidit fratri diuinam beneuolentiam, parturiuit necem, dicendo, Egrediamur foras, occidendo peperit.* Et quisquis non statim emendatus peccat, hanc fœcunditatem, ac circulationem in peccato attēdet: non enim abstinebit post primam perpetratam culpam, erit semper in motu ad reliquas. Audiuit Ioānes stans in Patmos Angelos tuba canentes; & ad sonitū quinti Angeli vidit stellæ è cœlo præcipitium. Ità Apoc. cap 9. *Et quintus Angelus tuba cecinit: Et, vidit stellam de cęlo cecidisse.* Communiter Interpretes, in hac stella vident Luciferi casum. Mirum equidem stellæ figuram accepisse Luciferum, vndique post peccatum lucis expertem. Cur stella Lucifer? cum ex doctrina Spiritus sancti Cęlorum gloria stellæ sint, at benè stella, & benè gloria cœli Lucifer; etenim glorificatur Deus, cum peccatorem punit; & gloria diuinæ iustitiæ emicat, vbi præcipitatur impius. Addo his ex Pierio lib. 44. Hieroglyphicorū, *stellā* Dei esse symbolū, quod etiā placuit Romanis; nam in Numo Pertinacis simulacrū est manibus versus ingentē stellā sublatis, ad cęlū, cū inscriptione. *Prouid. Deor. Cos. 11.* & ità ille Dijs gratias agere profitebatur, quorū prouidentia rebus potitus erat. Vides in stella Dei symbolo, Luciferi pertinaciā; affectauit deitatē cū dixit,

Didimus ex Lorino.

Apoc. c. 9.

Lucifer cœli gloria.

A *In cęlū conscēdā, &c. Similis ero Altissimo.* Nō cadit, sed ascēdit superbia eius sēper, perseuerat in ambitu diuinitatis, quapropter, vt obstinata mens patefiat, stellæ imagine se personat. At accedo ad rem, & scrutor, cur in terra, vti stella, videtur Lucifer, & cum cadit, & si totus tenebræ, adhuc tamen, & speciem, & fulgorem stellæ retinet. Sillogizabo.

B Ratum est apud omnes animā impij, effici habitationē Satanæ: testis est impius Iudas, qui vbi ingratus, traiecit buccellam à manu Saluatoris, hospitatus est in corde diabolum. *Et post buccellam introiuit Satanas in Iudam.* Equidem locus stellæ cęlum est, quod si diabolus sub stellæ specie videtur; nec figitur, nisi in anima, & corde peccatoris, concludendum est peccatorem esse diaboli cęlum; & hoc cęlum fortè affectabat, cū

C dicebat. *In cęlum conscendam, supra astra Dei exaltabo solium meū.* Sed cur vti stella Lucifer in anima peccatoris figitur, vt cęlum videatur? non ob aliud existimo; nisi; vt proprietatem cęli aptet impio: illud semper est in motu, & dum videtur à motu debere cessare, tunc motum denuò incipit: quod si Luciferi cęlum est peccator, & cęlum semper est in motu, equidem concludendum cen-

D seo, peccatorem semper in motu, semperque in circuitu esse ad crimina. Huc spectat Rabbi Salomō, cum ait. *Peccator ad perpetuam circumuolutionem datur.* Aspiciatur Iudas. Vt diaboli stellæ, factum est cęlum; illicò motum arripuit ad peccandum. *Exiuit continuò.* Tradidit Christum Iudæis, iuit ad hortū, fallaciq; osculo, pacem vitiauit, reddidit ad Iudeos, confessus est filium hominis, non

Ioann. 13. 27.

Peccator diaboli cælum.

Is. 14. 13.

Dei filium, qui verè filius Dei erat, reddidit pecuniam, peior factus in redditione, quam in venditione, quandoquidem, teste Eusebio Gallicano tom. 5. BB. PP. eodem pretio, quo vendiderat Christum, putabat redimere: & Deum pretio submittebat. *Quasi eodem pretio, quo eum vendidit, redimere posset.* O quam in motu est diaboli cœlum peccator, qui nusquam peccatis arctatus, dicit, sufficit, ad prohibita assiduo est anhelus, affectat semper.

Eusebius Gallican.

Peccator semper ad peccãdum girat.

Gratias agens Deo Dauid, post monita Nathã, sic extollebat vocem. *Domine eduxisti ab inferno animam meam.* Erat in peccatis, voluebatur in ipsis, & læthalem culpam pœnitens agnoscit infernum. ait D. Ambrosius lib. de Isaac, dicens. *Anima, quæ peccat, ipsa moritur, à veris enim vinculis soluta virtutis fertur præcipitio, & labitur ad inferiora.* Quæ inferiora, dicit infernum Thomas Anglic. in hunc Psalm. dicens. *Qui in peccatum mortale cadit, in infernum labitur.* Et miror. Cur Dauid, peccatum mortale dicat infernum: ibi sempiternus horror, diuturnus luctus, dolores ingentes, & quidquid mali, nec dici, nec cogitari potest, crassatur; nõ sic viuentes in culpis; sed honoribus subleuantur, diuitijs abundant, gaudent, lætantur etiam in rebus pessimis, quæque alijs sunt lacrymæ, illis parantur ad solatia: qua de re Iob cap. 21. in hæc dilapsus est. *Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, confortatique diuitijs: semen eorum permanet coram eis, propinquorum turba, & nepotum, in conspectu eorum:* Vbi Diuus Gregorius Magnus lib. 15. *Subleuantur namque diuitijs, cum esse potentes incipiunt; confortantur*

Ps. 29. 4.

D. Ambr.

Th. Angl.

Iob.

D. Greg.

A *verò, cum diù in hac vita subsistere permittuntur; quos enim substantia eleuat in suo fastu potentia, dierum longitudo confortat.* Et multa adijcit, quibus vniuersale solatium narrat impiorum. Quod si lætitia in corde eorum ædificia extulit; cur infernum dicit habitationem peccantium Iob? Proh, aperiat nostros oculos, qui cœco nato lumina dedit, & Dauidis dicta iurabimus. Infernus est pecca-

B tum mortale, & inferno durius. Verum inquiro; cur animam in peccato lapsam prædicet in inferno Dauid? alibi iam de damnatis longiusculum habui sermonem: hic suppono, ex Theologis animam inferno addictam, non resipiscere pœna, sed affectare continuò peccatum, vellet semper peccare, si sẽper liceret; hinc Diuus Gregorius Nissenus in catena D. Thomæ de Epulone.

C *Nam, si quis omninò carnalis, secundum mentem fiat, nec postquam mortuus fuerit, remouetur à passionibus eius.* Et hinc intelligo Dauidis dicta. Ait ipse; animam in peccato existentem esse in inferno; animæ, quæ in Inferno sunt, semper peccare affectant, ad peccatum semper anhelæ sunt; ergò, si peccator describitur in Inferno: semper, ni resipiscat, pronus est ad culpam, anhelus est ad pec-

D catum. Audiatur Diuus Laurentius Iustinianus de perfectionis gradib. cap. 2. *Quicunque ab hac voluntaria, & deliberata peccandi consuetudine possidetur, nec Deum metuit, nec vllo pudore detinetur, nec indulta tempora ad agendum pœnitentiam carpendit, neque extremam suæ vitæ cõsiderat diẽ; sed arbitratus sibi totũ licere, quod vult, mortiferas proprias nititur perficere voluntates.* En affectus, & nixus ad

D. Gregor. Niss.

Damnatus semper peccare affectat.

Laurent. Iust.

pec-

peccandum, & anhela mens, rabida fames nusquam esaturata, sed sitiens semper, esuriens assiduo.

Millecolor est serpens, & multas ingerit mēti cogitationes, seductor ille serpēs, qui Euam momordit. Penso enim, cur serpentis potius acceperit instrumentum diabolus, quam aliorum animalium, quæ visa, non ità horribilia, & fortè cara magis erant mulieri. Assequar forsitan occultiora mysteria, si primò, aquam esse peccati symbolum supponemus, iuxta dicta Iob 15. *Bibunt sicut aquam iniquitatē.* Mox ad Dypsas serpentem pergo. De hoc ait Lucanus apud Maiolum colloq. 8. *Omnium, quos arena nutrit serpentum, nocentissima est Dypsas, &c. Eius enim morsum, mox sequitur bibendi sitis inexplebilis, & vltra modum sitiunt; & quod maximè admirandum est, quantò plus biberint, tantò magis potum expetunt. Ac subindè magis, ac magis potando, crescit bibendi desiderium.* Mordet hic serpens, & morsu, veneno inficit, accendit sitim, quæ potu exardescit magis. O Dei prouidentiam. Serpentis corpus permisit diabolo, vt à serpente quid peccatori post peccatum euenit, intelligamus. Serpentis huius veneno infectus, sitit aquam, & quo plus bibit, plus sitit. Quod si diabolus, vti serpens, nos suo veneno inficit, & serpentis infecti veneno, aquam sitiunt, & aqua, ardentior crescit alterius potus sitis; & aqua peccati symbolum est; Concludere, licet, peccatorem sitientem peccata, ardentius semper sitire, etiam si maria peccatorum ingurgitet. Huc adduco Teodoretum in Hieremiam cap. 8. *Peccatores*, ait, *nullam malorum capiunt satietatem*, & D. August. lib. 9. confess. cap. 4. *Famelica cogitatione lambebam.* Biberat peccatorum fontem, & cum bibisset, nec sitim extinxerat; imò ardētius lambebat; vbi peccatorum aqua ebulliebat. Etenim peccator nō satiatur culpis, auidus semper est vitiorum.

Iob 15.16.

Lucanus.

Diabolo; cur serpētis permiserit instrumentū Deus.

Teodoret. D. Aug.

Peccatores bibent iniquitatum aquam sēper plus easdē sitit.

A B C D

Stupendum verè, & quoties cogito, excedo; quamque famelica sit peccatorum auiditas ad peccandum non satis capio. Effregerat cœli portas malitia Sodomorum, & eorum clamor iustitiam interpellabat ad punitionem, imò reprehēdebat, vt nimis segnem. Accesserunt propterea duo Angeli ad vindictā, quos vt in pulchra corporis figura viderunt sodomitæ, exusti libidine accesserunt ad fœditatem, & inquit sacer Textus Genes. 19. *Priusquam irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum, à puero vsque ad senem, omnis populus simul.* Nesciebant infelices, hospites illos Lot, non socios criminis, sed vindices; & adierunt quasi ad vnum ex eis. Sed qui nam illuc cucurrerunt. Omnis populus, pueri, & senes. Petit Oleaster, cur ad facinus impotentes perrexerunt? quid senibus cum luxuria? defecerat iam vigor ad turpia. Cur ergo accesserunt? & respondet; Senes equidem inhabiles ad dedecus illud; nihilominus festini accesserunt, vt in aliorum peccato oblectarentur. Audiatur Oleaster. *Secundum habitum intemperatissimi erant; ideò, quod natura negabat, isti infelices facere intentabant; quod si non facerent, latabantur saltem, quod alij coram eis coitu venereo concubebant.* Quo vlterius progredi potest peccatorum malitia? sitiunt peccata, & si ipsi ità pleni sunt, vt

Genes. 19.

Oleaster.

Peccator ad peccandum impotens aliorū peccatis delectatur.

vt impotentes reddantur ad bibendum, delectantur in haustibus aliorum.

O peccatores; quis dicet, peccabo, oblectabor, & satur ero; si maiorē sitim, & inextinguibilem accendunt peccata? Sed, dum sitim nomino; aquæ illius, quæ ex Christi latere vulnerato exiuit, reminiscor. Punxit latus miles. *Et continuo exiuit sanguis, & aqua.* Ad quid quæso aquam Christi latus fūdit? ad quid flumina isthęc? Audite peccatores. Aqua currētes solet impedrire, habes apud Ouidium Daphnem fluuio impeditam à cursu. En, vidit Deus, ità ad malum currentes peccatores, vt etiam Christum occiderint; effudit propterea ex Christi mortui latere aquam; vt impediret currentes, & sisteret, nè vlterius in malum dirigerent pedes. Sufficit semel occidisse Christum, vt quid sæuimus in mortuū? O Domine mi Iesu Christe, occidi te, sistor ab aqua tui lateris; addam, & mearum lacrymarum fontem; vt assiduò te plangens à me occisum, non vlterius in vulnera progrediar.

Io. 19. 34.

Ouid.

Aqua è Christi latere scaturiens peccatores desinet, nè peccent vlterius.

T E X T V S.

Editio vulgata.

V E R S V S II.

Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei.

Sanct. Pagn.

Et possedi eā mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei.

Transl. ex 70.

Et conduxi mihi quindecim ar- A *genteis, & gomor hordei, & nebel vini.*

Vatab.

Comparaui itaq; eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei.

Editio Chaldæa.

Et redemi eos die quintadecima mensis Nisan, 1. Martij, dedique B *argumentum siclorum, precium animarum, vt offerrent coram me manipulum eleuatum de frugibus hordeorum.*

Paraphrasis.

Abij igitur, dicto Dei audiens, & comparaui mihi eiusmodi mulierem, reddens illi pro obsequio, in singulos annos, sexaginta argenteos regales, & septem fanecas hordei, cum dimi- C *dia, quæ ad victum annuum ancillæ satis erant, & in meam domum induxi.*

COMMENTARIVM
iuxta literam.

ET FODI, &c.

EN, precium inquiunt quamplurimi expositores mulieris in ancillulam conductæ. Ast D ipse, qui de Gomore exposui prophetiam, nō precio ancillulæ hæc apto, sed victui vxoris. Nec Riberæ mecum sentiēti de Gomer assentior, qui ait, argenteos, & hordeum esse vxoris nouam dotem, non enim hoc erat nouum matrimonium, nec noua nupta, exemplaque, quæ ad suam probandam opinionem adducit non satis me conuincunt. Opinor igitur; Prophetam vxori aduocatæ hæc largitum

gitum pro victu, vt sic adulteria sua nullatenus de cætero posset excusare. Qua de re, supponendũ censeo ex Hebræorum traditionibus, non quaslibet adulteras, adulterio pœnis taxatis, esse subiectas antiquitus, sed illas dumtaxat, quæ tanto crimine nulla cogente necessitate victus, aut indumenti sese fœdabant. Vndè sciẽdum, traductas à maritis vxores, non prius damnationis sententia inustas, quàm maritus, omnibus occurrisse, quę vxoris erãt, probasset. Vndè suæ artis instrumenta in medium adducere tenebatur, quibus laborem, vndè victum sibi, & vxori comparabat, probabat; deque vestibus vxoris certiorẽ reddebat Iudicem: quibus omnibus non obscurè probatis, Iudex qui necessarijs mulieri, à marito decenter prouisum agnoscebat, ream dãnabat: enimuerò prostitutionem suam necessitate victus, vel vestimentorum excusare minimè poterat. Victu igitur, & indumentis vallabatur mulier, nè ad adulterum aliquo prætextu transiret. Hinc Hoseas noster, vt in matrimonij fide vallaret Gomer adulteram, quæ fortè victus, vel vestitus defectum, & si mendax, obijcere, & excusare sese prætendebat, dat ad victum hordeum, dat ad necessaria comparanda argẽtum, & ait. *Fodi eam mihi*, hoc est, *vallaui eã mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei*. Nec mireris panẽ hordeaceum. Etenim apud Hebræos, frequẽs erat cibus hic; vndè puer ille Euangelicus quinque panes hordeaceos habebat ad venditionem, & Plinio teste lib. 18. cap. 7. Vulgaris erat, & cõmunis antiquitus, cibus hordeaceus. Et benè Hebræis dabatur

Plinius.

Hebræis conuenit hordeum.

A hordeum, qui noluerunt recipere panem. Sufficienter autem fuisse prouisũ Gomer, affirmabit quisquis Vilapandum legerit lib. 4. cap. 10 de mensuris Hebræorum, affirmantem argentum, mediam vnciam latinam valere, & corus, cum dimidio coro hordei reddit 45. modios iuxta tradita à D Hieronymo, & alijs. quique longiusculam, & exactam de mẽsuris his desiderat tractationem, adeat Vilapandum, & Christophorum à

Vilapand.

B Castro. Nec mirum, Gomer ità hordeo onustam, etenim victus in potu consistit, & cibo; & ex hordeo fit liquor aptus ad potum. & D. Aug lib. 2. de moribus manicheorum cap. 16. antiquum id testatur, dicens, *Hordei quidam succo, vinum imitatur, quod mouendo sit optimum*. Figura hæc sunt in Propheta, & beneficia exprimũt, Hebræis à Deo collata, quibus vallabat, nè ad idolatrandum curre-

C rent. Hinc est, quod iuxtà expositionem Hebræorum, & Latinorũ, in quindecim argenteis, eductio Israelis de Ægypto figuratur, quę quintadecima die mensis Martij occurrit: Quando percussis primogenitis Ægyptiorum, eorumdẽ spolijs onustus Israel, de Ægypto egressus est. & per modios 45. qui vtiq; numerus, ex coro, & dimidio coro hordei consur-

D git: quadragintaquinque dies significantur, in quibus ad Sina Mõtem peruenit Israel, ac legem à Domino Deo accepit. Argentum sunt Dei beneficia, quæ per prædicationem Prophetarum resonarũt, qui quindecim sunt, prę- ter Ionam, & Naum, qui gentibus prophetauerunt; sunt enim Prophetę minores decem, & quatuor maiores, quibus addunt Dauidẽ. Vel decalogum, & quinque libri

bris Moysis. Modij 45. sunt personæ numeratæ in Genealogia Saluatoris, additis Ochozia, Ioacaz, & Amasia, quos adducit Math. cap. 1. Hæ sunt variæ Doctorum expositiones. Verùm quia inter se, non conueniunt, & quælibet aliquam patitur difficultatem. Dicerem in argenteis, & hordeo significari, tum bona spiritualia, tum temporalia, & in argento, quod vocem Dei significare solet, iuxta illa Dauidis. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, purgatum terra, purgatum septuplum.* Significantur voces Prophetarum, & internæ voces Dei, & præcepta legis. Ponitur autem numerus quintodecimus, quia iste numerus, iuxtà Petri Bong. asserta, significat plenitudinem scientiæ; & in his, plenã scientiam salutis, habuit Synagoga. In hordeo autem significantur bona temporalia, quæ dicuntur hordeum, propter eorum vilitatem. Non multum enim existimanda sunt isthæc. Et in his temporalibus, adhuc instruitur synagoga ad benè viuendum; etenim in coro, & dimidio coro aduertere poterat defectum vitæ, quæ in dimidio sistitur. Mortis enim sumus cibus, cum minus mortis cogitata nos occupant, & sic in dimidio coro deficimus.

Ps. 11. 7.

Petr. Big.

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS XII.

Aquam lacrymarum à peccatrice anima exposcit Deus.

ET FODI, &c.

TRansit ab adultera muliere ad vineam Deus, dicens. *Fodi eam mibi*, vt notat D. Hieronymus, ità commentans. *Quando dicit fodi, ostendit vineam, quæ à Domino plantata est, & in multis locis ponitur scripturarum, significans populum Iudæorũ.* Nec immeritò, vt vineam, peccatricem ad se cõuerti expetit Deus. In vinea enim vites sunt; vites autem amoris perpetui sunt symbolum; enimuerò in vite complectente vlmũ emortuam, & expoliatam, & exornãte eã suis folijs, & botris, verũ amorem, adpingebant antiquitus; vti refert Brixianius. Deus igitur, qui non deficientem amorem, ab anima conuersa exposcit, vineæ, continenti in se vites, amoris, fontes, comparat. Ac sub vineæ metaphora, de ea loquitur. *Deus*, ait Chrysolog. *Amari vult*. sed fossam, in vinea hac, anima scilicet, excauari vult Deus. *Fodi*, inquit, cur ità? In huius intelligentiam transeo, ab intimis terræ, à fossa, ad cœlum. Aspiciebat progredientem sponsam suam dealbatam, naturam humanam, Spiritus sanctus Cant. 6. ac talibus vocis gressibus, gressus pedum comitabatur. *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra, vt Luna.* Auroram dixit animas nostras, genusque humanum Deus, ingeniosoque symbolo, sponsalitium sui nobiscum cõmmẽdauit. Aurora etenim, lucẽ, ac tenebras simul in vnum copulat, atque cõiungit. Quis autem ignorat, creaturas omnes esse tenebras, & vmbram. Vnde per vmbram, aiunt Theologi cognosci Deum, idest per creaturas. Deus autem lux est. Quod si in aurora, lux, & vmbra, siuè tenebræ, coniunguntur, & coniũgi in vnum, signat sponsalitium; vocitando animas nostras auroram Deus, sui sponsalitium

A B C D

Vites symbolũ amoris.

Brixian.

Amorem nostrum Deus exposcit.

Cant. 6. 9.

Aurora animæ cum Deo sponsalitiũ signat.

tium cum ipsis voluit innuere. Hinc Sotomayor in hunc locum ex Gregor. Nazianz in epist. Nicoboli. *Vita coniugalis nocti sublustri cōparatur, quali sub aurore exortum solet esse*. At non satis perspicio; cur Lunā appellauerit illam, quæ sponso copulata æterno, fulgebit sicut Sol; iusti etenim, sicut Sol fulgebunt in conspectu Dei; vbi eadem priuilegia, quæ sponsus habet, qui Sol, & lux est, obtinebunt. Cur igitur Luna? & sub Lunæ nomine, sponsam suam animam, tuetur Deus? transibo ad ea, quæ nobiscum sunt; vt Dei abscondita prodeant in lucem. Obseruatum relinquunt quamplurimi, vt lego apud Valerianum lib. 58. inter cępas, & Lunam hanc, vicissitudinem intercedere, quod cum Luna crescit, decrescunt cępæ, & vice versa. audiatur Valerianus. *Habet autem cępe hoc peculiare, quod Plutarchus quarto in Hesiodum tradit, vt reuirescat, & congerminet, decedente, paulatimque deficiente Luna: contra autem inarescat, adolescente, quasi ipsa pro alimento corpus suum exponet*. Crescit Luna, & decrescit cępe, ac si ex sui alimento, augmentum sumat Luna; quod si animas nostras Lunā vocitat, Lunæque cōparat Deus: & huius alimentum agnoscitur, cępe, igitur conijcere licet, sponsum Deum, cępas in alimentum, exponere sponsæ Lunæ; sed cur ità? nonnè odiuit genus Israeliticum, cępas desiderātem Ægypti? nonnè, vt ab his desisteret concupiscentijs, cibabat manna, cibo cęlico? Quid igitur est, quod Lunam vociferando sponsam suam, cuius cibus videtur cępe; vocat ad cępārum cibum? Sequitur tractatum de cępa Valerianus, & inquit ex Columella. *Lacrymosum*

Sotomayor Greg. Nazianz.

Pierius.

Plutarch. Cepe decrescit cre. scēte luna.

A *est cępe*. Et ità quidem lacrymosū, vt Dionisius interrogatus apud Aristophanem. *Cur ità fleret*, respondit, *cępas olfacio*. Ex quibus ad nomen Lunæ accedo; Vocat animam nostram Lunam Deus; quia vti Lunam vult; hæc veluti cęparum cibo nutritur, & crescit; quicunque autem nutritur cępis, ad lacrymas est pronus. Deus igitur, Lunam vocando animas nostras, nil aliud ab ijs præcipuè exquirit

B in hac vita, quam lacrymas. Qua de re, ait Simon de Cassia lib. 5. cap. 13. loquente de Christo inuitante ad lacrymas. *Omne seculum imitatur ad lacrymas*. Ab vnoquoque lacrymas exposcit Deus. Sed hoc perpendendum, quod cum lacrymæ sanguis cordis sunt, vt alibi notatum est. Non à corde, sed ab oculis voluit excipere. Cur ità? oculi fontes sunt amoris, præcipuè profani, ab oculis enim na-

C scitur in corde amor; & cōmune Adagium est. *Vbi amor, ibi oculi*. Quia igitur peccatores, qui sese turpi amori subdiderunt, lacrymas pro tanto crimine fundere debent, ea propter oculis lacrymas dedit Deus. Hinc Calpurius Flaccus controuersia 16. ait. *Iisdem oculis, quibus amatur, fletur*. Patet autem, hanc Hoseæ vxorem cupidineis turpitudinibus fuisse infectam; & hanc mutat in vi-

D neā Deus. Quia autem ab omnibus peccatoribus, & ab his præcipuè Deus exposcit lacrymas. Ait enim Marcus Eremita de Paradiso, & lege spirituali. *Nos igitur debemus lacrymas profundere amaritudinis plenas*. Et in vineis, tunc aquam inuenire solemus, cum fossam excauamus; idcò proposita vineæ metaphora, inquit. *Et fodi eam mihi*. Philippeius in Hoseam. *Fodiamus terram, vt aquam de*

Simon. de Cass.

Lacrymas à nobis ex postulat Deus.

Calpurius

defossam inueniamus. Ac si diceret, ideò Deus fodi vult peccatricis cor, vt aquam lacrymarum in illa inueniat.

ANVLVS XIII.

Anima nostra vti thesaurus perquiritur à Deo.

ET FODI, &c.

INtolerabilis est fossorum labor, & is, qui, dignè omnium criminum, criminosissimo datus fuerit in pœnam. Ruit in peccati abyssum Adam, & secum, præter Virginem, & Christum omnes præcipitauit. Cui, vt pęnæ dignissimo fossorum datus fuit labor in pœnam, sic Fräcisc. Ximen. Igitur Deus noster Prophetę, dũ ait. *Fodi eam mihi*. Intolerabilem laborem, quem pro animabus assumere debent Prædicatores, vult inculcare, nec immeritò; Si enim altius ista fossa prospiciatur, diuitiarum affluentiam animæ nostræ, videbimus. Adduco Dauidem, qui ad

Psal. 54. 16. omnes viuentes, sic fatur. *Descendant in infernum viuentes*. Ad infernum mittit viuentes Dauid; non quidem ad illum, à quo reuocare gradum non possint, sed ad sepulchra; frequenter enim in sacra Scriptura, infernus sepulchrum significat, quod inferius est. Sed expeto, cur ad sepulchra mittat viuentes animas Dauid? cur non potius ad cęlica? dignius est enim Deum popter retributionem amare, quam seruire propter mortis, vel inferni timorem. Dicerem cum Diuo Gregorio, ni alio aduocarer; in sepulchro cõplura sanctorum corpora, quiescere. Mittit nos igitur ad sepulchra Dauid, vt illorum vita con-

A templata, eorumdem exempla sequamur. *Sepulchro*, inquit D. Gregor. in Iob. lib. 5. cap. 4. *ergo diues efficitur, qui per exempla iustorum, in contemplationis virtute subleuatur*. Hæc D. Gregorius. Mox ad Reges, Angelorum Regem in incunabulis adorantes. Viderunt in cœlis stellam, lucem nobis ortam, nunciantem, & confestim illuc iter direxerunt, quo lumen illud properabat: inuenerunt Patris splendorem, ac tantum fulgorem, sufferre non valẽtes, procidentes submissis oculis, adorauerunt; ac nè vacua esset adoratio, suorum opum thesaurum obtulerunt. *Et apertis thesauris suis obtulerunt ei, aurum, thus, & myrrham*. Mirum verè ille, qui diues in cœlis, venerat nostras gustaturus ægestates, & qui in Dauide clamabat. *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea*. vix natus thesauros cumulat. Quid ità? Accedit D. Ambrosius, qui Duces, ac Magistros nostros, contemplãs Magos istos, inquit; idcircò hos à Spiritu sancto edoctos ad munera thesaurorum, vt & nos edoceremur nostros thesauros Deo offerre. Sed qui nam thesaurus noster est? Proh, anima nostra, in terrę corporis vase; audiatur ille lib. 2. in Lucam cap. 2. *Nos quoque, qui hac audiuimus, & legimus, de thesauris nostris, talia fratres munera offeramus; habemus enim thesaurum in vasis fictilibus*. En, anima nostra thesaurus est. Etiam Dauidis dicta capio: ad sepulchra nos vocat, quia antiquitus cum corporibus defunctorum sepeliebantur thesauri. Vt intelligeremus igitur in corporibus nostris esse animam velut thesaurũ, ideò in sepulchris nos collocare cupit, & ait. *Descendant in infernum,* hos

Greg. in 3. Iob. lib. 5. cap 4.

In sepulchris sanctorum eorum vitã ad nostrã exemplar contemplemur.

B

Math. 2. 11.

Psal. 87. 16.

C

D. Ambr.

Anima nostra thesaurus.

D

hoc eſt in ſepulchris viuentes. Anima A
noſtra, ait D.Baſilius, *magnus theſaurus eſt, pro qua comparãda Deus dedit ſanguinem*. Et Sanct.Sofron. vocat animam. *Peculium Dei earũ.* Quibus ſuppoſitis. Vado ad prophetiam. *Et fodi*, inquit. Equidem, qui inuenire cupit theſaurum altè fodit. Deus igitur, qui ſciebat animas ſynagogæ eſſe prætioſos theſauros, foſſoris, ac foſſæ metaphora vtitur, & ait. *Et fodi eam mihi*. Figuerius. *Fodi, ideſt omni diligentia eam exquiſiui, quomodo effoditur theſaurus, vel aurum, & argẽtum ex fodinis.* B

D. Baſilius.

Figuerius.

Hanc animæ noſtræ prætioſitatẽ intuitus eſt Hieronymus Guadalup. vbi ligones argenteos ad foſſionem præparatos agnouit; dicitur enim in prophetia. *Fodi eam mihi, quindecim argẽteis*, & ait. *Domine Deus, quanti exiſtimas vineam hanc. Si id ſcire cupis, intuere inſtrumenta, quibus eſt excolenda; qua argentea ſunt, ex quibus inſtrumẽtis cognoſces, nõ eſſe vilipẽdẽdam; tunc enim ferrea, non argentea eligerem inſtrumenta.* C

Anima noſtra quam pratioſa.

ANVLVS XIV.

Sit ſoli Deo intenta, & integra anima, qua à Deo eſt.

ET FODI, &c.

NVpta mulier, ex doctrina D.Pauli Apoſtoli, cogitat, quæ ſunt ſui viri, & diuiſa eſt. cur ergo mittit virum Hoſeã ad vxorem, ac ſibi Deo, non Hoſeæ viro, vult vallari, dum inquit. *Fodi eam mihi.* Mihi, non tibi ſit vallata mulier iſthæc. O Propheta, nolo diuiſam, ſed integram. Accurro ad Salomonem inſtruendus; attendit ipſe ſponſæ Dei veſtimenta, & olfaciens in hæc prorupit. *Odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris.* Non ea olebant ſpõſæ Dei veſtimenta, quæ lenocinia ſunt libidinis, ſed thura, quæ prima fuerunt dona Dei. Sed cur thura? D.Gregorius in hunc locum Cãtic. præter opera, in veſtimentis ſponſæ, intuetur nihil; operibus autem, thuris contẽplatur, adiuntum odorem; quia frequenter in ſacra Scriptura, thus ſymbolum orationis eſt. Quid autem eſt oratiò, niſi eleuatio mẽtis in Deum? fertur tota mens in Deum, cum ritè oramus. Copulantur igitur veſtimenta, ſcilicet opera noſtra thuri, hoc eſt orationi, quia omnia opera noſtra, noſque, & mens noſtra, tota debet, & integra ferri in Deum. Audiatur D. Gregorius. *Quid per veſtimenta hac, niſi ſancta opera deſignãtur, quibus præcedentium malorum turpitudo operitur, nè videatur. Hinc enim ſcriptum eſt Apocal. 16. Beatus, qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, nè nudus ambulet, & videatur turpitudo eius. Thus verò per ſignificationem, pro oratione ponitur, ſicut ſcriptum eſt. Aſcendat oratio mea, ſicut incenſum in conſpectu tuo. Sancta itaque anima in hoc mundo, quanta poteſt bona opera, operatur, & benè operans deſiderio, & intentione ſancta, ad aterna ſe extendit*; D *nihilque boni agit, niſi ea intentione, vt ad cæleſtia, quæ diligit peruenire poſſit.* Tota, vt incenſum, fertur in Deum, nec per iſta, quę Dei ſunt, vacillat eius mens; quandoquidẽ ſcit, nil eius debere mentẽ occupare, qui Deo conſecratus eſt. Quod etiã docuit Chriſtus, cũ vocatus ad nuptias, acceſſit, & vini defectum inuenit. nec poteſt non deficere vinum mundanæ lætitiæ ſymbolum, vbi accedit Chri-

Cant. 4. 11

Veſtimenta ſponſæ, cur thuri comparentur.

Greg.

Mens, & opera noſtra ferantur tota in Deum.

P.Franc. de Franch. in Hoſ.

Vinum lætitiæ humanæ symbolum. Christus, qui beatitudinem lugẽtibus dat, nõ lætitia seculari abũdantibus, dum dicit. *Beati, qui lugent.* Animaduertit vini defectũ, *Math. 5.* vini, inquam, ad literam, nuptijs necessarij, Beatissima semper Virgo, ac nostris necessitatibus intẽta, vt pia, dixitq; filio. *Vinum non* *Ioan. 2.* *habent.* cui Christus, *Quid mihi, & tibi est mulier.* O Christe, qui tuæ Matri semper obsequens, dicasti te illi subditum, quid est, quod acerba responsione, repellis, ac vinum illi negas, quæ te vbere de cœlo pleno lactauit? accedat Bernardus, nos instruit in his verbis, non petitionem Matris, quã perfecit, repulit Christus. Ancilla Dei erat Beata Virgo, volũtatem Patris venit exequuturus Christus, vt perfectorum caput. Quia autem Deo dicatos, nulla huius mũdi cura, etiam eorum, quæ necessaria videntur, debet sollicitare; ideò videtur Christus repulisse, vel matrem, consanguineorum negotijs intentam. adest Bernard. *D. Bern.* serm 2. post oct. Epiph *Vt quid ergo fratres, vt quid sic respondebat? prius vtique, propter nos, vt conuersos ad Dominum, iam non sollicitet cura carnalium parentum, & necessitudines illę non impediant exercitium spirituale.* *Negotijs secularibus non sit intentus, qui Deo vacat.*

Docent hanc nostri integerrimam exibitionem Deo, vel ipsa insensibilia. Adeo Math. Euangelistam, & prodigia in Domini nostri Iesu Christi morte, quæ intercesserunt, audio. Expirauit Christus. *Et ecce velum templi scissum est à summo vsque deorsum, & terra mota est, & petra scissa sunt.* Mouetur terra, scinduntur petræ, cum à scisso corpore Christi recedit anima; quid ità? cur mouetur terra, quæ ad tantũ sacrilegiũ, facinusq; horrendum, ob stuporem immobilitati stabilitatem addere debebat? cur petrę scindũtur, cum petra Christus, nos lapides sibi vniebat glutine sui cruoris? Dicam, quod sentio; terra, ac lapides in suis poris, aerem, siuè spiritũ, quẽ ventũ dicimus, hospitabantur, qui vbi domicilio illo, veluti carcere arctatus, ampliora petit spatia, secedens, concutit terram, fiuntque terremotus, ac scinduntur petræ. hic aer, siuè võtus, quem spiritum vocare solemus, erat in petrarũ, ac terræ poris, cum spiritum emisit Christus: receptura erant terra, & petrę Christi spiritum, quem inclinato capite in terram misit crucifixus: quia autem, nihil in se retinere debet, qui Christi spiritũ, possidere desiderat, ideò scindendo se petræ, vel illum aerem, quem in se cõtinebant, foras eiecerunt, & ità scissæ sunt. Annuit Ioan. Taulerus ex Ordine Prædicatorum insignissimus cõtemplatiuus, dũ ser. de Beato Math. Apostolo, ait. *Deniq; hic petra omnes cõteruntur, & quidquid est, in quo spiritus quiescere possit, id omne hinc decedere oportet.* Hospitaturę erant petrę Christi spiritũ, & vel aerẽ, vel ventũ ab se abijciũt. quid plura, mouetur terra, quę stabilis est, cõtra suã naturam, scinduntur integræ petræ, & vel se derelinquunt, dicantq; morti: quia, vel propriã naturã, etiã se, derelinquere oportet, qui integer Deo, cupit esse. Ex quibus patet, quid hac fossione requirat Deus: Adducit cõuertẽdam mulierem domum, ac eandẽ vallat, vt nulli sit aperta, sitq; integra sibi. confirmat Christophorus à Castro. *Conduxi, vt domi in meo obsequio retenta, integram se seruaret.* *Ioannes Tauler.* *Petræ, cur in Christi morte scinduntur.*

Math. 27. 51.

ANV-

ANVLVS XV.

Fructum bonorum operum expectat à nobis Deus.

ET FODI, &c.

NVsquam satis de operibus bonis dici potest: elinguis est lingua ad bonorum operum laudem. Operibus, tantum opera, laudes sunt, vndè, dixit Spiritus sanctus: *Et laudent eam in portis opera eius*. Benè operanti animæ in exitu opera canebant; ipsa lucernæ sunt, per quas videbitur Deus in lumine suo, nosque ijs erimus luminosi. Vndè Chrysologus sermone 22. *Vt lucerna ante oculos, opus bonum in mentibus, sic refulget. non portanti tantum lucerna lucet, sed multis; & opus bonum, dum facto in vno lucet, multos illustrat exemplo; lucerna repellit noctium obscura, opus bonum malitiæ fugat tenebras; attendamus lucernam bonis operibus in manibus nostris, si volumus coram Domino, & hominibus nos lucere*. Hucusque Chrysologus. Obscura via cœli est, nec alicui patescere potest, ità vt obtineat, ni illi, qui hanc lucernam tenet. deuius est, nec in conspectu Dei apparebit, operibus vacuus. Deus enim bonorũ operũ fructũ expectat, & exquirit. Certum est fidelibus, hominem ad vitam æternam non posse ingredi, nisi renascatur ex aqua, & Spiritu sancto. Audiant ab ipsamet veritate. *Nisi quis renatus fuerit, ex aqua, & Spiritu sancto non potest introire in Regnum Dei*. Peto, vt quid aqua additur, vbi Spiritus sanctus sanctificat? poterat quidem absque aqua baptismum instituere Christus; sed instituit in aqua, quia homo ab humo terra est, & illa terra dat fructum, quam aqua irrigat. Ad indicandũ igitur, ab homine, qui terra est, bonorum operum fructum expectari, ideò in aqua baptizat. Hinc Diuus Petrus Damianus de iustis loquens, ait opusc. 60. expositione mist. histor. cap. 3. *Iusti tanquam ferax terra, scilicet irrigata, bonorum operum fructus germinare contendunt*. Et meritò: ijs enim Deus fauet, ijs gaudet Deus. Egresso Iesu in partes Tyri, & Sidonis, occurrit mulier Cananea, potius canis dœmonio fidelis, quam mulier; at odorato pane cœli, ad pastum anhelabat gratiarum, apertoque ore, id exponebat, quod sua viscera torquebat; negabat se Iesus, petebat illa sibi necessaria. *Non est bonum*, dixit Deus, *sumere panem filiorum, & dare canibus*. Et cur, respondit illa; catellis, vel mica negabitur? tunc Christus. *O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis*. Mirum equidem: mox mulier, quæ paulò ante ab eo, qui omnia nouit, agnita est canis; quænam est isthæc mutatio? quid canis? quid mulier? terra isthęc erat, canina spinarum vitia, tribulosq; in se habebat; euellit vomere asperitatis Christus, rigauit imbre suorum verborum, & mutata est ex catella in mulierem. Sed quid est. *Mulier?* In muliere, fœcunditatem bonorum operum agnoscere licet, vndè adpingentes fęcunditatem, mulierem figurabant vberibus lacte plenis, cum hac inscriptione: *Fęcunditas operum*. Dum igitur mulierem dixit Deus, animam bonorum operum fructibus onustã dicere, & significare voluit; quia au-

Marginalia: *Prou. 31. 31.* — *Chrysolog.* — *Ioan. 3. 5.* — *Baptismus, cur in aqua sit* — *D. Petrus Dam.* — *Math. 15. 26.* — *Mulier fecunditatis symbolum.*

P. Franc. de Franch. in Hos. G 2 tem

tem huic, & fauores, & Paradisus conceduntur, ideò mulieri dixit. *O mulier magna est fides tua.* Fauet D. Augustin. lib. de fide, & operibus. *Quia, ille cordis inspector mutatam vidit, quam laudauit, & ideò non ait, ò canis, magna est fides tua, sed, ò mulier, magna est fides tua, mutauit vocabulum, quia mutatum vidit affectum, atque illam correctionem, ad fructum peruenisse cognouit.* Vidit fructum, expertus est bonorum operum dulcedinem Christus, & confestim omnia côcessit Deus: etenim bonorum fructum operum expectat. Et hinc haurio, quid fossio isthæc in nostro Propheta velit. Fodimus terram, vt extirpatis sêtibus, bonum fructum germinet. Imperat igitur Prophetæ, vt vineam animę fodiat, vt dulces fructus dignos Dei gustu germinet. Ità Albertus Magnus. *Et quia de vinacijs, & vuis dixit; ideò de metaphora adultera, trãsit ad metaphoram vineæ, & fodi eã, vt vineam mihi, vt mihi, fructus faceret.* Et Laurentius Iustin. de disciplina, & perfectione monastica. *Vnus docet, & quod quanto vberiores, quis vult colligere fructus, tãto diligentiori, & sollicitiori cura terram excolit vomere, sentesque de eradicare conatur, nè nascentes aristas præfocare possint.* Dęmones sunt, qui non operantur, etiam si credant, quia, & dœmones credunt, quapropter dixit D. Augustin. loco citato. *Fides non operans non est Christianorum, sed dęmonum.*

Albertus Mag.

Laur. Iust.

Non benè operantes dæmones sunt.

A

B

C

D

ANVLVS XVI.

Deus ad se nos trahere conatur suauitate, & beneficijs.

ET FODI, &c.

PRæcucurrit Redemptorem omnium Ioannes Baptista, & vt viam Domino in omnibus pararet, gemitum pœnitentiæ indixit; hæc enim trahit Deum: & dextera eius stellis plena, post cęlum; fulget in aquis, in quibus licet eas contemplari. Sed audio Baptistæ aduersarium Dauidem, qui non homines tantum inuitat ad iubilum, sed terram totam. *Iubilate*, dicens, *omnis terra*. Exulet mæstitia, abeat luctus, lacrymas abstergat gaudij abundãtia. Quid est, quod ad iubilum, omnis terra inuitatur. Dicam, quod sentio. Deus veniens ad nos, aspexit hominum animas, vt oues, ipseque est supremus Pastor; vndè, dixit idemmet Propheta. *Nos autem populus eius, & oues pascuæ eius.* Hoc autem Pastoribus consuetum est; quod cum gregem ad vberiora pascua, volunt adducere, fistulæ dant flatum, ac dulci suauique sonitu, oues allicientes ad pascua, trahunt: Venit ad nos Deus, vt Pastor, nosque oues ducere cupiebat ad pascua Paradisi; quia autem suauitate, ac dulcedine, ad æternas dulcedines trahere volebat, idcircò per Dauidem, omni terræ intonuit, vt iubilarent, scilicet, canerent. Firmat D. Chrysologus serm. 6. *Terra omni pastoralem mandat, & imperat disciplinam, dicendo, Iubilate Deo omnis terra, sicut militem tuba terribilis producit ad bellum, sic oues ad pascua dulcedo iubilationis inuitat; Bellandi ergo fremitum pastorali lenitate mitigare con-*

Stellæ cæli fulgẽt in aquis, & cur.

Ps. 65. 1.

Ps. 94.

D. Chrysolog.

conuenit, vt gentes tam mites gratia A *saluaret, &c.* Dulcedine, lenitate, ac beneficijs, trahere nos cupit Deus ad pascua Paradisi. Nec immeritò, ea enim operatur amor noster, quæ amoris sunt propria; propria amoris, dulcedo est, & vel asperitas, induit dulcedinem, vbi intercedit. Contẽplatus est Amorem dilectum suum sponsa, & dixit. *Botrus Cypri, dilectus meus mibi*
Cant. 1. 14 *in vineis Engaddi*. Botro assimilauit musto pleno, illum, quem scie- B
Amore nostri plenus Christus. bat nouo plenum amore. Sed peto vlterius sponsam, cur Botrum dixisti illum, cuius vbera longè
Cant. 1. 2. gustasti meliora vino, dicens. *Meliora sunt vbera tua vino?* Quid est, quod nunc aspicis Botrum in vineis? Decantata est Pictoris illius astutia, pinxit ille vitem pampineam, à qua Botri pendebant: volitabant per aera aues; at vbi aduerterunt adpictam vitem, botros autumantes, picturam, veri- C tatem, boni voluptate tracti rostra aperuerunt ad edendum. Sed delusit ars naturam. liceat mox mihi, ex ijs, quæ nobiscum agnouimus, ad penetralia Dei ascendere. Quis ignorat, animam nostram à Deo fugientem, aui volāti
Osea 9. 11 assimilari? *Ephraim sicut auis euolauit.* Aues ità trahuntur à botri voluptate, vt vel ad pictos volent Deus igitur noster, qui voluptate, ac delitijs nos ad se trahere D conatur, botri assumit similitudinem, ac botrus Cypri agnoscitur à sponsa, quæ ait. *Botrus Cypri di-*
D. Aug. *lectus meus mibi*. Adduco ad hæc D. Augustinum tract. 26. in Ioan. *Noli cogitare te inuitum trahi, trahitur animus, & amore*. Et inferius. *Parum est voluntate, etiam voluptate traheris, quid est trahi voluptate delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*. Delectat bo-

trus auem, tuque aũis, botri delectatione traheris. hanc eandem tractionem ad Deum, contemplatus est in hac fossione Figuerius, qui vineæ, dedit pro dulci, ac beneficijs, culturam. Excolit igitur Deus beneficijs animam hanc, vt beneficijs allecta, ad suum prouocaret amorem. Figuerius. *Excolui, & beneficijs ad amorem prouocaui, nullum probi amatoris, aut cultoris officium prætermisi*.

SECTIO IV.

Beata Virgo Maria, vndiq; diuina gratia vallata, innocentissimam Animam Deo suo seruauit.

ET FODI, &c.

VAllant vineam Agricolæ, nè bestiæ in illam irrumpant. Et quæ nam vinea est ista vallata, ni Beatissima Virgo Maria? in quam nullus potuit dolus inimici diaboli irrumpere. De hac D. Hieronymus, sic fatur. *Hæc* D. Hier. *est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viuentium, ad quam nulli potuerunt doli irrumpere, sed permansit sancta mente, & corpore, multis donorum priuilegijs sublimata*. Hæc est, quæ sub typo synagogæ, in Dei ædes introducitur. Quia à synagoga, nobis futura erat Beata hæc puella. Nec mirũ, in illa figurari, quę adultera fuit, figuratur enim etiam in Eua peccatrice, non quantum ad culpam, sed quantum ad vitam, quam cũcti ab Eua nascendo, corporaliter accepimus, nam à Beata Virgine, quę nobis genuit veram vitam, animę vitam habuimus. Sic in muliere ista, figuram habemus ge-

genitricis, ſemperque Virginis Mariæ;nõ inſpecto adulterio, ſed vallo,& foſſa, quæ præſeruationẽ ab incurſu nocentiũ ſignat:enimuerò ſanctæ noſtræ puellæ, in ipſomet ſui conceptus inſtanti, adfuit gratiæ præſeruationis vallũ, & foſſa.

Hoc, cęlicus ille ſpiritus Gabriel innoteſcere voluit,cùm nũcians ei Verbum dixit. *Aue gratia plena*. Audiuit Gabrielis ſalutationem Maria, ac turbata eſt; timuit Virgo, cucurritque ſanguis ad cor, in quo eſt principium vitę, nuncians fortè cordi nouam vitam,quam ſuſceptura erat à cęlis; etenim ſanguis vitam ſignificat;iuitquè vita ad vitam,vt æternæ vitæ cordi eſſet nũcius,& præco;Aduertit Angelus Virginem turbatam,& illicò dixit.*Nè timeas Maria*. Expendo,cur mox Mariã intonat,qui primò tacuerat?nunquid interpretatũ Mariæ nomen, non dicitur. *Stella Maris*. Et ſi ſimilis eſt filius Matri, & Verbum vti ſtella nobis naſciturus erat, iuxta Balaam vaticiniũ Num. 24. *Orietur ſtella ex Iacob*. Mariam prius nominare debebat, vti ſtellã;dum ortũ æternæ ſtellæ ex illa nunciaturus aduenerat. cur primo Mariam tacet, & de hinc nominat? Aduoco Philoſophos.hi de nominibus diſcurrentes, aiũt, nomẽ eſſe debere cõſequens rei, ità vt per nomen, natura rei explicetur.Bellè,Angelus,tacet primo nomen,dicens naturam rei,& exprimit gratiam,ſic ſalutãs. *Aue gratia plena*, ità ſalutationem ordinans, vt gratia pręcedat nomẽ, dicens naturam: quod ſi in Maria gratia antecedit, equidem cõcludendum eſt. Ità vallatam gratiã Mariam, vt prius ipſa, quam natura in Beata Virgine fuerit:prius

Luc. 1.

Cur Maria turbata, fuerit in Angeli ſalutatione.

Luc. 1.

Num. 24. 17.

Maria, cur prima gratia dicatur plena, deindè Maria ab Angelo.

A inquam,natura, non tempore,& prius ſancta dicẽda eſt, quam nata.hoc innuere voluit D. Ioannes Damaſcenus orat. 1. de Beatæ Mariæ Virginis Natiuitate,dicẽs. *Natura gratia cedit,ac tremula ſtat, progredi non ſuſtinens.Quoniam itaque futurum erat,vt Dei genitrix,ac Virgo ex Anna orietur;natura gratia fœtum anteuertere minimè auſa eſt,verum tantiſper expectauit, dum gratia fructum ſuum produxiſſet*.

D. Damaſcen.

B Non eſt Beata Virgo ſimpliciter naturæ fructus,ſed naturæ,& gratiæ, ac in ea primum locum gratia obtinuit, ità vt, non terræ deuouenda ſit Beatę Virginis Conceptio immaculata,ſed cœlo,ipſa enim, ità concepta eſt, vt in cœlo potius, quam in terra concepta videatur. Vndè nedum gratiam, ſed gloriam in ſuo conceptu eam vallaſſe fortè non improbabiliter dicere poſſumus, quod ſemper

C intellige de gloria tranſeunte, nõ permanente,non enim permanẽter, ſed per tranſitum aliquando fuit Beata Dei viſione cumulata, quod dicimus de primo conceptionis inſtanti; quandoquidem nõ deſunt, qui Beatam Virginem in ipſo ſuæ conceptionis inſtanti Deum clarè vidiſſe opinãtur; inter hos pijſſimus adeſt Ferdinandus Quirinus de Salazar qui cap. 32. num.68. poſt multa ex varijs

D relata,ſic concludit. *Noſtra igitur mens hæc eſt, primo Sanctiſſimam Virginem, non modo ab originali labe mundam, ſed etiam à debito illius contrahendi, immunem eſſe aſſerendam, nè aliqua in re Angelis inferior ſit. Vlterius,etiam dicimus Angelos ab ipſa vinci, tum quia à primo ſuę conditionis momento, gratiam minimè vacillantem, ſed conſtantem, & firmam ſortita fuerit: tum etiam, quia in eodem ſuæ formationis primo* [illegible] *inſtanti,*

Maria Virgo in primo Cōceptionis instāti vidit Diuinam essentiam.

instanti, Deum, vt in se est, clarè viderit, quod satis probabiliter sustineri posse monstrauimus. Hæc ille, ex cuius asserto, non improbabiliter, sed piè relinquitur nobis, Beatā Virginem, nedum in gratia, sed in gloria conceptam. hoc quidem non pugno, sed meæ deuotioni erga Virginem do. nulli aduersor, à Sanctæ Matris Ecclesiæ determinationibus non secedo. si pietas hæc admittenda est, gaudeo, sin secus, absit vt ea præsumam, quæ tacenda decernit Mater nostra Ecclesia. Venio igitur non ad disputationes, sed ad animi conceptiones pro concionatoribus; hic enim styli mei scopus est. Adeo Dauidem, qui celsæ huius domus Dei, penetrans fundamēta, inquit Ps. 86. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* Hæc Beatissimę Virgini dant complures ex sacris Doctoribus. hoc primo inquiro, quid montes sancti hi secum ferant? adduco multorum nuncium Ioannem Cartagenam, qui hom. 12. de prędestinatione, ac immaculata Cōceptione Deiparę Marię, sic ait. *Scio receptissimā esse multorum intelligentiam, per hos montes intelligi sanctos Dei, quorum sanctitatis verticem, prima gratia, & reliqua charismata, quæ velut fundamenta Virgini collata fuerunt, longo interuallo superarunt, ità vt in maiori perfectione, illa acceperit, quā alij per totum vitæ curriculū.* Aspicis omni lapide prętioso ornatam primam Virginis plantam. quod cęteris sāctis per totum vitę curriculum fuit concessum, hoc vna nostra Virgo Mater Dei in primo Conceptionis instanti, in vitę suę fundamento largissimè à Deo obtinuit. Addo his D. Augustin. lib. 12. super Genes. ad literam c. 27. & 28. Diuū Ambros. lib. 1. Exam.

Ps. 86.

Ioan. Cartag.

Maria Virgo maiores gratias habuit in primo Conceptionis instanti, quā omnes Sācti in toto vitæ curriculo.

P. Franc. de Franch in Hos.

A cap. 20. D. Basilium homil. 1. in Exam. D. Anselmum, Bedam, Lyranum, Vgonem de Sancto Victore: hi omnes compluresque alij, D. Paulum, Moysemque Deum clarè vidisse, ac per transitū fuisse gloriosos, Beatosque autumāt, quod si in primo Conceptionis instanti, in primis vitę suę ędificijs, & fundamentis, Beata Virgo plures habuit gratias, perfectioraq; charismata, & priuilegia, quā

Moyses & Paulus vidērūt Deū per transitū in via.

B cęteri sancti, in totius vitę curriculo, multique eorum visione glorię gauisi sunt; Equidem minimè improbabiliter dicere possumus Beatissimam semper Virginem Mariam, in primo suę Conceptionis instanti, Beata Dei visione donatam. quapropter dixit D. Bernardinus Senens. tom. 2. serm 5. art. 1. cap. 2. *In prima sanctificatione, quantum ad rationem, & intellectum, tanta illi claritas su-*

Bernard. Senens.

C *perinfusa est, quod hęc septem perfectè intelligebat secundum quosdam. Primo, naturam creatam irrationabilem. Secundo, naturam creatam rationalem. Tertio, naturam creatam spiritualem. Quarto, naturam creatam diuinalem. A quarta quippè, quæ erat cognitio Creatoris, & tres consequentes, & tres procedentes cognitiones habebant originem, sicut Propheta testatur, dicens. In lumine tuo videbimus lumen.* Hęc, quid, ni

D visio Dei? cur non Beata igitur in primo Conceptionis instanti gloriosa Virgo?

Pergo ab his, ad Sanctæ Ecclesię ordinata. Conceptionis immaculatę festum celebrat Ecclesia, ac auspicatissimę Natiuitati signat Matthæi Apostoli Euangelium, qui Saluatoris Genealogiā texens, inquit, *Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abrahā.* Dauid Abrahę seniori præponit, &

& vbi est illud. *Semper veneranda senectus.* Quid est, quod canitiei prima non dat Mathæus, sed Patri gentium anteponit filium? Varia in hac ordinis præposteratione inuestigant Doctores. audio D. Hieronymum dicentem. *Ordo præposterus, sed necessariò commutatus.* Nec solum ob id, quod sequitur Sãctus, sed quia Charitas omnium virtutum altissima, meritò super omnibus subsellia erigit. An non Charitas, amorque, vel in inimicos refulsit in Dauide, qui, nedum Sauli insequenti ad necem, cum neci consignare poterat, pepercit. Sed factus Rex, vitæ, mortisq; Dominus, hostis hæredes conquisiuit ad pacem, è latebris eruebat ad misericordiam, & non cuiuscunque, sed Dei: ità Reg. 2. cap. 9. *Putasnè est aliquis, qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam?* Fides laudatur in Abrahã, qui credidit Deo, & ad iustitiam ei imputatum est. Obedientia micabat, non parcẽs Vnigenito, vt obsequens Dei, pręcepta non mutaret. At quid hæc, ad Charitatem? virtutes ancillulę sũt; illa Regina. Pręponatur quapropter Dauid, charitate erga inimicos purpuratus. Abrahę fideli, & obedienti. Nec hic sistunt Doctores, sed vt vidẽt Abraham paratum ad filij necem, cui non pepercisset, ni Deus filicidium vetasset. Dauidem verò vitę, vel inimici consulentem. Deumque non mortis, sed vitę Auctorem; ipse enim est, qui mortem non fecit, nec vult peccatoris mortem, sed vt conuertatur, & viuat; ac in Dauide Dei simulacrũ; libẽter, & iure Dauidem Abrahę in Iesu Christi humana genealogia pręponi affirmant. Sed de his hactenus. Alia ad nostra stabiliẽda in-

Dauid Abrahæ præponitur propter dilectionem inimicorũ.

Dauid similis Deo, dum vitã hominibus seruat.

A uestigo, quæ, vt clarescant. Superiora esse recolẽda iudico necessarium dixi, quod vbi Beatissimę Virginis priuilegia euulgare vult Spiritus sanctus, ea pręponit, quę priora veluti, in Beata Virgine fuerunt. Vndè, quia non natura, quę irę filia erat, sed gratia, in ipsa antecelluit, dixit Angelus. *Aue gratia plena*, & demum, *nè timeas Maria*, quia nomen naturam sequitur. Pręuidebat Spiritus san-

B ctus suo ductu sanctam Ecclesiam Beatissimę Virginis Conceptionẽ, signaturum Euangelium Mathæi, quid ipse? vt fideles, priuilegia Virginis Conceptionis in illo inuestigare possent? Dauidẽ pręposuit Abrahę, vt ea pręintelligerẽt in Virgine, quæ per Dauidem figurantur. Equidem, certum est, in Abraham naturam figurari, ipse enim Pater gentium est, & cui Paternitas, nisi naturę dicanda?

C Dauid teste Michaele Aiguano in Psal. 2. mox. *Manu fortis*, mox, *aspectu desiderabilis*, interpretatur. In prima quidem interpretatione, gratiam, qua fortiter contra vitia pugnamus claudit, in secunda, gloriam. *Dauid*, inquit ille, *interpretatur manu fortis, & desiderabilis aspectu, & significat Christum, qui verè est manu fortis, debellando aereas potestates, & desiderabilis aspectu, in quem desiderant Angeli*

D *prospicere.* En, in vno Dauide gratia, & essentię diuinę obiectum repræsentatur. Quod si cum de Beatissima Virgine agitur, ea primum, vt pronuncientur, ordinat Deus, quę in ipsa pręcesserunt, ac in Euangelio, quod Ecclesia in sacratissimo Conceptionis Marię festo canit, prius quod gratiam signat, & gloriam nũciatur, quam quod natura: deduco in Virginis conceptu, prius, nedum gratiam, sed

ſed gloriam contemplandam, quam naturam, quæ labem originalis maculæ ſecum traheret. ac proindè Virginem, nedum in gratia conceptam, ſed in primo conceptionis inſtanti per tranſitum eſſentiæ diuinæ dulcedinem guſtaſſe. accedat cęlitus dilapſum, quod mens noſtra capere non poteſt. En reuelat Virgo Brigittæ hoc priuilegium. *Cum anima mea, inquit Maria, ſanctificabatur, & corpori ſuo coniungebatur, tanta dulcedine repleta ſum, vt impoſſibile ſit effata.* Quæ ſic commẽtatur Ferdinãdus citatus de Conceptione Virginis c. 32. *Quæ nam eſt iſta tãta dulcedo, quæ vel ipſa Virginis lingua exprimere non potuit, quia mẽs verba appoſita, ad eam ſignificãdam non ſuppeditabat? certè non alia excogitari poteſt, tam ineffabilis dulcedo, niſi ea, quæ ex Dei clara viſione obritur delectatio, de qua Paulus. Oculus non vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit, quę preparauit Deus diligentibus ſe.*

Brigitta.

Salaz.

Erro, ni à ſãctiſſima Matre Virginis filię priuilegium hoc noſcã. Anna concipit, Anna parit Mariã. Cumq; de Maria agitur, ſua ſic diſpoſuiſſe Deum pẽſandum eſt, vt naturã omnia ſupergrediãtur. vociferatur hoc S. Germanus Archiep. Cõſtant. orat. de Zona Virginis, dicẽs. *Omnia tua ſunt admirabilia, ò Deipara, omnia ſupra naturã, omnia ingentia, & cunctorũ vires ſuperantia.* Et quidẽ admirabilis eſt ex ſterili Anna partus. quid eſt, quod illa Virginis fęcũdiſſimę, quęq; illum paritura erat, qui alios parere facit, eligitur in Matrẽ, quę ſterilitate triſtabatur. repeto dicta Germani, quia omnia tua ſunt admirabilia, ò Maria, omnia ſupra naturã, tuaq; ſupernaturalia priuilegia, vel à Matre vo-

Anna Virginis priuilegiũ, quo fuit in gloria concepta explicat.

S. Germ.

Maria omnia admirabilia.

A luit indicare Deus: Inueſtigabo, ijs, quę ſupra nos ſunt. Vidit ciuitatem ſãctam Ieruſalem cęleſtem Ioannes, & portas ex margaritis. *Et duodecim portę, duodecim margaritę ſũt per ſingulas.* Quid eſt, quod ibi lacrymarũ ſymbolũ micat, vnde luctus exulat, plãctus fugatur? anquid, quia pulchritudinis fictæ Dea, margaritæ ſacræ erant, ibiq; vera noſtrorũ pulchritudo oculorũ clauditur? fortè hoc minimè à
B veritate eſt alienũ. Verum alia in margaritis his fulgent; ad quę aſſequenda, ſupponendum eſt, Deũ homini creato infiniti boni dediſſe capacitatẽ, quod bonũ infinitũ ipſę Deus eſt; hoc beantur cęlici. ad id tamen aſſequendũ nõ ſufficit natura, neceſſaria eſt gratia, nec .n. attinget ſupernaturale bonũ, niſi gratia ſupernaturalis, qua homo redditur Deiformis. nemo ſaq. Theologorum ab hoc deuius
C eſt aſſerto; ac in cęli figura, docet D. Io. Chryſoſt. hom. 23. ſup. Gen. Cũcta, quę iuſſio imperauerat diuina in Arcæ ędificio exequutus fuerat Noe. cũ Deus dixit ei. *Ingredere tu, & omnis domus tua, in arcã; te .n. vidi iuſtũ corã me in generatione hac.* Nõ gratis in arcã introducitur Patriarcha, ſed quia iuſtus, iuſtitia ſi non micaret, abijceretur, vt cęteri. Sed cur ille, cui, quę vult, licent, iuſtitiã ingreſſui,
D ſalutiq; pręponit? Dicã. Arca illa, Cęleſtis gloriæ figura erat. Quia aũt nullus in illã introducitur, ni ornamenta ſuſceperit gratię, quæ facit hominẽ iuſtũ. Ideò ingreſſũ iuſtitia anteceſsit. *Vt ſciamus,* ait Chryſoſt. *quod gratia nõ ſolũ ſaluat iuſtũ, ſed, et laborũ retributiones dat, & virtutũ prę mia, dicit ideò, ibi, impero, vt tu, & domus tua omnis in arcam ingrediamini, quia te vidi iuſtum coram me, in generatione iſta.*

Apoc. 21.

Maritæ, cur in gloria portis.

Gratia ad aſſequendã gloriã neceſſaria.

Noe, cur in arcam introducitur.

Quia gratia itur ad gloriam, & gloria fructus gratiæ est, vndè aiunt Theologi. *Gratia est semen gloriæ.* Ex quibus, cur margaritis micet cœli additus, capio. Margarita teste Innocentio Tertio in quodam serm. de Virgine, gratiæ symbolum est. *Margarita*, inquit, *gratia in Ecclesia.* Quia autem à gratia itur ad gloriam, & gratia gloriam parit, ideò in cœli portis margaritę collocantur. Bellè quidam Poeta Christianus.

Innoc. III

Margarita significat gratiã.

Poeta Christianus.

Margarita stabilitur
In cęli introitu,
Parit gratia, quo itur
Ad Dei contuitum.

Hoc firmo ex dictis, gratiam parere gloriam, & ad Dei mittere cõtuitum, quo beamur. & ad Mariam secedo, cuius vt dixit Germanus, omnia sũt supra naturam, omnia admirabilia. Huius Virginis, quæ nam Mater? quænam peperit? Anna quidem. Sed quid Anna? Hæc gratiam sonat. Gratia igitur peperit Mariam. Quod si gratia semẽ, gloriæ est, nec ni gloriam parit, & ad gloriam mittit, & Mariam peperit gratia, equidem gloriosam, & Beatam peperisse Mariam, Matrem Annam concedere possumus. adsit D. Ioannes Damascen. orat. de Natiu. Mariæ propè finem. *Verè beata es.* Loquitur de S. Anna Dei matris genitrice. *Verè Beata es, ac ter Beata, quæ beatitudine, donatam à Deo infantem, hoc est Mariam, nomine quoque ipso magnopere venerandam peperisti.* En vti Anna, quæ gratiam sonat, beatitudine donatam peperit Virginem Mariam. Peperit, inquam, scilicet in primo partu, qui est conceptio.

S. Amb docet Mariam beatã in Cõceptu.

Ioa. Dam.

Gratia gloriã parit.

Ità certè substernitur gloria Mariæ conceptui, nec oritur Regina cœli absque glorię possessione. Præsto est D. Ioannes Apoc. cap. 12. vbi Virginem his verbis admiratur in cœlo. *Signum magnum apparuit in cęlo. Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim.* Conceptioni Beatæ Virginis Ioannis visionem accomodat Ecclesia, teste Salazaro cap. 40. §. 4. de Conceptione Beatę Virginis. *Ideo verò, ait, locus iste ad cõprobandam immaculatã Virginis Conceptionem, meritò vsurpari solet, quia sollemnis totius Ecclesiæ mos fert, vt Virgo in sua Conceptione, simulacro expingatur Lunam pedibus premẽs, Sole vestita, & stellis coronata.* Miraculum hoc, exclamat D. Epiph. in ser. de laud. Deip. supergreditur naturã visio isthęc, & naturam in admirationem, ex qua cęperũt homines philosophari vocitat. Inhęreo. & hoc relinquo ex visione indubitatum. mulierẽ hanc cęlos penetrasse. Si enim caput, firmamẽti redimit stellis, si Sol corpori mutuat. indumentum, si pedibus Lunam calcat, ergo mulier capite tangit firmamentum, corpore, cęlũ Solis, & Lunæ cęlũ calcat. Quid dicemus? cęlum nè corruptibile? negant Sophi. decens .n. est, quod sicut in natura sunt animata, & inanimata, ità etiã sint corpora corruptibilia, & incorruptibilia: hæc aũt incorruptibilitas inest cęlis, qui seculis tot permãserunt incorruptibiles, & quidem incorruptibile non admittit corporũ penetrationẽ. Quid igitur est, quod visa Maria in cęlis, illos penetrare, conspicitur, qui verè impenetrabiles sunt. Multa vidimus absque lęsione penetrata corpora, penetrauit Christus monumẽti lapidẽ, nec tamen fractus lapis, Virginis claustrũ, nec ablata virginitas, fores ędiũ, vbi erant

Apoc. c. 12

Salazar.

Maria in sua Conceptione penetrat cœlos.

Cœli sunt incorruptibiles.

Apo-

Apoſtoli, nec fregit portas Xps, nec alij hoc aſcribitur,q̃ corporis ſubtilitati, quæ glorioſi corporis dos eſt; hac exornata corpora locū nō occupāt;vndè nec in corporibus locū expetūt. Quod ſi Beata Virgo in incorruptibilibus videtur cęlis,qui effractionē nō patiūtur,eius corpus, dote ſubtilitatis, quæ corporis glorioſi ſtēma eſt,licet excogitare pręfulgens. Voco Theologos.hi gloriā corporis,eſſe animę glorię argumētum,concedunt. Si igitur dotem ſubtilitatis, quæ corporis glorioſi ornamentū eſt contemplaris in Virgine, dic animam beatam,per tranſitum: Sique viſionem Conceptioni aptat Eccleſia;fatere in inſtanti ſuæ Conceptionis gloria effulgentē Virginis animam,ac in hoc ſenſu Beatiſſimam Virginem in gloria conceptam; & gratia. Stat, hanc viſionem explicans pro nobis Diuus Bernardus ſermone de verb. Apoc. dicens. *Iure Maria Sole perhibetur amicta, quæ profundiſſimam diuinæ ſapientiæ, vltra quam credi poteſt penetrauit abyſſum, vt quantum ſine perſonali vnione, creaturæ conditio patitur, luci illi inacceſsibili videretur immerſa*. Et Diuum Bernardum commentans Ferdinandus Quirinus loco citato, ait. *Quę verba de nulla alia conditione aptè interpretari poſſunt, niſi de clara Dei viſione*. En, vbi penetrat cœlos, Soleque videtur amicta, vbi Virginis Conceptio vexillifera eſt, gloriæ lumina, viſionis diuinæ eſſētię fulgoribus illuſtratur. Quid, ſi Lunam attendis plantis ſuppoſitam?dicet gloriæ poſſeſſionem. Luna, vt ex Pierio alibi diximus, gloriæ ſymbolum eſt, quod ſi hāc in Conceptione calcat Virgo, quodque pedibus calcatur, ſolet

Gloria corporis eſt ab anima.

Maria in primo Cōceptionis inſtāti poſſidet gloriā.

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

A poſſideri; equidem per tranſitum gloriæ poſſeſſionem obtinuit in ſuo conceptu Beatiſſima Virgo.

Adſit denuò Sancta Mater Anna,filię delitias teſtatura,concipit illa Mariam, & en vēter eius,imò tota,cęlum, vocatur à D. Ioanne Damaſcen. ***Anna cęlum.*** Spatiatur concepta Maria cęli nomine, quę arenæ ſterilitatē imitabatur. Cur cęlum,dum puellam geſtat in vtero? cur tantum effertur dum Mariam concipit? ſed ſimilium eſt generatio. cœlum agnouit Virginem Beatiſſimam Sanctorum cohors, & præſertim Seraphicus meus Bonauentura in ſpec. Virg. vndè exclamauit. *Cęlum eſt Maria*. Quia autem à cœlo,cœlum, ideò Anna cęlum. Verum germanam nominis huius Mariæ attingere puto expoſitionem. Si recolo idem eſſe cęlum,ac locum, in quo creaturę intellectuales diuina viſione gaudent, nec vllum Theologorū, imò catholicorum dubitatio vexat, primum locum, in quo anima humana permanēte,viſionē glorię adepta eſt, fuiſſe vterū Beatiſſimę ſemper Virginis Mariæ, in quo anima Chriſti fuit beata; quia autē beatitudinis locus, cœlū eſt,ideò Virgo benedicta cęlū dicitur. Sedet aſſertū.ex quo induco, ſi cœlum illud eſt, in quo anima humana beatitudine potitur,& dūMariā cōcipitAnna, dicitur à D.Damaſc.cęlū; inferre ꝓbabiliter poſſumus,in primo inſtāti ſuę Cōceptionis Beatiſs.Virginē viſione glorię poſſe dici fulgidā,ac in hoc ſenſu,poſſe dici in gloria conceptā,probabile exiſtimamus. dicat quapropter D.Damaſc. ad beatiſs.matrē Annā. *Verè Beata es,ac ter Beata,quę beatitudine donatā à Deo infātē, Mariā,nomine quoq;ipſo magnopere venerādā, peperiſti.*

Anna, cur cælum dicatur.

In vtero Virginis Chriſtus Beatus, vnde dicitur cælum.

 Vi-

Vide hoc priuilegium in Virgine Beatissima, cum cœlum suæ vitæ radicis hortum contemplor. Pulcherrima similitudine Spiritus sanctus Christi labia delineare volens, dixit. *Labia eius sicut lilia, stillantia myrrham*. Non immeritò myrrham, Domini nostri dicuntur stillare labia. Non enim perit myrrhæ gutta, sed maxima diligentia colligitur, ac in vase asseruatur. ità nos Dei verba in cordis nostri capsula diligenter asseruare debemus, Beatissimam Virginem Matrē imitantes, quæ omnia filij sui verba in corde reponebat. Lōgè non est ab his Ghisler. in hunc locum, dicens. *Sed, & id quoque aduertēdum est, quod dum Christi verba distillare dicuntur, pretiosissimam dicuntur distillare myrrha guttam: qua sedulò, nè pereat colligitur, in clausis suè seruatur vasibus, vt intelligamus, & nostrū quoq; studium esse necessarium, nè ea pereant.* Seruabo in corde meo. Et cur lilia, labia Christi dicantur à Spiritu sancto, scrutabor. Nunc autem hoc tantum aduerto, Christum esse Ecclesiæ caput, fidelesque omnes, corporis eius membra dici. vulgatum est hoc in sacra Scriptura. Hoc autem liliū, quod candet in labijs, dicam Beatam Virginem, ità Titus Martinengius in Teotocodia cap. 23. vbi Beatissimam Virginem, per lilium significari, asseuerat. Sed peto, cur potius ori, labijsque, Virginem Matrem suam comēdat Deus, quam locis alijs? nūquid nō erat ei subditus? nunquid non illi caput inclinauit, cū inclinato capite, tradidit spiritū. affirmat Laspergius, dicens. *Inclinauit caput, vt Matri iuxta crucem stanti, vltimum vale daret.* Quid est, quod humilitatis Magister Christus, non habet pro diademate Matrem, Virginemq; pro corona, decoratque tam pulchra gemma caput? Aperiam mysterium, ab aperto Iesu Christi latere; Ierat ad Patres in Limbum anima Christi, cum milites, excusso timore, ob prodigia in morte Christi concepto, iterum mōtem adiere, secuituri in Christum. Viderunt eum iam mortuum, & vel in mortuum sæui, inquit Ioannes, quod. *Vnus militum lancea latus eius aperuit.* Obseruat Euangelica verba, Aquila Doctorū Augustinus. & ait. *Vigilanti verbo vsus est Euangelista, vt non diceret, latus eius percussit, aut vulnerauit, sed aperuit; vt illic quodammodo, vitæ ostium panderetur.* Paradisus est Christi cor, ad quod volat, & quiescit tanquā in gloria, columba Ecclesia; vndè D. Bernardus serm. 62. in Cant. *Scrutemur in petra, in qua thesauri absconditi sapientiæ, & scientiæ Dei sunt. Ecclesia columba est, in foraminibus petræ, qua introspicit, & videt gloriam sponsi.* En, Paradisus, & gloria in Dei corde. Audio mox docentem Dominum. Hic, vbi de peccatis agit oris, eā dicit radicē habere in corde, non ascendit quid, nec crescit, aut reperitur in ore, ni prius radices fixerit in corde. ità Math. 15. *Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt.* Quod si Beatissima Virgo, vt lilium, in ore Christi candet. Equidem concludendum est, huius lilij Virginis, scilicet, radicem, esse in corde Iesu, quod si cor Iesu Paradisus quidam est, & radix lilij, nil præter principium eius, & cōceptionem repræsentat, hæcque sit conceptio lilij purissimi Virginis nostræ; concedendum censeo, eius conceptionem, ità inchoatā, ac esset in Paradiso. Huc spectare potest D. Ioan. Damasc. orat. cit. O san-

Marginalia: Cant. 5.13 — Christi Domini verba in cordis capsula seruemus. — Titus Marting. — Maria in clinauit caput Deus in cruce. — Latus Christi gloriā continet paradisi. — Math. 15.

O sanctissima Ioachimi, & Annæ filia, quæ principatus, ac potestates fefellisti, atq; ignea maligni tela extinxisti, quæ in Spiritus sancti thalamo, hoc est Paradiso versata es, atq; immaculata conseruata in Dei sponsa. In sancti Spiritus thalamo, in Paradiso veluti erat, cum flammā irati Draconis extinxit, ac originalem maculam non contraxit, vndè immaculata est. Hinc puto ab eodem Damasceno dici. Annę vterū, cęlū, vt nequiquā expectemus Beatæ Virginis Conceptionem terrenam, sed sublimem, sed cęlestem. Immaculata equidem, ac innocens est Beata Virgo, quā ità Christus, vel mortuus in cruce prædicat. Non discedo ab illo sacratissimo foramine; vt aqua sapientiæ potus, illa eructem, quæ à Deo haurire possum. Aperuit latus illud sacratissimum, Longini acuta clauis, ex quo, sanguis exiuit, & aqua. *Et continuò exiuit sanguis, & aqua*. Rumino, ad quid aqua, ex sacro illo latere, scaturiuit? & in intellectum, tam admirabilis prodigij, consulo Simeonem annosum illum, qui ante suam mortem mæruit illum regere, qui eum regebat. Libauit, Iesu viso, dulcedinem suauitatis sibi; ac benedictæ Matri, poculum propinauit amaritudinis, dicens. *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum, cui contradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes*. Agnoscebat amorem Virginis in filium Simeō, ideoque animam Virginis, filij animam nuncupauit: nec ignotus erat amor filij in Matrem, qui animam Matris suam existimabat: vndè ait Simon de Cassia lib. 2. in Euangelia. *Vide, quanto amoris vinculo*

Io. 19. 34.

Luc. 2.

R. Franc. de Franch. in Hos.

A *Matrem ligauit cum filio, filiumque cū Matre: vt animā Matris, animā filij esse denunciet, non in vna substantia, sed in dilectione omninò indiuidua*. Hanc animam Virginis, quā vti suam habuit Christus semper, doloris gladius pertransiuit in doloribus Christi, sed tunc pręcipuè, cum dirus miles, cor Christi, vbi anima præcipuè vitam tenet, perforauit: ità communiter Doctores contemplatiui. Hoc expostulo: quid sibi velit illud. B *Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes*. Quæ nam cogitationes, reuelari poterant, ex anima Virginis vulnerata in Christi corde perfosso? Attendite. Exiuit tunc aqua, miraculosè in Christi latere creata. Hac aqua cogitationes reuelari, retegique poterant. Sed quæ? Certum est ex compluribus Theologis, nullum purum hominem aptum ad satisfaciendum C plenè Deo, pro peccatis. Venit igitur Verbū, assumpsit carnem, ac homo factus pro nobis, satisfecit, non tantū pro peccatis actualibus, sed etiam, & principalius, pro peccato originali, quod magis inficiebat, quàm peccatum actuale, vt patet apud Theologos. Hæc satisfactio facta fuit in cruce; ac post Christi mortem, deletum fuit Chirographum nostrę damnationis. Astabat iuxta cruD cem Maria, quæ non fuit post lapsum redempta à peccato actuali: de fide enim est, Beatā Mariam Virginem, nec peccati mortalis, nec venialis vmbra obscuratam. Ascendere poterāt cogitationes; num etiam innocens fuerit à culpa originali, an verò nocēs, & post lapsum redempta? En, Christus permisit latus suum lancea vulnerari, in quo vulnere Marię anima, quæ in Christi corde, amore

Christus principalius pro peccato originali satisfecit.

Maria absq; peccato actuali.

erat,

erat, vulnerata fuit, iuxta prophetiam Simeonis. *Tuā ipsius animam pertransibit gladius. Et continuò exiuit sanguis, & aqua.* Ad quid ista aqua? illa innocentiæ symbolum est; ad suam innocentiam manifestādam (licet in vanum) lauit manus Pilatus: per aquam enim innocentiam, attestabantur Veteres. Sic Pierius, inquiens lib. 35. *Abluendarum manus gestus, innocentiæ signum est, quasi illas non contaminatas habere profiteamur. Antiqui enim, quando cōtestari volebant, se alicuius innoxios esse sceleris, neque impuris se facinoribus immiscuisse, assensumque præbuisse, in multitudinis conspectu, manus abluebant, vt scilicet ex illa manuum munditia, animæ identidem puritatem indicarent.* Vt indicaretur igitur animā illam, minimè fuisse labe peccati originalis infectam, sed innocentissimam, ac purissimam, aqua ex latere Christi, vbi amore erat anima Beatę Virginis, fortassè fluxit. Reuelat hæc aqua, vulnus hoc, Lancea ista, cogitationes ex cordibus multorum, ac Beatam Virginem dicunt fuisse innocentissimam, quamque seculum totum credit de fide, esse sine peccato actuali; Christi latus, sine peccato originali, testificatur, & innocentissimam. vndè clamat Diuus Bernardus ser. 4. in Cant. *Innocens fuisti ab actualibus, & originalibus peccatis; nemo ità pręter te.* Sed dum cor Christi, vitæ principium contemplor, ad illud principium assurgo, vndè filius, qui est Principium de Principio, quod caret Principio, genitus est. Sed priusquam intimius illud cōtemplor, assumo Beatissimæ Virginis verba. *Ego*, inquit illa, *ex ore altissimi prodiui, primogenita, ante omnem creaturam.* Virgini aptat verba istliæc sancta Ecclesia. Sed peto, cur dicatur primogenita ex ore prodijsse Altissimi? nunquid primogenita, quia, vt vulgatum est axioma. *Omnia principijs inesse solent.* Ac Mariæ non defuit originalis innocentia? non dissentio. Sed progredior vlterius: ac dum, ex ore, nil attendo prodire præter verba, assumo in his verbis, Beatissimam Virginem suam parturitionem assimilare voluisse, quodammodo gignitioni filij Dei; qui Verbū dicitur in diuinis; si enim Verbum, tale dicitur, quia gignitur per actum intellectus Patris, qui est, Dicere, & à Dictione est Verbum, quod Verbum in nobis solet ore proferri. Et Beata Virgo ex ore Altissimi prodijt; equidem, ferè, vt Verbum diuinum prodijt. Sed quare Verbo assimilatur illa, quæ potius silentio, quam loquelæ, linguam maritauit? & Verborū parū amica, familiatitatē diuinis seruabat operibus. Vado ad Verbi Dei generationē. Supponunt Doct. filiū ex cognitione intellectus Paterni generari. inq rūt tamen; Vtrum generetur ex cognitione essentiæ Personarum, & creaturarum, an ex cognitione essētię, non autem personarum, & creaturarum. Et licèt quis sit meus sensus aperire non intendam. In opere etenim morali illius doctrinæ subscribo, qui mihi ad morales conceptus magis est propitius, tamen nunc dico cum Scoto; Verbum Diuinum nullatenus procedere ex cognitione creaturarum, illæ enim sunt obiectum secundarium, & non primariū diuinæ cognirionis, obiectum etenim mouens, & terminans diuinum intellectum, est essentia, & quidquid formaliter est in essentia: Creaturæ autem, secundum opi-

Aqua innocentiæ symbolum.

D. Bernar. apud Car. tagenā homil. de Cōcept.

Ecclesiast. 24.

Scot. in 2. dist. 1. q. art. 2.

opinionem omnium Theologorum, non ſunt formaliter in diuina eſſentia, ſed virtualiter, vel eminenter. Licet formaliter ſint cognitæ, & non mouent intellectum diuinum, ſed terminant. Cũ igitur diuinus intellectus habet obiectum motiuum, & terminatiuum, tunc intelligit, & intelligendo, gignit Verbum, quod eſt ſummè neceſſarium in diuinis. Quod igitur non gignatur Verbum ex cognitione creaturarum; concludit Scotus. non miſcentur creaturæ cũ Verbi generatione. ex quibus ad intellectum Scripturæ, quã Beatiſſimæ Virgini aptat Eccleſia, procedo. *Ego*, ait, *ex ore Altiſſimi prodiui primogenita, ante omnium creaturam*. Procedit ex ore, ergo quodammodo, vti Verbum: verba enim ab ore proceudnt. Quod ſi Verbum à Patre procedit, non admixtis in ſua gignitione creaturis. Ergo Beata Virgo, ità naſcitur, ac ſi in eius Conceptione non fuiſſent creaturæ: vbi habetur generatio, ac ſi non fuiſſent creaturæ; ibi non poteſt eſſe peccati transfuſio. Concedendũ eſt ergo in Beatam Virginem originalem maculam non fuiſſe transfuſam. Hæc inſonare videntur verba Petri Commeſtoris lib. de immac. Virginis Concept. *Scio in Maria plus viguiſſe gratiã, quam naturam. Certè plus eſt gratia, quam natura, quę oſtendit gratiam*. Et inferius. *Ipſe fundauit eam. Ipſe non alius, non vetus Adam, ſed nouus, nouum iacuit fundamẽtum; ſuper quod, tàm pręclarum, tàm inſigne ſurgeret ędificium: alioquin ſi veteris ruinę manſere veſtigia, ſi veteri ſuperędificatum eſt vetus Adam, & non ipſe fundauit eam Altiſſimus, quod enim fundatur, non ab alio, ſed à ſeipſo materialiter inchoat*. Certè, ſi non

Creaturæ nõ ſũt formaliter in diuina eſſentia, ſed virtualiter.

Verbũ non gignitur ex cognitiõne creaturarum, ſecundũ Scotum.

Beata Virgo concipitur, ac ſi non fuiſſent creaturæ.

A

B

C

D

recens, ſi non eſſet inſolitum; Propheta tanta nouitatis miraculum, obſtupeſcens, non exclamaret, dicens. Nunquid Sion dicet homo, & homo natus eſt in ea. En, vti creatura ab immaculata illa Conceptione veluti excluditur. Non naſcitur in ea homo, & homo, quia alterius creationis gradũ ingreditur Beata Virgo Maria; haud voluntatem veteris Adam in illa aſpicio, ſed intueri fas eſt Dei voluntatem.

Regredior ad Angelum, Altiſſimum Incarnationis Myſterium Beatiſſimæ Virgini annunciantẽ. Hic, vbi filium Dei ex illa naſciturum affirmauit, non tacuit ſterilis Eliſabeth partum, & dixit. *Ecce Eliſabeth cognata tua, & ipſa concepit filium in ſenectute ſua, & hic menſis eſt ſextus illi, quę vocatur ſterilis*. Pepererunt fœcundæ, partu non carent ſteriles, paries & tu Virgo, vt totus mulieris ordo in te honorificentiæ accipiat cõplementum. Audiuit Eliſabeth conceptum Virgo, nec ſtetit, ſed inquit Sanctus Euangeliſta. *Exurgens Maria abÿt in montana cum feſtinatione*. Exurgens, magnam emphaſim habet hoc Verbum. Nunc exurgit, cum facta eſt Dei Mater, factaque eſt Mater gratiæ; non emori volebat in corde ſuo partum gratiarum, effundere cupiebat in homines, quapropter feſtina ſurrexit. Aduertit iſthæc D. Bernardus ſerm. de Natiuitate Virginis, expendens Angelicam ſalutationem. Dixit Gabriel Mariæ. *Aue gratia plena*, & deinceps. *Nè timeat Maria inueniſti gratiam*, & Bernardus. *Quid, plena eſt gratia, & gratiam adhuc inuenit? Digna prorſus inuenire, quod quęrit; cui propria non ſufficit plenitudo, nec ſuo poteſt eſſe contenta bono, petit ſuperfluentem ad ſalutem vniuerſitatis.*

Luc. 1. 39.

Maria gratiã effundit in homines.

D. Bern.

tis. O Beatissima Virgo, pete ad meam salutẽ, & inueni, nec inuenire non poteris, quæ lampadem in te habes æternæ lucis; nil tibi propterea, potest esse occultũ. Exurrexit Maria, iuit ad Ioannem; vt Iesus Ioannem sanctificaret in vtero Elisabeth. Ità Origenes hom. 7. in Luc. *Iesus, qui in vtero Virginis erat Ioãnem adhuc in ventre Matris positum sanctificare volebat.* Vt ipse dicam, Mariam eleuatam ab æterno Patre, vt eam intelligeremus peculiariter filiã suam. Ipsa est enim, de qua clamant Doctores sancti, & præcipuè meus Seraphicus Bonauentura. *Aue filia Dei Patris.* Occurrit iam Elisabeth, & salutauit eam. Vt autem vox Mariæ aures tetigit Elisabeth, Spiritus sanctus, animam eiusdem repleuit. *Et factum est, vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius, & repleta est Spiritu sancto Elisabeth.* Quæro, num Spiritus sanctus ab hominibus dari possit? haud, respondent Theologi, & præcipuè D. Bonauentura in 1. dist. 14. quæst. 2. Ratio autẽ est, quia Spiritus sanctus ab illo dari potest, à quo producitur, quod si nullus homo producere potest Spiritum sanctum, nullus homo illum dare potest. Quid est igitur, quod in salutatione Elisabeth, ad Mariæ vocem, datur Spiritus sanctus, quo repletur Elisabeth. Dubij solutionem venabor ex doctrina D. Thomæ. Hic, de angelica custodia disputans quærit. An puer in vtero Matris habeat Angelum ad sui custodiam deputatum? & negatiuè, respondet, totaque eius ratio est, quia puer in vtero Matris reputatur vnum, & idem cum Matre, & vni, vnus datur Angelus. Certum est Spiritum sanctum à

Iesus sanctificat Ioannem.

Origenes.

Luc. 1.

D. Bonau. Spiritus S. non potest dari ab hominibus.

Vnus Angelus datur Matri, & Filio existẽti in vtero.

A Maria non produci, producitur tamen à filio eius. quia autẽ iuxtà D. Thomæ doctrinam, vnum, & idem putantur, Mater, & Filius, in vtero eius, ideò productio Spiritus sancti, aliquatenus assignatur Mariæ Matri Filij Dei, producentis Spiritum sanctum. Hinc Offunensis. *Spiritus Sanctus, dicitur Spiritus oris Mariæ, quando per eius os dari solet, vt patet in Visitatione Elisabeth, quæ cum audiuit salutationem*

B *Mariæ repleta est Spiritu sãcto.* Accedant nunc Theologi, ac dicant, à quo producitur Spiritus sãctus; equidem dicunt à Patre, & Filio; quod si aliquatenus à Virgine est. Filia, & ipsa dicitur Patris æterni. *Aue filia Dei Patris.* Quæro vlterius, quid filiatio isthæc secum ferat? hoc certè: quod Filius candẽ habet voluntatem cum Patre. Quod si Beata Virgo, quantum creaturæ fas est, istam filiationem,

C ingreditur; & aliquatenus participat dationẽ Spiritus sancti. Voluntas Virginis, ferè eadem censenda est cum voluntate Patris æterni, & Filij eius; illum ingreditur ordinem. Aiant nunc Theologi. Vndè in nos transfundatur originale peccatum? Respondẽt, & benè: exindè; quia nostra volũtas; voluntati Adam moraliter coniuncta erat. quod si Virginis voluntas alij voluntati, Dei nem-

D pè annectitur; & ille contrahit originale peccatũ, qui annexam habet voluntatem suam voluntati Adami; cõcludendum est Beatissimam Virginem, quæ Dei voluntati, suam voluntatem habuit annexam; nullatenus originalem maculam ex Adamo traxisse. annuit his Ludouicus Caruaiulus in exclamatione pro Immaculata Conceptione Parisijs edita anno 154?. *Ego, quæ sum receptaculum* Spi-

Franc. de Offuna ser mon. 40. in quadrag.

Virgo Maria, quomodo dicatur dare Spiritum sanctum.

Virgo est Dei Patris Filia.

Peccatum originale quare contrahatur.

Ludouicus Caruaial.

Spiritus ſancti, & uterus pudoris, ac innocentia, eram in catechiſmo peccati abſorbenda? Non erat abſorbenda peccato, quæ accepit à Patre Spiritum ſanctum, vt nobis (quantum creaturæ licèt) daret. Et ſic filia eſſet Patris abſcondita, ac voluntati diuinæ, non humanæ, Adam, ſcilicet, annexa.

At vix voluntati diuinæ, Virginis voluntatem contemplatus ſum annexam. Et eam non rem B noſtratem, ſed ſuper humanam, & ferè diuinam, aduerti, etiam in ſuo conceptu. Non diſcedo à cœlico ſpiritu, à Gabriele, ab illo etenim, qui manſionem, habet in Cœlis, cœlicam iſtam Conceptionem, delibare oportet. Venit à Patre miſſus ad Virginem, ſupplementum Ioſeph indicauit Mariæ, à Spiritu ſancto. dixitque ei. *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obumbrabit tibi.* In futuro verba iſthæc ſonans, at præteritum, non excludunt; quod patet, quia non ait, Spiritus ſanctus veniet, ſed ſuperueniet; ergo venerat iam in Virginem, & virtus Altiſſimi obumbrauerat, in ſpecto iſto partu. Sed quando? in ipſo conceptu, irà explicat Sanctus Athanaſius epiſt. ad Epictetum. *Idcircò gratia plena cognominata eſt, quod adimpletione Spiritus ſancti, omnibus gratijs abundaret, & virtus Altiſſimi obumbraretur: quam virtùtem per omnia tempora, conceptus etiam, habuiſſe confido: neque enim id temporarium in Virgine, accidiſſe, opinor, ſed per tempora, hoc illi datum fuiſſe.* Semper, & in ipſomet ſui conceptu, Beatiſſima Virgo obumbrantẽ virtutẽ Spiritus ſancti ſuſtinuit. Obumbratio iſthæc

Luc. 1.

Spiritus ſanctus in Virginis cõceptu ad eam venit. D. Athan.

A velum quodam ſignat; vnde alia litera, legit, *Spiritus ſanctus velauit te.* Magnum ſacramentum, illa, vel in conceptu velatur, quam prædicamus immunem à peccato originali. Velantur peccatores, ac digni morte; qua de re Chriſti faciem velauerunt Iudæi, vt peccatorum apicem. Et in ſacris literis, velati ſententia mortis iam percuſſi erant. Quid eſt igitur, quod in Conceptione velat Spiritus ſanctus Beatam Virginem? *Spiritus ſanctus velauit te.* Ab alijs velaminibus, velamen hoc reuelabo. Tradidit Chriſtus ſpiritum; ac mortem, mortem necauit, cum plauſum fecerunt lapides, qui ſciſſi, vel cor, pro tot beneficijs, viſceraque Deo obtulerunt. *Et velum templi ſciſſum eſt.* Hoc contemplor, & premo. Cur velum illud ſcindatur, quod reuerentiam C Deo in templo exiſtenti exibendam declarabat? Vado ad Cœlium Rodig. hic lib. 15. cap. 26. apud Ægyptios refert, id moris inualuiſſe, vt circa meridiem vela templis appenderent; quibus, vti ſignis, vetabatur hominibus in ea ingreſſus: ea enim hora in illis quieſcebant Dij. *Auſtrum contrà, Dijs attribuunt, proindè meridie ingruente, in Deorum templis, panduntur vela, nec homini ingreſſus patet, velut Dijs ſit deſtinatum, eundi tempus.* Superſtitioſus D mos, ſed ſatis nobis aptus, ad ea intelligenda, quæ ſupra naturam ſunt; concipitur Virgo, ac tunc Spiritus ſanctus, virtute ſua pandit velum. *Spiritus ſanctus velauit te.* Quod ſi vela ſigna ſunt Deitatis, & Dei ingreſſus ad aliquod templum; dicendũ cenſeo, ob id velaſſe virgi-

Velatio, peccatorũ eſt ſignum, & damnatorum ad mortem.

Lapidum gratitudo, erga Chriſtum.

Cœlius Rodig.

Meridie ingrediebatur Dij in templũ.

nei corporis Templum Spiritum sanctum, vt animam eius signaret in id ingressam, veluti rem Diuinam, ac ferè Deam. Quis autem in re Diuina, suspicabitur peccatum? quis maculam aspiciet? quis labem? Dicamus igitur sanctam hanc Virginem veluti quādam creaturā ferè Deitatem habentem, conceptam, ac in Annæ thalamo cōdidisse; huc fortè spectare voluit Diuus Augustinus, cum intimius hanc Virginem prospectans, dixit. *Si formam Dei te appellem, digna existis.* Forma Dei, Dei exemplar, Virgo est; quædam quasi Diuinitas emicat in anima illa sanctissima; propterea omni tempore, omni hora, omni momento, immaculatam, & sanctam illam prædicare, nimis consentaneum est.

Maria veluti, quædā Dea sedit in Annæ thalamo.

Et cur sanctam illam Conceptionem, non asseuerabimus, quam sanctam figurauit Altissimus, Prouerb. 9.? Vbi Spiritus sanctus, sic loquitur. *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam.* De sancta Virgine hunc locum interpretantur Diuus Augustinus lib. 2. de Ciuitate Dei cap. 20. Diuus Bernardus sermone 9. ex paruis, Diuus Athanasius oratione contra Arianos, & longa series Doctorum idem sentiunt. Ædificauit Diuina Sapientia sibi Virginem, in ædem. Prius hospes, & peregrinus, domo carens, vt philosophatur Ferdinandus Quirinus in Prouerb. Salomonis, dicens. *Quod si domus materialiter accipiatur; profectò aptissimè de Maria etiam dictum est; Sapientia ædificauit sibi domum, quia antequam Verbum diuinum feminam istam nactus esset; erat quippè velut hospes, domo carens.* Erat equidem in sinu Patris, quem nusquam reliquit; at ità ibi erat, ac si domum non haberet, ac si pauper, etenim domum non habebat, in qua cum hominibus, quos pro delitijs habebat, diuersaretur. Verè grandis spatiosa, & speciosa domus, quam sibi Deus fabricauit. Id, quod hic aduerto est, Spiritum sanctum, signare voluisse Conceptionem Virginis, & propterea, ait. *Excidit columnas septem.* Excidere autem, videtur decisionem illius materiæ innuere; nec mirum, cum simul copulat excisionem materiæ, siue columnarum, & ædificationem, dicens. *Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas.* Quia Beatæ Virginis Conceptio, fuit facta in momento, quod sustinuit Philippus Malla Doctor Parisiensis anno 1488. P. Iacob. de Granados alijque, nec immeritò, non enim deneganda est Beatæ Virgini perfectio Euæ; ista autem in momento fuit à Deo perfecta, conueniens etiam fuit, vt & in momento Beatæ Virginis Corpus perficeretur. Eo igitur momento, quo excidit materiam, ex qua fabricanda erat domus Dei, Beata Virgo, Deus perfecit. Pondero, quod sequitur. *Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam.* Miscet vinum, cum concipitur Beata Virgo, Deus, quia, vt ait Cornelius Celsus lib. 1. de Medic. cap. 4. ex Hippocrat. & Galeno. Vinum mixtum cum aqua, cordi succurrit. Et Deus succurrit cordi Virginis, quod est princi-

Prou. 9.

Deus antequam esset in Virgine velut peregrinus.

Mariæ corpus in momento factum.

Vinum ve neno contrarium. principium vitæ, nè venenum hauriret diaboli. Sed altius, vinum hoc mixtum, ac mensæ apposita, sacrosanctum Missæ sacrificium dicit, iuxta Diui Augustini mentem lib. 17. de Ciuitate Dei. *D. Aug.* Quid est, quod Missæ sacrificium apparet, vbi cōcipitur Beatissima Virgo, & victimæ immolantur, cum illa ædificatur, quæ Mensam sui Sāguinis summo Sacerdoti Christo præparare debebat. Dicam, quod sentio. Equidem cum in Sanctorum Catalogo, quis, qui in via iustitiæ gressus posuit, nec abstulit, scribendus est; formatur vitæ, miraculorumque processus, ast per hæc non propriè declaratur Sanctus: tunc ad manifestationem sanctitatis, nil addere necesse est; cum Pontifex in illius honorem, sacrificium Deo, præcipit offerri: Sanctum, siue Beatum clamamus tunc, nil de sanctitate, remanet dubitandum. En, Virginis Conceptio, in domo, quam sapientia ædificauit, obumbratur; & Virginis præsentata Conceptione, illicò apponitur Ara, offeruntur Deo victimæ, sacrificium Missæ adest. *Sacrificiū apparet, vbi Virgo cōcipitur, & quare.* *Immolauit victimas, miscuit vinum, & posuit mensam.* *Prou. 9. 2.* Quod si, vbi sacrificium apparet, ibi sanctitas indubia concluditur; concludendum est, ex hoc sacrificio, indubiam esse Conceptionis Virginis Sanctissimæ, semperque benedictæ, sanctitatem. *Dicat ergo, dicat Ecclesia*, ait Petrus Commestor antiquissimus Doctor, *Petr. Com.* quem commendat Tritemius. *Dicat ergo, dicat Ecclesia, salue festa dies, salue dies veneranda Conceptionis, in qua initiatum est sacramentum nostræ Redemptionis, per quam extincta est flammea versatilis, & aperta ianua nostræ salutis.*

P. Franc. de Franch in Hos.

A Festus dies est, sancta est Conceptio Virginis, quis non toto corde, recolet, amabit, & adorabit.

Vix sacrificij memini, vix vinum sacrificij adoraui, & en Virginem agnosco vitem. audio illam. *Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris.* *Eccles. 24. 23.* Vitis est Maria, & sub specie vini, Christi sanguinem lambo: vndè, Christi sanguis vinum dicitur à Zac-

B charia. *Vinum generans Virgines.* *Zacch. 9. 17.* Nec vinum, nisi à vite. A vite igitur, quæ Beatissima Virgo est, habeo vinum, quod transubstantiatum in Christi sanguinem offero Deo pro peccatis mundi. O quantum Virgini debet mundus. Accurrit Petrus Damianus in sermone de Natiuitate Virginis, dicens. *Pet. Dam.* *Hic dilectissimi fratres, hic rogo, perpendite, quam debitores sumus huic Beatissimæ Dei ge-*

C *nitrici, quantasque illi post Dominum gratias agere debeamus. Illud siquidem Corpus, quod Beatissima Virgo genuit, quod in gremio fouit, quod fascijs cinxit, quod materna cura nutriuit, de sacro Altari percipimus, & eius Sanguinem in Sacramēto nostræ Redemptionis haurimus. Impar est illi omne humanæ linguæ præconium, quæ de intemeratæ carnis suæ visceribus, cibum nobis protulit animarum, cum vi-* *Virgo Maria ministrat Christo sanguinem, vndè Sacramētum habemus.*

D *delicet, qui de semetipso perhibet, ego sum panis viuus, qui de Cœlo descendi.* A botro Christo sanguinem habemus, & botrus à Maria. Stet assertum. & ad Euangelia curramus. Gaudentes reuertebantur discipuli, cum ex obsessorum corporibus generis humani inimicum eiecerant, & dixerunt. *Domine etiā Dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo.* *Luc. 10. 18.* Quibus, talibus occurrit Christus. *Videbā*

Satanam; sicut fulgur de cęlo cadentem. Proh, miserum lucidus erat, qui modo tenebris inuoluitur. *Sicut fulgur*, inquit Titus in cat. D. Thomæ, *quia natura fulgidus erat, vt fulgur, sed factus est tenebrosus propter affectum; quia quod Deus fecit bonum, hoc ipse, in se alterauit in malum*. Sed si malus, & tenebrosus semper Satan, quid est, quod, vel cadens aspicitur, vt fulgur? O Beatissima Virgo, quidquid est, te innocentissimam, immaculatam, Beatamq; in tuo sacratissimo prędicat Cōceptu. Explicabo totum, vel ex non nostratibus. Refert Plinius lib. 11. cap. 19. vt Religiosissima ab antiquis obseruata, ea, quæ in sacrificijs offerebantur. Cumque libabant vinum, hoc eligebant à vite, quam nusquam tetigisset fulgur, nusquam morientis flatus, vel à longè tetigisset, cauebant, vel à pede casu sanguine tincto. Quod si vinum, Christi scilicet sanguis, quod Deo in sacrificium offertur à Maria vite, est. Nec tactæ à fulmine vitis offerebatur vinum in sacrificium, vel ex prophanis aucupari licebit, Fulgur Dœmonem Beatissimā Virginē, quæ se vitem clamat, vnquā tetigisse dicam. Cogatur, vel dilectissimi Virginis filij hostis ad ferēdum testimonium. En loquitur Mahometus in suo Corano, & inquit. *In omnes homines pertransijt tactus Satan, præterquam in Christum, & Mariam*. Non tetigit vitem, aut botrum Satanici fulminis tactus, qui tetigit omnes, à filio, & Matre Sanctissima abijcitur. Et noto, quod omnia tetigit Satanas, nedum percutiendo, sed possidendo, tetigit Adamum, & percussit oēs posteros, dura percussio. Possedit gratiam, ex consensu multorum Theologorum, & præsertim D. Thomæ dicentiū Angelos creatos in gratia, solum gloriam, & gloriosos tangere non potuit, aut potest hoc fulmen à gloria eiectum. Quod si Virginem ex priuilegio Dei, nō tetigit, gloriosam duco Beatæ Virginis Cōceptionem, & cui meritò festiua gaudia signari debeant, signata Beatis. Ecce Angeli, inquit Beatus Vincentius Ferrerius, dum concipitur Virgo, festum Conceptionis celebrauerunt. *Statim, ac anima fuit creata fuit sanctificata, & statim Angeli in cęlo celebrauerunt festum Conceptionis.* Celebrent Angeli, celebremus nos, celebret mundus Conceptionis Beatissimæ Virginis festum. Quod, vel mater nostra Eua signat gloria plenum. Nunquid non illa Marię figura est? quis negabit? dum audit Adami adiutorium?& Mariæ sanguinem, & carnem dans Christo, quo sāguine nos ab hoste maligno redemit. Adiutorium Christi, qui Adam ab Apostolo Paulo nominatur, à sacris censetur Doctoribus. Vides Euam, nec per momentum in sua formatione à Paradiso alienam, in Paradiso surrexit ex Adami costa, quia Mariam figurabat, quæ in ipso instanti Conceptionis per trāsitum videndo diuinam essētiam, quasi in Paradiso fuit.

Satan fulmen nō tetigit Mariam.

Ser. 2. de Nat. Vir.

Adoro te, ò Beatissima Virgo, ac ab omni labe peccati, prædico immunem, ac in ipso instanti Cōceptionis per transitum Beatam, fac tu tuis precibus, vt immunitas detur à tuo Filio peccatrici animæ meæ. Confiteor te absque macula conceptam, sint intercessione tua, ò semper benedicta Virgo Maria, omnes meæ mentis conceptus, puri, & sancti; fugasti dœmonem semper ab anima tua;

cx-

expelle ab anima mea, in te nodus originalis culpæ non fuit; recide nodos, quibus heù me, illaqueauit miseram animam, totius generis humani, inimicus. Tu sẽper gratia plena, fit abundans, & superabundans gratia tua in me, in quo delicta abundauerũt. Cum Rex filius tuus fuit in cruce, tunc spiritum suum misit in nos; agnoscens fortè Regum munus esse, vel animam dare subditis; Tu Regina nostra es, quæ sola coronata dicere potes, nulli subiacui delicto: quapropter, nos tui filij exclamamus. *Veni Regina nostra, veni Domina in hortum odoris*. Sequere filium tuum, & nobis da animam tuam, dabimus enim tibi animas nostras, vt in te puritatis fonte, nostræ mundentur; ac tua in nos effundat misericordiæ pelagum.

Christus cur in nos spiritum suũ emisit.

Missa Fratrũ Min.

SECTIO V.

Magnificus in sãctitate Diuus Frãciscus de Assisio, Angelis, Deoq; asseruatur.

ET FODI, &c.

Dedit Cœlica Regna, fossa Christi caro. Emittit virtutes cœlicas, caro Diui Francisci Patris mei, soli Deo fossa. Tibi illud corpus fodit Deus, cuius animam thesaurum agnouit. Et fodit *sibi illam* carnem, quę fructus paritura erat, dignos dilecto suo ad gustandum. vndè dum audio in Propheta. *Et fodi eam mihi*. In Diuum Franciscum, quem Christus in forma Seraphim excoluit, feror, ac dum attendo, soli Deo seruatur, magnificumq; contemplor in sanctitate. Quæ talis est, vt Dei

Anima D. Francisci de Assisio thesaurus.

A diuitias redoleat. Vallat sibi primitus nasciturum Franciscum Deus, ac ducit in stabulum, nec lucem attingit, nisi subobscuram in spelunca; ad hanc traxit Angelus, peregrina forma personatus, Matrem, vt effętaret; ex vtero in stabulum prodit Franciscus: Pendo, cur puerulo suo in spelunca, ac in stabulo signet locum Deus. In cuius intelligentiam pergo, vltima Christi gesta contemplaturus, ad cœnaculum: ibi exinaniuit

B semetipsum, formam serui accipiens; ac genuflexus, illorum pedes lauit, quos nouerat seruos, vt vel seruorum suorum, se demonstraret famulum. Paupertati dedit primas partes, adeò, vt vel vestimenta deponeret, quasi diceret, vel vestimenta mihi negat mundus, semper inimicus. Sed, ò Dei liberalitatem, tunc omnia nobis dat, cum pauper, & egenus

C apparet; tunc enim videns, quod omnia dedit ei Pater in manus, eas supposuit pedibus Apostolorum. Cur hoc? nisi quia paupertas Christi, nobis proficit ad cœli diuitias, ac ibi suas relinquit, vbi à nostris, ac mundanis destituitur: hinc Diuus Cirillus Alexandrinus expendens, cur accedente Christo ad Iordanem, vt limphis abstergeretur à Ioãne, cœli aperti fuerint, descenderitque Spiritus

D tus sanctus, ait, ideò hoc factum, quia permaximè sese Christus exinaniuit, ac exinanitio Christi, dedit naturæ humanæ cœlestes diuitias; vndè aperti sunt cœli, & descendit Spiritus sanctus in columbæ specie, mansitque super eum. ***Proprius eius spiritus, ipsi desuper datus dicitur, propter naturam humanam, & hac est exinanitio***. Ibi supernæ opes dantur, vbi Christi exinanitio pompam effert; hinc Ioan-

D. Cirill.

Vbi Christus se exinaniuit nobis suas dedit diuitias.

Ioannes, vbi Verbum asseuerat carnem factum, ibi plenitudinem gratiæ, & veritatis agnoscit, & in nos illam plenitudinem redundantem. *Verbum caro factum est, &c. Plenum gratia, & veritatis, &c. De cuius plenitudine nos omnes accepimus*. Et hinc sequitur D. Cirillus. *Non aliter intelligi debet, propter nos egenus factus est, cum esset diues, vt nos eius inopia diuites fieremus*. Effundit oēs suas diuitias Deus, vbi emicat eius paupertas, nec in alios, quam in nos, diuitiæ illæ effundūtur. Ex quibus abyssū iudiciorum Dei, aliquatenus penetro. Certum est in stabulo, Dei emicasse paupertatem, in stabulum perrexit paritura Christum Beatissima Virgo. *Quia non erat ei locus in diuersorio*. Expellitur, vti pauperima, à diuersorio, & quod capit quemuis, eijcit Virginem parituram Christum; O paupertas omnem exuperans paupertatem. Vix stabulum Regi cœlorum à mundo conceditur. En, Deus in stabulo exinanitus, & pauper. Quod si, vbi Dei apparet paupertas, ibi suas cęlicas effundit diuitias; equidem in stabulo Dei diuitiæ effunduntur, at non in vanum effunduntur, sed nobis. Quis erit in nobis? En, Dei iussu, præcepto Dei, Franciscus ad stabulum nasciturus mittitur. Quod si Deus in stabulo suas effundit, factus pauper, diuitias, & ad stabulum mittit Franciscum; equidem diuitias illas cęlicas, propter Franciscum effudit; ac Frācisco dedit, qui eas possidēs, in illis, vti in cęlo, etiam viuēs, inter nos versabatur: enimuerò ait Aloysius Lippoman. in vitis Sanctorum. *Semper enim Beatissimus ista, cogitatione in cęlo versabatur, fęlix eius anima summo Auctori purissimè, & intensissimè inhęrebat, adeò, vt præ amoris magnitudine, præ ea, quam intus gustabat dulcedinem alienatus à sensibus, atq; extra se esse videretur*. Abundans suauitate cęlica, ibi erat, vbi mēs dulcius requiescebat. Et D. Bonauentura, propinquior signo, inquit. *Super affluētem in eo diuinam misericordiam veneramur*. En, diuitiæ effusæ à Deo, de cuius plenitudine omnes accepimus, superfluunt in Francisco, qui, vel in stabulo, in eas immittitur.

Io. 1. 14.

Deus pro hominibus pauper, diuitias suas specialiter dedit B. Frācisco.

Luc. 2. 7.

Aloysius Lyppom.

D. Bonau.

Ecce Silenus in paupertate ditissimus, in inopia abundans, in terreo amictu claudens thesauros, diuitiasque non cuiuscūque, sed Dei. Lauit discipulorum pedes Dominus noster Iesus Christus. Ast non priusquam cuncta suis à Patre data manibus manifestasset. Illæ manus cœlica claudunt, quæ vti cauda Pauonis vigiles erant ad custodiam; vbi enim Vulgata nostra legit. *Manus eius tornatiles aureæ plenæ iacinthis*. alij ex Hebręo legunt. *Manus eius cauda Pauonis*. In similitudine oculati Argi recolitur memoria. quo docemur vigiliam, qua in custodiendis donis cęlestibus, intenti esse debemus. Effugit spretus Spiritus Dei, furesque thesauros diripiunt, vbi vigil custodia dormitat. Sed en, mox rapitur Christus ad mortem, ligantur, cęlestibus diuitijs, plenæ manus, figuntur in cruce, perforantur. Dicas omnipotens Deus, rogo te; cur Dominus exercituum à vili subiugaris turba? cur abscondis omnipotentiam? cœlas maiestatē? & exinanitus crucifigeris, vt seruus? accurrit Diuus Bernardus, & Dei technas reuelat. audiatur in serm. 3. de Natiuit. Domini. *Fodiendas expone Iudæo manus tuas, & pedes tuos, vt qui in his latet,*

Vigilantia in custodiendis diuitijs cælestibus.

Cant. 5. 14

D. Bernar.

latet, procedat thesaurus. Fodit manus Iudæus, & diuitiæ cœli reuelantur, proceditque ad homines thesaurus. hoc inuestigo. cum no. tum sit, ex D. Gregorij doctrina, quod. *Inuentus thesaurus absconditur, vt seruetur*. Vbi thesaurus hic sit absconditus; qui nam diuitijs his fuerit ditatus. Voco ad inditia Iurisperitos: Hi furta inquirenes, si furti partem, vel aliquid, quo furtum factum fuerit repererint, sique vlterius caucam. iudicāt indubitatum inditium, apud illum, apud quem isthęc reperiuntur, esse furtum. Thesaurum cœlicum à Christi defossū manibus, scio ex D. Bernardo, defodit clauo defossor. Inquiram apud quem sit. Ecce clauus In Francisci Patris mei manibus, video necnon fossas in manibus pedibus, & corde. Indubitatum seligo inditium apud ipsum thesauros Christi esse. Hæc inditia abundantissimas cœli diuitias claudūt. In vno igitur Beato Patre meo Francisco aspicio affluentes cœli diuitias. Adest Ioannes Episcop. Monopolitanus serm. de Sancto Francisco. *Sanctorum minimo, idest Beato Francisco, in oculis suis, data est gratia, hęc Euāgeliz are inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare*. Vides diuitias, & thesauros Christi in Diuo Francisco, in oculis suis minimo clausas, reconditasque.

D. Franciscus inditia cœlestium diuitiarum in se habet.

Latent in Seraphico Patriarcha cœli thesauri, qui, vel in pauperrimo fulgent Christo. Sed vix dixi fulgent, & fulgentis stellæ, quæ Christi natiuitatis nuncia Magis fuit, memini. Nascitur Christus, & cœlicum partum nūciat cęlicus nuncius. Sidus radiat cœli, vbi Patris splendor humanitatis carne tectus apparet. Et ad Christum natum, nunciante stella

A properant Magi Reges, sternitur aliorum Regum fastus, vbi stella micat. Cur ità? nisi, quia omnium felicitatum, & mundanas superātium, stella Hieroglyphicum est. agnoscebant Sapientes illi in nato Rege non terreni, sed cęlestis dona Regni in illa stella, vndè libenter sese submiserunt. huc spectat D. Chrysost. in cat. D Thom. *Per mysterium enim stellę, intelligebant, quoniam dignitas, tunc nati Re-*
B *gis excedebat mensuram omnium mundialium Regum*. Excedit mensura, vbi stella signum est, cęlestes micant diuitiæ, vbi cœlicum fulget signum. Petijt Patria Regna cœlestia D. Franciscus, nec vexilliferi Christi ascensus, aliud micat signum, quam stella, vbi enim anima relicto corporis tugurio volauit ad Deum, stella ascensum nunciauit cuidam spectatæ vitæ fratri. Quid dicunt sidera, ni ex-
C cedentem gratiarū, & diuitiarum mensuram? Si igitur introitus in cęlum animæ D. Francisci, stella nuncius est cęlestium diuitiarum, affluentem animam D. Francisci coniectare licebit. Loquatur D. Bonauentura in eius vita: *Tandē, inquit, cunctis in eum completis mysterijs, orans, & psallens vir Beatus obdormiuit in Domino, & anima, illa sanctissima carne soluta, in ęternę claritatis abyssum absorta est. Ip-*
D *sa tūc hora vnus ex fratribus, & discipulis eius, vir vtique sanctitate famosus, animam illam fęlicem conspexit, sub specie stellę pręfulgidę, candidam subuectam nubecula, super aquas multas in cęlum tramite recto conscendere, vtpotè, quę conscientię nitore candescens, & meritorum pręrogatiua fulgens, tam efficaciter sursum ferebatur assistentia gratiarum, & Deiformitate virtutum, vt à visione cęlestis lucis, & glorię nec modicum*

Stella cur apparuit in natiuitate Christi.

D. Bonau.

Stella cur micauerit in D. Fr̄acisci morte.

cum retardare valeret. Vides in stellæ signo, affluentiam gratiarũ, mensuram supereffluentem, thesauros Dei. Ascende beatissima mei Patris anima, vti stella in cœlum; quandoquidem, vt stella prophetatus, & datus fuit Filius Dei mundo, reddat mundus stellã pro stella, & in anima tua grates rependat Deo debitas, & quasi par reddat Christo.

Sed dicam aliud, ità affluunt in D. Francisco cœlestes diuitiæ, vt vel angelicas superare videâtur, saltem præuisę. Vix inter fœnum, margaritas cœlestes attigit Beatissimus Pater meus, cum Angelus humana forma, habituque peregrinorum, domum eius appulit, ac à matre puerulum exquisiuit; obtinuit, accepit in vlnis, deosculatus est, signauitque humerum cruce, quæ vt carnem illam attigit, vti ab amicissimo separari vsquam voluit. non casu ista obuenerunt, sed à cœlico spiritu, cœlestia agnoscuntur, ac à Deo ordinata. Accurro primo ad crucem, & inquiro sacramentum, & scrutor, præter ea, quæ dicta sunt: Cur Spiritus sanctus in columbę specie, super Christum descendit. *Vidi Spiritum Dei descendentem, sicut columbam, mansitque super eum*. Et liceat ex Africanis moribus venari. Studet in Memphеos Ciuitate purissimæ magistrаruum electioni, ac simplicissima puerorum manu, minimè cõtenti (solebant enim in vrnas schedulas mittere, quæ extractæ à pueris, electum indicabant) aues nutriebant, quæ rostro, ex vrna cartulas arripientes, electionem publicabant. Ex auibus his feror ad columbam, Spiritum nempè sanctum. Et penso, vnamquamq; Personam Diuinam, aliquod sibi

Angelus sub spe peregrini D. Franciscũ in vlnas accipit puerulum.

Mat. 3. 16

Mores memphoum in electioni-bus.

A peculiarius, quodammodo vendicare voluisse; Pater sibi, Filius, & Spiritus, sibimet, aliquid, veluti eligere volebant; clectio auibus fieri solet, & Spiritus sanctus in columbæ specie, venit è cęlo, manensque super Christum, Christum veluti elegit Patri; vndè exclamauit Pater. *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui*. Quia autem signo discernendum erat, quod erat Patris, signauit eũ

B Pater. *Hunc Pater signauit Deus*. Pater pro filio elegit, deditque ei nos homines, nec immeritò, etenim. *Propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cęlis*. Assignationem hanc hominum Christo, notauit Dauid, cum dixit. *Postula à me*. Ac dicens, ego Pater, pro te Filio eligam, & eligendo dedit homines. *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ*. Vti

C suas vidit gentes, & homines Christus, signum publicauit Dauid. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*. En, elegerat Pater filium; filius gentes; nil præter Angelos, superstites erant. Angeli, Spiritus sancti sunt, sed signandi erant. Inquiro, quodnam sit signum Spiritus sãcti? accedit Rupertus Abbas, & ait. *Crux est signaculum Spiritus sancti*. Quod si Angeli sunt Spiritus sãcti, & Spi-

D ritus sanctus cruce signat; concludi potest, illos homines, quos cruce videmus signatos, non inter homines, sed inter Angelos esse cõnumerãdos. Nec temerè, isthęc dicta puto, Christus enim, loquẽs de ijs, qui in cœlo erunt, dixit. *Erunt sicut Angeli Dei in cęlis*. Et hos signo crucis, vidit signatos Ioannes, cum audiuit Angelum, dicentem. *Quousque signemus serui Dei nostri, in frontibus eorum*.

Symbolum Nicenum.

Ps. 2. 8.

Ps. 4. 7.

Rupert.

Math. 22. 30.

Apoc. 7. 3.

Idest

Ideſt ſigno crucis, exponunt ſacri Doctores; inter Angelorum numerum. Recipit ſigno crucis ſignatos Deus; quod ſi adhuc infans, Diuus Franciſcus, ab Angelo cruce ſignatur; adhuc infans, Angelorum ordinem, videtur ingreſſus D. Franciſcus. Hinc, ait Lyppomanus. *Angelus potius, atque ex ſupremo ordine, qui ardor, & incendium dicitur, magis quam homo, dici poſſe videtur*. Et loquitur de D. Franciſco, verè cœleſtium diuitiarum locuplete.

D. Franciſcus, adhuc infans Angelorũ numerum ingreditur. Lippom.

At hic non ſiſto. & ſcrutor cur, peregrini formam aſſumat, peregrinorum veſtimentis vtatur Angelus, cùm ad Patrẽ meum Franciſcum venit? Dicerem perluciſſima ſpecula Angelos eſſe, ac in ſe, id repreſentare, quod ante ſe habent; peregrinus apparuit Franciſco, quia ciuis cœli, & mũdi hoſpes, & peregrinus erat Seraphicus hic homo. Peregrina inquam ſpem apparuit, quia non inter terrena, ſed inter diuina, numeranda erat anima illa, inquit enim Ianus Grutterus. *Humiles, & plebeię animę, domi reſident, & affixa ſunt, illa diuinior eſt, quę cum cęlum imitatur, & gaudet motu*. Sẽper eſt in motu peregrinus; ac cęlo comparandus. Angelus igitur, in ſe peregrino, peregrinum oſtẽdit Franciſcum, vt diceret hominem diuinum, & cęlo ſimillimum.

D. Franciſci anima inter res diuinas numeranda erat.

Ian. Grut.

Conſiderat peregrinum D. Ioannes Chryſoſtomus hom. 1. ac vniuerſitatem virtutum in peregrinante contemplatur, dicens. *Virtus, atque adeò vniuerſa virtus eſt, eſſe huius mundi hoſpitem, & peregrinum; & cum his, quę hic ſunt rebus, & negotijs, nihil habere commune*. Et cur non vniuerſitatem virtutum in taliter peregrinante, concludendum eſt? cum vitia è

D. Chryſ.

A mundo, virtutes omnes à cœlo, hauriamus. Peregrinus à mundo, nihil harit, neque enim aliquid habet peregrinus in terra nõ ſua; & ea poſſidet, quæ in ſua ſunt patria; cum igitur peregrinum demonſtrat mundo D. Franciſcum angelus, in peregrina ſpecie, nihil mundi poſſidere Diuum Franciſcum, nuntiat, ſed ea, quę in cœlis ſunt, virtutes cœleſtes. *Vniuerſa etenim virtus eſt, eſſe huius mundi*

B *hoſpitem, & peregrinum*. At peto altiora; & in peregrinante angelo magnificentiam Sãcti mei Patris aduerto. Certum eſt, angelos poſt primum prælium, in quo fugatis, ac in carceribus detruſis inimicis, extulerunt triumphos, ità cõfirmatos in illa cœleſti gloria, vt nuſquã ea amplius priuandi ſint; ſunt in terra, ſed fruuntur diuina viſione; vndè dixit Chriſtus. *Angeli eorum, ſemper vident faciem Pa-*

Math. 18. 10.

C *tris*. Faciem Patris vident, ex cuius ſplendoribus, ſplendore circumamicti, fulgent, vt Sol, vndè angelus, qui apparuit Ioãni Apocal. 1. Solem æquabat in ſplendore. *Facies eius, ſicut Sol*. quod ſi vti Sol in gloria ſplendent angeli, cur non eodem amictu ad Diuum Franciſcum pergunt? ſed Sole in tenebras conuerſo, mutãt lucem, in ſqualorem, ac veſtimentorum ſplendorem, in pauperes peregri-

Apoc. 1. 16.

D norum amictus? conſulam de peregrinatione diſcurrentes. Inquit Lucianus, peregrinationis cauſam, eſſe nouarum rerum cupiditatem; ità lib. 1. veræ hiſtoriæ. *Cauſa autem huius peregrinationis, fuit, animi curioſitas, ac nouarum rerum cupiditas*. Quod ſi peregrinatio, à cupiditate, nouas res videndi, ortum habet, & initium: equidem, dum peregrinorum amictu accedentem angelum ad

Lucian.

K Di-

D. Franc. homo supra omnẽ hominem.

Diuum Franciscum, videmus; A nouum hominem, supra omnem hominem, venit visere angelus; at nec hic sisto, edoctus à Plutarco in polit. inquit iste. *Quibus domi nihil boni vsui est, dulcis est peregrinatio*. O Diui Francisci magnificentiam, non latebat hæc doctrina Plutarchi angelum, sciebat homines, sic sillogizare. *Quibus domi nihil boni vsui est, dulcis est peregrinatio*. Ibo (fortè dicere potuit) vt B peregrinus ad Frãciscum natum; ibo, sed vndè, à Paradiso, à Gloria: Sic enim sillogizabunt homines, Diuum Franciscum, puerulum istum, qui futurus est Christi crucifixi imago (si ita loqui fas est, si dicere aliquatenus licet) esse quid, fortè, ferè gloria creata maius. Quid homine isto excellentius? admirabilius quid? quem, vel angeli, vt rem nouam admirantur, C ac penè quid gloria fulgentius existimant; quod confirmare videtur, Seraphicus ille filius, cuius sapientia in gloriam Patris redundat, Diuus Bonauentura, dum ait. *Hic etenim, quasi stella matutina, in medio nebulæ claris vita micans, & doctrinæ fulgoribus, sedentes in tenebris, & vmbra mortis, irridatione præfulgida direxit in lucem, & tanquam arcus refulgens inter nebulas gloriæ*. En, D quid ait Sanctus Bonauentura; fulget Diuus Franciscus, sed vbi fulget? inter nebulas gloriæ, ergo, Gloria veluti nebula est, & subobscura. & ipse fulgor; quasi quid creata Gloria fulgentius, sit Diuus Franciscus.

D. Franciscus secundũ aliquã hominum consideratione quid creata gloria maius aliquatenus dici poterat.

D. Bonau.

Ità inquam, fulgens, vt angeli (si ità loqui, ad Diui Francisci gloriam, fas est) potius in eius anima, quam in gloria, accubitum videantur optare. Non discedo ab angelo peregrinante. Accepit inter brachia, ac strinxit Diuum Franciscum, & scio aliquid exuccare, cum stringunt, amplectentes; luctatus est cum Iacob Dominus, qui angelico amictu, redeunti de Mesopotamia occurrit, & inquit sacer Textus Hoseæ cap. 12. *Inualuit ad Angelum, & confortatus est*. Hosea 12. 4. Tunc ait confortatum Iacob, cum tota nocte sudoribus madefactus, laborauerat in lucta. Quid est, quod laborat, & confortatur Iacob; accedit Albertus Magnus in Hoseam, & ait; Alb. Mag. Iacobum in lucta amplexantem angelum, ex Deo quid diuinum expressisse, vndè confortabatur. *Inualuit ad eum, hoc est ad Angelum, complectens, & stringens eum, valetudinem diuinam accepit*. Itaque ex amplexu, aliquid dulcedinis, vndè quis confortatur, exprimi solet. Nunquid, non summam dulcedinem expressit à puerulo Iesu Simeon, qui post amplexus, ità confortatus est, vt deficeret, vndè dixit. *Nunc dimittis seruum tuum Domine*. Luc. 2. 29. Ac si diceret, O Domine, iam amplexatus sum te, expressi mihi suauitatem, non vlteriora desidero, & quid ista suauitate dulcius esse potest? Igitur dimitte me, seruum tuum Domine, hac enim suauitate superfusus, requiescã in pace. Ex amplexibus igitur suauitas, & dulcedo exprimi solet. Et angelus inter brachia sua, & super cor, posuit puerulum Franciscum, & amplexatus est, quasi cordi suo suauitatem, & dulcedinem exprimens, & exuccans; vndè in homine tam Sancto, confortaretur.

Angeli à D. Francisco dulcedinem exprimunt.

Non

A Non ſtetit in amplexibus, ſed progreſſus eſt ad oſcula, & oſculatus eſt eum. Quid ni, fortè adorat? Oſculo antiquitus adorabāt, & nos imaginibus Sanctorum, figimus oſcula in adorationis ſignum, fortè, qui ab hominibus adorabantur Angeli, nedum cedunt ſuis adorationibus, vbi vidēt Franciſcum, ſed ipſi, hominē, quem Deus ſuipſius imaginem eſſe volebat adorāt; quaſi ex parte omnium Angelorum, diceret hic Angelus, quondam adorationem, ſuſcipiebamus ab hominibus, at tu veniſti homo, ſed pluſquam homo, in quo Dei viui imago ſplendebit, non amplius propterea adoramur, ſed adoramus te; & quia oſcula adorationis, ſigna ſunt, oſcula figo. *Et oſculatus eſt eum.* Non abſonum eſt hoc in Diui Franciſci laudem, plaudūt Angeli. Sed alio feror, ac progredior ad ſponſam Dei, quæ amans impatiens, ſic Deum præcabatur. *Oſculetur me oſculo oris ſui.* Non ipſa oſculari ſponſum cupiebat, ſed oſcula petebat à ſponſo. quod non eſt à ſtatera amouēdum, etenim, non creatura, ſed Deus adorari dignus eſt; & oſculis ſignauimus iam adorationem. Quid igitur eſt, quod oſculū petit? D. Ambroſ. lib. 2. de Iſaac, & anima c. 3. Deſiderium iſtud ſponſę promulgans, inquit, hic præter Dei Spiritum, animam nil deſiderare; ad hoc enim oſcula ſibimet porrigūt amaſij, vt ipſorum cordibus, ſpiritu inuicem communicato viuant. audiatur Diuus Ambroſius. *Non vnum oſculum quærit, ſed plura oſcula, quæ enim diligit, non eſt vnius oſculi parcitate contenta, ſed plura exigit; & ità ſe amplius dilectio, commendare conſueuit.* Et inferius. *Ergo, & hæc oſcula Verbi, multa deſiderabat, vt illuminetur diuinæ cognitionis lumine, hoc eſt enim oſculum Verbi, lumen. ſ. cognitionis ſacræ; Oſculatur enim nos Deus Verbum, quando cor noſtrū, & ipſum principale hominis, ſpiritu diuinę cognitionis illuminat, quo anima donata Charitatis pignore nuptiali lęta, atque ouans, dicit os meum aperui, & duxi ſpiritū; oſculum .n. eſt, quo inuicem amantes, ſibi adhęrent, & velut gratię interioris, ſuauitate potiuntur; per hoc oſculū .n.* B *adhęret anima Deo Verbo, per quod ſibi transfunditur ſpiritus oſculantis, ſicut etiam ij, qui ſe oſculantur, non ſunt labiorum prælibatione contenti, ſed ſpiritum ſuum ſibi inuicem videntur infundere.* Hactenus D. Ambroſ. Spiritum ſuum, in illū, quem oſculantur, tranſmittunt amātes. Hinc Magdalena ad Chriſti pedes prouoluta, non ceſſabat oſculari Domini pedes; ex anima ſua ſpiritū Satanę proijciens, ac euomēs calcādum pedibus Chriſti. C Ex his prenotatis, ad oſculū accedo Angeli, erat Angelus ille in corpore ſibi efformato, tāquam motor; nō enim informat, velut ſpiritus quidam, illi corpori erat; acceſſit ad puerulum natum, contemplatus eſt animam illam, ſupereffluenti gratia implendam; & oſculatus eſt; quod ſi oſculis, ſpiritus traditur, & Angelus ille ſpiritus erat in illo corpore, quod D mouebat; equidem ſeipſum Angelus in cor, & animā pueruli Frāciſci intromittere cupiebat. at qui nā eſt locus Angeli? nōnè Empireum? q̄ ſi oſculo hoc, petit locū in anima Franciſci pueruli, ibiq; morari cupit. Concludendum eſt, ferè magis exiſtimari, ab Angelis animam Diui Franciſci, quam Empireum, quam Cœlum. & locum potius in illa, quam ibi appretiare.

Angeli D. Franciſcū ferè adorant.

Cant. 1.

D. Ambr.

Semper illuminari deſiderat anima diligēs Deū.

Magdalena diabolum pedibus Chriſti calcandum proiecit.

Angeli magis in anima D. Franciſci quam in empireo videntur habitaculum exoptare.

Verum, quid mirũ? cum ipsemet Angelorum Dominus, hoc vno Francisco videatur contentus. Regredior ad Angelum, Matrem tanti puerili mittentem ad stabulum, vt puerulus in stabulo nasceretur; vbi Christus sua incunabula exquisiuit; & cum Pastoribus illuc adiens, contemplor hoc Verbum, quod factum est, quod fecit Dominus, & ostendit nobis. Attendo Christum; contemplor & Beatissimam Virginẽ, ac vites à Patre Æterno in vinea sua plantatas, vtrosque conspicio: sed præcipuè vitis Christus est, quæ in stabulo crescit in palmites; nec absque alto consilio. nascitur Deus; & ibi, vndè non aberat asellus? quis autem ignorat propheticum illud. *Ligans ad vineam pullum suum? & ad vitem asinam suam.* Cum igitur in stabulo Christum videmus natum, & ibi asinum: audiamusque à Spiritu sancto. *Alligans ad vitem pullum asinæ.* Vitẽ in stabulo, contemplari licet Christum. dixit Iam D. Damascenus orat. 1. de Natiu. Virginis, & serm. 2. ait. *Alligans ad vitem pullum eius, quanam est hęc vitis? is nimirum, qui in Euangelijs clamat, ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est; pullus autem ipsius, nos esse quęramus; qui ipsi vniti sumus, ac veluti firmissimo quodam vinculo, per assumptã humanitatem coniuncti.* En, vitis Christus in spelunca, vt sibi iuxta prædicta in Scriptura, alliget & nos, at vitem, nusquam, nisi substentaculo fultam, approbant Agricolæ, eique vlmum aptant; quis erit hic vlmus? non alius, ni D. Franciscus, somnifera est vlmus, & D. Francisci anima sub vlmo corporis sui, diuersa somniat, quæ ad Deum ipsum trahunt. *Nocte*, inquit D.

Genes. 49. 11.

Christus vitis.

B. Franciscus vlmus & quare.

A Bonauentura in vita D. Francisci. *Cum se sopori dedisset, Palatium spatiosum, & magnum, cum militaribus armis, crucis Christi signaculo insignitis, Clementia sibi diuina monstrauit. Et cum quæreret, cuius essent illa omnia? sua forè, militumque suorum, superna fuit assertione responsum.* En, vt somniat anima. Quod si sub vlmo somnia sunt, vndè ait Ricciardus Brixianus. *Vlmus insomnia significat.* Quia somnifera

B est. Vlmum sacram, concludo D. Franciscum. Et hinc, cur in stabulũ, Angelus parturientẽ matrem inducat, aliquatenus capio. Christus in stabulo oriens, vt vitis, cui pullus .s. nos alligatur, apparere voluit. Viti autem, vlmus assignatur ab agricolis; adducitur igitur Franciscus, vti vlmus; vt illi veluti vlmo alligetur Christus, liceat vulgatum illud symbolum nunc adducere. Vitis, vlmo adhærens,

C adpingebatur, cũ hac inscriptione. *Hoc solo contenta.* Sufficit vlmus solus viti, vno hoc, est contẽta, illius tantum amplexibus satiatur. Quod si vlmus D. Franciscus, Vitis Christus est, & vlmo solo dicitur contenta vitis; vtique consequens induco, in tantam sanctitatis altitudinem, D. Francisci Patris mei animam euolasse; vt vel ipsa sola, ferè dicatur, contentus Christus. Ità sancta est

D Patris mei Francisci anima, vt sola videatur ingens Dei desideriũ, sanctitatem exquirens in hominibus, exaturare.

Hoc vno Francisco contentus, imò, & satur videtur Christus; quẽ dulciter amplectitur, in quo inhabitat, & signis habitationem suam patefacit. Pulcher infantulus Franciscus, sed pulcher in cruce: vti enim dictum fuit, ac in vita Sancti Patris legitur, humerum

cruce

D. Bonau.

Brixian.

Vlmus insomniorum symbolum.

D. Francisci anima adeò sanctitate fulget, vt sola videatur Dei desiderium exaturare.

cruce signauit Angelus. Sed quid est, quod nondum ferè natum, dicat cruci? fodio crucis huius altum mysterium, ex cruce Saluatoris, huic, vt impium Pilati decretum fuit promulgatum, illicò crucem humeris imposuerunt: vndè Euangelista. *Et baiulans sibi crucem.* O Domine mi Iesu dulcissime, spes animę meę, tibi crucem baiulas, & mihi Regnum das; O charitatem immensam. Magnum sacramentum. Etenim Iudæi properabant ad Christi mortem, quæ non ità reddebatur votis ipsorum celer, dum Christum crucis pondere grauabant, & tamen grauāt, & morantur; sed moræ hæ, nostris affectibus indicant in Passione Christi moram. Certum est, Christum Dominum duo Patri sacrificia obtulisse, vnum sui corporis, alterum suæ voluntatis. Huius victimam obtulerat iam in horto, cum orans, dixit. *Non sicut ego volo, sed sicut tu* Nec cessabat, sed offerebat per totum passionis curriculum. Quis autem ignorat, sacrificia, victimasque super altari offerri solita? Quia autem altaria cruce consecrari consuetum est; ac nullum altare sacrificijs patet sine cruce; propterea, vt indicaret Dominus, corpus suum esse altare, in quo volūtas eius Patri in holocaustum mactabatur, ante vltimam sui corporis oblationem, super ipsum corpus, vti super altare, in quo voluntatē in holocaustū incēdebat Patri Æterno, crucem extolli voluit. Qua de re, ait Euangelista. *Baiulans sibi crucem.* Hinc D. Gregorius lib. 3. mor. cap. 20. & in Psal. 50. inquit, *Altare filius Dei est.* Et iuxtà Iacobum pintum de Christo crucifixo lib. 2. Dicitur Altare voluntatis: in eo enim, hoc est in altari cor-

Io. 19. 17.

Christus duo sacrificia obtulit Patri. Math. 26. 39.

Crucem, quare baiulat Christus.

D. Greg.

A poris sui, voluntatem carnis Deo mactauit; & portauit crucē, quia super altaribus cruces imponuntur. Vndè Diuus Augustinus. *Crucis caractere consecrantur altaria.* En Christus, signo crucis, altare. Et seligo crucem altare indicare. Cum igitur Angelus, cruce humerum D. Francisci signat; conijcere possumus, corpus illud, nonnisi altare. Verè altare, in quo voluntas Deo in holocaustum ma-

D. Aug.

Altaria cruce consecrantur.

B ctata fuit; verè altare, sub altari enim, martyrū reliquiæ asseruantur: & in altari corporis Beatissimi Patris mei martyr anima iacebat; vndè Minoritana Ecclesia canit. *O Martyr desiderio, Francisce.* Verè altare, in quo oblationes Deo factæ offeruntur, acceptante Deo. Sed altius quid, in hoc altari scrutor. Concilium Turonense, de altari loquens, ait Can. 3. *Corpus Domini in altari, non in imaginario,*

Corpus D. Francisci altare

Concilium Turonense.

C *sed sub crucis titulo componatur.* Est sub crucis titulo, in altari Christus, quod si D. Francisci corpus altare est, cruce ab Angelo signatum; equidem conicctare possumus Christum in Diuo Francisco commorari, eiusq; animā, nedum Angelis, sed ipsi Deo carā, & adeò caram, vt in ea requiescere affectet, veluti in altari. Est Deus in gloria, beatificans animas. & est in Diui Francisci anima, vt dulci-

D ter requiescens. Cum Francisco, vt in altari commoratur Christus; quia, sicut in altari, pro nobis Patri offertur, ac impetrat, sic, cum per merita Beati Francisci, dignè, inuocatur, impertitur petenti affluenter gratias.

Sed non sisto in animæ priuilegijs; cum crucē carni impressam aspicio; imò carnem, crucem Diui Francisci contemplor. caro crux est, non alia materia requiritur;

tur; cum crux datur Beato Francisco; sed ipsa caro crux est. Nec putemus, opera Dei inania, ac mysterijs vacua. Inquiram ex altitudine Theologica. Disputant ibi, nũ Deus sit vnus? & quidem concludunt, vel naturalibus rationibus, notam Dei vnitatem. Verum hæc diuina vnitas, etsi sũma sit, & vnissima (si ità loqui fas est) tamen aliquid habet de vniuersali. Quod sic explico: quod est vnum vnitate naturali, est incommunicabile inter nos, quę incõmunicabilitas, claudit imperfectionem, ex limitatione; ea autem, quæ sunt vnum, vnitate specifica, siue generica, communicãtur quidem, sed quia nõ communicantur, nisi diuisa, argũũt etiam imperfectionem; non enim in diuersis indiuiduis, siuè speciebus possunt esse tota, & totaliter, & simul. Nec mirum, creata etenim sunt, & depẽdentia, ideò omnem perfectionem, ex ipsamet creaturæ natura, claudere non possunt. Deus autem vnus est, & ità vnus, vt quãlibet imperfectionem excludat; imperfectio est vnitatis essentialis limitari, & ità arctari, vt sit incommunicabilis, remouetur hæc imperfectio à Deo, & communicatur tribus personis; imperfectio est naturæ, quę communicatur, non communicari tota, & totaliter, hæc imperfectio remouetur à diuina essentia, & tota, & totaliter communicatur diuinis personis. Itaque, diuina essentia, quæ est vna, potest dici habere aliquid vniuersalitatis. Non nego propter hoc, quod essentia diuina, non sit vna numero, & maximè vna, nec enim sentio cum *Petrus de Aliaco.* Petro de Aliaco, qui in 1. sentent. dist. 5. quæst. 5. sustinet, essentiam diuinam, non esse maximè vnam,

A ex eo, quia persona diuina est magis vna; est enim incommunicabilis; nam communicabilitas naturæ diuinæ, non tollit illãm summam vnitatem numericam, quia non diuiditur, sed est semper simplicissima. Solum deitati, vti perfectissimæ, do perfectionem vniuersalis, quæ est communicabilitas, seclusa imperfectione diuisionis. Et sic voco illam, essentiam vniuersalem, quæ tamen vna nu-B mero est. at cur illam essentiam vocare non possum vniuersãlem, & vnam, quæ omnia in se claudit, vel eminenter, vel formaliter? vniuersalis est hoc sensu Deus, in quem mentem figens D. Franciscus, & ante ipsum D. Augustinus aiebant. *Deus meus, & omnia.* Quibus ità suppositis; ad carnem crucem D. Francisci pergo; Francisci caro, crux est, & cur? dicam, quod sẽtio. Crux à Chaldęis dicitur Ma-C lchal, & sonat intellectũ, & idem est crucem dicere, ac intellectum. quod si caro D. Frãcisci crux est, intellectum, licet illam appellare. Voco mox Philosophos, Ipsi de intellectu edocti ab Aristot. hæc fatentur. *Intellectus est vniuersaliũ.* Abeunt ab intellectu particularia, ea intelligit, ea in se retinet intellectus, quæ sunt vniuersalia. quod si quicquid est ex Boetij dogmate est singulare, & limita-D tum; & solum Deus est omnia. *Deus meus, & omnia.* Et hoc sensu potest dici vniuersale; & caro D. Francisci crux est, vndè dici potest intellectus, & intellectus in se vniuersalia solum claudit: concludendum est, eam esse D. Francisci excellẽtiam; vt Deus nedum in eius anima, sed etiam in carne, & corpore inhabitet, & delitietur. Non abit à D. Francisco, in ipso moratur, dulciterq; requiescit

scit Christus. Pluries sãctissimum Patriarcham admiratus, vidi illic viuere, vbi nemo, quem sciam, non consumitur; ardet imò totus ardor, flammaque non redigitur in cineres, sed perseuerat. Alloquebatur in Portiunculæ ædicula, quãdoq; Fratres D. Frãciscus, & ab Assisio, ignis visus est Ecclesiam comburere; cucurrerunt ciues, de sancto loco solliciti, dabat timor, nè Sãctus periret, alas, clamant, auxilia ... it, ò quam anhelum intueor cor, perueniũt, inuestigãt, sed flat ibi dulcis zephirus, verque floret, vbi exestuãs flamma, omnia visa est comburere. quid ni, ciues, vbi flamma? ardor vbi nam? Vnus adest loquens Frãciscus, huius verba facula sũt, à corde ignito, flãma egreditur. En, Franciscus ignis. quod si iste non te calefacit. surge propera in Montem Aluerniæ, videbis, nedũ ipsum totum ardentem, sed montem circumdatum suis flammis, ardent ibi, vel lapides. audias Minorum Ecclesiam.

Officium Fratrum Minorũ.

Vertex Montis inflammatur
Vicinis cernentibus,
Cor Francisci transformatur,
Amoris ardoribus
Et
Nudus, vigil, ardens totus.

Totus ardor, ignis totus, D. Pater meus Franciscus. O vtinam, scintilla adhæreat cordi meo. eia Beatissime Pater, reduc in cinerem, tuis ardoribus cor meum, vt mũdo mortuum, soli Deo, vt tuum viuat. Etenim hoc flamma tua prædicat. Sponsus animarũ Deus est. sic Dauid. *Tanquam sponsus Dominus, procedens de thalamo suo.* Facibus extuat corpus tuum, & vbi faces? certè in nuptijs. vndè Pierius lib. 46. de facibus, inquit. *Erat, & nuptiarum index fax.* Dum

Pierius.

P. Franc. de Francb. in Hos.

A igitur flammas à corpore D. Frãcisci, video; eius animam, Dei sponsam conjecto: & cuius sponsa? nisi sponsi. Franciscus igitur Dei totus, hoc prędicat ignis nec sisto. quis Deo in sponsalitiũ sociandus, ni redoleat diuinũ quid? in igne diuina vita insinuatur: indicat hoc ignis Vestalis apud eũdem Pierium, tit. de lucerna. *Vestalis ignis ille, quem tanta diligentia Romanæ Virgines nutriebant, sublimiorem, diuiniorem que vitam*

Anima D. Francisci Dei sponsa.

B *præferre videbatur.* Sique totum D. Franciscum vides flammam, ignẽque inextinguibilem, dicas in se diuinam quandam claudere vitam. Est proximum cœlo ignis elementum. Vt attendas igitur D. Franciscum semper cœlo proximum, conspicis ignem. Non displicẽt excogitata. sed dum ignitum in Monte Aluerniæ video, alia penso, tunc præcipuè cum

C Christus in Seraphim effigie, peruolat sex fulcitus alis. alas, quasi auis accipit Christus vadens ad D. Franciscum, cur hoc? O Sancte Pater, accinant tibi cũcta, scimus, Promotheum furto à cœlestibus sustulisse ignẽ. Sed en, cor suum aui cedit in pastum, Video totum igne excandescere D. Franciscũ, nec ignis terrenus hic est, puto diuinum, pio à cœlis arripuit furto, pœna cœlestem ignem furan-

D tis, est, vt cor suum cibus sit auis. O. peruolat, alatus, quasi auis Christus ad D. Franciscum, perforat circa cor carnem, vt ad cordis Beatissimi mei Patris pastum, indicet descendisse. Sed cur, vt Seraph aduolat? scies à sacris Doctoribus cõplurimis Seraphicos illos spiritus non mitti. Quid igitur est, quod vt Seraph descendit? verum video totum ardẽtem D. Franciscum.

Christi cibus Diui Francisci cor.

Nu-

Nudus, Vigil, Ardens, totus.
Et quid ignis, nisi amoris symbolum? firmant Ægyptij, qui amorem in igne figurabant, faces dabant Cupidini, vt notat Pierius. Amorem igitur dicas Sanctum meum! Sed vbi, locus amantium, nisi in amore. peruolauit, vt Seraph Christus ad D. Franciscum; Seraph enim interpretatur, ardens, siue amans, vt indicaret in Fräcisci corde, Amore, locum sibi stabilijsse. En, vti Deum possidet Seraphicus Patriarcha. Quis hoc Sancto gratijs Dei fœcundior, abundantior quis; concupiscit caro aduersus spiritum, at in Francisco, crux est, quæ mundum crucifigit, ac mundo aduersatur. Crux est Diui Francisci, caro, & Christus, ità crucis amator est, vt vel clauis confossus, in ea permanere, non putet absonum: cur non in illa carnè, quæ crux est, permanebit; vbi non claui Christo, sed pœnitentia, quæ cibus eius est, iuxtà D. Bernardi asserta præparatur? non descēdit à cruce Deus, nec à carne Diui Francisci, cruce, abibit Dominus. Crux, & stabulum infantilibus Diui Francisci membris, diuinitus dantur. Gaudeat orbis, in huius pueri natiuitate; etenim salutem ei, prædicere possumus in hoc infantulo. Ducit angelus nasciturum Franciscum in stabulum, alto Dei consilio, & iussu: quia, hic erat, qui mūdi spes, deliciasq; vt stabuli stercora, arbitraturus erat; ducitur ad stabulum puerulus, vbi fœnum; quia sub fœno anguis latescere solet; quem occidens, vel sub fœno, & in cuna, D. Franciscus, Alcides existimatur; qui Proatlas cœlum, sanctam Ecclesiam, scilicet, humeris suis, Dei vice substētaturus erat; Vidit iam Summus

Christus requieſcit in D. Fräciſco veluti in amore.

D. Franciſcus, cur in ſtabulo oriatur.

A Pontifex, cum Lateranensem Ecclesiam, humero supposito, nè rueret, sustentabat Sanctissimus Patriarcha. At dicam, adductum Franciscum in stabulum; quia Samaritanus, Christus scilicet, omniū custos, vulneratum à Latronibus in stabulum duxit, vt ibi sanitati restitueretur. ità Lucę 10. *Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Ierico, & incidit in Latrones, qui etiam despoliauerunt eum, & plagis impositis abierunt semiuiuo*

B *relicto.* Ierico Luna interpretatur, & quid Luna ni mundus? *Quia sicut Luna*, inquit D. Augustinus, *oritur & occidit, ità mundus, cùm in eo orta occidunt, iterum oriuntur.* Ad mundum, qui descendunt, incidunt in Latrones; ità D. August. in Psal. 125. *Nisi descenderet, non incideret in Latrones*. Excogitent isthæc Religiosi, qui mundo fiunt affines, descendunt in mundum,

C & incidunt in Latrones. O vtinā, & læthalia vulnera non paterentur in anima. Sed hactenus de his: Homo hic, totus est mundus, vulneratus in Adam. Huic occurrit Christus: & quo duxit? in stabulum, inquit Lucas: *Duxit in stabulum*. In stabulo mundus vulneratus iacet. Cum ergo, ad stabulum ducit nasciturum D. Franciscum angelus; non ob aliud, illuc ductum autumo, nisi, vt vulnerati

D mundi, gereret curam. Enimuerò in stabulum ducēs mūdum Christus, dixit stabulario. *Curam illius habe.* At quid de vulnerato homine, manibus D. Francisci commēdato, dicendum est? nunquid putrescent vulnera eius? nunquid plaga erit ad mortem? En, signat D. Francisci humerum cruce angelus. cur cruce? accedat antiquus, sed incertus Doctor, apud Greserum tom. 2. de cruce. *Crux*, inquit

Lucæ 10.

Luna mūdus.

D. Auguſ. contra Pelagianos hypognoſt. lib. 1.

inquit ille, *initium salutis*. Est salutis signum crux, quod si vulneratus mundus in stabulo iacens D. Francisci curæ committitur, & ipse secum crucem asportat in carne, cruxque signum salutis est hoc sustinendum, vulneratum mundum Diui Francisci curæ, à Deo commendatum, salutem cõsequuturum. O Beatissime mi Pater, ordinata charitas poscit, vt prius tuorum filiorum vulnera alliges, infundas oleum, linias balsamo, & deindè aliorum. En, tuus sum filius, imperfectionibus vulneratus, virtutibus expoliatus, Latronibus expositus, ac propè mortem; feror ad tua brachia, & lacrymabundus, hoc doleo; filiationis iura transgressum, perdidi, quæ filij erant, tu semper Pater es, cuius amor, vt præcipitantius descenderet in filios, pectus aperuit. Sana tuis precibus, cura virtutibus, indue meritis, ac foue charitatis calore, vt ad Deum, qui charitas est asporter, & ibi, pro filio tuo, qui mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est, gaudeas, & iubiles in æternum.

TEXTVS.

VERSVS III.

Editio vulgata.

Et dixi ad eam. Dies multos expectabis me; non fornicaberis; & non eris viro; sed, & ego expectabo te.

Sanct. Pagn.

Et dixi ad eam. Dies multos manebis mecum: nè forniceris; & nè sis viri alterius; & ego non ingrediar ad te.

P. Franc. de Francb. in Hos.

A Transl. ex 70.

Et dixi ad eam. Dies multos sedebis super me; & non fornicaberis; nec eris viro; & ego super te.

Vatab.

Et dixi ad eam: Diebus multis manebis mihi; non fornicaberis, nec eris viro alteri; & etiam ego non ingrediar ad te.

B Editio Chaldaica.

Tu Propheta dic ei. Synagoga Israelis, peccata vestra causa fuerunt vobis, vt exularetis diebus plurimis; annuntiabitis cultum meum, seu Religionem meam. Non errabitis, seu fornicabimini; neque coletis idola; & ego, etiam futurum est, vt vestri miserear.

C Paraphrasis Castri.

Et dixi ei pactiones, quas esset seruatura. Ad multos dies conduxi te; quibus apud me considebis: Nemini alieno sui copiam facies; neque viro alicui coniungeris matrimonio; & ego tui curam geram, teque custodiam.

COMMENTARIVM iuxta literam.

D Tenebræ sunt hic, & sequens Textus Hebreis. Ac ibi caligantes, vbi lux splendescere solet, contendunt ex hoc Textu, inducere, nõdum Messiã venisse, & aliũ expectãt, sed veniet ipsemet, & iudicabit illos, à qbus, vt nocẽs iudicatus est. Inter Catholicos, non vnanimis est sententia. Adduco igitur Prophetæ sensum, controuersijs abdicatis: Et dico, prophetiam, præcipuè ventura introspicere, eaque nuntiare.

L Deus

Deus igitur in Hosea, ea edocuit, quæ accidere debebant Hebræis, Venit iam Deus, vt synagogam ab erroribus auerteret; at illa recipere noluit; imò expuens in faciem eius; quam abominaret ostendit. Beneficia, non attraxerunt ad Deum, qui eam, iam iam desponsauerat; vndè Deus hoc prophetans in Hosea, ait. *Dies multos expectabis me*. Et sensus est. Veni ad te; vt mecum semper esses sub maritali iugo; at tu præsentem agnoscere noluisti, nec vti virum tuum acceptasti; & me, quem præsentem habes, adhuc expectas. En abeo à te. *Dies multos expectabis me*. Synagoga enim, adhuc Deum expectat; & dum Deum expectat sponsum suum; prędixit illi Deus, quæ ventura erant. Vndè sequitur prophetia. *Non fornicaberis, & non eris viro*. Et hoc est, quia Hebræi publicè non colunt idola; & ità non fornicantur, idolacolendo, vt prius; cum adorabant Baal, & vitulum aureum: nec sunt viro, ideſt Christo, quem iam occiderunt. Sequitur Textus. *Sed & ego expectabo te*. Hic tota prædictio futurorum contempletur. Deus etenim, semper pius, semperque patiens, nec scelere totaliter auersus, nec obstinatione Iudæorum fatigatus, patienter expectat, vſque ad extrema tempora; in quibus Iudæi Christum, agnoscent, & Synagoga ex Christo, vti viro suo, pariet pœnitentiæ, & salutis fructus.

✝

A

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS XVII.

Semper maiorem perfectionem expetit à nobis Deus.

DIES MVLTOS, &c.

B NOn sedet, nec otiatur Deus, cùm de anima agitur humana. Percurrit lata, transilit môtes; & indefessus, vel in spinis perditam quærit ouiculam. audiatur D. Damascenus serm. 1. de Natiuitate Virginis. *Sempiternum illud lumen, quod ex sempiterno lumine, antiquiorem seculis existentiâ habet; ex ipsa; scilicet Virgine, corporatur, ac tanquam sponsus de thalamo prodit; Deus existens, ac postea terrenus factus, Gigantis instar exul-* (D. Damascenus.)
C *tabit, vt natura nostra viam currat, fortemque alliget, atque ipsius vasa, hoc est nostram naturam diripiat; ouemque aberrantem, ad cęlestem terram reducat*. Exultat, vt Gigas, & currit, vel modestiæ parcens, vt nos è Sathanæ eripiat manibus, & imperio abducat. Quid igitur est, quod intentat moras, indicit inducias per dies multos, & ait. *Expectabis me*. Fouet spem, sed dilatat pręsentiam; promittit per- (Deus animam nostram expetit, & quærit.)
D sonam, sed post multos dies. Vado ad noua poma, quæ dilecto suo seruauit sponsa, vt veteribus dulcescat gustus meus. Sponsam duxerat Deus, ac transierat iam in connubia; parauerant Virgines sponsæ Dei ancillulæ lampades; & adhuc morabatur sponsus. Ità Math. cap. 25. *Moram autem faciête sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt*. O quam vigilare debemus. Quis crederet, mediam no- (Mat. 25)

Chriſtus; qua hora non expectatur, venit.

noctem tempus eſſe, Chriſti aduentandi ad nos? tunc omnes occupat quies; & tunc venit Chriſtus, qui ea hora, qua magis illum à nobis diſtare credimus, vocat ad ſe infelices, ſi minimè parati reperimur. Sic locum iſtum diſpungit Maldonatus. *Quid ergò, media nocte veniſſe dicitur Chriſtus? nihil aliud ſignificat, quam eo tempore veniſſe, quo minimè expectabatur. Quis enim crederet, media nocte venturum eſſe, cum omnes homines ſumma occupat quies.* Sed de his hactenus. pendo ipſe; cur tantam duxerit morã? amoris Nouerca ſolet eſſe mora. & in longinquum abire, eſt puerulum amorem vſq; ad deliquium, fatigare. Verum omnem perfectionem Deus in ſe claudit. illa iure ſponſatur, quæ maiorem perfectionem attingit. Ducit igitur moram ſponſus; ac expectari vult; vt magis, ac magis, virtutibus animam ſuam decoret ſponſa. Huc Dei tendunt moræ, creſcit amor, & deſiderium fit vehemens ſponſæ, ſponſum expectantis. Vt igitur in amore, & virtutibus creſcat magis, ac magis ſponſa, moras intentat Chriſtus. Ità D. Bernardus. *Porro inter diem deſponſationis huius, interponitur aliquando breue ſpatium, aliquando, & productum; & indefinita, ac innominata eſt dies, qua debeant conuenire; ſed quidem ſapienter, atque vtiliter; vt interim, mutuus amor augeatur, & creſcat; impatiens deſiderium cupita copula, quo amplius differatur igneſcat.* Differtur ſponſi aduentus, vt creſcat in perfectione anima. quod dixit etiam D. Ambroſ. ſerm. 22. in Pſal. 118. *Differre deſiderat, vt illa dilatione, vel anima, vel Eccleſia, poſſit eſſe perfectior.* Nõ tepeſcit Chriſti in nos amor; nobiſcum eſſe affectat; at dignos ſui

Maldon.

Sponſus Deus, cur moras trahit, cum ad ſponſalitium procedit.

D. Bern.

D. Ambr.

A cupit inuenire; moratur propterea. Hinc prophetiæ ſenſus patet; promittit ſui aduentum in animam, ſed interponit dies; vt tempora non deſpiciens ſponſa, creſcat in virtute, ac Deo fiat digna. vndè D. Ambroſius. *Vt illa dilatione, vel anima, vel Eccleſia, poſſit eſſe perfectior.*

ANVLVS XVIII.

B *Dei Amoris magnitudo in dierum nomine declaratur.*

DIES MVLTOS, &c.

AD fidem ſpectat propoſitio iſthæc. *Deus eſt æternus.* Nec alia menſura Deo competit, niſi æternitas; non enim in ſubſtantia eſt variabilis; non in intellectionibus, vt ſunt angeli, qui modo vnum, mox aliud, intelligunt, &
C proptereà eis competit æui menſura; non admittit variationem in ſubſtantiâ, in intellectionibus, & in accidentibus, vt ſunt cætera creatâ, quibus competit tempus; ſed & in eſſentia, & in ijs, quæ intelligit, eſt inuariabilis Deus. Intelligere enim Dei, eſt eſſe Dei; & ideò æternitate menſuratur, quæ, vt ait Boetius lib. 1. de conſolat. par. 6. Eſt interminabilis vitæ, tota ſimul, & perfecta poſſeſſio.
D Poſſeſſio dicitur; quia ſemper actualis eſt, & firma, non fluxibilis, vt eſt tempus, neque vt inſtãs temporis, quod mox non eſt: ſed eſt, vt inſtãs, perpetuò manens, & interminabile; caret enim principio, & fine, ad differentiam æui, quod licet fine careat; non caret tamen principio; & minimè non viuentis, ſed viuentis eſt menſura. Quæ æternitas, ſi rectè penetretur, ſoli competit Deo, ſibique

Dei menſura eſt æternitas.

Boetius.

Æternitas, quid ſit.

propria mensura est. Æternitas autem, non habet dies; imò diebus omninò cōtraria est, illi enim dicunt successionem, hæc permanentiam semper eandem. Quid est ergò, quod alloquens Deus animam inquit, *Dies multos expectabis me*. Cur dies, Æternus nominat? & diebus sese intromittit Deus? Horum mysterium inuestigabo, ex Tobiæ filij numeratis diebus. Ierat hic à Patre missus in Rages Ciuitatem Medorum, ad Gabelum; nuptijsque Saræ filiæ Raguelis, sorori suæ, morabatur Tobias absens à matre: ansiata erat ob ipsum genitrix, & in dies vrgebantur viscera filium desiderantia; erat veluti cythara Tobiæ filij cor; & ad cordis matris pulsum, ardebat, & suum; vndè redditū ad parentes cogitabat, exposcebatque regredi. Renuebat Raguel, amore filiæ victus, & dicebat Tob. 10. *Mane hic; & ego mittam nuntium salutis de te, ad Tobiam patrem tuum*. renuit Tobias, dixitque; *Ego noui quia pater meus, & mater mea modo dies computant; & cruciantur spiritus eorum in ipsis*. Computat dies amans, nec vel momētum, scit præterire; dierumque computatio, maximè amantis signū est, amoris, inquam, spiritum crucіantis. Hinc ait. *Dies computāt, & cruciantur spiritus eorū*. Quibus notatis aduerto; cur dies cōputat æternus Deus; scit ipse, in dierum computatione amoris incendia emicare. Vt igitur incendij sui cordis patefaceret erga nos flammam Deus, nominauit dies, & dixit. *Dies multos*, Hieronymus Guadalupus. *Dies multos expectabis. Dies connumerat, quibus sine Deo est homo, vt sic amoris, & charitatis pelagus, quod habet erga peccatores detegat*. Verè mirabilis

Tob. 8.

Tob. 11. 10.

Guadalupus.

A Dei charitas, ac omnem exuperans sensum, & intellectum. Genuit ab æterno filium suum, nec vsquam audiuimus. Hic est filius meus dilectus; sed tunc vox ista beneuolentiæ insonat; tunc auditur; cum temporalis factus æternus Dei filius, de suo excessu, in quo animas nostras ad se adducturus erat, loquitur. *Dicebant excessum eius, quem completurus erat in Ierusalem*. Et Pater. *Hic est filius* B *meus dilectus*. Quid est hoc? non eadem est ista vox, & illa, quæ ab æterno audita est. *Dominus dixit ad me*, inquit Verbum, *filius meus es tu; ego hodie genui te*. Non auditur dilectus. O ingens amor. Nobiscum cum est, cumque nos ad Deum trahit, est dilectus à Patre filius. quasi sine nobis, non esset dilectus. Vides quanti nos amat Deus, spectat ad isthæc Rupertus lib. 1. cap. 14. exponens Patris di- C ctum. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui*, dum ait. *Hac idcircò Pater opportunè dixerit; nè dubitet auditor beneuolus, hunc filium dilectum, illum esse Verbum, per quod omnia facta sunt, & sine quo factum est nihil. Sed, & tunc in isto bonus Deus sibi complacere veraciter potuit, quando eum, qui Deus erat, propter charitatem suam, hominem fieri, & pro hominibus pati voluit, nullum enim opus laude dignius* D *fecit*. Passione sua nos ad Patrem asportauit Verbum: & propterea tunc dilectus filius, tunc, in quo mihi benè complacui; ac si sine nobis, Verbū, quod semper amatur à Patre, & æternaliter, non esset dilectus. ardeamus, & nos eius succensi charitate, qui ad instar ardenter amantis computat dies,

Luc. 9. 31.

Ps. 2. 7.

Rupertus

Dei filius tunc à Patre vocatur dilectus, cum de nostra agit salute.

ANV-

ANVLVS XIX.

Occasio peccatorum amputanda.

DIES MVLTOS, &c.

Horrendum scelus est adulterium; quod nec Deus, qui tot, tantaque patitur peccata, perpeti potest. Adduxerat domū suam Abimelech Rex Saram, mox introducendam in maculādum Thorum. En Deus, torquet angustijs, immittit dolores, flagellat, minatur Abimelech, nè ad illicitum præcipitet coitum; & inquit sacer Textus, in hæc dilapsum Deum.
Genes. 20. *Et ideò custodiui te, nè peccares in me, & non dimisi te, vt tangeres eam.* Alij legunt. *Non sum passus.* Quid est non sum passus; passio erat Dei; si in adulterium, vel inscius Abimelech rueret, etenim Deus coniugij custos est. audiatur D. Ambrosius cap. 2. de
D. Ambr. Abraham lib. 1. *Cognoscimus velut præsulem, custodemque coniugij esse Deum; qui non patitur alienum Thorum pollui; & si quis fecerit, peccare*
Adulteriū Deus non patitur. *eum in Deū, cuius legem violet, gratiam soluat.* In Deum, peccatum adulterij est. Deus offenditur, patiturque, qui vxoratos iungit, ac custodit. vndè non miror vxori suæ, Prophetam iussu Dei dixisse. *Non fornicaberis.* Sed quid est, quod superaddit. *Non eris viro?* Nunquid idem est, fornicari, ac viro non esse? Explicabo Prophe-
Math. 18 9. tæ sensum ex Christi dictatis. *Si oculus tuus,* inquit, *scandalizat te, erue eum, & proijce abs te.* Præceptum aspicio, contra præceptum. Quis nam Dominus est sui corporis? natura dictat indiuiduum seruare, ac mutilatio mēbrorum graue peccatum est. Quid igitur est; quod Deus naturæ auctor cō-

P. Franc. de Franch. in Hos.

A tra naturæ iura præcepit. Proh, absit, vt ad literam intelligatur Euangelicum dictum. Oculus. Si ad Paradisum progredimur, fuit primi peccati occasio. Vidit mulier pomum, admirata est pulchritudinem; ac accessit ad mortem. Oculus igitur, occasio peccandi dici potest. Quia autem peccandi occasiones, penitùs euitare, ac eradicare debemus; ideò dixit Christus. *Si oculus tuus scandalizat*
B *te, erue eum, & proijce abs te.* Assentitur Rodulphus de vita Christi. Rodulph: *Nullum membrum ad literam præcipitur erui; sed occasio peccatorum vitanda.* abeant peccandi fomenta ab illis, qui ad cœlestia tendūt. Nec Lucas, qui Geneologiam Christi prolongauit, vsque ad Deum, mulieres, quæ alijs occasiones peccandi fuerunt, intermiscuit, non enim ascendent ad Deum, occasionibus peccatorum
C sese immiscentes. Quis autem ignorat, propinquam esse interitui mulieris castitatem, viris cōcommissam. Adsit D. Bernardus
serm. 58. de modo benè viuendi. D. Bern. *Soror mihi in Christo dilecta, moneo te, vt vir, quamuis sit sanctus, nullam tamen tecum, habeat familiaritatem; quamuis sit Religiosus, nullam tecum habeat benè viuendi sagitatē. Quarè te visitandi familiaritate, vtriusque pereat castitas: nè videndi*
Propinqua est interitui castitas fœmina iūta viris.
D *frequentatione, vtriusque annihiletur honestas. Decidet à charitate Dei, qui occasionē dederit peccandi.* Quia igitur, non solum peccatum, sed peccandi occasionem extirpare vult Deus; ideò, nedum peccatū, sed peccandi fomenta prohibet. & ait. *Non fornicaberis, & non eris viro,* inquit etenim D. Bernardus loco citato, *Sæpè familiaritas vincit, quos vitium superare non potuit.*

ANV-

ANVLVS XX.

Misericors Dominus, non illicò peccantes damnat, sed expectat, vt ignoscat.

DIES MVLTOS, &c.

VSque ad nubes peruenit diuina iustitia; punit ibi dæmones, tenebrarum harum Principes: non descendit ad homines, quia. *Misericordia Domini plena est terra.* Occupatus locus, aliorum non admittit ingressum. Occupat misericordia peccatores; quapropter non punit diuina iustitia, ad eos ingrediens. Deus etenim semper patiens, peccatores expectat, vt doleant de malefactis, & parcat. Nõ est, qui se ab eius potestate possit sese eruere, imò nec filiatione. Quis enim non creatur à Deo? estque quiuis Dei filius per creationem. Verum obseruo, præcipuum Dei agnomen, sumi à Iacob. *Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius.* Expeto, cur potius Iacob, quam Dauid dicatur Deus, diuina illa Maiestas? Certum est filium esse Patris, nec dubitationi cedit locus, quin Deus Dauidis filius esse dignatus fuerit; ità Mathæus. *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid.* Si Dauid filius est; filiusque fit, & debeat dici Patris; quid est, quod potius Iacob, quã Dauidis, dicitur Deus? *Deus Iacob.* Suppono in huius agnominis intelligẽtiam, Iudæ à Christo egressum ad Iudæos; accepit à Christo buccellam, & exiuit cõtinuò; plus beneficia illius, qui odio habetur peruersos ad mala excitant, quam malamet. Dixerat Christus, Væ illi, per quem tradar ego. Et tũc discessit Iudas, tunc abit, cum dat buccellam. Beneficia etenim, virtutem beneficia dantis indicant; & hæc maleuolos, iniquosque cruciat. Vndè, tunc exiuit ad proditionem. Sed notat Euangelista tempus, & ait. *Erat autem nox.* Nec, non poterat esse nox, cum tradebatur lux, splendorque Patris. Scrutatur hãc noctẽ Thomas Beauxamis, & inquit. *Tempus vtique facinoribus aptum, conciliabulis, & his rebus, quæ lucem verentur.* Noctẽ criminibus aptãt iniqui, orationi Christus. Et nox, tempus fit hominibus patrandi facinora; enimuerò lucem odio habent. Quærunt sibimet mali conscij tenebras. Mox ad Iacob pergo. Hic tota nocte luctatus cũ Deo, Deum stringebat, ac secum, nè alibi abiret, retinebat. Vt habetur Genesis cap. 32. Itaque; idem est, dicere, Deus Iacob, ac Deus, tota nocte, voluntate sua, & consultò à Iacob, detentus, nè alibi progrederetur. Quod si nox peccantium asylum est; & Deus stat cum Iacob, vultque Deus Iacob vocari; equidem id indicat; quod dum peccamus, ipse non festinat ad pœnam, sed expectat, moras ducens cũm Iacob. Expectat, inquam, ad pœnitentiam; expectat, vt misereatur; expectat, vt hæredes nos faciat Regni Cœlorum; ac propterea cum Iacob luctatur, cùm noctem nostris delictis accomodamus. Qua de re, inquit D. Bernardus in medit. c. 6. *Non solùm Angeli, sed & Angelorum Creator nos expectat. Expectat nos Deus Pater, tanquam filios, & hæredes, vt constituat nos super omnia bona sua Expectat nos Deus filius, tanquam fratres, & cohæredes, vt fructum suæ natiuitatis, & pretium sui sanguinis, Deo Patri offerat. Expectat nos Spiritus sanctus; ipse siquidem est charitas, & benignitas, in qua*

Marginalia: Ps. 32. 5. — Ps. 145. 5. — Mat. 1. 1. — *Beneficia in peruersos excitãt magis ad liuorem, & odium.* — *Thomas Beauxam.* — Gen. 32. — D. Bernar.

qua ab æterno prædeſtinati ſumus. En, vti diſſimulans pœnam, expectat nos Deus. patet explicatius hæc Dei patientia in noſtri Hoſeę prophetia, dum inquit. *Sed & ego expectabo te*. Fauet Albertus Magnus. *Propterea expectat Dominus, vt miſereatur veſtri; & ideò exaltabitur parcens vobis*.

ANVLVS XXI.

Anima noſtra ad Deum tota tendat, ſitque cum Deo, vel ſui oblita.

DIES MVLTOS, &c.

Viduitatem explicare ſolet ſeſſio. Vndè Hieronymus Ciuitatē Ieruſalem viduam agnoſcens, agnouit, & ſedentem. *Quomodo ſedet ſola Ciuitas, plena populo, facta eſt quaſi vidua Domina gentium*. En, ſeſſio, & viduitas. Habes iam apud ſeptuaginta, pro. *Dies multos expectabis me. Dies multos ſedebis*. Vndè viduitatem arguunt aliqui ex Commentatoribus, & aiunt; ideò Deum dicere. *Sedebis mihi, ſiuè ſuper me*. Quia ità ipſam abominatur; ac ſi non amplius ſua eſſet. Et ità turpis apparet Deo, vt ſtomachum moueat. Ità Figuerius. *Pronomen, mihi, ſtomachum mouet: quando, ità es pertinax in fornicatione, & adulteriis. Sedebis ſine viro, tanquam vidua*. Aſt, benignius hoc pronomē. *Mihi*. Interpretans Chriſtoph. à Caſtro; Zelotipiam Dei, hic inueſtigat: vbi, ità ſuam vult animā, vt nulli alij, vel ad momētum concedat. *Nullum*, inquit Caſtro, *alium virum habebis; quia mihi integrā te ſeruabis*. Soli Deo noſmet aſſeruare debemus, & ità totos, vt nec nos, nobis metipſis aliquid relinquamus. Vidit Ieſum Petrus, dum piſcaretur in mari; agnouit Dominum ſuum; & illicò veſtibus ſe præcingens (erat enim nudus) nè violaret reuerentiam, tanto Domino debitam, mari ſe commiſit, è nauicula, egrediens. *Simon Petrus cum audiſſet, quia Dominus eſt, tunica ſuccinxit ſe; erat enim nudus; & miſit ſe in mare*. Ioan. 21. Admiratur Petrum D. Ambroſius cap. 24. in Luc. ac naturam nōn horreſcentem mortem obſtupeſcit. Nonnè morti propinquior eſt, qui eſt in naui? Cur non mortuus computabitur, qui ſeſe infido committit pelago? quid eſt, quod vitam, ità paruipendit Petrus? Proh: Deum ſuum viderat. Quia autem, vel ſuimet vult obliuionem Deus, qui totos nos, affectuſque noſtros expetit; idcircò Dei voluntatis conſcius Petrus, vel ſe derelinquit, vitamque ſuā ſpernit; quod innaturale eſt: vt eat ad Chriſtū. Audiatur D. Ambroſius eruditè, vt aſſolet de Petro diſcurrens. *Vidit, cum piſcaretur; ſed non vidiſſe contentus, impatiens deſiderij, negligens captionis, immemor periculi, non tamen immemor reuerentiæ: vbi Dominum vidit in littore, veſte ſe texit, ferū exiſtimans, ſi cum cæteris nauigio perueniret. Sic cum mari Dominus ambulauit; naturæ ſuę oblitus occurrit; ſic cum à Iudæis Dominus teneretur, aduerſus turbas ſolus exiuit; ſic, & nunc; cum Dominus ſtetiſſet in littore, periculoſo compendio, religioſum maturauit obſequium*. Non eſt, vt ſuæ vitæ, periculorumque meminerit Petrus, vbi Chriſtus objicitur: vel proprię naturæ linquit ille affectus, qui Dei eſt: ſcit noſcere ſe totum Dei, vndè valeāt aliorum curæ. Docet iſthæc Deus, dū animæ per Hoſeam, ait: *Sedebis mihi*. Aſſideat anima Chriſto, quia vbi

Marginalia: Tren. 1. — Peccatrix anima ſtomachum Deo mouet. — Deus ſibi ſoli nos totos expetit. — A — B — C — D — Ioan. 21. 8 — D. Ambr.

vbi proxima Dei non sedet; nec A scire videtur. Docebat aliquando populum Christus: ibat ad illum dilectissima Virgo, sui filij absentiæ impatiens; quam vti aduerterunt, qui Christo aderant, dixerunt. *Ecce mater tua, et fratres tui foras stant, quærentes te.* Respondit Iesus. *Quæ est mater mea?* Magnum portentum. qui totum, per quod nos saluabit, patiendo, habet à matre, matrem nunc dedignatur. absit à filio ingrati animi macula; B absit irreuerentia ab illo, qui parentum honorem, sub æternæ mortis pœna sanciuit. Quid igitur est, quod inhonorus videtur erga matrem? Absit, vt neget reuerentiam illi, cui cū esset Deus, & Dominus omnium, factus est subditus. Sed ad nostram instituuntur instructionem isthæc. Foris erat mater, non propinqua Christo. Et quia foris versabatur; à suo dilecto filio, videtur non C agnosci. Audiatur Diuus Hilarius Can. 12. *Cæterum, non fastidiosè de matre sua sensisse existimandus est, cui ipse in passione positus, maximè sollicitudinis tribuerit affectum. Est autem, in eo etiam typica ratio seruata, vt mater eius, & fratres foris starent. Cum vtique ingrediendi ad eum, haberent potestatem.* Vel mater videtur non agnosci cum foris stat. Simus igitur, semper Deo proximi; nusquam, vel aliquali D affectu foris. Deus etenim, qui totum se nobis dat, ac vnus est, non vult diuisos. Hoc docere videntur vaccæ Philistijm, quę Arcam Dei onustæ, nusquam, vel à partuum mugitibus auersæ, declinauerunt à via. Et notauit R. Dauid 1. Reg. 6. dicens. *Sic incedere debent, qui sacra legis iugo suppositi per internam scientiam Arcam Domini portāt, vt propinquorū necessitatibus cōdolentes à rectitudine non deficiāt.*

Matth. 12. 47.

D. Hilar.

Rab. Dauid.

SECTIO VI.

Purgatorij pœna omnium maxima est, quam nec intellectus capere, nec lingua eloqui valet.

DIES MVLTOS, &c.

INnuetur in hac expectatione Auctor glosæ moralis Purgatorij carcerem, in quo animæ vsque ad totalē ablutionem à peccatis, & debitis pœnis, alligabuntur; & ait. *Ista expectatio diuinæ misericordię in pręsenti, figura est existentium in Purgatorio; quia nullum auxilium habent ab intrinseco; eo quod sunt extra statum merendi.* Et quidem iure: etenim Deus, animas illas, alioquin sibi caras, expectat; ipsæque expectant Deū, eiusque claram visionem. nec vir est eis; hoc est vis, sibi ipsis coniūcta, qua à pœnis, in quibus affliguntur, eleuari possint ad gloriā; non patitur Deus, ipsas expectādo; etenim omne bonum in se claudit; nil ei addimus nos: at patiuntur illæ, Deum expectando; & dum expectant, ac expectantur, crucifiguntur; enimuerò, vt adnotauit Brixianus, crux est symbolum expectationis. expectant ipsæ gloriam, cumque tardat, crucem inueniunt. Sciunt expectari à Deo; Deique expectatio, crux est eis. Nescimus nè Tobiam; vt superius dictum est, cruciatum substinuisse, in eo quod sciebat expectari à matre sua? vbique crucem inueniunt animæ Purgatorij flammis alligatæ, vndique pœnas sustinent: & tales, vt intellectus capere, lingua eloqui, diffidat. Audio deuotissimum illum Ducem Iudam Machabeum, qui post pietatis in militum corpora, pro

Brixian.

Crux est symbolum expectationis.

pro Religione occisorum, impensa officia; sic ad suffragia pro eorumdem animabus, viuentes abhortatus est. *Sācta ergo, & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur.* Digna verè exhortatio, sed lance appendenda. Certum enim est, ac fide tenēdum; neminem diem extremum in mortali peccato claudentem, Purgatorio destinari. Væ ei, qui abit impęnitens; non reuertetur amplius, nec ad vitā resurget. Veniale peccatū, igne Purgatorij abstergetur, vti adnotauit Origenes in c.6. Leuit. vbi expēdens Seraph tāgentē ignito carbone labia Isaię; qui dixit, *Vę mihi, quia tacui.* cōcludit peccatum veniale flammas purgandū. *Quod hic Propheta immūda labia habere dicat; labia eius igne purgātur; vndè apparet verbotenus peccasse Prophetā; alioquin dixisset, quia immundū corpus habeo, vel immundos oculos, si peccasset in cōcupiscēdo, immundā animā; si in rapiēdo, immūdas manus; at in solo sermone sibi cōscius erat delicti; quia etiam de otioso verbo reddimus rationē in die iudicij; ideò difficilè est, etiā perfectos culpā euitare sermonis.* O quam terribilis es in iudicijs tuis Domine? soluūtur, nechō in Purgatorio, pœnę debitæ peccatis, pro quibus, non plenè, in hac vita satisfecimus. Cūr ergo, non sit fabricatū pro peccatis, sed pro peccatorū pęnis, Purgatoriū; Quid est, quod ait Machabeus. *Vt à peccatis soluātur.* Vado ad Zacchariam Baptistæ parentē. intrauerat Sancta Sanctorum, postulaturus à Patre Æterno Filium, qui saluaret nos. traxit eius oratio è cęlo Angelū, nunciauit Præcursorem ex ipso, & sterili Elisabeth nasciturum; non illicò dictis præstitit fidem Zaccharias; vndè obmutuit. Inferro Euangelistam. *Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zaccharias, in ordine vicis suæ ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij; sorte exijt, vt incensum poneret, ingressus in Templum Domini.* Apparuit autem illi Angelus Domini, ac nuntians Elisabeth virescentiam, dixit. *Vxor tua Elisabeth, pariet tibi filium.* Exquisiuit veritatis huius pignus Propheta, Angelo nunciantì, non plenè credens. dedit signum Angelus, fuitque taciturnitatis pœna. *Eris tacens, & non poteris loqui, vsque in diem, quo hęc fient; pro eo, quod non credidisti verbis meis.* Astant simul, incredulitas, & silētium: obmutescit post peccatum Propheta, & ibi indicit pęnā, vbi fuit, & culpa. ità Tho. Beaux. con. 1. arm. Euang. *Lingua enim sua, temerè loquutus fuerat, nunc mutus redditur, in qua parte peccauit, plectitur.* Dicerem, si non credidit, intellectus fuit hæsitatio isthæc, non linguæ; quid igitur est, quod lingua tacet, anima exitante? Proh, quam deforme est peccatum. Notauit Angelus in Zaccharia peccatum incredulitatis. peccati concepit deformitatem ille. quia autem peccati deformitas tanta est, vt nec intellectus considerare, nec lingua dicere possit; ideò in signum taciturnitatis intellectus, obmutuit Prophetæ lingua; quæ nusquam solutionē accepit, nisi orto Ioanne, qui gratia interpretatur. hinc D. Ambrosius inquit lib. 1. cap. 1. in Luc. *Condendatur silentio incredulitas Sacerdotis.* Ac si diceret. vide quanta sit peccati deformitas, quę cōdēdatur, idest agnoscitur ex pœna silentij; eloqui .n. illam non possumus. peccatum igitur malum tam grande est: vt

2. Machab. c. 12. 46.

Peccatum veniale Purgatorij flammis deletur.

Isai. 6. 5.

Orig ho. 9. in c. 6. Leuit.

Luc. 18.

Vbi culpa ibi pœna.

Beuxam.

Deformitas peccati tanta est, vt ad edicēdum sileat intellectus, & lingua.

P. Franc. de Franch. in Hos.

M nec

nec cogitari, nec dici possit. ex his, quæ nam sit pijssimi Iudę eloquutio, haurire possumus. exhortatur ipse ad iuuamina animarum in Purgatorio existentium; earũq; pœnas vocat peccata. *Vt à peccatis soluantur.* Peccata autẽ, ità horrenda sunt, vt eorum horrorem considerantibus, sileat lingua, ligetur loquela, ac taceat intellectus. Cum igitur, Purgatorij pœnæ, peccatorũ induant agnomen; eas tales esse, concludendum est, B vt ad eas cogitandas, ac sentiendas, hębescat intellectus, rigescat sensus. Hinc Cęsarius Arelatẽsis, inquit. *Illa ipsa Purgatorius ignis durior erit, quam quidquid potest pęnarum in hoc seculo, aut cogitari, aut videri, aut sentiri.* Non est intellectus, cuius cogitatum ascendere possit horribilitas illa pœnarum, nec sensus, qui dicere queat.

Cæsarius Arelatẽs.

Ità quidẽ impossibilis explicatu, redditur pęna illa, quã subibimus in alia vita; pro nõ plenè expiatis culpis. Indefessus est ille ignis, qui pro Deo stat cõtra eos, qui Dei mãdatis, nõ acquieuerũt. dixit iã D. Hilarius in Ps. 118. *Nobis est ille indefessus ignis obeundus, in quo subeunda sunt grauia illa expiãda à peccatis animę supplicia.* Grauia sunt illa supplicia; grauia dicit; at quæ nã sit eorũ grauitas, nõ explicat, inexplicabilis etenim est.

Nõ expulit à semetipso malos Christus, sed substinuit in corpore suo: & sustinet quousq; gratiã nolentes accipere, pręcidet, destinabitq; ad inferos. hoc vitis similitudine adpinxit Io. 14. dicẽs. *Ego sum vitis vera, & Pater meus Agricola est; omnẽ palmitẽ in me non ferẽtẽ fructũ, tollet eum; & omnẽ, qui fert fructũ, purgabit eũ, vt fructum plus afferat.* Non ferentes fructus, igni destinãtur, vt exardescant in æternũ. Sed, qui ferunt fructũ, purgantur, nõ est sine superfluitate alicuius vanitatis quisquis, vel bonus; vndè purgari indiget. hũc locũ de Purgatorio declarat Bellarminus, & D. August. tract. 80. in Ioan. non lõgè ab hac explicatione, ait. *Quis autẽ est in hac vita sic mũdus, vt non sit magis, magisq; mundãdus, ferè sẽper maculat praiẽs vita, vndè ad aliã transimus, vt mundemur, & purgemur.* Noto, animas in Purgatorio cremandas, dici à Christo palmites, qui purgantur. Cur palmites? dicerem, ideò palmitum sumpsisse similitudinem Christum, vt earum, aliquatenus declararet dolorem. Lacrymis dolor exprimitur; & quisnam ignorat, pręcisum, purgatumq; palmitem lacrymari? Sciẽs igitur Iesus, lacrymis exprimi dolorem; purgatumq; palmitem lacrymari; vt dolores exprimeret animarum in purgatorio degentium, sub palmitũ purgatorum, scilicet lacrymantiũ similitudine expressit. at quales lacrymæ istæ sunt? audiatur quæso Dionis. Cartus. de purgat. art. 49. ex visione Tãtali. Vidit hic animas purgantes, ferreæ, ignitæq; craticulæ superpositas, quæ guttatim, vt cera liquefiebant. *Descendebat autem super laminam, illa multitudo miserrimarum animarũ; & illic cremabãtur, donec instar cremij, in sartagine cremati, omninò liquescerent, atq; quod grauius est, ità per laminã illã, colabantur, sicut colatur cera per pannũ.* En, lacrymæ purgatorum palmitũ; seipsos in lacrymas colantium, ex nimio ignis ardore. At penso. Cur palmitum nomine, animas has notet Christus? Cur non potius palmas vocat, animas illas, quæ de diabolo triũpharũt? aut imputribiles cedros, qui ad cœlorum ornamenta dolan-

Anima Purgatorij palmites, & quare.

Io. 14.

Dolorem lacrymæ exprimũt.

lantur? Mysterium haurire satagam, ex ijs, quæ docet fides. Decernit ipsa, Christum post mortẽ suam descendisse, non quidem corpore, sed anima ad inferos; fuit autem presentialiter, siue per suam essentiam, vt inquit D. Thomas in tertia par. q. 12. in loco, vbi erant Sancti Patres, quos visitauit, ac lumen æternæ gloriæ infudit. & cùm sit subsinendum, aliquos saltem, etsi non omnes, eripuisse de pœnis Purgatorij; fuit etiam in Purgatorio, alijs infundendo lumen gloriæ, alijs autem dans spem æternæ Beatitudinis. De his loquens EcKbertus Abbas aduersus Catharos, ait. Christum post emissum spiritum, eodẽ spiritu descendisse ad inferos, & è Purgatorio animas dantes pęnas liberasse, & cum eisdem ascendisse ad cęlos. *David victorię Christi congratulans, qua ereptas ab inferno secum animas deduxit ad cęlos, alibi dicit ad eum. Ascendisti in altum, cępisti captiuitatem.* Et loquitur de animabus Purgatorij; has vocat captiuitatem, nõ captiuas; sed captiuitatem ipsam, quas Christus vocat palmites; lego Pierium, & inuenio, vitem, palmitesque, libertatis symbolum. Si palmites sunt animæ Purgatorij, & proindè ipsam libertatem, significantes; cur captiuitatem appellat Dauid? O, quam inexplicabiles sũt Purgatorij pœnę. Libertas dicuntur, & captiuitas. Captiuitas, & libertas, primo cõtraria sunt; nec intellectus simul, fingere potest. Cum igitur, contraria inunibilia, ad exprimendum animarum purgantium pœnas, assumat Deus, & hæc contraria, simul non potest concipere intellectus noster, concludendũ est, illas pœnas tales esse; vt ad illas intelligẽ-

Christus descendens ad inferos aliquos eripuit à pœnis Purgatorij.

EcKbert.

A das emoriatur intelligentia. Habeo probationem ex legenda Sãcti Patritij; vbi sic audio Egrecum militem de Purgatorij pœnis testem oculatum, loquentem. *Eiulatus, & clamores vniuersorum illorũ quos audiui, & tormenta, nec lingua exprimere, nec intellectus mortaliũ, cogitare valet.* Eiulatibus dicũt tormenta, quæ sustinent. impeditur enim lingua, ad ea dicẽda, quę neque in cor hominis ascendere

B possunt. Ea est illarũ animarũ pęna, id tormentũ, vt ipsummet tormentum, dici possint, ipsaq; pęna, & ignis. Prædicabat Christum Iones Baptista; ac post multa in hæc descendit. *Ille vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni.* EcKbertus supracitatus, non de alio igne, hic loquutum affirmat Ioannem, quã de Purgatorij; & inquit. *Iste ignis est, ò Cathari, quem Ioannes Baptismo significauit, quando de Domino*

C *Saluatore prędicabat, dicens, ille vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne; nam in hac vita baptizat de Spiritu sancto; quando in baptismo, foris quidẽ per visibiles ministros baptizat nos in aqua, intus autem animas nostras propria operatione baptizat in Spiritu sancto, donans nobis remissionẽ omniũ peccatorũ; in igne autẽ nos baptizat, quãdo post hãc vitã in Purgatorij pęnis, animas nostras purificat à maculis peccatorũ.* Baptizat Spiritus S. in

D Purgatorio existẽtes, igne. Sed qd est, ꝙ ignẽ accipit ad purgandum Spiritus S. qui totus dulcis est, & idcircò Apostolis, ac animabus datus, postq̃ Christus in gloriam ascendit, & totus gloria erat; quia nihil nisi suaue, & benignũ à gloria Christi. vt indicaret igitur, Spiritum sanctũ, totum suauitatẽ esse, ac benignitatem, misit, postquam Christus gloria repletus, in dextera Dei, sedit. Vndè Diuus Ber-

D. Bern. Bernardus ferm. 1. de Pentecoft. *Dulcissimum quiddam in Deo, Spiritus sanctus est*, & ferm. 2. *Post gloriam ascendentis, post residentis sublimitatem, non restabat, nisi, vt expectationi iustorum, lætitia adueniret, & cæli muneribus, cælestes homines implerentur*. Si dulcissimum quid, si lætitia Spiritus sanctus; cur vbi tristitia est, fletusque inexplicabilis, adest, Purgatorij animarum, Achates: dicente Baptista. *Ille vos baptizabit in Spiritu sancto, & igne?* Dicam, quod sentio. Certum est, Spiritum sanctum in diuinis, ità esse nexum, vt duos realiter distinctos, vniat in vnum. Quod sic explico. Pater, & Verbum spirant Spiritum sanctum; & cum spirant, sunt duo spirantes, suntque diuersi diuersitate personali inter se. At ità sunt distincti, vt vnitatem non ammictat: eadem enim voluntate productiua spirant, & ità, vna, & eadem est voluntas Patris, & Filij in producendo Spiritum sanctum; vndè dicitur vnus spirator, actiones enim semper sunt à forma, licèt denominatiuè dicantur esse suppositi. Sed hæc ad Theologos, & Philosophos. Hoc eligo Spiritum sanctum; ità esse nexum, vt illi qui per Spiritum sanctum nectuntur, sint vnum, & idem, in eo, in quo nectuntur; vnum enim sunt Pater, & Filius in illa voluntate, qua spirant. Vbi igitur video Spiritum sanctum, video nexum. & aliquo modo etiam cōtemplor illum, nexum, in ijs, quæ sunt nobiscum. Cum autem Spiritus sanctus purgat animas igne, ibi sunt animæ, ignis, & Spiritus sanctus; sed Spiritus sāctus est aliquo modo nexus, etiam in ijs, quæ nobiscum sunt, nam per Spiritum sanctum animæ nostræ nectuntur

Spiritū s. cur post ascensionem suam miserit Christus.

Math. 3. 11.

Spiritus sanctus est nexus Patris, & Filij, & facit quodāmodo vnum Patrem, & Filium.

A Deo, & qui adhæret Deo vnus spritus cum Deo est. Igitur nectit, & ligat animas, & ignem simul: & Spiritus sanctus, ità est nexus, vt quos ligat, etiam faciat vnum; quod si ligat animas, & ignem; & Spiritus sanctus, vnum, quos ligat facere solet; induci potest, illas animas, ità igne torqueri, vt videantur vnum, & idem cum igne; sintque sibi tormentum, & pœna; sint tortæ, & tortor. O, quæ pœna

B est hæc? certè inexpressibilis. Accedit ad ista Dionisius Cartusianus de Purgatorio art. 54. dicens. *Sic supernaturaliter, per omnipotentiam Creatoris, animæ defunctorum possunt vniri igni, & alijs rebus corporeis, sicut punibile coniungitur punienti; sic ineffabiliter, dirè torqueri à rebus illis*. Ecce coniunctio animarum, & ignis, & veluti vnitas. quā non alius operatur, quam omnipotens Dei manus, vt dirè, &

C ineffabiliter animæ crucientur quousque ad celestia perueniāt. Ineffabilis equidem pœna, & ea, vt nostrum superet captum; & ità dirè agit in animas, vt pœna ipsa, potius intrinseca torto videatur, quam ipsi instrumento eleuato à diuina iustitia ad torquendum. Suppositum fuit ex sacra Theologia in antecedentibus, Christū descendisse ad inferos; & inter inferorum loca, visitasse animas in

D Purgatorio pœnas luentes. Mox audio Christum, de sua Passione cōmonefacientem Hebræos. Audierant illi Dominum, ac misericordiæ signis minimè contenti; ea petebant, quæ nusquam sine hominum detrimento prodierunt. Dixerunt igitur. *Magister volumus à te signum videre*. Noluit Christus. at quia nescit petentibus non tribuere, & mala commutare in bonum, id promisit, quod

Dionisius Cartusi.

Animæ Purgatorij, quodāmodo vnii sunt cum igne.

Math. 12. 38.

quod omnibus profuturum erat, mortem ſcilicet ſuam. dixit propterea. *Et ſignum non dabitur ei, niſi ſignū Ionæ Prophetæ; ſicut enim fuit Ionas in ventre Ceti, tribus diebus, & tribus noctibus; ſic erit filius hominis in corde terræ.* Tangit hic partem pro toto Chriſtus. Sic debent intelligi tres dies, & tres noctes, vt ſeruetur vſus loquendi. dicendo enim diem, noctem includimus, & diem: nam ex viginti quatuor horis, dies conſtat noctem includens; cum igitur Chriſtus, per aliquam partem trium dierum, ſteterit in ſepulchro; & in inferis, vt ſuſtinet D. Thomas, qui ait, eodem tēpore, quo Chriſtus reſurrexit, animam eius ab inferis ad corpus euolaſſe; tribus diebus, & tribus noctibus, dicitur ſtetiſſe in corde terræ. Sed de his hactenus. Quod ſcrutor illud eſt, inferos vocaſſe Cor. *Sic erit filius hominis in corde terræ.* Quis intelliget in terra, omnis ſenſus, & vitæ experte, cor, quod principium vitæ eſt? quod ſi ab omni vita abeſt terra, cur cor, vitæ ſedes datur, ac inferos cor vocat? Dicam, quod ſentio. Cor ab omnibus Anatomiſtis obſeruatur in medio pectoris; verum etſi ſit in medio, pulſus tamen eius ſemper ſentitur, & eſt in ſiniſtra. ſcio, hoc ideò euenire; quia in corde, ſunt duæ concauitates, ſiue receptacula, vnum continet ſanguinem puriſſimum, & hoc eſt in parte dextera, aliud continet ſpiritus vitales, quod eſt in parte ſiniſtra; quia autem in motu operātur vitales ſpiritus; ideò pulſus, & verberatio ſentitur in ſiniſtra: & communiter dicimus cor eſſe in ſiniſtra. nec ſiſto; ſed ſiniſtram ſcrutans inuenio, in ſiniſtra, nil niſi mali ſignari, ſiniſtra mali omnia excedentis

Math. 12. 39.

Cor, duas habet concauitates.

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

A erit ſignum preſcitis. & mali nunciam cornicem, ſiniſtram agnouit Virgilius.

Sępè ſiniſtra caua prędixit ab ilice cornix.

Virgilius.

Cum igitur inferos, ſcilicet Purgatorium, cor vocitat Chriſtus. *Erit filius hominis in corde terrę.* Et cor in ſiniſtra hominis dicatur. ità, ille Purgatorij locus animabus erit infeſtus, vt omnia dirigat in ſiniſtram, in pœnam, & tormē- B tum: quæ tormenta, ideò ab inferis, vti à corde erunt; quia, vt ex ſacra Scriptura habemus, inſcrutabile eſt cor. Cor, igitur Purgatorij locus, dicitur; quia, & ſemper ſiniſtrum, tormenta offerens erit, & inſcrutabilibus, ineffabilibuſque pœnis, torquebit animas illas. Vndè Chriſtina illa, quę poſt mortem ſuam, ad viſenda mala, quæ animæ purgantes experiuntur, ducta fuit; ità reſurgens, allo- C quuta eſt. *Mox, vt fui defuncta, duxerunt animam meam Angeli ſancti ad locum tenebroſum, atque horrendum, animabus hominum plenum. tormenta, quę ibi vidi, erāt tam crudelia, & acerba, vt nulla poſſit lingua exprimere. & exiſtimante me, quod eſſet infernus: Angeli ſancti dixerūt, Purgatorium eſſe.* Ineffabilia ſunt illa tormenta, à corde, ſemper ſiniſtro, ſemper inſcrutabili. Sed pergo vlterius, & vbi video Spi- D ritum ſanctum, animas illas in igne baptizantem; & Spiritum ſanctum ſcio amorem. Purgatorij locum, veluti illarum animarum amans contemplor. & fortè, huc tetēdit Chriſtus, cum locum illum pœnarum, dixit Cor. *Erit filius hominis in corde terrę.* Cor enimuerò mater amoris eſt. ni dicere velimus, terram, noſtram calcare ingratitudinem. Quando enim occiderūt Iudæi Chriſtum, eie-

Siniſtrum malū prædicit.

Chriſtina mirabilis.

Purgatorium, cur cor terræ dicatur.

eieceruntque à suo corde peccatores; tunc ipsa cor suum Christo præbuit; quasi dicens; En, Domine, cor meum, tuum est; tibi offero; requiesce in illo: Hominibus enim te odio habentibus; ipsa ex corde amo, totaque cor esse vellem, vt te semper, & vbi vis, haberem, qui corde delectaris. tantum pendens terre amorem Christus, fortè dixit. *In corde terra*. Sed tenent me purgantes animę. & contemplor Purgatorium, cor, quia cum cor mater sit amoris, concludere possumus; ergò, cor illud, nō est sine amore. quod si illi cordi, non aliud adinuenimus coniunctum, nisi animas purgantes; philosophari licebit; cor illud, scilicet Purgatorium, purgantes animas, veluti amare. Sed quid de amantibus aiunt Sophi? Amans, dicunt, est magis, vbi amat, quàm in se; operationes amantis, cogitationes, curæ, in amato sunt. Ast, quæ sunt Purgatorij, veluti operationes? quid nam, locus ille efflat? heù, ignem sulphureum, fœtorem, frigora ineffabilia; quod, si amans, magis operatur, vbi amat, quam in se, & Purgatoriū sit cor, ac propterea, vti amans illas animas, quæ sibi coniunctæ sunt; cōcludo, Purgatorium, suis frigoribus, suis ærumnis, suis angustijs, suis sulphureis fętoribus, ac ignibus magis operari in animas purgantes, quam in se; tota eius cura est, suis ignibus, ipsis inuiscerari, ac exurere; hinc ait Dionisius de Purgatorio. *Quamuis incorporales essentia, non calefiant, neque frigescant, eo modo, quo entia materialia in hoc mundo. Nihilominus verè, & ineffabiliter, imò, & incomprehensibiliter affliguntur, calore, frigore, & alijs corporeis.* Incomprehensibiliter affliguntur. Comprehendo,

Terra amãs Christum nostram taxat ingratitudinem.

Dionisius Cartus.

Purgatorij ignis veluti amans, magis est in animabus, quam in loco, vbi est.

A quomodo possit locus ille, in quo est ignis, quique ignem generat, calefieri: ast, quomodo potest anima cruciari, non comprehendo. Magis igitur, ille ignis, agit in animas. quam vbi est, vbi oritur; more amantis, qui magis est, vbi non est, quam vbi est.

Vnum dicam, ad pœnarum illarum (sensus inqnam) aliqualem intellectionem: pœnas omnes huius vitæ non esse pœnas in comparatione illarum. Quid ni; B parum dixi; huius vitæ tormenta, in comparatione illorum, solatia sunt. Vix voces dilectæ sponsę dicentis. *Veniat dilectus meus in hortum suum.* Aures sponsi, pulsauerant; & confestim annuit precibus supplicantis. vndè Cant. 5. in primis auditur. *Veni in hortum meum, soror mea sponsa.* Benedicta sit semper celeritas isthæc Dei in orationibus exaudiendis; hanc C celeritatem adnotatunt tres Patres, in comm. Cant ac dixerunt. *Sponsa preces, sponsus exaudiuit, iuxta illud Isaia cap. 5. Adhuc loquente te, dicet esse adsum. Talis enim erat, qua precabatur sponsa, vt despici non deberet. Quamobrem dilectus, illi respondens; Veni inquit, in hortum meum, soror mea sponsa.* Lustro tamen; quis nam sit hortus iste, ad quem properans accessit Deus. & verè, vbi myrrham audio, ibi col- D lectam. *Messui myrrham, cum aromatibus meis.* Nullum alium, præter Passionis Christi autumo hortum. Quapropter, & suū hortum dixit; quæ indecens loquutio videtur, nā nil proprium viri, quod sponsæ nō sit. vbi meum, & tuum, ibi iurgia, lites, ibi. Sed suum dixit hortum Christus; quia vbi de passione agitur, nulli fidit, perpeti solus vult. Nec incongrua est isthæc expositio; quandoquidem,

Tormenta huius vitæ in cōparatione pœnarum Purgatorij solatia sūt

Cant. 5. 1.

Cant. 5. 1.

Tres Patres.

Preces iustorū exaudit Deus.

Cāt. ibid.

Christus solus vult pro nobis pati.

in

in horto sanguinem sudat; in horto traditur; ibi ligatur; in horto moritur, & sepelitur in horto. Fauet Cirillus apud Ghisl. in hunc locum. *Præcantauit enim in canticis de hoc horto, ad suam sponsam; hæc dicens ad illam: Ingressus sum in hortum meum, soror mea sponsa. Erat autē, vbi crucifixus est hortus. & quid accipis illic? messui myrrham meam; vinum myrrhatum, bibens, & acetum.* Ad hortum venit Christus, cum ad suam passionem, accessit. Et passionem vocat hortū. Sed cur hortum? Cur non potius desertum? etenim in passione omnes eo deserto, fugerunt. & deserti locus gignit spinas: vndè, serto tempora præcinxit. Quid est, quod horto passionem comparat? horti, solatijs, ac delitijs destinati sūt; Quia igitur, passionem pro nobis, Christus existimauit solatium, ac delitias: ideò hortum appellauit, ac si delitias in passione inuenisset. *Hortus,* inquit Sotomayor, *delitiarum locus est.* Optimè quidem. Ast, peto à Theologis, de pœnis Saluatoris. Et respondet Theologorum Apex D. Thomas, dolores Christi, quoslibet huius vitæ dolores, in Martyres feulentes excessisse. quod verum est, nedum ex genere mortis, sed etiam, & fortius; ex delicatissima corporis Christi complexione; vti enim videmus, quāplurimi graues ictus sustinēt cum minimo dolore; alij, nec tactum, sine dolore experiuntur. & insuper addo absentiam diuini auxilij, quantum ad subleuationem dolorum. Quod si ità diri fuerunt dolores, angustiæque Christi: Quid est, quod ad hortū, idest, ad delitias vadit, cum patitur, & flores? eiusque dolores, omnes, facilè superantes, delitijs assimi-

Passio Christi delitiæ.

Christi Passio omnium dolores superauit.

A lentur? Vado ad hortum Gethsemani. Orauit ibi Christus, ac procidit in faciem suam. complures sunt, qui in his Christi actionibus, quæ mysterijs plenæ sunt, contemplantur intuitum animæ Christi fixum in animabus Purgatorij. Nec temerè, etenim, Christus patiens, nedum pœnas inferni peccato debitas, sed omnes pœnas, quas peccatis, siue Deo, pro peccatis debemus, præ-

B sentauit animæ suæ. Quapropter, & pœnas Purgatorij, animabus debitas, pēsauit. cogitaturus erat de his, & passionem suam inchoauit in horto: quasi in comparatione illarum pęnarum, hortus esset, flores delitiæ, & solatia, passio sua. Quod si Christi dolores, omnes Martyrum pęnas, excesserunt, & hæ in horto, delitiarum loco concluduntur; cōcludere, & nos possumus, dolores, angustias, ærum-

C nas, pęnasque huius vitæ omnes esse veluti solatia, respectu pęnarum, & cruciatuum, quæ animæ Purgatorio destinatæ perpetiuntur. Subscribat huic veritati, mortuus ad vitam reuocatus à Sancto Hieronymo. Refert Sanctus Cirillus in Epistola ad Diuum Augustinum, de miraculis D. Hieronymi, tres mortuos, meritis eiusdem Sancti, ad vitam reuocatos. Vni istorum, consulto occurrit

D D. Cirillus, & ait, vt refert Dionisius Cartusianus. Quadam vice ad vnum trium illorum iui, quem dirè lacrymantem inueniens; interrogaui, cur tātum lugeret? qui ex verbis meis nullam consolationem admittens, & sæpè interrogatus, tandem mea importunitate victus, respondit. *Si scires, quā pridem expertus sum, iugiter fleres; quales enim pęnas, credis esse paratas, non solùm damnatis, sed etiam in*

Pęna Christi quasi solatium respectu pœnarū Purgatorij.

Purga-

Purgatorio existentibus. ad quod ego. Puto, quod maiores sint pęnis præsentis vitæ; & ille; Si omnes, quæ in mūdo sunt pęnæ, tormenta, & afflictiones, comparentur minori pęnæ, quę illic habetur, velut solatia apparebunt. hortus sunt delitiarum pœnę huius vitæ, cum pœnis Purgatorij comparatæ. Quis igitur, ad has enarrandas pœnas, non erit elinguis; quis ea loquetur, quæ cogitare non potest? O Deus, aperi oculos nostros, vt intelligamus, quæ præparasti, tibi non in toto charitatis feruore seruientibus. forte stimulus aget, quæ efficere non potest dulce mel eloquiorū tuorū, & ignis mittet ad te ignem charitatis, ignem in tepefactis cordibus, accendendo. Nosque animabus illis, quæ expectant, ac expectantur à Deo, præbeamus alas, nostris orationibus, suffragijs, & elemosynis. enimuerò, sine viro sunt. Sed cur sine viro? nunquid non oramus pro ipsis? annuo. sed animabus illis auxilium ferentes, haud inter viros, sed inter Angelos, numerandi sunt.

Ascendit ad Gethsemani hortum Christus; ansiatus est in eo spiritus eius, coangustatum est cor, atque vndique vallatus, arctatusque angustijs, dixit. *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* Filij sui clamorem audiuit è cęlis Pater, misitque Angelum suum, vt confortaret patientem Dominum. Miror; cur Deus, illum aduocauerit, qui non redimebatur, quemque, vt delitiaretur cū hominibus, reliquit in cœlis? quid est, quod Petrum non aduocat ad solamen, aut Ioannem, qui supra pectus eius, in cęna recubuit? hoc puto, Christum in horto, verbis illis. *Tristis est anima mea vsque ad mortem.* dolentes Purgatorij animas repræsentare voluisse. vndè dixit. *Tristis est anima mea.* Animæ enim ibi, non corpora satispatiuntur. vt autem innueret, confortantes Purgatorij animas, inter angelos connumerandos; potius angelum ad suum solamen, quam Apostolorum aliquem admisit. fauet Ioannes Episcopus Monopolitanus in ser. de Commem. omnium Defunct. dicens. *Angelus enim mihi est, & species, quarti similis filio Dei, qui adiuuat me in camino ardēti cruciatuum; vt leuius ferrem pęnas, & tandem liberarer.* Angelus es, ò homo, qui orationibus, suffragijsque, ac elemosynis tuis, animas ad Regna Cœlorum asportas. Nec quilibet angelus, sed similis filio Dei. Filium enim Dei, imitantur, qui illas extinguūt flammas, quæ cruciant post vitam electos.

Cuncta, quæ Christus perpessus est in vita, sunt recenseri digna: nec vsquam fidelis memoria, mysterijs illis, quæ diuitem reddunt animam, inops esse debet. At placet nidificare in illa cauerna macerię, quam mihi Dominus aperuit, ad meam detestandam ingratitudinem; qui, vel in Christum mortuum, sæuio. O Deus, si me peccantem occideres, non in te sæuirem mortuum: at quia vitę indulges, vocasque ad pęnitentiā, nec tibi mortuo parco. proh, ero Cocodrillus, non sitiens ossium fracturam, sed lacriymas fundens pro te Deo meo occiso, ac post mortem vulnerato. Diffluxit exuberantibus vndis, ex illo sacro latere sanguis, & aqua. retulit hoc Ioannes. *Et vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis, & aqua.* peto, ad quid post mortem, liquores hi exuberant, & sparguntur fluentibus vndis?

Matt. 14. 34.

Cur Angelus confortet Christum, & nō homo.

Angelus est, qui suffragatur animabus Purgatorij

Ioan. 19.

In

A In huius intelligentiam, ſciẽdum, Chriſtum Latroni Paradiſum pollicitum, cum dixit. *Hodie mecum eris in Paradiſo*. Expirauit Chriſtus, at viuens pependit in cruce Latro, ad quem, ne remanerent in cruce corpora ſabbato, acceſſerunt milites, ac fregerunt crura; in quo tormento animam dedit Latro pœnitens: huic Paradiſus debebatur, nè à ſuis deficeret promiſſis, qui ſemper verus eſt; ante Paradiſum flamma erat; B iam iam flammeum gladium, poſuerat Deus, vt Adã indè auerteret, qui peccauerat. Quid Chriſtus? meminerat promiſſionis factæ Latroni, ſciebat paulò poſt crurifragio daturum ſpiritum; nõ ignorabat flãmam impediẽtẽ aditũ ad Paradisũ. quid tũc cogitare potuit, aqua circa cor meũ eſt cũ ſãguine, flãmã hãc extinguet. Accedat miles aperiat latus, diffluat aqua cũ ſãguine; extinguatur flã- C ma, Paradiſi, aditũ impediẽs, & ingrediatur Latro, cui in cruce dixi. *Hodie mecũ eris in Paradiſo*. voco Rupert. lib. 3. in Gen. c. 32. *Porrò, ante eandẽ Domini noſtri paſſionem, nulli omninò filiorũ Adã, peruius fuit Paradiſus, donec fuſus de corpore eius ſãguis, cũ aqua ignẽ illũ exuperauit; nõ quod ſubſtantiã eius aẽ ignis extinxerint; ſed quia illis, qui eũ expectauerãt, hanc virtutẽ contulit, vt eis, ille nocere nõ poſſet ignis; ſequutus eſt cõ-* D *feſtim Latro ille venerabilis, quẽ confeſſũ in cruce, continuò munerat fides ſãguinis Chriſti cõtra illũ ignẽ, nè obſiſteret illi*. Multa hic Rupert. quibus cõcludit, aquã illã, Purgatorij ignẽ, qui ſãguine, & aqua Chriſti effuſis in cruce extinguitur, cuilibet animę cũ euolat ad Paradisũ datã. quod ſi Chriſtus, talibus liquoribus, flãmã illã extinguit. & nos orationibus, ſuffragijſq; noſtris, merito Chriſti adiutis, purgantes flãmas extinguimus, equidẽ Chriſto ſimiles efficimur, cum Purgatorij animabus, ſuffragamur. vndè ait ſup. cit. Epiſcopus. *Angelus mihi eſt; & ſpecies quarti, ſimilis filio Dei, qui adiuuat me in camino ardenti cruciatuum*. Expirauit Chriſtus in cruce, deſcenditque eius ſpiritus ad Purgatoriũ, vidit animarũ illarũ tormẽta, cõpaſſus eſt eis; ac vt oſtenderet in eas pietatẽ, fudit ex latere ſanguinem. ac ſi diceret. O, quam dirè ſunt iſtarum pœnæ, ò, quam pro ſuis peccatis cruciantur; ò, quæ lacrymæ; ſolabor, ſolabor. effudi ſanguinem viuus, at remanſit in corpore meo circa cor puriſſimus ſanguis, effundatur, ac detur his, vt ſanguine meo, & aqua, ignis extinguatur, quo affliguntur. Vndè, *Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis, & aqua*. Continuò exiuit, non expectauit tempora, nõ indixit moras; quia continuò animabus, ſuccurrere debemus; non ſanguine noſtro, etſi nõ incongruum eſſet, vel ſanguinem dare pro ijs, qui nobis vitã dederũt, & ſanguinẽ pro anima dare, ordinata charitas eſt. ſed parco ſanguini, ſubleuemus animas illas ipſarũ ſudoribus, ipſarũ ſãguine. nunquid bona, quæ filius poſſidet, nõ ſudor parẽtũ eſt, & ſãguis? quid eſt, ꝙ tam dira patiẽtes, nec ſuis ſuccurrimus? cõpatimur Barbaris ad triremes deſtinatos; & illorũ lamẽta, q nos genuerũt, aut nobis coniũcti fuerũt, vel ſanguine, vel familiaritate, vel charitate Chriſtiana, ſurda aure audimus. Miſeramur eorum ſaltem, quos traximus ad peccata, & cauſa noſtra igne torquentur; Miſereamur, quia qui miſericordiam fecerit, miſericordiam in-

Rupertus.

Exiuit aqua è Chriſti latere, vt viam latroni faceret ad paradisũ.

Similis Chriſti eſt qui animabus Purgatorij ſuffragatur.

inueniet, qui secus clamabit, & non exaudietur, quandoquidem Deus illi denegat misericordiã, qui absque misericordia est. quod dixit Chrysolog. ser. 8. de ieiunio. *Clamat Deus, misericordiã volo, qui quod vult, Deo negat, à Deo sibi, quod desiderat, vult negari. Homo, petit Deus, sed tibi, non sibi; misericordiam volo; humanam misericordiam petit, vt largiatur diuinam; est in cęlis misericordia, ad quam, per terrenã misericordiam peruenitur.* Succurramus igitur, misericordia nostra Purgatorij animabus; vt huius pietatis alis volantes ad cęlum, indè nobis Dei misericordiã impetrando, immittant.

Chrysolog.

A

B

TEXTVS.

VERS. IV.

Editio vulgata.

Quia dies multos sedebunt filij Israel, sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Teraphim.

Sanct. Pagn.

Quia dies multos manebunt filij Israel absque Rege, & absque Principe, & sine sacrificio, & sine statuto, & sine Ephod, & sine Teraphim.

Transl. ex 70.

Quia diebus multis, sedebunt filij Israel sine Rege, sine Principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus.

Vatab.

Nam diebus multis, manebunt filij Israel absque Rege, & absq; Principe, & sine vllo sacrificio, & sine statua, & sine Ephod, & sine Teraphim.

Editio Chaldaica.

Siquidem diebus multis, sedebunt filij Israel sine Rege, de domo Dauid; & sine imperiũ tenente super Israel. nec erit, qui gratam hostiam immolet in Ierusalem; nec erit excelsum in Sammaria, neque Ephod, neque enũciator.

Paraphrasis Castri.

Non dissimiliter accidet filijs Israel; quia multos dies à vastitate Regni Israelitici, & captiuitate per Assirios facta, tristes consedebunt inter exteras nationes; sine Rege, & sine Principe, sine sacrificio, & sine statua super altari erecta, sine Ephod, & sine simulacris, ex quibus cognoscant futura.

COMMENTARIVM iuxta literam.

RVit Regnum Israel, cum omnium Rex terram inhabitare dignatus est; & iuxta Iacob Prophetiam Genes. 49. dicentem. *Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est.* Tunc Reges, Principesque, ex Iuda sceptris caruerũt, cum aduenit Christus Rex, quæsitus à Magis; & ab Herode, ex matre Idumea, vt narrat Iosephus lib. 4. cap. 17. Regia solia Israel occupante quæsierunt. Vndè Diuus Cirillus Alex. in Genes. lib. 7. de benedictione Iudæ discurrens, ait. *Regnarunt enim Iudęi, & ex sanguine Israelis, ipsis Duces fuerunt, donec Herodes Antipatri filius, è genere Palestinus, qui Tetrarcha cognominatus est, acquisiuit sibi Regnum, sub quo, & ipse natus est Christus expectatio gentium.* Nec solùm cessit ex Iudæ femore Rex, aut Dux, sed Hierosolyma Regis Ciuitas, post Christi internicionem, à Iudæis consumatam, ità fuit interdicta

C Gen. 49.

Ioseph.

D D. Cyrill. Alex.

Iu-

Cum cessa-uit regnare ex stirpe Iuda Verbũ incarnatum est.

Eusebius. Post occisũ Christum vetitum fuit Iudęis ingredi Ierosolymã.

Iudęis, vt vel ingressus in eã fuerit vetitus, quod narrat Eusebius lib.4.histor.Eccles.c.6. ex Aristone Pelleo, dicens. *Aristo Pelleus narrat, vniuersæ genti, scilicet Israelitæ, prorsus interdictum, nè pedem in illam Vrbem Bethera, & vniuersum circumquaq; agrũ Ierosolymitanum inferrent: & legis decreto, institutisq; Adriani vetitum. Ille planè, sic in mandatis dederat, nè, vel ex ediso loco paternum solum oculis aliquando respiceret.* Et iure. qui enim Patrem occiderunt Deum, patria privandi erant. Fuerunt igitur sine Principe, & sine Duce, vti primum, Princeps, & Dux aduenit Christus; indignum enim erat, vt homo Deum habens, alij à Deo subijceretur. at quia recipere noluerunt, sunt vbilibet captiui Hebræi. & pro hoc tempore interpretãda est Hoseæ prophetia: etenim, vt notat Rupertus, solum tẽpore Incarnationis Dominicę, & deinceps, caruerunt Hebręi Principibus, & Ducibus; antea enim, etsi captiui, Iudaici tamen pręerãt Duces. *Hoc enim fuit*, inquit Doctor, *antequam Christus veniret, sed sicut prædixerat Patriarcha Iacob. Non auferetur sceptrum de Iuda, & Dux de fęmore eius, donec veniat, qui mittendus est. vsque ad eius aduentũ, & si non semper Regem, semper tamen habuerũt Principem: itá vt Duces, & Iudices de semetipsis haberent, etiam cum in Babilonia captiui essẽt; nam ibi quoq; iudicia sua, per semetipsos exercuerunt, exempli gratia. Susannam quidem condemnantes, vt ducerent ad mortem, sed reuersi ad iudiciũ, duos Presbyteros, qui falsum aduersus illam testimonium dixerãt, iudicauerunt, & interfecerunt.* Abolitũ est Synedriũ concilium, s.70. Seniorũ, tẽpore ipsius Herodis, vt habetur apud Iosephum Gręcum

Rupert.

A lib.14.antiquitatũ, dicẽtem. *Nam Herodes Regnum adeptus, omnes illos Iudices, & Hircanum quoq; sustulit, excepto vno Semea, hunc enim in honore habuit propter iustitiam.* O quã digna est iustitiæ virtus, quã etiã honorabat Tyrãnus. Post Christũ igitur, sine Rege, & sine Principe fuerũt Iudęi: fuerũt, nec non, sine sacrificio, quia, vt inquit Lyra, nõ possunt Iudęi sacrificare extra Ierusalẽ; ad quã nec regressum ha-
B bent, nec introitũ. Cessante autẽ sacrificio, ad quid altare, quod nõ nisi sacrificijs aptatur? vbi autem, nec sacrificium est, nec altare, superuacanei sunt Sacerdotes, vestesq; sacerdotales, quę in Ephod signantur. Cessauit igitur Rex, Princeps, & Sacerdos. En, quid incurrũt, qui Deo terga vertunt, tẽporalibus priuãtur, & spiritualibus. hic Tyrãnis, in alia vita tradũtur dęmonibus. Variãt Docto-
C res in explicatione Teraphim, nã Cirillus, Theodoretus, & Theophilatus, per Teraphim intelligit Vrim, & Thurim, qui erãt duo lapides in pectore Sacerdotis, per quos futura prędicebãtur. D.Hieron. Haimo, Albert Hugo, & Dionis. Per Teraphim, putãt significari Cherubim, & Seraphim, aliasuè figuras, quę in ornatũ Tẽpli, cedebãt. Genebrard. in Chron. ætat.6. sacras imagines vult per Tera-
D phim signari; & dicit, nequaquam has interdictas Israelitis, sed Prophanas. Alij, per Teraphim, aiunt significari imagines Idolorum, & præcipuè quasdã, quæ domi asseruabant, more Idolatrarum, ac ab ijs responsa accipiebant statutis tẽporibus; obseruabãt.n. costellationes, ijsq; operãtibus, erigebant statuas, ac futurorum recipiebant responsa. Omnes expositiones, possunt sustineri.

N 2 CA-

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus,

ANVLVS XXII.

Benignitas Dei eo tendit, vt suauibus alliciat peccatores ad se.

QVIA DIES MVLTOS, &c.

A DEus,qui natura benignus est, ac peccatoribus neutiquam irasci,sed misereri vult,iustos cõseruat inter illos, vt dignos, pro indignis exaudiens, consociatos asportet ad cęlica:at minimè partibus suis cedens iustitia, vbi saxeum tangit cor peccatoris,in petram adducit Christum; qui nedum ipse in peccatores petra, petras reddit & iustos, vt tum ipse, tum sancti inflexibiles sint erga semper ingratos. tetigit isthæc non summatim D.Bernardus ser. 8.in Psal.Qui habitat. (D. Bern.) vbi expendens illud Dauidis. (Ps.140. 6.) *Absorpti sunt, iuncti petra iudices eorum*. Inquirit, qui nam, Iudices hi sint; & ait,nõ alios,quam Apostolos,quibus sedes pollicitus fuit, cum sedibus, ac otio abrenuntiantes, Domini sequelam,vouerunt;ac pro eis, dixit Petrus. *Reliquimus omnia, & sequuti sumus te, quid ergo erit nobis*.cui Christus, *Vos,qui reliquistis omnia, & sequuti estis me, sedebitis super sedes duodecim*. (Math.19. 27.) Nec sedes hę, in Apostolis limites accipiũt; sed iuxtà sacrorum interpretum mẽtem, omnibus Apostolis coniunctos per imitationem, concedentur. Hos iustos,ait Dauid,absorbendos,ac petræ iungendos.quid est, quod Petrę iungentur hi? inquit D. Bernardus adhærebunt Christo,qui petra dicitur,& quia, qui Christo adhæret, vnus spiritus fit cum illo; ideò absorpti dicuntur iusti, cum Christo adhærent. Sed cur petra Christus?cur iusti in petram transeunt? quod petra est,quod petræ iungitur,inflexibile redditur; dicuntur igitur, sancti iuncti petræ, quia tum Christus, tum Sancti,omnem benignitatis flexibilitatem,ad compatiẽdum peccatoribus, derelinquent. audiatur D. Bernardus. *Tu nè putas, flexibile quippiam inueniendum,in iudicibus iunctis petrę?* B *qui adhæret Deo Apostolus,ait, vnus spiritus est,qui,& petra iungitur,lapis vnus; ad quod sanè Propheta non immeritò suspirans,mihi, inquit, adhærere Deo bonum est;itâ ergo absorpti sunt iuncti petra iudices eorum*. Non flectitur Iudex ad pietatem, nec sanctus ad misericordiam, (Inflexibiles Deus, & Sancti cõtra peccatores.) cum obstinatus peccator cõplet tempora sua, sistiturque Deo. hi peccatores, quos in prophetia recenset Propheta, sedebant pro C maiori parte obstinati in peccatis, expectantes, non amplius, Deum;qui iam venit,sed eum,in quem,ò vtinam non incurrerent, Antichristum; & illorum typus extant,qui obstinatiores ante Iudicem sistentur. Quid igitur est, quod filios Israel, hoc est videntes Deum,nominat Deus? & ait. *Quia dies multos sedebũt filij Israel*. Ex Dei filio;cur filiorum hi nomine decorẽtur?hauriam. D Dilectionem suam erga genus humanum, declaraturus Deus; misit Filium suum, qui naturam humanam assumeret; vt inter peccatores versaretur, quæsiturus peccatores; quod obstupescens D. Fulgẽtius (D. Fulgẽt.) homil. de Natiu. Domini,inquit. *Magnum mysteriũ dilectissimi, magnum diuinæ dilectionis indicium, homo Deum contemnens, à Deo discessit; Deus hominem diligens ad homines venit,dilexit impium, vt faceret iustum;*

iustam; dilexit infirmum, vt faceret sanum; dilexit peruersum, vt faceret rectum; dilexit mortuum, vt faceret viuum. Sed quisnam viuificat? nō nè Spiritus sanctus, de quo canit Ecclesia. *In Spiritū sanctū Dominū, & viuificātē?* Si viuificaturus erat hominem, per peccatum mortuū, Deus; quid est, quod Spiritum sanctum, non misit incarnandum; sed totum negotium commisit Filio vnigenito? dicam, quod sentio. Filius dicitur sapientia Patris, & genito per intellectum tribuitur sapientia; quis autem ignorat, hominem natura ad sapientiam trahi, vndè dixit Arist. in metaph. Oīs homo natura scire desiderat; vt igitur suauitate quadam, ac modo, homini, connaturali, ad se traheret hominē Deus, Filium, Patris sapientiā dedit terris. hinc Thomas Beauxumis tom. 1. Harmoniæ Euangelicæ, ait. *Venit sapientia Dei ad terras, vt hominem, qui totum scire desiderat, suauiter ad se traheret.* O quam benignus est Deus, modos, quibus nos suauiter alliciat, intentat, vt non sui, sui simus; & hinc capio, cur peccatores filiorum Israel nomine notat. Filius, suauitatis agnomen est, & allicit. vt igitur, peccatores hos ad se alliceret Deus, filios nominauit; vt audientes, se filios Patris, reminiscantur, & conuertantur ad Deum. & dixit. *Dies multos sedebunt filij Israel.* Adnotauit isthæc Hieronymus Guadalup. dicens.

Filius Dei tur incarnatus.

Beauxum.

Guadalup.

A B C D

Filios Israel nominat, vt saltem, ex Patris recordatione, alliciantur ad misericordiam.

†

P. Franc. de Franch. in Hos.

ANVLVS XXIII.

Mæstitia pænitentium occupet cor, non enim decet hilares esse eos, qui peccauerunt.

QVIA DIES MVLTOS, &c.

AEdificauit Salomon Deo tēplum, quod pater eius fabricare non valuit; templum inquam, in quo, cœlatura cœlabat altissima Dei penetralia; & maiori decorabatur affluentia mysteriorum, quam lapidum pretiosorum. erexit (vt à cæteris abstineā) in porticu, duas columnas, ità 3. Reg. cap. 7. *Et statuit duas columnas in porticu templi.* quæ decem, & octo cubitorum longitudinem attingebant. exquirit Rupertus Abbas, quid sibi isthæc, decem, & octo cubitorum mensura velit, quidque mysterij mensuret? & ex Aritmeticis eruit arcanum. Certum est, ex ter sex, decem, & octo perfici. at quis ignorat, in ternario Trinitatem figurari, in senario autem, opera sex dierum includi; septima enim die requieuit Deus ab vniuerso, quod perfecerat opere. Cum igitur duas columnas, decem, & octo cubitorum statuit Salomon in templi porticu; docemur, quod fidem Sanctissimæ Trinitatis profitētes, ab opere, nusquam cessare debemus. Tria sunt nostræ vitæ tempora apta laboribus, in omnibus his, otijs vale est dicendū, laborādum est semper; adest Rupertus lib. 6. de Trinitate, & operibus eius cap. 19. in 3. Reg. *Decem, & octo cubitorum altitudinis, columnam vnam, inquit. numerus iste ab omnibus adorantibus in templo Domini, fidem simul, & opera certatim exigit. Numerus ista altitudinis sub ternario*

3. Reg. c. 7 21.

Trinitatis fidem profitentes operentur semper.

nario, senarioque, continetur, ter autem sex, vel sexies ter, decem, & octo sunt; Ternarius Trinitatis fidem, senarius, quo numero Deus opus mundi explicuit, significat operationem: vt ergo, & rectè credamus, & bonum ad omnes operemur, singulę columnarũ, communibus exurgunt numeris. En, vel ab antiquis temporibus, cum non feruebat amor, & charitas nobis per Euangelij legem promulgata, adhuc otia interdicebãtur. Quid igitur est, quod, quæ nõ permisit Salomon, imò Spiritus sãctus in Salomone, indicit Deus, & inquit. *Quia dies multos sedebũt.* Cur sessio otij symbolum indicitur, vbi operatione opus est? adduco Tertullianum lib. 5. de pœnitentia, qui de luctu peccatoris loquens, sic ait. *Ità exemologesis prosternendi, & humilificandi hominis disciplina est; conuersationem iniungens misericordię illicem.* Allicit misericordiam pœnitentis humilitas; misericordia enim miseriarum compassio est. Cum igitur pœnitens se humilificat, ac in pęnitentia prosternit, allicit misericordiam. hic est Tertulliani sensus. sequitur. *De ipso quoque habitu, atque victu mandat, sacco, & cineri incubare, corpus sordibus obscurare, animum mœroribus deiicere.* Hoc pœnitentium proprium est, abesse à gaudijs, peregrinariã lætitia, fieri ciuis męstitiæ, cinerique incubare. benè incubare, vel, vt custodiat, vti auarus thesaurum, sicuti exponit Cerda in Tertull. vel, vt fructus habeat ex pœnitẽtia, pariatque cinis cœlum, quod pęnitentiæ partus est. Itaque ex Tertulliani doctrina pœnitentes ad planctum vocantur, & mœrorem; nec distat hic à Deo, qui vocans ad se peccatores, inquit. *Cõuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio fletu, & planctu.* En, conuersio, & planctus, & mœror. Vulgatum autem est, in sessione luctũ mœroremque significari; indixit Ieremias, vbi mœrorem suæ Ciuitatis deplorans, sic luxit. *Quomodo sedet sola Ciuitas plena populo, facta est, quasi vidua Domina gentium.* Quia autem hos ad pœnitentiam vocitabat Deus; ac pœnitentia ab omni gaudio abesse debet, męrorque, & planctus in sessione inspicitur: ideò dixit. *Quia dies multos sedebunt, &c.* Firmat Albertus Magnus. *Sedebunt, quasi contracti, & mœsti homines, sicut pęnitentes sedere consueuerunt.*

Tertull. — Cerda. — Tren. 1, 1.

VERSVS XXIV.

Pius Dominus peccatores non destituit, vt sua prouidentia erga peccatores eluceat, non resipiscentes tandem, non curat.

QVIA DIES MVLTOS, &c.

NEdum diuidit à Deo peccatum, sed otium à bonis operibus; nec enim inculpabilis otiositas ista est, gehennæ rea, quæ à lignis infrugiferis optat pabulũ, vndè illi aptat diuinę iustitię ęqua manus. Obseruauit hoc D. Augustinus, vti sententiam ex ore æterni iudicis in reos audiuit, quæ talis est. *Ite maledicti in ignem ęternum, qui paratus est diabolo, & Angelis eius, exuriui enim, & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi bibere, &c.* Nil mali, positiuè, exprimit Dei decretum, non allegat furta, nec prolata maledicta: hoc damnat Iudex, quod à benefactis abstinuerunt; & à bonis operibus vacãtes, nusquam otiosæ destinauit gehennę. Ac-

D. Aug. — Math 25. — *Non benè operantes adiudicãtur ad gehennam.*

Accedat D. Augustinus lib. de Doctrina Christiana. *Non solùm hoc, à Christiano quæritur, vt malo careat, sed vt exerceat bonum; qui etiam, si nec quid mali, nec boni fecerit, tamen ad æterna vitæ præmium, non admittitur, sed gehennæ ignibus mancipatur; sicut in Euangelio Dominum dixisse legimus, de ijs, qui mali faciunt nihil, nec tum aliquid boni operantur. Discedite à me maledicti in ignem æternum, quem præparauit Pater meus diabolo, & Angelis eius, esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c.* Bonus est Deus, nec ei, nisi, qui boni sunt, adhærere possunt: non sufficit non esse malos, oportet esse bonos, quia, & hoc est esse malus, non esse bonus; vndè sequitur idemmet Sanctus Doctor. *Neque enim Deus hoc tantum quæri: à nobis, vt mali nō simus, sed vt efficiamur boni.* Quod si, vel non operantes mala, expellit à se, sociat flammis; quid est, quod in Prophetæ Hoseæ persona, vocat ad se adulteram, vt superius dictum est, adducit domum, habet secum, & quia iniqua, ei non commiscetur, & est nomine, non re maritus? Nunquid, vt velet adulterium, celetque opprobriū, & ea, quæ fuerat adultera; minimè talis indicetur, cum in proprij mariti ædibus adulterinum edit partum? & huc tendere potest Deus, semper peccatorum honori consulens. Sed alio nunc vocor. vxor, cum domi est, nō sub alterius viuit prouidentia, quàm mariti, vel iure, prouidebit vir vxori. vt manifestet igitur Deus, sua prouidentia nusquam destituere peccatores; idcircò in persona Hoseæ, domi vna cum adultera cohabitat vxore. ità Teodoretus. *Idcircò Propheta simul cum muliere, in nefarijs facinoribus ver-*

Deus peccatorū cōsulit honori.

Teodoret.

A *sante habitabat quidem, vt Dominus iusserat. Veruntamen matrimonij consuetudine non vtebatur: ex quo fit, quod Dominus, non penitus sua prouidentia populum spoliauit.* Hinc ait D. Augustinus, nusquam dum viuunt peccatores spernendos, aut desperandos, quos etenim sua prouidētia nō destituit Deus, desperationi dare impium est. Ità lib. 1. retract. *De quocunque pessimo in hac vita constituto, non est vtique*

B *desperandum, nec pro illo imprudenter oratur, de quo non desperatur.* At ecce, quid sequitur prophetia. *Dies multos sedebunt filij Israel sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine Teraphim.* Quid est, quod, quos sua destituere prouidentia non vult Deus, talibus priuat auxilijs? cur ijs orbantur, quæ ad salutem conducunt? & sacrificia, quibus Deus ad pietatem incli-

C natur, exturbantur? en, quid ait Propheta. *Sedebunt.* adducit domum; prouidentia non destituit; expectat, vt de præteritis, pœnitentiam agant, vitentque futura peccatores; at ipsi, nec tot adiuti misericordijs, surgunt; quid tunc Deus? sedet & ipse, & derelinquentes se derelinquit, ac ferè omninò à talium peccatorum curatione vacat. Ità Teodoretus. *Vndè, quid agendum, non premōstra-*

D *bitur, omnique penè eorum curatione vacabo.*

D. Aug.

Peccatoris conuersionē ne desperemus

Teodoret.

ANVLVS XXV.

Exteros Principes nil, nisi peccatum populorum, vocat ad regimen.

QVIA DIES MVLTOS, &c.

Valde bona, omnia vidit Deus creata, creato homine,

ne, creatorum terrenorum omnium illicò creato Principe; subdidit enim Deus omnia pedibus eius, nec aliundè voluit, formauitq; hominem, nisi è terra. expeto, cur terrenis terrenum preficit? cur non è cęlis aduocat terrenorum Principem?en, quid, vel ab initio, docet nos diuina sapiētia, vt scilicet, non exterus, non alienigena, non ignotus eligatur in Principem, siue Prælatum. hoc adnotauit Chrysologus ser. 148. dicens. *Hinc est, quod feci te esse de terra, vt esses tu Dominus terrenorũ; & esses ipsis, in ipsius substantia communione communis.* Quid non molitur, quid mali non inducit Prælatus exterus? dissipat concordiam, nutrit rixas, punit absque pietate, impius pijs est, piusque impijs. stat pro ijs Herodes primus in Iudæa exterus Princeps, vt adnotauit D. Aug. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 45. dicens. *Non ergo defuit Iudaorum princeps ex Iudais, vsque ad istũ Herodem, quem primum acceperunt alienigenum Regem.* Hic de casu sui Regni suspectus, quid primo molitur? O, Innocentes occidit, dissipauitque in Innocentibus occisis, innocentiã. *Herodes*, inquit Chrysologus ser. 152. *peremit innocentes, volens innocentiam deperire.* Hi sunt exterorum Prælatorum fructus, hi partus; simulant deuotionem, vt proprius non imperet Rex. ac hypocrisi nutriti perimunt innocentiã, exterminant iustos, ac nil in eorum Prælatura conspicitur, nisi sanguis. adorationem simulabat Herodes, vt proprium Iudæorum Regem extingueret, ac tandem, vt ipsum Regno priuaret, Innocētes, paruulosq; occidit, voceque, qua clamarent propriũ Regem, priuauit, qui nec dum loqui sciebant.

Nō sit exterus Prælatus.

Chrysolog.

D. Aug.

Herodes primus Princeps alienigena.

A Exterus Princeps, Herodes est, quid ni mali, expectari potest? sed quid est, quod is perseuerat Rex, qui exterus est? audiunt Hebræi Christum natum, sciunt ex scripturis Bethelem partui destinatam, & Magis Regem Iudæorũ, quærentibus, ipsi proprium refugiunt, & Christum non quærunt; & quia à Christo abeunt, incurrunt Herodem Regem alienigenam. ex quibus, cur populo Israelitico, negetur Rex proprius, haurio; dum inquit Propheta. *Quia dies multos, sedebunt sine Rege, &c.*

B Sedebant illi, nec Deum verum, & proprium Regem, Regumque Principem requirebant: quia autem à Deo fecerant casum, ideò in propriorum peccatorum pœnam, proprijs, naturalibusque Regibus priuati, alienigenis subijciuntur. Quod quam malum sit, audiant à D. Hieronymo, in hunc

C locum Hoseæ; ipse Rupertum adduco dicentem. *Nam, quia Regem suum Christum, non requirunt; nec Regem, nec principem de semetipsis habere digni sunt.* Pœna est peccati, non requirentium Christum, proprio Prælato priuari, exterisq; subijci, & vox crucifigere volentium Dominum est. *Non habemus Regem, nisi Casarem.* Exterum, scilicet, Prælatum; vti Cæsare extollunt, cum Christum expellũt. sed

D quid Cæsar erit his? emolumentum forsan? absit, vt sentiant hi emolumentum, qui tantam iniuriam populo suo faciunt; dixit Iudæis Pilatus. *Regem vestrum, crucifigam?* cap. 19. ac si diceret; quid deliramini? proprium, & ex carne vestra, proijcientes Regem? seruate vobis Regem; fortè ex sanguine vestro, orietur Rex. at illi confugientes ad exterum dixerunt. *Non habemus Regem, nisi Casarem.*

Rupertus.

Ioan. 19.

ſarem. Quis hic Cæſar, niſi qui vos ſupplicio diſtrahet, priuabit bonis, orbabit pace, ac crudeliter trucidabit? bellè Diuus Chryſoſtomus in Cat. *Volentes, ſeipſos ſubmiſerūt ſupplicio, propterea, & Deus tradidit eos. quia ergo concorditer negauerunt Regnum Dei, dimiſit eos in ſuum iudicium incidere; Regnum enim Chriſti refutantes, id, quod Cæſaris eſt, ſuper ſeipſos votabant*. Expendant iſthæc, qui ad Prælatos confugiunt alienos.

D. Chryſ.

ANVLVS XXVI.

Iniuſtitia craſſatur, vbi cedit Rex.

QVIA DIES MVLTOS, &c.

Corruit Reſpublica iuſtitiam puniens, ac à ſe longè ablegans, pedibus careat iuſtitia, vt ſiſtat immobilis; ſedem enim, quam ipſa non occupat, latrocinia, ſeditiones, iurium violatio, innocentiumque oppreſſio tenebunt. hæc, vbi ſunt, quis dicat, non peremptam Rempublicam; vti enim dixit dixit Diuus Auguſtinus lib. 2. de Ciuit. Dei cap. 2. recolens Scipionis de Republica definitionem; illa eſt Reſpublica, in qua vnicum conſenſum cuſtodiunt iura, ad iura. *Recolit Scipio ſuam, atque commēdat breuem Reipublicæ definitionem, qua dixerat eam eſſe rem populi. Populum autem, non omnem cœtum multitudinis, ſed cœtum iuris conſenſu, & vtilitatis communione ſociatum eſſe determinat*, & ſubiungit. *Cùm verò iniuſtus eſt Rex, quem Tyrannum, more græco appellauit; aut iniuſti optimates, quorum conſenſum, dixit eſſe factionem; aut iniuſtus ipſe populus, cui nomen vſitatum, non reperijt, vt etiam ipſum tyrannum vocitat, non iam*

D. Aug.

Reipublicæ definitio, quæ.

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

A *vitioſum, ſicut pridem fuerat diſputatum, ſed ſicut ratio ex illis diffinitionibus connexu docuiſſet, omninò nullam eſſe Rempublicam*. Perdit ſuam eſſentiam Reſpublica, iuſtitiæ forma priuata; quæ quidem iuſtitia, & ſi omnes afficiat, Regi intrinſeca eſſe debet, fluit enimuerò ab ipſo ad omnes, velut à fonte. Hinc vbi Chriſtus Dominus noſter, crucis ſuſcepit inſignia; Regiſq; titulum, illū noluit,
B ſine agnomine Nazareni, hoc eſt floridi, ſiue floris, ſcripſit etenim Pilatus. *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum*. Nec à myſterio eſt alienū, vbi agnomen hoc, Regię iuſtitiæ, præiudicare videtur. quid iuſtitia, niſi conſtans, perpetuaq; voluntas ius ſuum vnicuique dandi? quod ſi perpetua debet eſſe volūtas iuſtitiæ in Rege: cur cum Rex Chriſtus, tūc flos, Nazarenus, tunc floridus, vbi mox mox marceſcunt
C flores, ac ad paululū eſtuātis caloris decidūt ſtatū? Scio Dei noſtri amorē cōmendare poſſe hunc florē, in cruce etenim poſitus Nazarenus, & floridus ſignari voluit; vel quia floreſcit Paradiſus, & Chriſtus dolores pro nobis aſſūptos Paradiſū, gloriāq; exiſtimabat; vel quia citius tranſeuntē ſignare voluit pęnā illā, quæ in florē ſtatim decidentē ferebatur. O, præclara amoris victoria, admirāda Dei erga genus humanum dilectio. Aſt, ſi cum Ieſu patiente
D benè ſtat flos, non cum Regnante; quid eſt, quod tunc flos, floridusque, cum Rex. *Ieſus Nazarenus, Rex Iudæorum*. Adduco iuſtitię viſcera, vt latēs aduertam myſteriū. illa ſapiētia eſt; non viuit iuſtitia, niſi ſapientia, viuificata; vndè, dum regnat, iudicatque Deus; Cherubim plenos, ſcilicet, ſapientia ſpiritus, ſubigit

Io. 19. 19.

Chriſtus dolores pro nobis exiſtimabat paradiſū.

Dolores ſuos citò tranſeuntes edixit Chriſtus.

O Thro-

Throno. præsto est Dauid Ps.98. A dicens. *Dominus regnauit irascantur populi, qui sedes super Cherubim, mouetur terra. & deinceps, honor Regis iudicium diligit.* En Rex, en iudicium, sed non sine sapientia, vbi sedet, ibi plenitudo scientiæ emicat, quid enim Cherubim, nisi plenitudo scientiæ? & in iure habemus, l.omnium, C.de test. Bonus Rex debet habere omnia iura in scrinio pectoris, & l.penult.C. de his. Rex debet esse plenus B scientia, fœlicesque illæ dicuntur Respublicæ, vbi, aut Reges Philosophi sint, aut Philosophi regnant, iuxta Platonis doctrinam, in his enim non claudicat iustitia; Mox ad antiquorum mores. illi, flores ad Magistrorum, sapientiũque virorum sepulchra afferebãt, quasi sapientiæ indicia, flores sint, quapropter Marcus Antonius apud Capitolinum, Magistrorum sepulchra floribus ornabat. Ex C quibus, cur Christus, cum Rex, tunc floridi agnomen habere voluerit, colligo. Rex in iustitia regnare debet, quia autem non sine sapietia, iustitia; & in floribus emicat sapientia, idcircò, cum Rex, tunc floridus, scilicet sapiens, ac proindè iustus, nominari voluit Christus, scripsitque Pilatus. *Iesus Nazarenus, Rex Iudæorum.* huc tetendit, dum dixit de Christo Propheta, *& regnabit Rex, & sa-* D *piens erit, & faciet iudicium, & iustitiam in terra.* Nec erit absurdũ, vel ipsam iustitiam appellare florem; cum florescentem aspicit iustitiam D. Chrysostomus hom. 3. in cap.3. Math. dicens. *Iustitia in tentationibus floret.* Floridus igitur est Christus, dum regnat. quia Rex non est sine iustitia; alioquin non Rex, sed Tyrannus, vt ex Diuo Augustino habuimus. Non abeo à Christo in crucis solio sedente, inspicio sceptrum, & admiror ferreum; trahit ad se à terra eleuatus populos, & gentes, quas à Patre postulauit, iam obtinet; & regit in virga ferrea, iuxta Dauidis præuisa, cum dixit. *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possionem tuam terminos terræ; Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Hinc clauos accipit, clauisque configitur manus, nusquam ferreo sceptro priuanda. Scio Diuum Augustinum, in virga, sceptroque, quo figuli vasa facilè conteruntur. *Et tanquam vas figuli confringes eos.* diligentiam, qua Reges Prælatiuè, erga subditos suos, vt praua terreaque opera ab eis relegent, pollere debeant, inculcare. ait enim. *Conteres in eis cupiditates terrenas, & veteris hominis lutulenta, & quidquid de peccatore limo contractum, atque inolitum est.* Inuigilent Prælati, qui à Cælo Regnum acceperunt, non enim est potestas, nisi à Deo, & vel impij Deo disponente, euehuntur ad solia; nec Pilatus iudicat Christum, nisi à Cœlis accepta potestate. *Non haberes potestatem in me vllam, nisi tibi datum esset desuper.* Inuigilent, inquam, vt nil lutulenti, terrei nihil, habitet in subiectis, sed cum è Cœlis habita potestate, quidquid cœlicum est asportent in subiectos. sed non cesso. ferreum admirari sceptrũ; etenim firmat clementia Regna; vti extat apud Claudianum. Clementiæ præceptum, hæreditarium decus liquit Theodosius filio Honorio. *Sis pius inprimis; nam cum vincamur in omni. munere, sola Deos æquat clementia nobis.* Ac crudelissimo, cui-

Ps.98.1
L. omnium, C. de test.
Rex sit sapiens.
Io.19.19.
Isai.
Chrysost.
Ps.2.8.
D. Aug.
Prælati in subditis conterant opera terrea.
Io.19.11.
Claudian.

cuidam Regi, cum Baſilicus fuiſſet oblatus, ità herbæ proprietas declara fuit; hæc tacta olfacit, preſſa, ſcorpij genitrix eſt: quo dicto à crudelitate caſum facere Regi, vt clementia regnaret, fuit ſuaſum. quod ſi Agninus debet eſſe Rex; quid eſt, quod Agnus noſter Chriſtus, in cruce regnans ferreo ſceptro, clauo, ſcilicet, Regna gubernat? at hoc habet ferrea virga, vt curuitatem declinet, à rectitudine nequaquam deuiaſit. vt igitur idem eſſe, & iuſtum eſſe, & Regem, indicet Dominus, ferreum apprehendit ſceptrum, regitque in virga ferrea. huc tetendit D. Auguſtinus, dicens. *Reges eos in virga ferrea, id eſt, in inflexibili iuſtitia*. Ferreo ſceptro regnant Reges, ferreiſque vinculis ligantur, nè putent libertatem in ſolijs adinueniendam Prælati, carcer eſt ſedes, compedes ſcabellum pedum eorum. non ſilet Dauid, ſed clamat. *Ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis*. Non ſunt, niſi ligati Reges, niſi compediti, non vagentur, non alijs Regni negotia dimittant, ipſi ad alia peragrantes; ſed aſſideant, ſitque eorum Catena, Regimen, ligamina ſint ſubditorum negotia, à quibus auerti minimè poſſint. benè equidem. ſed adhuc quærerem, cur ligatum expetat Regem Dauid, ipſe Rex; non nè Regis poteſtas, non libera, deficit? non nè Regis voluntas alijs lex eſt, ſibi nuſquam lex, ſed libertas? etenim Princeps legibus ſubditus non eſt. cur ergo ait Propheta. *Ad alligandos Reges eorum in compedibus?* Sed audio Salomonem, non liberam dimittentem Regis voluntatem, ſed iuſtitiæ adiungentem. *Voluntas*, inquit, *Regum labia iuſta.*

D. Aug.

Pſ. 149. 8.

Prælati aſſideant negotijs ſubditorum.

Prou. 16. 12. 13.

A Nec firmum conſpicit ſolium, niſi iuſtitia ſtabilitum. *Iuſtitia firmatur ſolium*. Hæc autem iuſtitia compedita adpingebatur; quia igitur in iuſtitia, inſeparabilem ducere debet habitationem; ideò ligatos, compeditos concupiſcit Dauid, & ait. *Ad alligandos Reges eorum in compedibus*. Adeſt D. Auguſtinus. *Ipſi ſunt, tanquam in compedibus, & tanquam in vinculis, nec progrediuntur ad illicita*. Quia au-

B tem iuſtitia omnes regente, orbãdus erat populus Iſraeliticus in ſuorum pœnam peccatorum; idcircò, ait. *Sedebunt ſine Rege*. aſtat Albertus Magnus. *Sedebunt ſine Rege, quia iniuſtitia regnat, nam in iuſtitia regnabit Rex*.

Iuſtitiæ pictura.

Prælati ſint iuſti.

D. Aug.

Albert.

ANVLVS XXVII.

C *Sacrificium Deo eſt ſpiritus immaculatus; & obdurato peccatori aliqua digna Deo auferuntur, quibus inueniat miſericordiam*.

QVIA DIES MVLTOS, &c.

SVrdo Iſraeli, peccatorum typo, Dei voces nõ inſonabant; vndè, & eas repetebat, qui audiri volebat Deus, eius ſaluti ſemper conſulens, vndè Pſal. 49. per Dauidem, dicebat. *Deus, Deus tuus ego ſum*. Repetit Dei nomẽ, nuſquam

D multiplicata eſſentia, vt Deum & audiret, & eius iuſſis reuerenter obtemperaret. Ità D. Chryſoſtomus in præſentem locum. *Non temerè poſita eſt conduplicatio, ſed quoniam ijs loquebatur, qui erant ſurdi, & orbi, & nullo ſenſu præditi; loquitur de eius dominio, mox futuræ narrationis optimum hinc ſumens exordium, oſtendens eos, illi debere libertatem, & æquum eſſe, vt illi ſoluant debitum, tanquam ſerui Domino, tã-*

Pſ. 49. 7.

Deus audiri vult. D. Chryſ.

quam opera opifici, tanquam maximis beneficijs, & honoribus affecti. Erubescit quodammodo Deus, cùm à vili seruo non auditur, cum duræ ceruicis, propria factura, Factoris nō agnoscit beneficia; cum honoribus cumulata, decorâtem tot præcellentijs, non honorat: vndè multiplicatis vocibus sese facturæ suæ Deum, Dominumq; testatur. & quid post hæc? audiamus quæso. *Non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper*. Non ingrata erant Deo sacrificia, accipiebat in suauitatis odorem. quid igitur est, quod Israelē, defectum sacrificiorum, minatur, & ait. *Quia dies multos sedebunt sine Rege, &c. sine sacrificio, sine altari*. ast nolebat sacrificia ab Israeli Deus; quia nequaquam sacrificia erāt. quod, vt percipiatur, audiendus est Diuus Augustinus lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 5. vbi describens sacrificium, ait. *Sacrificium ergo visibile, sacrificij sacramentum, idest, sacrum signum est*. Non est sacrificium, nisi inuisibile sacrificium signet; hoc si deest, nec Deo offerendum est; enimuerò hypocrita sacrificium est, speciem sacrificij habet, à re autem sacrificij, longè est alienū. quid autem res sacrificiorum illorum fuerit, statim, signat D. Augustinus ex Dauide. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum*. & Sanctus Doctor, inquit. *Intueamur, quemadmodum, vbi Deum dixit, nolle sacrificium, ibi Deum dixit velle sacrificium, nō vult ergo sacrificium trucidati pecoris, sed vult sacrificium contriti cordis*., dixerat iam. *Holocaustis non delectaberis*. & demum. *Sacrificium Deo, spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum Deus non despicies*. Et vbi illud respuit, hoc odorat, approbat hoc, ablegat illud, vti vacuum, vti titulum sine re, hinc, & in superioribus, dixit. *Non in sacrificijs tuis arguam te, holocausta autem tua, in cōspectu meo sunt semper*. Tua, idest tui, externa illa, signa sunt purificati cordis, quod Deus acceptat, & optat, quamobrem dixit Diuus Chrysostomus loco supra citato. *Deum non fumo, nec nitore; sed per optima vita institutione, incorporea, & in mente sita, colere, & adorare oportet*. Et Diuus Augustinus, puritatem, qua nosmet Deo offerre debemus, inculcans, eam nō alienam ab illa, qua primi nostri parentes, adhuc in Paradiso innocē. tes, & cœlici fulgebant, esse debere, docet; quamobrem lib. 20. de Ciuit. Dei cap. 26. exponens illud Malachiæ 3. *Et placebit Domino sacrificiū Iuda, & Ierusalem, sicut dies seculi, & sicut anni antiqui*. ait, ea sacrificia Ierusalem, Deo placere, quæ annorum antiquorum sacrificijs similia sunt. sed, quæ nam hæc? illa quidem, in quibus non hircos, & capras, non vitulos, sed semetipsum immaculatum, antequam peccaret offerebat Adam, primus parens. audiatur Diuus Augustinus. *Fortassis enim, tempus illud commemorat, quo primi hominis in Paradiso fuerunt: tunc enim puri, atque integri ab omni sorde, & labe peccati, hostias offerebant*. & deinceps. *Nulli tempori comparandum est, nisi quando primi homines in paradiso, ante præuaricationem innocentissima felicitate vixerunt*. Hæc sunt Deo digna sacrificia; spiritus est Deus, nec nisi spiritu puro, immaculatoque delectatur. *Spirituali Deo*. inquit Zeno Episc. Veronens. in Ps. 49. serm. de triplici genere sacrificiorum. *Sacrificium est necessarium*

Marginalia: Psal. 49. — D. Aug. — Ps. 50. 19. — Sacrificiū, quodnam Deus velit — Ps. 50. 19. D. Aug. — Ps. 49. 8. — D. Chrys. — D. Aug. — Puritas, qua nosmet Deo debemus offerre. — Malach. 3. 4. — D. Aug. — Zeno.

rium ſpirituale, quod non ex ſaeculo, ſed ex corde; quod non bramoſis pecudibus, ſed ſuauiſſimis moribus comparatur; quod non cruentis manibus, ſed ſenſibus mundis offertur; quod non iugulatur, vt pereat, ſed ſicut Iſaac immolatur, vt viuat. Illud eſt omninò Deo gratum ſacrificium, quod terreum omne vitat; ac dignum gloria iudicatur, imò glorificatū eſt. noto propter hoc, id, quod idē D. Auguſtinus lib. 20. de Ciuitate Dei ſupra citato adnotauit: hic dignam Deo contēplans hoſtiā, illuc videtur inclinare, vt ignis, propterea à Deo ante ſuum ſecūdum aduentum ad glorificandos homines, ſit inſtitutus, vt purificata cuncta, hominesque Deo offerat, omni, quouiſq; terreno abſolutos. *Proindè*, inquit. *Quia poſt iudiciū, cum fuerint etiam igni mundati, qui eiuſmodi mundatione ſunt digni, in omnibus ſanctis nullum inuenietur omninò peccatum; atque ita ſeipſos offerent in iuſtitia, vt tales hoſtia omnimodà immaculata, ac ſine vllo vitio, ſint futura.* Perfectam, Deo caram, ac iuxta priſtinorum dierum hoſtias, reddit Deo animam ignis. quod ſi à D. Auguſtino ſecedere indecens eſt; nè queſo inconueniens iudicetur meum aſſertum; illic ſcilicet, iudicare nos poſſe, conflagraſſe ignem, vbi cinis conſpicitur. & quis abneget hæc? cum ignis effectus ſit cinis, dicente Propheta. *Et eritis quaſi de incendio cinis.* Aſpicio in Seraphico meo Patre Franciſco cinereum tumulum, adopertum video cinere; ergo igne combuſta ſunt, nè dum eius anima, ſed corpus. quod ſi illud Deo dignum, innocentiſſimum, immaculatumque ſacrificium adiuidicat Diuus Auguſtinus, quod ignis purgauit; vtiq; Seraphicus meus Pater im-

D. Aug.

Ignis, cur praecedet iudicium.

Iſai. 33. 12.

D. Franciſcus hoſtia Dei, ſimilis animabus glorificatis.

* P. Franc. de Franch. in Hoſ.

A maculata hoſtia, pura innocens, ac pœnæ ſimilis animabus glorificādis, adhuc in vita exiſtens, hoſtia cenſenda eſt. En, deuius eſt calamus; ſed nunquid deuius filius, ad patris brachia cedens? hęc ſunt ſacrificia, quæ Deus expetit, hæc requirit, non vile pecorum germen; ſigna ſunt, nomina ſunt, ſacrificia, quæ Moyſes inſtituit; quia verò non res ſacrificiorum, ſed ſacrificia offerebant vmbratilia Iſraelitæ, ideò, vel vmbratilibus his
B priuandi erāt, & ait. *Quia dies multos ſedebunt, ſine Rege, & c. ſine ſacrificio.* Vndè Zeno loco citato. *Exhibete corpora veſtra, hoſtiā viuentem, ſanctam, Deo placentem: hoc enim placitum eſt Domino; vbi ſeipſum candidus animus immolauerit Domino; cætera autem nihil proderunt, ſi colentis meus, pura non ſit, in Eccleſiaſtico, Salomone clamāte; Dona iniquorum, non acceptat Al-*
C *tiſſimus*. ad quid ieiunia, ſi mens plena iniquitate, peccata eructat? ad quid vigiliæ, ſi in peccatorum lectulo dormitat anima? ad quid flagella, ſi ſapor criminum, ſpiritum obdurauit? ad quid elemoſynæ, ſi fameſcit anima, ſemper iniuſta? nunquid ſacrificia iſthæc Dei altaria occupabunt? nuſquam vita æterna viuet, qui taliter ſe iugulat. Verum aliud latet in hoc ſacrificiorum defectu myſterium,
D quod mox ex Origene patefaciā. Perrexerat Balaam ad Balach Moabitarum Regem, vt Dei populo malediceret, quod, pręcepto Dei detentus, exequi minimè potuit, vt habetur Num. 23. imò è contrario pro maledictione, benedictione cumulauit. Tunc Rex priorem derelinquēs locum, aliò ſe tranſtulit; fortaſſe loci mutatione Dei voluntatem immutare ſperans; vndè Balaam dixit. *Veni, &*

Zeno.

Nu. 23. 27

& ducam te ad alium locum, si fortè placeat Deo, vt indè maledicas eis. Cumque duxisset eum, super verticem mōtis Phogor, qui respicit solitudinem, dixit ei Balaam: Aedifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, eiusdēq; numeri arietes, &c.

Nu. 23. 27

adnotat cuncta Origenes, & primo, locum, quē idolatra Rex elegit, qui Phogor fuit, qui interpretatur delectatio; huc ducit diabolus homines, vt à Deo auertat, nil ità Deo terga vertere facit, vti delectatio, & præcipuè venereorum; huc igitur ducit Balach, diaboli typus, quos vult Deo aduersarios. audiatur Origenes. *Eos quidem, quos Deus vocat, imponit eos in vertice montis Sinai, hic autem Balach, qui Deo contrarius est, imponit Balaam, in vertice montis Phogor; Phogor autem interpretatur delectatio: In vertice autem delectationis, & libidinis imponit homines iste Balach. amator est enim voluptatis, magis, quam Dei, & idcircò imponit eos in summitate, & vertice voluptatis, vt excludat eos à Deo; excludens enim, & deuoratio, interpretatur Balach.* Benè Balach, Phogor, ideſt, delectationi venereæ iungitur, quia, vbi quis ab hac delectatione possidetur, exclusus à Deo, Deo in æternum priuabitur. prosequitur Origenes suum sermonem, ac expetit, cur, qui nil, cum diabolo vult habere commune, Deus ea expoſcat, quę diabolo placent, sacrificia etenim, & homines dæmonijs sacrificabant; ast aliud est Dei, aliud diaboli signum; iste cruenta animaliū sacrificia vsurpabat, vt crudelitas hominum inciperet in animalibus, & terminum acciperet in hominibus, vti adnotauit loco iam citato Diuus Chrysostomus, dicens. *Dęmones humanum sanguinem sitientes, & eos, scilicet, homines ad has cędes volēs pellicere, paulatim, hac petebant assiduè.* Vt ex animalium iugulo, alterutrum occidere addiscerent homines, sacrificijs delectabātur dęmones, atque in his, animarum apud inferi flammas, cremandarum, holocausta odorabant; bibebant hircorum sanguinem, maiori crudelitate humanum sanguinem sitientes. at non sic Deus, sed voluit sacrificia, primo, vt ab idolorum sacrificio Israeliticum populum auerteret. Secundo, vt delibans in his suummet offerendū in cruce, peccata sacrificantibus dimitteret; accipiebat ea, quæ dęmonijs sacrificabantur; vt venenum verteret in salutis antidotū, ac viperam in theriacam. accedit Origenes. *Moyses, hac ad duritiam cordis eorum, pro consuetudine pessima, qua imbuti erant in Aegypto, mandauit eis; vt qui abstinere se non possent ab immolando; Deo saltem, & non dęmoniis immolarent. Videndum tamen est, nè fortè sit, & aliqua sacrificandi Deo occultior, ac secretior ratio; nè fortè, inquam, sacrificia, quæ Deo offeruntur, ad destructionem fiant eorum sacrificiorum, quę dęmonibus immolantur; vt quia per illa vulnerantur animę, per hęc sanentur; serpentum namque venena depelli medicamentis, nihilominus confectis ex serpentibus perhibent; ità ergo; & sacrificiorum dęmoniorum virus, per sacrificia Deo oblata, depellitur.* En, ad quid Medicus cœlestis per Moysen sacrificia instituit, vt scilicet per hæc peccata deleret; quod quomodo fiebat, scis ex sacris Theologis; qui ex opere operantis, hoc concedunt. Cum igitur, cessationem sacrificiorum, obduratis peccatoribus indicit Deus, dicens. *Quia sedebūt, sine Rege, &c. sine sacrificio, &c.* per quæ

Delectatio venerea à Deo abducit.

D. Chrys.

Dæmōpel licit ad homicidia.

Sacrificiū, cur Deus voluerit.

Origen.

quæ peccatorũ venia à Deo obtineri ſolet, dicas, obduratis peccatoribus à Deo peccatorum veniã non impertiendã: & hoc iuſtè, ritèq; factũ, puta, quia in ſceleribus permanent. hinc Albertus. *Et ſine ſacrificio, quo ſcilicet expiari poſſint peccata. Dan. 3. non eſt in tempore hoc Princeps, & Dux, nec holocauſtũ, nec ſacrificium, vt poſſimus inuenire miſericordiam.* Non ceſſet igitur noſtri cordis contriti ſacrificium Deo, vt miſericordiam inueniamus.

Albert.

ANVLVS XXVIII.

Exemplar nobis Sanctorum vita eſt, quibus, quicunque ad peccata præcipites ſunt, priuantur.

QVIA DIES MVLTOS, &c.

Haud miror Paulum ſalutis proximorum zelotem; qui cupiebat anathema eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis; hoc eſt pro fratribus pœnas ſubſtinere; ac tribulationibus vſque ad mortẽ concuti (hoc enim anathema præſefert quandoquidem, qui pro alijs; ſiuè pro tota Ciuitate pęnas luebant, ac omnium peccata, in ſe ſuſcipiebant, anathema dicebantur) nedum alijs optimorum exemplorum formam inculcaſſe, quod fecit, ſcribens ad Titum, dicens. *In omnibus temetipſum præbe formam bonorum operum.* Sed ſemetipſum adamuſſim his pręſcripſiſſe; dixit etenim ad Corinth. ſcribens. *Rogo ergo vos, imitatores mei eſtote, ſicut & ego, Chriſti.* Quem locum D. Chryſoſtomus diſpungens, hom. 13. ſic Pauli mentem aperit. *Papæ quanta magiſtri fiducia, quam certa ſimilitudo, & cum*

Anathema, quid ſignificet.

Epiſt. 2. 7. ex græco.

1. Cor. 4.

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

A *alios ad hoc hortetur; non tamen, vt ſe laudibus efferat, hoc facit, ſed vt facilem, eſſe virtutem oſtendat.* Præbet ſemet exemplar bonorum operum, ac ſui exemplo, vſque ad imitationem Chriſti reliquos adducere confidit. haud inquam miror; etenim, & Chriſtus nobis exemplum factus eſt; & ſanctos viros, vti pictoribus, imagines reliquit, vt imitemur. Conſpexit anima, Chriſti manus orbiculares, contemplata eſt aureas, plenaſq; Hyacinthis. *Manus*, inquit, *illius tornatiles aureæ, plenę hyacinthis.* Vt quid quæſo aurea, hyacinthiſque micans conſpicitur manus illa, quæ tam humilis fuit, vt pedibus ſit ſuppoſita proditoris Iudæ? quid auro, cum paupertatis ſpeculo Chriſto? at aurea eſt, fulgenſque hyacinthis; quia orbicularis: orbis ille, operũ ſignat perfectionem, aurum, hyacinthique quorumuis oculos animumque trahunt. vndè ille.

Virtus eſt facilis.

B

Cãt. 5. 14.

C

Auri ſacra fames, quid non mortalia pectora cogis.

Virgil.

Vt igitur, ipſummet Dominum Ieſum Chriſtum, indicaret ſponſa poſitum in exemplum nobis; ideò, & tornatiles, ideſt perfectionis plenas, & aureas, dixit Chriſti manus. Hinc Sotomayor in ſua tabula Euangeliorum, inquit. *Indè ſponſi manus aureę tornatiles, hoc eſt perfectę plenęque hyacinthis eſſe dicuntur, longè, lateque ſplendentes; quia Chriſti Domini actiones omnes exemplares fuerunt.* En, tanti facit perfectionis exempla Deus, vt ſemetipſum præbuerit exemplum; vndè dixit. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ità, & vos faciatis.* At quia, vix Dei imitationem, capere poterat homo, erexit homines, vt ad imaginum inſtar conſpectos, imitaremur. Hinc

D

Sotomayor Chriſtus nobis proponitur exemplar perfectionis.

Io. 13. 15.

Dan. 12. 3 Isai. 60. 8. Hinc iusti mox stellæ, mox dicuntur columbæ. ità Daniel 12. secúdum translationem Orig. *Tunc iusti fulgebunt, sicut luminaria cęli*, & Isaias. *Qui sunt isti, qui sicut nubes volant, & quasi columbæ*. Habent hoc stellę, vt fulgeant, & inclinét, iuxta vulgatum dictum. *Stellæ inclinant, sed non cogunt*. Honoribus effulgēs Iuppiter, ad honores inclinat; Belliger Mars ad bella, &c.

Iusti, cur stellæ dicantur. Iusti igitur, vt stellæ nobis proponuntur; quia eorum exemplaris vita, virtutibus micans ad virtutes, sanctaque opera animum nostrum pelliciunt, & inclinant. qua de re, Origenes lib. 1. in Iob. *Sicut cęli luminaria, ac sydera à Deo collocata, cunctis indesinenter, quæ sub cęlo sunt fulgent; atque omnibus, quæ super terram sunt, per tempora, ac tēpora, per generationes, & generationes, mirabiliter lucent: alia quidem per noctem, vt Luna, & stella: alia nihilominus per diem, vt Solis speciosissimi radij; sic & Sanctorum virtutis insignia, atque Beatissimi eorum agones, omnibus in perpetuum, singulariter lucent; omnibus, in æternum bonorum famam tribuunt; omnibus, sub Sole pietatis exemplum ostendūt; Apostolus enim ait, stella differt à stella in claritate, &c. Sed & Angelus ad Danielem, tunc iusti fulgebunt, vt luminaria cęli, & tanquam Sol, & & Luna, & tanquam stellę in secula; sic itaque effulgent, atque emicant, alius fide fulget, vt Abraham, alius castitate, vt Ioseph, &c.* Stellæ iusti sunt, qui dum fulgent exemplis, trahunt ad similia. O vtinam, & nostram stellā sequantur vniuersi, Seraphicum Patrem Frācíscum inquam; cuius anima, vti stella, ad cęlorum prata ascendere visa est; vt è cœlis omnibus luceat exemplo, alliciatque ad sui imitationē, qui cunctis luxit in terra. Dicuntur, & columbæ: trahit enim alias columbas, suo volatu columba. Posuit igitur Sanctos in Ecclesia sua, vti columbas, Deus; vt his beneficijs, nos ad virtutes traheret; ac ad volatum in æthera. Firmauit isthæc D. Ioannes Chrysostomus ser. de cōtinēt. Ioseph, dicēs. *Nam & columba sępè vna auolante, statim sequuntur omnes; & pullus generosus, in equorum armento existens, secum rapit omne armentum: similiter, & ouis reliquum gregem, ità & nos, &c.* Vigilat ad nostram salutem Deus, his exemplaribus stellis, his non priuat mundum; statuit imagines has; vt conspectę strenuos reddant, ad similia. Fame orta compulit ad Ægyptios, Abraham Deus, vt habetur Gen. 12. *Facta est autem fames in terra, descenditque Abraham in Aegyptum, vt peregrinaretur ibi, prȩualuerat enim fames in terra*. Non continet intra proprios fines famelicum ventrem fames; expellit domo, ducit quouis cibum odorat. perrexit ergo propter inualescentem famem Abraham in Ægyptum; peto, cur non nutriat Deus, quem à sua cognatione vocauerat? Scio, aliàs inualuisse famem, tempore scilicet Isaac, Abrahæ filij, quem tamen noluit in Ægyptum proficisci Deus; sed iusto suo ipse prouidebat, nec panis deficiebat ei, qui seminauerat in iustitia, etenim ibiden metebat Dei prouidentia. *Orta*, inquit sacer Text. Gen. 27. *autem fame super terram, post eam sterilitatem, quę acciderat in diebus Abraham: abijt Isaac ad Abimelech Regem Philistinorum in Gerara; Apparuitque ei Dominus, & ait, nè descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra, quam dixero tibi*. Quid est, quod eadem, non operatur Deus cum Abraham Patre,

&

Origenes lib. 1. in Iob. — marginal notes: Orig. | D. Franciscus omnibus exēplo lucet. | Sāncti, cur columbæ. | D. Chrys. | Sāctorum exēpla ad similia nos inuitant. | Genes. 12. 10. | Gen. 26. 1.

& filio Iſaac, iuſtus vterque, Deo grati ambo, vbique fames, & alterum in Ægyptum mittit, alteri vitat Ægyptum; O, quàm facit proborum virorū exempla Deus. Duo ſimul ſibi obſtant, & Dei prouidentia, & exempla ad alliciendū ad bonum; tantiq; ſuam prouidentiam, honoremq; ſuum facere videtur Deus; quanti proborum exemplar, & opera; poterat quidem Deus, vti Iſaac, ità, & prouidère Abraham; paſcere vtrumque poterat extra Ægyptū; ſed paſcit Iſaac, ſuamque patefacit prouidentiam, erga iuſtum, inualeſcente fame; abſtinet à paſtu Abraham, vt deſcendat in Ægyptum; ac ad ſui exemplar, perditos homines pertrahat ad ſalutem; æqua lance, & ſuam prouidentiam, & probi exempla appendens; nam & hæc prouidentia eſt. audiatur Teodoretus in quæſt. in Geneſ. *Dominus Deus per omnia demonſtrat ſapientiam ſuam, atque prouidentiam; etenim permiſit Patriarcham Abraham ingredi Aegyptum, non quod eum alere non poſſet; ſed vt Aegyptij patefaceret viri pietatem, & Religionem, & prouocaret illos ad imitandum Patriarcha virtutem; Filium autem eius, manere iuſſit; eique rerum neceſſariarum copiam ſuppeditauit; demonſtrans, quod hac etiam Patri largiri poterat, quæ filio abundè præbuit: cum enim omnes in ſumma inopia, & neceſſariorum penuria conſtituti eſſent, & terra nil produceret multiplicem ille fructum, accepit*. Pari paſſu, & victus ad vitam, & exemplorum bonorum ad ſalutem, neceſſitas, incedit; proindè abundàtibus Ægyptis famelici exemplis prouidet, & pane, famelico Iſaac: etenim neſcit, vel inter ini-

Exempla quanti faciat Deus.

Teodoret.

Prouidentiam ſuā, & Sanctorum exempla a quo facit Deus

A quos boni exempli odorem non emittere probus, vndè Eccleſ. 24. dicitur. *In plateis, ſicut cinnamomum, & balſamum, aromatizans odorem dedi*. In plateis fragrantia virtutum odoramenta ſuauiter oleant; vbi rapinæ, vbi ſuperbiæ, vbi iræ, vbi rixæ, vbi contentiones, vbi murmur, vbi doli, & quidquid mali, nil enim tale non implet plateas: ità Sotomayor in Cant. cap. 1. *Nam vir bonus, &*

B *ſapiens etiam in plateis, id eſt locis prophanis, & vbi plures ſunt peccandi occaſiones, illic ſuauiſſimum præbet boni exempli, ac pietatis odorem*. Ad prophanam Ægyptiorū gentē mittitur Abraham, vt ibi effulgeat exemplis, trahatque ad ſanctam conuerſationem iniquos; hoc poteſt bonum exemplum. & quidem fateor fratrum meorum exempla ignem aliquando animæ meæ eſſe, vehemens deſiderium

C Sanctorum virtutum accendens, inuitor ad arcta ieiunia, tabida aliquorum abſtinentia; frœnor aliorum ſilentio; anhelo ad ſuperiorum iuſſa alipede quorundam obedientia; vigilo, Argica caſtitatis aliorum cuſtodia; caleſco, ad ferè omnium ignitam charitatem. O vtinam, & probis viris iungeremur omnes; aut ſaltem, eorum geſta mente, oreque volueremus; equidem nuſquam

D in Dei via eſſemus ſegnes. plangamus populum Hebræum, lacrymiſque ſequamur Iſraelem; cum Ephod, cum Teraphim priuatur; etenim Teraphim imagines, quibus ad ſanctitatem inuitabantur, ſuſpicatur Albertus; & Ephod, puritatem, qua ſpoliati, apparebant, qui exemplo præcedere debebant Sacerdotes, ait idemmet Doctor. audiatur. *Ephod mun-*

Eccl. 24. 19.

Probus & in locis prophanis præbet virtutis exemplum.

munditiam conuersationis, & casti-tatis corporis signat; qua videmus Sacerdotes nostri temporis destitutos, &c. Teraphim signat exemplum Sanctorum, quibus peccator destituitur.

SECTIO VII.

Deuorat quidquid boni, vbi accesserit peccatum, criminaque crassantur.

QVIA DIES MVLTOS, &c.

VBi carorum amissio, ibi lacrymæ; nescit vacuum natura; lacrymis occupare cupit loca vacuata bonis. Deuorat quidquid pulchri in anima peccatum, absorbet cuncta, nec satur, famescit semper, orbatque habendis; vndè fumum parturit, vti dixit
Prou. 10, 26. Salomon Prouerb. cap. 10. *Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his, qui miserunt eum.* quæ sic vertunt 70. *Sicut vua acerba dentibus, & fumus oculis, sic iniquitas his, qui vtuntur ea.* Adest iniquitatis ignis, conspicies illicò fumum; qui lacrymas ex oculis ex-
Peccatum lacrymas excauat. Cirill. cauat; lacrymæ enim sequuntur legis diuinæ transgressionem; vti dixit Cirillus homil. 5. *Per fumum verò, enigmaticè docebatur; quod omninò legem Dei contemnere volentes, lacryma sequutura essent; est enim necesse, vt corporis oculus in fumo illacrymetur.* Lacrymas adducit peccatum, quia, si ibi lacrymæ non cessant, vbi cara amittuntur; adeò deuoratoria sunt salutis nostræ peccata, vt boni nihil, iucundi nec quid, relinquunt: vndè, vbi peccata vicerunt Israelem, statim spiritua-

A libus, & temporalibus bonis priuati sunt. Temporalibus quidem, in Rege, & Principe, spiritualibus in sacrificio, altari, &c. & inquit Deus per nostrum Hoseam. *Quia sedebunt sine Rege, &c.* Deuorant omne pulchrum, speciosi nil relinquunt peccata. Ascenderat ad Deum in montem Moyses, impatiensque moræ populus Israeliticus, accessit ad Aaron, tumultuatus est, petiuit visibiles Deos;
B dixitque. *Surge, fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Non restitit Aaron, Hur longè imbecillior, qui & restitit huic petitioni, & sputis à Iudæis suffocatus, peremptusque fuit; quod adnotauit Vgo Cardinalis. *Postulauerunt Hur, & Aaron, vt fieret eis vitulus conflatilis, qui eos præcederet, & duceret, quem etiam adorarent, quorum petitioni, cum resisteret Hur, sputis suffocauerunt eum.* Timuit igitur mortem Exod. 32. 1. Hur sputis suffocatus à Iudæis. Vgo Card.
C Aaron, annuit petitioni; quæsiuit inaures aureas ab eorum vxoribus, & filijs; fortè vel illæ, natura auidæ, inauribus delectationi potius, quam inanibus Dijs inhærentes, Hebræorum petionem frustrant. at quid non erogatur, vbi peccata intimantur, nec sibi cariora linquunt auaræ mulieres, sed spoliant sese monilibus, vt ornetur diabolus: nec stetit in Hebræis obduratio isthæc, flu- Peccator, erogat, vt peccet.
D xit ad Christianos, qui, vt pauperes Christi aspiciunt; vertuntur in pauperes; mendicus illicò efficitur animus, mendica domus, vbi clamores pauperum ferreum arietant pectus. Cumque allicit Venus; vena auri fit manus, margaritarũ cõca pectus, indica regio mens, gemmis grauidum cor, eructatque in scortum diaboli. Obtinuit igitur inaures aureas Aaron, Exod. 32. 4.
&

& inquit facer Textus. *Quas cum ille accepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem.* Liceat aliquantulum in hoc vitulo immorari, etenim, nō omnium circa eius formationem, concors sententia est; nec vacat mysterio, quod vitulum, siue Taurum formauerit eis Aaron, potius, quam aliquod aliud idolum. Quidam apud Abulensem, hoc factum putant virtute cuiusdam laminæ à Moyse fabricatæ, in qua sculptus erat vitulus; audiatur ipse. *Quæret aliquis, quarè magis, Aaron fabricauit vitulum, quam aliquam aliam figuram? Respondent quidam, quod factum fuit propter virtutem cuiusdam laminę, in qua erat vitulus descriptus, scilicet, quod cum vellent Hebręi de terra Aegypti recedere, & deberent secum adducere ossa Ioseph, cum adiurati ad hoc essent; sepulchrum verò Ioseph inundatione magna Nili tectum esset; nesciebant, vbi ossa eius essent; ideò Moyses in quadam lamina aurea figuram vituli formauit; & proiecta in aquam supernatauit, vsque ad locum sepulturę Ioseph; hac autem lamina postea, à quodam viro conseruata est, & ad fabricationem Deorum venit. Cumque inter alia frustra auri poneretur, ex virtute vituli in ea descripti, formatum fuit totum aurum in vituli formam.* Quod an verum sit, tu considera. Quidquid autem succurrit: erue mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Insensibile aurum illud erat, quod tamen in vitulum cessit, ex vituli specie, inauresque illicò in vitulum, vitulo adhærentes translatæ sunt; quando enim non corrumpunt bonos mores, mutantque colloquia mala? quando brutalem, animum humanum non reddit brutalis conuersatio? quando non vitulus ex vitulo? sus è sue cœnoso? Vrsus, ex iræ imagine, Vrso? Alij vitulum hunc Astrologicis, magicisque ascribunt artibus, vt ex eodem Abulense habetur; fiebant enim aliquando figuræ, imaginesque sub signis quibusdam cœlestibus, obseruata coniūctione Planetarum, ac magica superstitione, consistente in verbis, & cœremonijs; de quarum numero aliqui volunt hunc fuisse vitulum, sed vana sunt isthæc. Vgo Cardinalis totam rem dat diabolo, dicens. *Tradunt tamen quidam, Aaron proiecisse ea in ignem, & indè opera dæmonis conflatum caput vituli.* Nec hos respuit. Dœmon igitur, Deos petentibus, ac peccantibus Israelitis, diuina sic permittente voluntate, dedit vitulum. expeto, cur vitulus datur peccantibus? dicerem, ni alio aduocarer; idcircò bouem dari peccantibus, quia ex boue, lora ad flagellandum componuntur; vndè. *Ex ipso boue lora sumere*, antiquitus, abibat in prouerbium. Vt igitur Israelitis peccantibus, ex ipso peccato, eis oriunda flagella indicaret Deus, vitulum, siue bouem, eorum peccatum parere permisit; etenim ait Diuus Augustinus. *Quę sunt oblectamenta homini peccanti, instrumenta sunt Deo punienti.* Ast pergo ad Iob. Innocentiam suam attestaturus amicis suis, percussus ad maius meritum sanctus vir, in hæc descendit. *Hęc passus sum absque iniquitate manus meę, cum haberem mundas ad Deum preces.* Nominat iniquitatem, cui nusquam succubuit. In Hebræo pro iniquitate, habetur. *Chamach*, & Pineda ait, ab hac radice. *Chamach.* mul-

Vitulus, cur fumatus ex auro dato ab Hebræis Aaron.

Mala conuersatio, malū reddit.

Ex ipso peccato flagella.

D. Aug.

Iob. 16. 18

Pineda.

multa prodire; significat enim Auem rapacem aduncis vnguibus noctu volantem, & rapientem; quam Diuus Hieronymus dicit, noctuam; alij accipitrem nocturnum, alij Aquilam ossifragam, alij Gryphum, siue Arpiam omnia deuastantem. & Rabbi Kimbi obseruat, hoc nomen habere, ex eo, quod rapiat, spolietque cæteras aues. *Rectè igitur per iniquitatem*, inquit doctissimus Pineda, *deprędatio, spoliatio, rapina per insidias nocturnas, & occultas intelligitur*. En, quid operatur iniquitas, vastatrix est, omnia bona radit. Sed quid ista cum vitulo, è peccato Iudæorum egresso? multum per omnem modum. Accedunt iam boues, hoc enigma declaraturi; Boues inquam illi, quos somnians vidit Pharao iuxta fluuium. videbatur stare Rex; ò vtinam non dormientes, starent iuxta fluuios Prælati, quandoquidem, si vigilarent iuxta fluuios, vel iniquitatē, qua sordescunt abluerent; vel in fluxibili, & nusquam reuertente aqua, mortem meditarentur, in qua de malefactis, Deo, summo Regi rationem reddituri sunt, & fierent semper meliores: ast, dormiunt iuxta fluuios. Cumque ibi somnians, sese conspiceret Pharao; ecce septem boues obæsæ de flumine ascendebant; quas, & alię tabidæ subsequutę sunt; hæ haud virentibus contentæ pascuis, vel ipsas pingues boues vorarunt; ità sacer Text. Gen. 41. *Post duos annos vidit Pharao somnium; putabat se stare super fluuium, de quo ascendebant septem boues, pulchræ, & crassæ nimis, & pascebantur in locis palustribus; aliæ quoque septem, emergebant de flumine fędæ confectęque macie, & pascebantur in ipsa amnis ripa, in locis virentibus, deuorauerūt*

Rab Kimbi.

Iniquitas est vastatrix.

Gen 41. 1.

A *eas, quarum mira species, & habitudo corporum erat*. En, bouis opus, vorat pulchra quæque, & radicitus omnia vastat; quod etiam significauit Spiritus sanctus Num. cap. 22. cum hęc de boue scribi voluit. *Quomodo solet Bos herbas vsque ad radices carpere*. Nil speciosi retinebit ager ille, quo deuoratrix bouis lingua descenderit. quod si omnia vastant boues, consumunt cuncta, ac Iudæis peccātibus oriB tur, vel ex diaboli arte bos; equidem concludēdum est, peccatum admissum omnium bonorū prædicere, ac operari vastationem. Hinc Vgo Cardinalis de septem illis bobus. *Septem boues in tantum deformes, vniuersa vitia sunt, quæ septem dona data, in baptismo deuorare contendunt, &c. nullū saturitatis dedere vestigium; quia vitia nunquam saturantur, sed semper sui famem patiuntur*. Bos vastator conC spicitur, ex peccato, quia nil, quod nobis præstat, relinquit iniquitas; non grauabor adducere Vgonem Victorinum allegoria in Math. cap. 16. qui loquens de vitijs capitalibus, sic ait. *De his septem vitijs vastatoribus, & vniuersa naturę integritatem corrumpentibus, simulque malorum omnium germina producentibus, quantum ad pręsens negotium explicandum, sufficere putamus, loquemur: Septem ergò sunt,* D *& ex his, tria hominem expoliant, quartum expoliatum flagellat, quintum flagellatum eijcit, sextum eiectum seducit, septimum eductum seruituti subijcit. Superbia enim aufert homini Deum, Inuidia aufert ei proximum, Ira aufert seipsum, Auaritia flagellatum eijcit, Gula eiectum seducit, Luxuria seductum seruituti subijcit*. Et multa sequitur, quibus hanc vastationem comprobat. adsit igitur bos vastationis symbolum,

Bos vorat.

Nu. 22. 4.

Vgo Card.

Vgo Vict.

Vgo. Ibid.

lum, vbi culpa est altare. Etenim A inquit Vgo Victorinus. *Peccatum vastator est, & vniuersam naturę integritatem corrumpit.*

Vastationem hanc agnoscebat spoliata natura, cum cęca voluntas, tantam ruinam auersabatur. Descendentibus enim Moyse, & Iosue de monte, dixit Iosue. *Vlulatus pugnę auditur in Castris.* Eia Moyses, non planctus tantum, sed vlulatus populi nostri meas aures pulsat. O, vlulatum audit Iosue, B cum sacra faciens vitulo idolatria sese sauciabat Israel; & vbi vlulatus, equidem vbi omnium vastatio. Firmat hoc D. Iacobus Epist. cap. 5. vbi ait. *Agite nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs vestris, quę aduenient vobis, diuitię vestrę putrefactę sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt, aurum, & argentum vestrum eruginauit, &c.* En, vlulatus, & omnium vastatio; dum igitur peccāte Israele, voces eius, C vt vlulatum audit Iosue, ac vlulatus omnium bonorum, læthi luctus est, equidem crassante peccato, bonorum omnium tyrannizat vastatio; qua de re D. Augustinus contra Pelagium. *Non iniusta est vlulatio, cum peccatū animam depauperat.* Et D. Chrysostomus hom. 16. in Genes. *Tantum malum est peccatum, vt non solùm nos, à superna gratia alienos faciat; sed ad multam cōfusionem, & humilitatem D conducit; & cum nos priuat à bonis, quę iam possidebamus, omnem etiam fiduciam aufert.* Priuat bonis peccatum, etenim deuoratorium est, & vastator, confundit, & depauperat, totumque perdit crimen in animam semel admissum. Curro ad Christum, peccatorum telis confossum. Factus pro nobis maledictum, pendet in ligno, & Sol sui Creatoris aspiciens mortem

Exod. 32. 17. — *Epist. Iacob. c. 5. 1.* — *Vlulant peccatores, quia omnis miseria eos circundat.* — *D. Aug.* — *D. Chrys.*

P. Franc. de Franch. in Hos.

cum Luna, tenebris luctuque circumuolutus, celebrat exequias; ità Thomas Beauxan. sect. 10. in Parasceue. *Ad faciendas Christo suo Creatori exequias, vultus suos, clarissima cęli luminaria tenebris obducunt.* at minimè satiata impiorum crudelitas; sæuit in mortuum. vndè. *Vnus militum, lancea latus eius aperuit.* O, quam obstinatus est peccator, Christum occidit, nec sistit, sæuit in mortuum. quo tendit? non alio, nisi ad Deum annihilādum, nil etenim post mortem superest, nisi annihilatio, extinctioque totalis; huc signum dirigebant impij peccatores, tetigit iam D. Augustinus, dicens. *Non hoc impleuerunt, quod voluerunt, vt Christus extingueretur.* Longinum igitur cum aspicio lancea ferientem Christum, peccatorem in ipso contemplari possum ingrauatum; eiusque Hieroglyphicum; sed expeto, cur peccator, vel post mortem sæuit in Christum, feritque lancea latus? cur non cedit flagellis, deturpat luto, aut aliud opprobrium non machinatur in Christum, sed figit latus lancea? In mysterij huius intelligentiam, pergo ad primum nostrum parentem, peccauit ille, deliquit Eua eius vxor, & statim apertis oculis, sese nudos, omnibusque bonis spoliatos admirati sunt. O quo duxit peccatum mundi Reges, Dominos vniuersi, gratiæ hæredes, filios Dei. *Comederūt, & aperti sunt oculi amborum, & cognouerunt, quod nudi essent,* vbi Chrysostomus. *Hoc diabolicę deceptionis lucrum est, hoc machinabatur illius cōsultatio, vt non solùm maiora non conferret, sed & denudaret, & destitutos ab his, quę habebant, ostenderet.* En, vastatio peccati, sed nunquid stetit? nunquid satiata crudelitas,

Thomas Beaux. — *Sol Christi luget mortem.* — *Io. 19.* — *Peccator annhilare quarit Deum.* — *D. Aug.* — *Gen. 3 7.* — *D. C[illegible]*

hac

hac expoliatione fuit contenta? nequaquam, certè. Audiamque Adamum: contemplabatur ille inductricem coniugem ad peccatum, deplorabat communes miserias, ac dixit. *Et vocauit Adam nomen vxoris suæ, Eua*. Hoc est vita. inquiro cur eam, quam mortis sententia agnouit percussam, vitę insigniuit nomine? nunquid delirabat Adam? non cōcedo Ruperto; sed dicerem, vitam dixisse, post tot miserias; quia non momentaneas erat perpessura, sed per totum vitæ circulum; at aliò trahor. quapropter supponere necessarium duco, quemlibet hominem, vti primum peccato se maculat, accipere peccati charactērē, fierique peccati seruum, iuxta illud Apostoli. *Qui facit peccatum, seruus est peccati*. Serui autem antiquitus, dominorum nominibus nominabantur, eaque, vel in frontibus scripta deferebant; vt Seneca testatus est, qui de seruis sermonem faciens, ait. *Inscripti vultus exercent*. Peccauit Eua, seruaque peccati effecta est, sed cuius peccati? equidem ambitionis vitæ: vti enim primum dixit diabolus. *Nequaquam moriemini*. ad vetitum fructum accessit, & comedit; serua igitur peccati, quod vitæ ambitio est, effecta fuit Eua; quia autem serui Dominorū nominibus nominantur; ideò vitæ serua Eua, vita dicta est, quo fortè spectauit D. Chrysostomus hom. 4. in Ioan. dicens. *Propulsemus ergo tam grauem, tam molestam vitam*. ac si diceret; vita hæc, qua nominamur tyrannus est, peccatum: propulsemus à nobis. Non contentum vastatione omnium bonorum peccatum, peccantem dicat seruituti, redditque mancipium, & vel se priuat. Tantam vastationem operatur peccatum, vt nec sua, nec se peccanti relinquat; vendit alij, dat dœmoni. Attendo Christi latus ferientem, dum ferit, peccat; atque dum peccat vulnerat Christi latus; certè Christus suspensus in ligno, erat in aere, extendit, igitur lanceam miles, extulit supra se, ipseque sub hasta stabat, quis autem ignorat, quælibet vēdi solita poni sub hasta? vt igitur indicaretur peccantem, non solùm sua per peccatum mortale amittere, sed semetipsum; cum ferit Christum miles sub hasta ponitur, vti ad venditionem, vti rem non amplius suā, vti tyranno traditum peccato. quid hoc statu miserum magis? in quo nec sui Dominus est, qui peccat? accedit Diuus Chrysostomus hom. 5. in Epist. 1. ad Corinth. *Quamuis quispiam locuples sit, & generosus, est tamen omnium abiectissimus cum à peccato vincitur. Quemadmodum enim si Rex quispiam Barbarorum seruus fiat, omnium est miserissimus, sic qui in peccato viuit; Barbarum namque peccatum est, animam enim sub tyrannidem redigit, &c. omnia euertit, omnia confundit, perdit.*

Ità quidem, omnia vastat, priuat omnibus, spoliat cunctis, orbat vniuersis peccatum; nec aliquid, quod suum sit, peccatori concedit; ad continuam luctam admonens Apostolus Paulus fideles, aiebat Eph. 6. *Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinē, sed aduersus Principes, & Potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum.* Mundi, dixit, rectores, & tenebrarum harum, nec battologicus sermo iste est, sed necessarius, etenim diabolus, nequaquam mundi huius rector est, sed Deus; sed quia per mundum peccatores innuebat, ideò addidit.

[Margin notes: Gen. 3. 20. — Tota peccatoris vita misera. — Seruus nomen Domini gestabat. — Seneca. — Chrysost. — Peccator per peccatum vendit semetipsum. — Chrysost. — Epist. 6. 12.]

dit. *Tenebrarum harum.* ità Primaſius in Gloſa. *Nè quis ſpiritus nefandos cum Auctore, & Principe ſua diabolo, regere cęlum, & terram, & mare arbitraretur, ſubiecit, & expreſſit, quid diceret mundi, tenebrarum, inquit, harum; ideſt tenebrarum harum, vtique, infidelium, & impiorum, qualibus iam infidelibus dictum eſt, fuiſtis aliquando tenebrae.* & clarius Gloſa. *Nè putentur dęmones hunc inuiſibilem mundum regere: ſubdit, quod nomine mundi, intellexit, tenebrarum harum, ideſt peccatorum. q. d. non dominantur dęmones mundo, qui conſtat è cęlo, & terra, ſed peccatoribus.* Premo primũ, cur diabolus, Rector, Rexque dicatur peccatorum, & à veriſſimo Rege Chriſto, aucupabor intelligentiam. Fugit Chriſtus Regis acclamationes, quas tamen, vel ſcripto firmari voluit in cruce, in qua omnes legebant. *Ieſus Nazarenus Rex Iudęorum.* In cruce Rex, & meritò Chriſtus; ibi enim, quidquid Regis erat, tanquam Rex in cathedra docebat. Vigilas cuſtodire debet Rex ſuper ſubditos; & ille in altiſſima cruce ſuper populorum bonis vigilabat; Regis eſt pietas; vndè ſceptrũ cum Ciconiæ piæ auis inſignibus dabãt antiquitus Regibus; & in cruce adeò pius Dominus, vt vel vitam daret, vt parceret impijs. ſed quod in præſentiarum contemplor, id eſt, quod Rex, non alibi quam in cruce inſcribitur Chriſtus; quia Regis proprium eſt ſeruare ſubditos, pacemque inter eos ſerere ſemper; quis autem ignorat, ideò Chriſtum in cruce paſſum, vt pacem, quam firmabat inter cœlum, & terram, indicaret. Crux ità efformatur, vt inter cœlum ſit, & terram, cœlumque terræ videatur coniungere, & pacificare. Quia igitur pacem ſignat crux, & ille optimus Rex, qui in pace ſuos ſeruat; ideò Rex in cruce eſt Chriſtus. vndè Cartuſianus. *Crux cum vna parte tangit terram, alia cęlum, per Chriſtum factã fuiſſe pacem inter cęlum, & terram, ſignificatur.* Pax itaque inter ſuos, ac ſubditorum conſeruatio, proprium Regis eſt. Cum igitur Rector mundi, Rexque tenebrarum, ſcilicet peccatorum, conſtituitur diabolus, equidẽ nil aliud cruentam illam beſtiam excogitare, docuit Paulus, niſi, vt peccatorum Regnum, nuſquam à pace, quam cum diabolo habet, ac cum peccatis ſecedat. dixit iſthæc Laurentius Ciſtercienſis lib. de miſerijs humanis. *Regis, inquit, proprium eſt, ſuos ſeruare, ac pacem cuſtodire. Rector ergo, & Rex eſt diabolus peccatorum, vt ſemper ſibi eos ſeruet, & pacem nutriat cum peccatis.* Sed expeto, cur tenebras peccatores appellet? Scio quoſdam adoraſſe Solem, cur igitur tenebræ? adeò animam; ità Cant. 1. de ſe loquentem. *Nolite me conſiderare, quod fuſca ſim, quia decolorauit me Sol.* Niſſenus legit. *Nigra facta ſum, quia deſpexit me Sol.* vti primum à Deo, qui Sol iuſtitiæ dicitur, deſpicitur anima, nigram, & tenebroſam, ſe agnoſcit; vndè Diuus Linus in locum Cant. *Nigra facta ſum, vtique, quia deſpexit me Sol iuſtitię impietatis tenebris me contegentibus; peccat homo, accedit impietas, tenebra, & ità actiua eſt, vt peccatorem totum vertat in nigredinem, & tenebram; quapropter diabolus dicitur Rector tenebrarum harum, impietatis tenebris contegentibus.* Sed cur tenebræ peccatores? audi Philoſophos, & docebunt. Tenebræ nõ ſunt entia, ſed priuationes. En, quam vaſtator eſt peccatum, quã vorax;

Primaſius. *Gloſa.* *Diabolus regit peccatores.* *Regis officia exercebat Chriſtus in cruce.* *Sceptrum cum Ciconia, cur datum Regibus.* *Dioniſius Cartuſ.* *In cruce, cur mortuus Chriſtus.* *Laurent. Ciſtercienſ.* *Cant. 1. 6.* *Niſſenus.* *D. Linus.* *Peccatum tenebra, & quarè.*

vorax, peccat homo, & illicò dicitur tenebrę. Hæc priuatio est; intelligas igitur ex hoc, peccatum talem vastationem in animam inducere, vt nedum priuatam omnibus bonis, dicere possimus, sed ipsammet priuationem, ipsummet nihil; quod agnouit Dauid post peccatum, dum dixit. *Ad nihilum redactus sum, & nesciui*. ac si diceret, nedũ omnibus, quæ possederam, priuauit me peccatum, sed ipsemet nihil sum; priuatio sum, non ens; vndè optimè dixit Vgo de Sancto Victore de peccato iræ agens. *Ira, hoc est, peccatum, aufert homini seipsum*. Et D. Chrysostomus hom. 28. in Mathæum. *Anima peccatorum fęditate obruta, idolum magis, quam anima esse videtur*. Priuatio est anima, dũ peccat, ferè non est. O stragem miserrimam.

Ps. 72. 22.

Vgo de Sã. Vict.

D. Chrys.

Anima, dũ peccat, est quodãmodo priuatio.

Ad non esse quodammodo asportat peccantem culpa, absit, vt credat homo peccatum suũ non notari: inscribitur à dęmone, pingitur à Deo, non calamo, sed ferro, non in volatilibus cartulis, sed in vngue adamantino, ità Hierem. 17. *Peccatum Iuda, scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino*. Certè, hic omnium Christianorum, quibus confessio fidei concessa est, peccatum inculcatur, sed precipuè, notat Glosa moralis ad notari peccata Prælatorum, ac nostra, qui Dei Tribus peculiaris sumus; vt erat Iudę Tribus; nostra, & Prælatorum peccata, in vngue adamantino scripta sunt, quia difficulter, Deo addictus peccans, emendatur. *Iuda*, inquit Glosa. *Tribus erat Regia, & Sacerdotali commixta, & ideò signat statum Prælatorum, quibus dicitur Pet. 2. Vos estis genus electum, Regale Sacerdotium; & quia quanto status*

Hier. 17. 1

Glosa.

A *altior, tanto casus grauior; ideò dicitur peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino; id est indelebiliter, quia propter eius grauitatem, difficulter potest deleri*. at stò in magis ampla explicatione totius humani. generis, in vngue adamantino firmo sculptum; & quæro, quid Adamas præsefert? Teodoretus in adamante, conscientiã conspicit peccatoris, & ait. *Nil potentius conscientia; in qua scilicet cõ-*

Peccatoris conscientia Adamas.

B *fixa literę sunt solidę*. Origenes super peccatoris cor, adamantem peccatis sculptum videt. *Forsitan peccatum Iuda peccatũ nostrum est, qui credimus in Christum de Tribu Iuda. Antequam peccatum faciam, nulla in corde meo peccati imago versatur, cum autem conscientia peccati imaginem sumpserit, habeo formam illius, & ante oculos cordis mei peccati pompa depingitur; & siquidem esset peccatum atramento conscriptum,*

Orig. hom. 12. in Hierem.

C *deleri posset, sed scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino, &c. super pectus cordis, vt compleatur, nihil opertum, quod non reueletur, neque occultum, quod non sciatur. Nudabitur pectoris mei conscientia, & aperto corde videbuntur literę peccatorum, quę stylo ferreo in vngue adamantino, scriptę sunt*. Infigitur semper idem Adamas, lapis perpetuus in peccatoris corde; vt adducto corde ad iudicij Tribunal, sta-

D tim appareat peccatum, nudenturque impiorum scelera. Expecto, cur adamanti peccator comparetur. Adamas amoris gemma est, amorem conciliat; peccator omnibus est odibilis, & tanquam pestis fugatur; vndè Deut. cap. 21. præcipiebat Deus, nè delinquentis cadauer appensum derelinqueretur, vel per dies binos, in ligno. *Quando peccauerit homo, quod morte plectendum est, & adiudicatus*

Deut. 21. 22.

tùs morti, appenſus fuerit in patibulo, A *non permanebit cadauer eius in li-* *gno, ſed in eadem die ſepelietur; quia* *maledictus à Deo eſt, qui pendet in* *ligno, & nequaquam contaminabis* *terram.* Quid hoc horrendius, vel terra peccatorem abominatur, eius timens infectionem; peſtis eſt peccator, inficit, vel innanimata; quapropter Oleaſter in hũc locum ait. *Terret me locus iſte, aſſerens impium, etiam mortuum contaminare terram; quid enim viuus fa-* B *ciet, qui mortuus non permittitur ſuper terram eſſe, etiam in ſuſpendio.* Nequaquam terram tãgit ſuſpẽſus, & terræ peſtifer eſt; quid faciet viuus peccator nobis adhærens? fugiendus eſt; odibilis eſt ẽt terræ peccator: hinc puto terram, vti primus impius terræ addictus eſt, ſpinas germinaſſe; à ſe expellere cupiebat peccatorem, ac ſpinis veluti lanceis perſequebatur. quod ſi tam execranda res eſt C peccator; quid eſt, ꝙ lapillo iũgitur adamanti, amoris cõciliatori? Nũquid Deus, qui creaturã ſuã, nõ poteſt nõ amare, gẽmam hanc peccatoris cordi infigit, ſciẽs hãc ad amorẽ inclinare, vt deſinat iã à Dei odio peccator, & amet? non diſſentio. aſt aliud latet myſteriũ, ꝙ ex cuiuſdã ſymbolo hauriã; lapidẽ hũc in anulo infixit quidam, ac ſcripſit. *A damas. A me.* Cuius is erat ſenſus, adamas ſonat adi- D mere; poſtquã igitur mulieribus, datus ſũ, iã nõ ſũ, abij à me, inter nõ homines, imò nõ entia collocãdus ſũ. *A damas. A me.* Adamas igitur hominem à ſe profectum, in ſe nõ exiſtentẽ, ſignificat. Cum igitur, peccatorem hominem adamantem dicat Deus; cum in eius corde adamantem infigat; nõ exiſtentẽ in ſe rem, ſignare vult: etenim, quo peccatum venit, omnia

Peccator etiam mortuus, contaminat terram.

Oleaſter.

comburit, & hominem, vel ſe priuat; belle D. Chryſologus ſer. 2. *A ſe migrat paternæ pietatis immemor, gratiæ genitoris oblitus.* ac ſi diceret, peccator, qui per ſcelus gratia Dei priuatur, non amplius eſt, qui erat, recedit à ſe, perdit, vel ſeipſum. *A ſe migrat, pietatis immemor, gratiæ genitoris oblitus.*

Chryſolog.

Deſtruit, conſumit, perdit omnia in hominem ingrediens tyrãnus, peccatum, & quaſi proprio eſſe priuãs peccantem, nec quid, dici poteſt. Profundè Iſaias, Lucifero ſuã exprobrãs ſuperbiam, inquit cap. 14. *Quomodo cecidiſti Lucifer, qui mane oriebaris, &c. Tu autem proiectus es de ſepulchro tuo, quaſi ſtirps inutilis.* Origenes in Gloſa, Iſaiæ dicta commentãs, ex ipſomet Luciferi nomine, illum de cęlo cecidiſſe probat. *Manifeſtè, inquit, oſtenditur de cęlo cecidiſſe is, qui prius erat Lucifer, & qui mane oriebatur; ſi enim, vt quidam putant, aliqua natura tenebrarum erat; quomodo ante fuiſſe Lucifer dicitur?* nec diſtat à Theologis, qui quatuor primo fuiſſe creata aſſeuerãt, nẽpè materiam, cęlũ, tẽpus, ac naturã angelicã, cui cęlũ, in quo omnia fulgent ſignatũ eſt. ꝙ ſi è cęlo, præcipitatus eſt Lucifer; cur ait Iſaias. *Proiectus es de ſepulcro tuo.* hic, nil vlterius, vt puto, reſtat inquirẽdũ, cũ auditur ſepulcrũ, niſi ſubitã Luciferi mortẽ, nil .n. ſepulcro addicitur, niſi, quod iã vixit; peccauit Lucifer, & quia peccatũ, cũ cõſumatũ fuerit generat mortẽ, idcircò, vti primũ peccauit Lucifer, mortuus eſt gratię, quodq; mortuũ eſt, ſepelitur; ideòq; ſepulcrũ dixit, Cęlũ Iſaias; inquiro autem vlterius; cur ſtatim mortuus, ſtatim dicatur cadauer, qui peccat, & adhuc natura angelica, quæ ſolùm annihilabilis

Iſa. 14. 12

bilis est, non autem corruptibilis, dicatur emori, ac proindè, sepeliri? aduoco in huius dubitationis solutionem, Philosophos; disputāt hi, num in corruptione, & generatione compositi, cum noua forma introducitur, fiat resolutio vsque ad materiam primam, & affirmatiuam sententiam adstruit Diuus Thomas 1.p.q.75. art 6. & lib. de generat. lect. 10. & potest probari; quia, quod primum intelligitur in materia, est illa potentialitas, quæ potentia primò respicit actum substantialem, cui primò nata est vniri materia; nihil igitur remanet, dum noua forma informat materiam; alioquin aliquid aliud, quam forma substantialis, primò vniretur materiæ, quod non conceditur. Hæc pro Thomistis. vndè seligitur, quod cum quis moritur, tunc nil eius remanet (de corpore loquor) quam materia; quæ, si quæratur, quid sit, respondetur ab eisdem Philosophis, nō est quid, nec quale, nec quantum, &c. cum perit homo, quod eius remanet; non est quid. quod si peccatum mortem generat, & quodam veluti agens corrumpens hominem est, peccatorem inter mortuos ascribens, vt patet de Lucifero, qui vbi peccauit, statim sepultus est, ac de sepulchro eiectus; & mortuo aliquo, ꝙ remanet, nō est quid; concludendum est, peccatum adeò bonorum hominis, esse vastatorem, vt perdat omnia, & nec quid hominis derelinquat; vndè dixit Christus, peccatorem alloquens. *Serue nequam*, quod explicans Laurentius Cisterciēsis, ait *Serue, nec quid*. Spoliatur peccator bonis animæ, & corporis, & remanet. *Nec quid*. Sed descēdo à Paradiso, ad Paradisum; pergo ad erubescentem hominē, conspicio abscondentem se à lumine, dum gratiæ lumen vendidit; latet in tenebris, iam factus tenebrosus Adam, quem quærit Deus, vt iudicet, puniatque; quia verò inauditum, nefas est iudicare; vocabat Deus Adamum, his vocibus. *Adam, vbi es*. Rogo te Deus meus, & omnia, quid est, quod nō ais. Adā, quare deliquisti? quæ cupiditas te vulnerauit? quis te ad peccādū induxit? Sed inquis, Adam vbi es? nunquid tua immensitate, non omnia reples? nunquid non omnia plena Deo? si vbi tu es, Adam non est, in nullo loco est, etenim tu Deus vbique es. ò peccati malignitatē. Vbi est; de loco quærit Deus; sed cur de loco, post peccatum inquirit? aiunt Philosophi locum, nedū esse contentiuum, sed conseruatiuum, deficiente loco non est, quod conseruetur. cum igitur, Adam, ità interrogatur à Deo, ac si in nullo loco esset. Deus enim vbique est, & vbi erat Deus, non erat Adam, consequens est, nil conseruatione dignum esse in Adam, qui non erat in loco; si nil conseruandum reliquit peccatū, omnibus, vel seipso spoliauit primum peccantem culpa; nil remāsit cōseruari dignum, vndè nec locus debetur. huc spectare potest illud D. Hieronymi in Ioelem Prophetam cap. 1. *Quidquid in nobis pulchrum fuit, ignis ardore cōsumptum, de quo Dominus dicit in Euangelio; Videbam Satanam quasi fulgur de cęlo cadentem*. Vt cecidit Satan, vt Paradisum appulit, vt hominē vicit, illicò peccati igne, omnia in cinerem redacta sunt; quādoquidem omnibus, quę bona verè sunt, vel ipsomet homine, hominem spoliat.

D. Thom. *In corruptione fit resolutio vsque ad materiam primam.*

Laur. Cisterciens. *Math. 18. 32.*

Gen. 3. 3.

In peccatore nil remanet cōseruatione dignum.

D. Hier.

Se-

Sequebatur Petrus Iesum ad tribunalia raptum, introiuit in atrium Pōtificis, ab ancilla introductus, mox in seruitutem peccati redigendus; & quando nō peccati ianuam aperit mulier? & interrogatus, num Iesu discipulus esset? respondit. *Non sum.* Vel Dei negationem inducunt mulieres; propè est idolatriæ, qui ad mulieres proprius accedit. à Deo, quæ deitatis ambitu, vt Dea, cupit adorari, seiungit. Sed premo Petri dicta, dixit enim ancilla Ostiaria.

Luc. 27. 58. *Nunquid & tu, ex discipulis es hominis istius?* Respondit Petrus. *Non sum.* dicere sufficiebat. *Non*, ad quid additur. *sum.* explicabit Petri dicta Raphael Archangelus; adduxit hic, & reduxit Tobiam; instruxit demum Patrem, cum filio; dixitque eis. *Qui autem faciunt*

Tob. 12. 10. *peccatum, & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ.* Tob. 12. hostes, dixit, non inimicos; quid hostis sit, explicat Poeta.

Hostis habet muros, ruit alto à culmine Troia.

Hostis illæ est, qui omnia destruit, vastat cuncta, dixit igitur. *Hostes.* quia peccatum semel admissum,

D. Cypr. omnia vastat. vndè D. Cyprianus, serm. 5. de lapsis, ait. *Hoc sunt peccata lapsis, quod grādo frugibus, quod turbidum sydus arboribus, quod armentis pestilens vastitas, quod nauigijs sæua tempestas.* & versio 70. docet, vitæ propriæ insidiari peccatorem, cum peccato assentitur. *Peccatores hostes sunt suę ipsorum vitę.* Et D. Augustinus lib. de di-

D. Aug. sciplina Christiana cap. 4. ait. *Ergo si diligis iniquitatem, audi veritatem, non te palpantem, sed apertè tibi dicentem. odis te.* Hostis est peccatum, desolat vniuersa, vel proprio esse priuat recedentem à primo, & vero esse, qui est Deus. ex

P. Franc. de Franch. in Hos.

A quibus ad Petri dicta pergo; interroganti Ostiariæ, respondit. *Non.* Ecce peccatum; vtque peccatum in animam, vt hostis, erupit, destruxit omnia, orbauit, vel ipso vero esse, & statim secum adiunxit. *Sum.* dixitque Petrus. *Non sum.* heu miser, eram petra, supra quam Ecclesia Dei erat stabilienda, at peccaui, & ecce. *Non sum.* Eram Christi collega, Dei cultor, hospes gratiæ, hæres glo-

B riæ, caput fidelium, heu, heu peccaui, &. *Non sum.* Eram Apostolus, Apostolorum caput, & hostis peccatum, abstulit Apostolatum, & iam. *Non sum.* Eram homo, & transgressus sum Dei legem, & quia obseruatio Dei mādatorum est; omnis homo, iuxta illud Eccl. cap. 12. *Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo.* ideò nec verus homo sum. *Non sum.* Eccl. c. 12.

argutè Diuus Ambrosius lib. 10. D. Ambr.

C in Lucam. *Quia videbatur Christi negare societatem, vtique, se negauit.*

Negat se homo, cum peccat; quia in nihilum redigitur, & esse videtur, at non est; quotiescumq; impium considero, video, vt ità dicam, diabolum sacramentatum. semper Dei æmulus, Satan, illa tentat, quæ Dei sola effecit omni potentia; hac Deus panem in corpus suum transubstantiauit; &

D diabolus sese veluti sacramentat in peccatore. Daturus semet in cibum Christus Apostolis, accepit in sanctas, ac venerabiles manus suas panem, ac prolatis verbis consecrationis, transubstantiauit panem in corpus suum; quique panis erat, iam amplius panis non est, sed Corpus Christi, quodque tale corpus est, Christus est sacramentatus; mox ad æmulum diabolum. quid quæso

homo ante peccatum? Panis est. A Vndè Martyr Ignatius aiebat. *Frumentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus efficiar.* accedit suis verbis diabolus, inspirat peccatum, & illicò in suum corpus, panem illum conuertit; habeo ex Iob. *Corpus eius,* inquit, *scuta fusilia.* vbi Glosa, *Corpus eius, omnes iniqui.* En, diaboli corpus, peccatores; quod si panis transubstantiatus in Corpus Christi, est Xp̄s sacramentatus; B & homo, panis efficitur à diabolo eius corpus: vtiq; veluti diabolus sacramẽtatus est peccator; ac sicut panis, ille sacramentatus, est Christus; ità homo panis, factus corpus diaboli, diabolus est: Huius exemplum erat Iudas, transubstantiaturus erat panem in suum corpus Christus; & æmulus Dei diabolus, ad sua accessit mysteria; accepit Christus panem; accepit diabolus Iudæ cor, *Cum* C *misisset diabolus in cor,* scilicet Iudæ, acceptum panem Christum transubstãtiauit in suum corpus, ac acceptum Iudam diabolus cõuertit in se; vndè Christus dixit. *Vnus ex vobis diabolus est.* Nec Iudas solùm, sed peccator quilibet diabolus est, quia diaboli corpus; vndè D. Chrysostomus hom. 9. in 1. epist ad Corinth. *Peccatum feras ex hominibus facit, imò dęmones.* In dœmonẽ, si sic loqui fas est, sa- D cramentatur peccator; certum est autẽ, in Sacramento Eucharistię, nil panis remanere. Tu, ex hoc aliquo modo induc, ñil hominis remanere in peccatore, in dęmonem translato, perdidit omnia, nil bõni, nil pulchri in anima stetit peccantis, cum primum deflexit in peccatum.

Iob. 41. 6

Ioa. 13. 2.

Ioa. 6. 70.

D. Chrys.

Peccator fera, & dęmon.

Si isthæc perpenderent peccatores, verè non biberent, sicut aquam iniquitatem; si se spectarent, deficerent. Peccauit Cain primus hominum interfector, accessit ad illum Deus; at Cain vultu pronus, non Deum, sed terram aspiciebat. Vndè dixit æternus Iudex. *Cur concidit vultus tuus?* Expeto, cur potius terram, quam Deum, semper audax Cain, non respiciat? & ex quorũdam fictionibus, mysterij veritatem eruere non grauabor, Medusam adducebant antiquitus, vultu terribilem, vipereis crinibus turgidam, quæ vel aspectu homines vertebat in lapidem. hanc, Perseus à Minerua scutum accipiens, scuto interfecit; nec mirum scuta in lãceas conuersa, dum Medusa interficitur, etenim scutum illud, ad speculi instar erat, id referebat, quod proponebatur, obiecit Medusæ scutum Perseus, quæ, vt suam deformitatem aspexit, illicò expirauit. Quis autem ignorat, Deum speculum esse? *Speculum sine macula.* accessit ad Cain peccatorẽ, omnibus bonis à peccato spoliatum, relictumque deformitati, conuersumque in diabolum: at ille non Deum speculum, sed terrã aspiciebat, si enim Deum aspexisset, ibi deformitatem, in quam adduxerat peccatũ intuitus esset, & non amplius, vti dęmon vixisset, sed vel dęmon, perijsset. at non Caino, sed cuilibet peccatori dicam. Quare concidit vultus tuus? ò anima Dei imagine insignita, decorata gratia, aucta bonis cœlestibus; quare concidit vultus tuus? cur vultum Dei, formam, faciem splendidam deificamque perdidisti? cur denigrata es super carbones? cur diaboli speciem præsefers? Eia erige vultum, fige oculos in speculum Crucifixi; intuere deformitatem tuam,

Gen. 4. 6.

Medusa scuto interficit.

Sap. 7. 26.

tuam,& morieris quidem peccato, ſed viues Deo. O Deus, ò Christe crucifixe, animę meę ſpeculum, ò quã deformis ſum, moriar, moriar peccato, vt viuam tibi Deo meo, qui ſanguine tuo viuificaſti me.

TEXTVS.

VERS. V.

Editio vulgata.

Et poſt hęc, reuertentur filij Iſrael, & quęrent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.

Sanct.Pagn.

Poſteà reuertentur filij Iſrael, & quęrent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum, & pauebũt Dominum, & reuertentur ad eum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.

Tranſ.ex 70.

Et poſt hęc reuertẽtur filij Iſrael, & quęrent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum; & ſtupebunt ad Dominum, & ſuper bonis eius in nouiſſimis diebus.

Vatab.

Poſteà reuertentur filij Iſrael, & requirent Iehouam Deum ſuum, & pauebunt ad Iehouam, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum.

Editio Chaldaica.

Poſt hęc, conuertentur filij Iſrael, quęrentq; cultum, & religionem Domini Dei ſui, & obedient Chriſto filio Dauidis Regi ſuo; Et celebrabunt, ac annunciabunt cultum, & Religionem Domini, & magnam benignitatem, ac bonitatem eius, quę ventura eſt eis, in fine dierum.

Paraphraſis Caſtri.

Sed poſt hos dies; tot preſſi calamitatibus reuertentur filij Iſrael, vt quærant Iehouam Deum ſuum, & Chriſtum Dauidis filium, Regem ſuum, omnes ad ſuam fidem inuitantem: ſub cuius poteſtatem poſtquam ingreſſi fuerint, eiuſque bonitatem experti, ſumma correpti admiratione obſtupeſcent: Dominumque ipſum reuerebuntur, & liberalem in eos bonitatem in tot beneficijs eis conferendis, poſt tot dies tenebris exactos, collaudabunt.

COMMENTARIVM iuxta literam.

PRofetat Hoſeas in verbis his, reuerſionem populi Iudaici ad Deum viuum, & verum, quem occiderunt ſuſpendentes in ligno. Dauid igitur in hoc textu, idem eſt, ac Chriſtus Dominus noſter, qui figuratus in Dauide, multoties Dauid nominatur. Ità Dauidis nomine perſonatur, Ezech. 34. *Et ſuſcitabo ſuper eas paſtorem vnum, qui paſcat eas; ſeruum meũ Dauid.* & cap. 37. *Et Dauid ſeruus meus Princeps eorum in perpetuum.* Adnotauit reuerſionẽ hanc Lactantius lib. 4. cap. 18. ex Eſdra, vbi ſcriptũ eſt. *Et dixit Eſdras ad populum. Hoc Paſcha Saluator noſter, & refugium noſtrum cogitate, & aſcendat in cor veſtrum, quoniam habemus humiliare eum in ligno; & poſt hac ſperabimus in eum, nè deſeratur hic locus in æternum, dicit Dominus Deus virtutum; ſi non* cre-

Ezech. 34. cap. 37.

P.Franc.de Franch.in Hoſ.

Lactant. *crediderítis ei, neq; exaudieritis annunciationem eius, eritis derisio in gentibus. Vndè apparet Iudaos nullam aliam spem habere, nisi se abluerint à sanguine, & sperauerint in eum ipsum, quem negauerunt.* Hæc ille. Hæc autem reuersio erit in fine mundi, vt adnotauit Apostolus ad Rom. 11. dicens. *Nolo autem vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vos ipsis sapientes; quia cacitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret: & sic omnis Israel saluus fieret.* *Epistol. ad Rom. c. 11. 25.* quem locum exponens Cæsarius lib. 4. interrogat. vltima, inquit. *Cæsarius.* *Quando igitur plenitudo gentium, hoc est vniuersos populos complexa Ecclesia intrauerit, in iudicium videlicet; tunc omnis Israel, mens, videlicet, Deum cernens, hoc est omnis homo, per fidem, & pietatem, cognitionem habens saluus erit.* Sed clarius D. August. serm. 40. de verbis Domini, inquiens. *D. Aug.* *Veniet tempus, veniet finis seculi, & credet totus Israel.* Non desunt aliæ expositiones. Sed hæc communior est, ac textui magis congrua. Sequitur textus. *Et pauebunt*, id est obstupescent propriam vesaniam; & Deum iustum Iudicem pauebunt, ac timore perculsi, ea bona amittere formidabunt, quæ diù tanta pertinacia obstinatius spreuerunt. Hęc de textu, qui curiosiora desiderat adeat Riberam, & Philippeium.

†

A CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS XXIX.

Qui de Dei familia sunt, eiusque in adibus commorantur, beneficia eius, ac prouidentiam facilius sentient.

ET POST HÆC, &c.

B CÆcutiret in lumine, qui Dei pietatem contrà malitiam belligerantem, non aspiceret. Hanc, hominem captiuantem exturbare satagit; vt homo, qui, vel captiuus, vel malitię catenis ligatus, ferroque, cõtrà Deum se erigens, ẽt Deum vulnerare cupit, sit in eius triumpho dulcius captiuus, & in gloriæ regnet captiuitate. Non irascitur Dei erga nos pietas irritata, sed pressa, oleum, C vulnera curans, abundè effundit; *Christus offertur dat nobis suã misericordiam.* quod adnotauit Petrus Cellens. lib. de panibus, dicens. *Nam, quo fortius premebatur, eo vrgentius oleum, sine amurca emungebatur.* *Pet. Cellens.* Flos est Iesus, qui attritus, redolet suauius; beneficiique magis, cum expectandum nil restabat, nisi iudicium durum, agnouit sponsa, cum dixit Cant. cap. 1. *Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* *Cant. c. 1. 14.* Quem locum lustrantes Com- D mentatores, non eodem modo retulerunt. Origenes enim vuam ex vitibus, dixit Botrum; & item, fructum ex virgulto odoratum, & gratum, in modum vuæ florentis. *Origen.* Alij Camphoram asseuerant, cypri fructum; & horum opinioni *Botrus cypri quid sit.* suffragatur Rabbi Selomoh, in Hebræo etenim stat. *Botrus Kopher.* & inquit Kopher nomen esse plantæ aromaticæ, atque odoratæ, suauiter olentis, speciemq; *Rabb. Salomon.*

Bo-

Botrorum quandã præseferentis. Alij tandem, nè vlterius vager, aiũt esse Palmam, odorem emittentem, quam Plinius lib. 12. naturalis historiæ vocat Serichatũ, & ab Arabis Sericho dicitur; quæ semper virens, ponderi nulli cedit. Sit, quid vis. quidquid est, Deum offensum clamat beneficũ. Botrus, cùm calcatur, vinum dat, corda lætificans, senum lac. Camphora, vt aliqui aiunt, ardet in aquis, & cyprus, siue cyperus incisus dat suauis liquoris lacrymam, oleique suauius; à quo non longè est Christus, qui in cruce cæsus, pro peccatoribus lacrymas fudit, emanauitque pietatis odorem; de qua re sic D. Ambrosius serm. 3. in Psal. 118. *Si autem non ità incidatur lignum, nõ ità fragrat, & redolet; cum autem compunctum fuerit artificis manu, lacrymam stillat, sicut & Christus in illo tentationis ligno crucifixus.* Quod si palma Christus est benefica, quę nostrorum pressa pondere peccatorum, non cedit; & spei virorem seruat peccatoribus, vndè, & *Deus spei*, dicitur; hæc spes pium seruat Hebræis, Deum; vndè tandem in nouissimis diebus cõuertentur. Adhærebunt Antichristo, recipient, vt Messiam, nec tanta læsus iniuria, auertet faciẽ suam Deus; sed tandem gratiæ suæ, funiculo trahet ad fidem. At miror, quod dum Deum ità misericordem agnoscunt, non eum Patris nomine decorat Hoseas, sed Domini, & Dei, dum ait. *Post hęc reuertentur filij Israel, & quęrent Dominum Deum suum.* Nunquid non Patre Deo gloriabantur Hebræi? cum dicebant. *Nos Patrem habemus Deum?* Quid est, quod Patris nomen commutatur in Domini, Deique vocabulũ? Dicam, quod

Plinius.

D. Ambr.

Christus lacrymas suas nobis dat, & ornat Patrē, dum offenditur.

Io. 8. 41.

A sentio. Dominus seruum respicit, nec seruus est, nisi, qui in Domini familia computatur; ijs autem, qui de familia nuncupantur, beneficia à Dominis abundantius impertiuntur; quia igitur in Dei familia computari optabunt Hebræi, vti Dei portio, peculiumque Dei charum, hocque congruentiæ iure, maiora Dei beneficia desiderant; ideò, cum conuertuntur Domini vocabulo, Deum signãt.
B annuit his D. Bernardus in Cant. serm. 32. dicens. *Licet suauis Dominus vniuersis, magis tamen domesticis.* En, Dominus, his suauis, beneficus magis his, qui domestici sunt. Experiuntur suauia isthæc beneficia probi Religiosi, qui è Domini Dei familia, ex eius pendentes vberibus, non angustias, non vrgentia mala patiuntur secularium, sed paradisi degustant primitias. *Est Dominus*, inquit Al-
C bertus in Hoseam, *qui potestate continet, diuitijs remunerat, auctoritate superpositionis legem imponit.* Quæ omnia Dei ingentia beneficia sunt. Quid dignius, quam sub Dei esse potestate, cui seruire est sceptra moderari? quid desiderabilius remanet, post Dei in nos effusas diuitias? quid suauius, quam Dei eloquia in lege eius gustare, quæ dulciora sunt super mel, & fauum? Sed pergo ad Dei
D nomen. non sistit in Domino, Hoseas, sed Domino, adijcit Deum, dicens. *Et quærent Dominũ, Deum suum.* assequar fortè huius scripturæ allegoriam, ex his, ad quæ visenda accessit Deus. *Descendi*, inquit Cant. cap. 6. *in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem, si floruisset vinea, & si germinassent, mala punica.* In hortum, primò suum dirigit intuitum Deus; & cur in hortum?

Dominus seruis beneficus magis.

Bernard.

Albertus.

Cant 6 10

vado

vado ad sacrorum amorum librũ. ibi Spiritus sanctus Dei sapientiam loquens, ait. *Oculi tui, sicut piscina in Hesebon*. vel vt alij legunt. *Oculi tui fontes aquarum*. Aquarum fontes dicuntur Dei oculi; sed cur oculi fontes aquarum? certè ex Aristotile hoc habetur lib. 2. de partibus animaliũ cap. 10., quod visus, seu natura oculorum, etiam aquæ naturam obtinet; quam aquam, tunc potissimum haurimus, cum pũgimus. O Dei immensam pietatem, pungimus aculeo iniquitatum eius oculos, cum aquam suarum lacrymarum haurimus, quæ nostra peccata purgat, & diluit. Sed hactenus de his. deuius fui, dum Deum deuium à sua iustitia, cum punire deberet, veluti vidi. Fontibus aquarum Dei oculi comparantur. quid autem sunt hortis, fontes, nisi fęcunditas? quid præstant, nisi fructuum ad alẽdos homines abundantiam, floresque ad delitias? vt igitur hortos fęcũdaret ad nostrã vtilitatem Deus, visere venit hortos, quod fortè innuit Sotomayor in Cant. c. 6. *Descendere dicitur in hortum suum, vt videat poma conuallium, & inspiciat, si floruisset vinea, & germinassent mala punica; nam, vt eleganter ait, & docet quidam exterius; idest Columella de re rustica lib. 3. cap. 21. Domini præsentis oculus, agrum, hortumque fęcundat.* Dei oculus, dum prospicit fœcundat. Sed quid ni, secũ fert Deus, nisi videre? Deus enim, vt ait Albertus Magnus in Hoseam, dicitur à Theoro Theoras, quod est video, es, & dum videt fœcundat hortum, prouidet arboribus; quia igitur conuersis ad Deum, bonis omnibus affluẽter prouidet; idcircò Dominum, & Deum nominat, misericordem,

Cant. 7. 4.
Aristotil.
Visus aquæ naturam obtinet.
Christus læsus lacrymas pro nostris peccatis fundit.
Oculi Christi, cur fœtes.
Deus vnde dicatur.
Albertus.

A omnipotentemque animarũ Patrem nostrum Hoseas. accinit Albertus Magnus, dicens. *Deum autem quærent; qui omnibus prouidet, qua bonitate sua fruuntur: Deus enim dicitur à Theoro as, quod est video es*. Videt, & prouidet Dei oculus, qui semper misericordiæ effundit fontes; quibus, vel sterilis terra fœcundatur, ad fructum centesimum.

B

ANVLVS XXX.

Exigit à nobis sui dilectionem, qui prior dilexit nos, Deus noster.

ET POST HÆC, &c.

QVærent Dominum Deum in nouissimis diebus, vltimisque temporibus, diù errabundi Israelitæ, & Dauid Regem suũ; qui proculdubio Christus est, ex
C Dauidis stirpe nobis datus. sed quid est, quod Dauidis nomen Christo nostro velamen est? Dauidisque assumit agnomen, vti primum ad eum reuertuntur Israelitæ? nunquid non tũc illos, & fortè omnes saluabit? nunquid non omnium vulnera curabit? Cur igitur, non Iesus Saluator? cur non Christus, oleo vnctus ad vulnera nostra curanda? O, quam ad nostri erga ipsum, amoris flãmas,
D adulat alatus vermiculus Christus; in ijs emori, in ijs consepeliri vult. Semper orationi intentos nos expetit Apostolus; cũque oramus ex Christi mandato Patrem vocitamus Deum. *Pater noster, qui es in cælis*. Et ideò Pater, inquit D. Augustinus in ser. Domini in monte, quia amorem debent parentibus filij. *Quo nomine*, inquit D. Augustinus, *charitas excitatur, quid enim charius debet esse filijs,*

Luc 11. 2.
D. Aug.
Amorem Deo debemus.

filÿs, quam pater. Nec ſtetit in patris nomine Deus, ad familiariora deſcendit, dixit amicos.

Io.15.15.

Iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos. Amicos nos dixit Deus, quia is amore amicitiæ diligit, qui amicum propter amicum diligit; non ſe diligit in amico, ſed in ſe, nil ſibi concupiſcit, non enim ſimul ligantur, & concupiſcentiæ, & amicitiæ amores. dixit igitur amicos nos Deus, quia propter ſe vult Deus, & puriſſimè amari. quo tetẽdit D. Chryſoſt. cũ dixit.

Chryſ. ho. 5. in epiſt. ad Rom.

Amemus Deũ, vt par eſt, hoc .n. magna certè merces, hoc Cęlorũ Regnũ, & voluptas, & delitię, & glorię, & honor, hoc lumẽ, hoc beatitudo infinita. Vndè Propheta dixit. Quid enim mihi eſt in cęlo, & à te, quid volui ſuper terram; ac ſi dixiſſet, nullus prorſus alterius rei, nec cęleſtis, nec terreſtris, ſed Dei vnius deſiderio teneor; hoc ſanè amor eſt, hęc amicitia; hoc modo ſi amauerimus, nec pręſentia bona, nec futura quidquam eſſe pręamore eo arbitrabimur. Nil in anima noſtra præter ſe patitur Deus; vnum vult amore eſſe nobiſcum.

Deus nil præter ſe patitur in anima noſtra.

Diſco à Chriſto orationem, ille ait, vt dicamus. *Adueniat Regnum tuum*. Eia Domine, vel pigritanti homini paſſus indulges, & vt Regnum Cœlorum petat deſcendens ſtimulas? Huc tuus peruolat Amor, & vel Regnum tuum ad nos pigritantes mittere concupiſcis, ſed nec hic ſiſtis, Amas Amari. Vnum Regem poſtulat Regnum, tu cœli Rex es, & Regnũ tua petis oratione homini, vnũ ergo petis eſſe cũ homine, hãc vnitatẽ q̃d facier, niſi amor? amari igitur vis, & vnũ eſſe cũ homine, cũ Regem in Regno tuo exoptas, & docet orare. *Adueniat Regnũ tuum*. Pulchrè per Hieremiã c.24. *Et dabo*, inquit, *eis*

Hierem. cap.24.6.

A *cor, vt ſciãt me; quia ego sũ Dominus, & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum; quia reuertentur ad me ex toto corde*. Illis Dominus eſt Deus, qui toto corde ad ipſum anhelant; ipſis dat cor Deus, vt feſtinent, nil .n. ad Deũ, niſi, quod eſt à Deo; dat propterea cor, vt in ipſum redeat, quod ab ipſo eſt.

Nobis cor dat Deus, vt cor veluti Dei redeat amando ad ipſum.

Vnum excogito. Quid eſt, quod cor dat Deus, vt ſciant? Cor amoris fons eſt, non ſcientiæ habita-

B culum. Vnus, Chriſti patientis cor adinuenit, Cœcus ſcilicet, armatuſque miles, quia cœcus, etſi amor, remeat tutus, haud errabundus ad propria domicilia. Nec ſciens, Amans, ſed potius, Amens. ad quid igitur cor, ſcientiæ traditur? dum ait, Deus; *Et dabo cor, vt ſciant me*. Fortè, quia Dei ſcientia, non niſi ad eiuſdem amorem ordinatur: ad hoc noſcimus Deum, vt amemus, quod ſi

Scientia Dei ordinatur ad eiuſ amorem.

C Deo apprę hẽſo per intellectum, non euolat ad ipſum inflammata voluntas, nõ verè Deũ nouimus, inſcij ſumus; qui ſic Deum noſcimus. At, pergo vlterius; potentia ſciens, intra ſe, ſcientiæ illius obiectum claudit, ſibique ità vnitur, vt ſit obiectum, & potentia quodammodo vnum. Quid igitur Deus? dat cordi amoris fonti, ſui ſcientiam, vt ipſe, vti talis ſcientiæ obiectum; cordi vniatur,

D ſitque quodammodo cum corde amoris fonte vnum, ac vnum cum corde, vt proprium cor ametur. ait igitur Deus. *Dabo eis cor, vt ſciant me*. Quia in ſcientia, eſt obiecti cum potentia vnio, ipſe ſemper cordis noſtri amori vult eſſe infixus, teneri, & tenere. Huc adduco D. Bernardum ſer.79. in Cant. loquens de ſponſa dicente, Tenui eum, nec dimittam. *Dimittere eum non vult, nec ille forſan mi-*

D. Bernar. Deus vult eſſe vnum veluti, nobiſcum.

nus teneri vult; de quo dicitur delitia mea esse cum filijs hominum. quid hac copula fortius, quę vna duorum, tàm vehementi voluntate, firmata est. Teneri vult Deus in corde, & amari, & tenere vult. Hincque capio, cur Dauidis assumit cognomentum, cum Israelitæ conuertũtur. Dauid, interpretatur. *Dilectus.* Siue amatus. amari vult igitur Deus, & esse dilectus, cum Dauidis induit velamina. vndè Diuus Hilarius in Psalm. 2. *Amari Deus se à nobis exigit, non amoris in se nostri, fructum aliquem in sui causa ipse percipiens; sed amore ipso nobis potius, qui eum amabimus profuturo.*

ANVLVS XXXI.

Proficuus nobis est Dei timor; vndè timorem à nobis exigit.

ET POST HÆC, &c.

ILle Beatus est, qui pòst peccatum non recipit solatium, dolet semper, quod fecit, vt deleat. Illeque non recipit solamen, qui timet, pauetque. Accessit ad hortum Christus, & contritum cor eius, ob nostra scelera, fudit sanguinem, ibique pauere cœpit, & tędere. Ità Marcus 14. *Cępit pauere, & tędere.* Eia Domine, cur paues? pauent illi, qui Dei metuunt separationem; tu Deus es, & humanitas tua, à Deitate est inseparabilis, abeat igitur, à te timor. Sed hic pœnitentium personam repræsentat Christus, quia autem hi solamen nullum ob Deum offensum hospitari debent, & timor, pauorque relegat solamen, ideò pauet, timetque Christus. accinit Diuus Bernardus sermone

Marc. 14. 33.

Nullum sit solatiũ pœnitentibus.

D. Bernar.

A de quatuor Nouissimis, dicens. *Validior, & vehementior est spiritus timoris ad resistendum peccato; quam pudor, & dolor, quia pudor de multitudine, & dolor de qualicunque huius mundi consolatione, capit solatium; timor verò, non inuenit vndè consoletur.* Delet peccata timor; quod fortè, vel mortuus edocere voluit Christus in crucis cathedra, cùm dedit ex sacratissimo latere sanguinem, & aquam; non aquam B solum, sed sanguinem, nec absque sanguine cordis, voluit effundere aquam, qui peccata mũdi venit tollere. Equidem, tunc sanguis ad cor peruolat, cum timet quis; sanguis igitur ille, circa Iesu cor, timorem sanctum præseferre potest, huic, timorem præseferenti sanguini, voluit sociare aquam, naturaliter ignis extinctiuam; peccatum ignis est, vsque ad perditionem deuorans, C & omnia eradicans genimina; sociat igitur sanguini timorem significanti aquam, quia sicut aqua ignem extinguit, ità timor Dei peccatum. *Et quidem,* inquit Diuus Bernardus serm. 2. in oct. Epiph. *Omnis timor Domini, sicut aqua extinguit ignem, sic extinguit peccati concupiscentiam.* Nec mirum: basis, & fundamentum diuinæ misericordiæ timor Dei est: qua de re cecinit Propheta. *Misericordia Domini ab æterno, & vsque in æternum super timentes eum.* D O Belle, hi prædestinationis marcam recipiunt, qui timẽt Deum; ità Diuus Bernardus in floribus, agens de timore, vbi ait. *Ab æterno, propter prædestinationem, in æternum, propter beatificationem.* Hinc est, quod Deus, qui Beatos nos optat, timorẽ à nobis exigit. Voluit iã primogenita, cũ Moysi impauit Exo. c. 13. vt oẽ primogenitum

Timor nõ recipit solatium.

D. Bern. Timor Dei peccatum extinguit.

Psal. 101. 17.

D. Bernar.

Qui Deũ timent sũt in prædestinationis marca.

tum sanctificaret. *Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs Israel, tàm de hominibus, quàm de iumentis.* Primogenitus sacer est Deo; sed quid per istum primogenitum, nisi peccatoris timor, à quo incipit cõuersio? initiũ enim sapientiæ timor Domini est. dum igitur Deus primogenita repetit, timorem à peccatore vult sibi offerri. hinc Riccardus in Genesim. *Rectè ergo primogenitus, quia ex timore Domini omne bonum incoatur.* Fructus sanctarum operationum colligere ex horto animæ nostræ auet Deus, quarum radix est in timore Dei, vndè timorem incutit. *Introduxit me Rex in cellam vinariam.* inquit sponsa, adolescentulas sodales alloquens, & vt videtur, inepta loquutione; introducit quidem Rex, sed ad solia: haud Regis opes, maiestatisque splendor in cellis splendent vinarijs, vbi seruorum vestigia cohonestant loca. Quid igitur est, quod sponsa, à Rege ad cellam vinariam, se manifestat introductam adolescentulis? O, quã charus, gratusque Deo est animarũ, & præcipuè imperfectarũ timor. Rex maiestatis nomen est, incutitque timorem; quid plura? Vinum acuit iram, præcipitat ad vulnera, nec respicit personam; vndè Spiritus sanctus Eccl. cap. 31. de vino agens ait. *Vinum multum potatũ, irritationem, & iram, & ruinas multas facit,* vbi Glosa, *Patet irritationem, irã, & ruinas multas ebrietate nasci.* anhelus est ad rixas, iurgia, & bella vino potus; confessus est hoc Salomon Prouerb. c. 23. dicens. *Cui rixæ? cui fouea? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonnè his, qui commorantur in vino? Alit iram vinum,* inquit Diuus

Exod. 13. 2. — *Primogenitum, cur voluerit Deus.* — *Riccardus Victor.* — *Cant. 1. 4.* — *Eccl. 31. 39.* — *Vinũ ruinarũ multarum origo.* — *Prou. 23. 29. & 30.*

A Ioannes Chrysostomus, *sicut lucernam oleum*, & Diuus Augustinus lib. de sobrietate, & castitate, iram, vini annunciat partum, dum ait. *Quicunque etiam honore sacerdotali praditus, proximus fuerit ebrietati, vicinus erit etiam vltioni, & hi etiam, qui Deo proximant, si fuerint tumulenti, proximi sunt ira sauienti.* Habetis Regem, cuius ira Leonis fremitui similis est. O, quem non terret iratus
B Rex? sicut rugiente Leone, gelidus timor per ossa currens, bestias mortis signat sigillo, ità Regis ira. *Sicut fremitus Leonis.* dicitur Prouerb. 19. *Ita ira Regis.* Et quidem teste Diuo Ambrosio lib. 6. exam. cap. 3. *Leonis voci tantus naturaliter inest terror, vt multa animantium, qua per celeritatem possunt impetum eius euadere, rugientis eius, sonitu, veluti quadam vi, attonita, atque ista defi-*
C *ciant, & ipsi in pradam cedant.* Excitat iram vinum, implacabilis est Rex iratus, & terret. Cum igitur adolescentulas sodales alloquens sponsa, Deum dicit Regem ad cellam vinariam progressum, nil nisi timorem in illarum animabus aggenerari desiderat. assentitur Diuus Bernardus in hæc verba, dicens. *Introduxit me Rex in cellam vinariam. Quando prasens est sponsus, & sponsa,*
D *ad ipsum sermonem dirigit; tunc sponsus dicitur, aut dilectus, aut, quem diligit anima mea, inquit. loquens verò de ipso adolescentulis, Regem nominat: vt quid hoc? Propterea, credo, quia & sponsa amanti, atque dilecta, conueniat vti familiarius (quod à se est) amoris nominibus. Et adolescentulis, tanquam disciplina indigentibus, opus est reuerendo premi vocabulo maiestatis.* Premuntur,

D. Chrys. — *D. Aug.* — *Ebrius vltor.* — *Prou. 19. 12.* — *Leonis rugientis proprietas.* — *Timorem suum in nobis exquirit Deus.* — *D. Bernar.*

tur, hoc est, terrentur maiestatis vocabulo, animæ nondum perfectæ; & incutit timorem illa, quæ scit timorem sui, in nobis exquirere Christum. Non mirum ergò, si vti primum conuertuntur à vijs pessimis ad Deum viuum, & verum Israelitæ, pauent ad Dominum; dicente nostro Hosea. *Et pauebunt ad Dominum.* Etenim à Dei timore Christi seruitus incipit.

ANVLVS XXXII.

Magna est supercœlestis gloria, & ea, quam effari, aut intelligere, haud possumus.

ET POST HÆC, &c.

PAuor hic erit Israelitarum; at is quidem, qui non sistet in pauore, sed procedet ad stuporē; vndè in allatis trāslationibus habetur. *Et stupebunt ad Dominum, & ad bonum eius.* Quid est, quod ibi obstupescent, atque obrigent, vbi veram vitam intrabunt? dat motum, dat operationē vita; vt quid igitur accepta vera vita, obstupebunt populi illi? Pergo, vt stupore hoc non reddar torpens, & stupidus, ad paradisum; & illam gloriam, quam assequentur, qui in malis non torpebunt, directi ad sancta opera, cōtemplor. Exultabunt ibi Sancti, laudabunt Deum, gratiasque agentes ei, qui liberādo à malis, in tot bonis facit enatare, dicent gloriæ Dei magnifica, audiamus quæso eas à Dauide Ps. 149. *Exaltationes Dei,* inquit, *in gutture eorum*, dicent vocibus, (Ps. 149. 5.) gloriæ voluptates Sancti post iudicium; vbi totus homo gaudebit in gloria; quomodo autem efformetur vox, doceat te D. Thomas, qui ad eam efformandam, præter sensuum, instrumenta, quæ erunt perfectissima, inquit sufficere aerem internum in pulmone seruatum. at penso, cur Gloriæ exaltationes in gutture frenet Dauid? cur non ascendunt in linguam? cur ora non tangunt? O, quam inesplicabilis est gloriæ gustus, quam exuperant humanum captum Beatitudinis voluptates. In gutture vox efformatur, at neutiquā articulata, lingua verba modulatur. ad innuendum igitur, eas esse gloriæ delitias, vt nec Beati edicere queant, Gloriæ Dei exaltationes, frenat in gutture Dauid. aliud addit Lorinus in hunc locum: nempè tot esse delitiarum infinitates, vt semet occupent, quapropter sistunt in gutture. audiatur Lorinus. *Innuere quoque possunt exaltationes in gutture, tantam copiam earum, vt priusquam vna prodeat foras, alia succedat; imò nec satis exprimi, per linguam posse, sed veluti contineri intra fauces, ac ruminari, & degustari, & neque licere homini loqui, hoc est, non posse pro dignitate.* Non est scientia, qua exprimere Beati possint æternæ beatitudinis delitias, deponit lauream sapientiæ is, cui superest de gloria habere sermonem. Aperuit dilecto Apostolo cœlorum ostium Deus, introspexit electorum gaudia, redditasque pro certaminibus coronas, audiuit præcinentes Dei gloriam Sanctos; at en, vt gloriam resonant cœlites, abijciunt coronas e capitibus seniores, *Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem, & benedictionem sedenti super thronum, viuenti in secula seculorum, procidebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & mittebant coronas suas ante thronum.* Expendo, cur coronas abijciunt Sancti? nunquid non

Vox, quomodo in paradiso formetur.

Beati gloriam dicere nequeūt

Lorinus.

Infinitas delitiarū in gloria.

Apoc. 4. 9.

non in æternum regnabunt?nunquid caducũ eſt cęleſte Regnum, vti terrenum?Abſit.vt quid igitur abijciũt coronas?qui gloria ebrij, nonniſi coronati apparere debebant; etenim ebrij coronabantur antiquitus;vndè Plautus. *Capiam coronam in caput,atque me ebrium aſſimilabo*. Inebriabũtur ab vbertate domus Dei ſancti,hiſque cõpetũt coronæ;vt quid igitur abijciunt è capite? dicam quod ſentio. Corona, nedum,certantibus post victoriam datur, ſed inſuper Magiſtris,ac viris doctiſſimis; vndè lauro coronat Apollo Poetas; & ij, qui Magiſtratus inſignibus digni ſunt,Baclaurei, hoc eſt laurea,& corona digni,appellantur. hæc eſt corona,qua potiuntur Sãcti in cœlis,ibi enim verè ſcientes erunt, quæque ſcientia eis nunc negâtur,tunc fulgebit in illis.vndè ſapientiſſimi erũt.quia autem, his componitur laurea,& corona, ideò coronæ Beatorum caput in Paradiſo circundant.ſed quid eſt, quod abijciunt?O,gloriam dicturi erant;etenim animalia, quæ vidit Ioannes ad gloriam Dei enarrandam, illos excitabant. *Et cum darent illa animalia gloriam, & honorem,& benedictionem ſedenti ſuper thronum,&c.* Quia autem tantam gloriam nemo edicere poteſt;ideò,etſi ſcientia,verè Magiſtri,deponunt coronas,ac coronas deponentes,inſufficientes ſeſe fatentur ad tantam enarrãdam gloriam; etenim ait Diuus Chryſoſtomus ad Teodoretum Lapſ. Paraneſi 1. *Iuxta gloria dignitatem,nobis ſermo nullus adeſſe poteſt*. Elinguis eſt lingua, captiui ſenſus, animæ potentiæ captiuæ, vbi de gloria agitur. Non diſcedo à Ioanne, qui Sanctos diadematibus redimitos vidit in gloria. cur

Ebrij antiquitus coronabantur.

Plautus.

Sancti, vt ſapientes in cælo coronantur.

Nulla ſapietis lingua gloria dignitatē valet enarrare.

A quæſo, coronatos introſpicit, vbi Deus Rex cęlum ſibi vẽdicat Regnum? dixit etenim, *Regnũ meum non eſt de hoc mundo*. Terreni regnant in terra, quibus omnia ſubiecit Deus; at Chriſtus è cœlo cœleſtis regnat in cœlis;cur quæſo in alieno Regno gaudent coronis Sancti? vado ad Deum cœlos, Regnaque ſua remeantem; aſcendit iam,at non ſolus,etenim omnes Sanctos, qui iam ſurrexe-

Io. 18. 36.

B runt,adduxit in gloriam, non iterum depoſitis corporibus,vt probabilior fert opinio,etenim, pœna erat iterum emori,quam non abſque culpa dediſſet Deus; adduxit ſecummet,& alias iuſtorum animas,ſed ità captiuas, vt vel ipſam captiuitatem dicat Eccleſia. *Aſcẽdens Chriſtus in altum,captiuam duxit captiuitatem*. Captiuitatem vocat Sanctos, quibus cœleſtia dona diſtribuit Chriſtus; captiuis

Officium Aſcenſionis.

C autem, qui in triumphum ducebantur, corona circundabantur tẽpora,vndè Gellius. *Sub coronis venire dicebantur mancipia in bello capta,quia coronis induta.* Quia igitur captiuos è bello contra diabolum,& mortem, eduxit Sãctos ad cœlum Chriſtus, ijque ſub coronis ducuntur, ac coronati, propterea coronas in capitibus tenent Sancti in Paradiſo. captiua captiuitas, Sancti ſunt coronis

Captiui coronabantur.

Sancti in cælo coronantur, quia captiui,& quare captiui.

D redimiti; ſed,cur,non captiui,ſed captiuitas,potius dicuntur? puto, quia nil in eis eſt ad gloriam edicendam, quod captiuum non ſit, intellectus captiuus, mens captiua, anima captiua, memoria captiua, lingua captiua, ſicutque captiuus non eſt liber; ità tanta eſt gloriæ affluentia, vt egredi ad enarrandam non valeant, quo tetendit D. Chryſoſtomus, vbi ſupra. *Omnia occupabit,* quaſi dicat

 ligata

ligata tenebit. *Vbi incorruptibilis gloria, & quod omnium longè est maximum, continua fruentur conuersatione cum Christo, vna cum Angelis, cum Archangelis, cum Superioribus Potestatibus.* Quid plura? ea sunt gloriæ mirabilia, vt, vel Christi humanitas taceat, quasi elinguis sit ad enarranda. Stabat, qui nè leui saltem famine vitam maculauit Præcursor Domini. *Stabat,* inquit Ioannes Euangelista c. 1.

Io. 1. 33. *Ioannes, & ex discipulis eius duo, & aspiciens Iesum ambulantem, dixit, ecce Agnus Dei.* audita Ioannis voce discipuli, celeres festinauerũt ad Christũ, vidit illos Iesus, præuenitque interrogans. *Quid quæritis.* at illi, qui à Deo secedere iudicabant nefas, Christi habitaculum, illicò exquisierunt; pulchrè in hunc locum Beda; fortè, ità discursus componebãt Ioannis discipuli. Hic Dei filius, Deus est, eius delitias, hominum filios, animas nostras, cecinit: inibi habitat: sed quænam erit anima hæc Deo digna? quæ ornamenta, qui apparatus Christo aptandi sunt? dic quæso, ò Deus? his pro posse animas ornabimus nostras, vt tuum dignum fiant habitaculum. *Volũt,* inquit Beda, *habitaculum nosse Iesu, volunt sibi ostendi qualem habitationem habeat Saluator; vt cum illis ostenderit, in quibus Christus habitet, tales se exhibeant, in quibus possit Dominus habitare.* at, hic, non habet, vbi caput reclinet Deus, in gloria est eius accubitus, vbi dum est, spirat suauitatis odorem nardus anima. Gloria est Christi habitatio, à qua non discessit veniẽs ad nos, respondit igitur Iesus. *Venite, & videte.* peto, cur, habitationis illius, nõ loquitur apparatus? non dicit opus? non manifestat materiam? sed inquit. *Venite, & videte?* nunquid tam anhelus est ad gloriam elargiẽdam Christus, vt nec verbum velit interponere? nõ dissentio. sed in præsentiarum alio vehor, & puto, ideò de gloriæ habitatione non loquutum Christum, sed totum visui reliquisse; quia felicitas illius patriæ, quamlibet creaturam reddit elinguem. fauet Beda. *Vultis videre habitaculum meum, sermone explicari non potest, opere demonstratur.* Ex quibus, cur ad bonum eius stupeant Israelitæ, capio. Bonum gloria est, quia aurem tacet lingua in eius manifestatione, ideò ait, stupebũt. *Stupebunt ad bonum, hoc est gloriam,* inquit Ribera.

Beda.

Christianus dignũ se faciat Dei habitaculum.

Io. 1. 39.

Nec Christus dicit gloriæ delitias.

SECTIO VIII.

Parant perpessi pro Deo labores cœlum, assequiturTribulatio Beatitudinem, & Deum.

ET POST HÆC, &c.

SEmper dissimilium, plena dolis est, societas. naufragium patitur virtus circundata gurgite vitiorum. Vel Iesus omnium Saluator, ac inter pericula semper tutus, non prius sese Saulo commisit, quam humilitate Paulum efficeret; priusque sibi assimilauit, quam vas suum efficeret, vt portaret nomen Iesu coram gẽtibus, & populis, & filijs Israel. Prius audiuit. *Domine, quid me vis facere,* & demum, dixit Deus Ananiæ. *Vas electionis est mihi iste.* Et quidem iure, quia similia similibus conseruantur. hinc, quin Dei opera non admirer, prohibeor. Formauit hominẽ, inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, factusque viuens anima constabat, & carne. quid

Act. Apostol. 9. 6.

quid diſſimilius magis? inconuenientiuus quid? hæc ſibi relicta, quæ ſua ſunt petit, ac aduerſus ſpiritum concupiſcit, belligerat, vulnerat, & ſæpeſæpius occidit; ex prompto reddit pigrum, & dũ caro infirma eſt, etſi ſpiritus prõptus, langueſcit. Quid igitur eſt, quod tam diſſimilia colligauit Deus, ac in nexu iſto, Nexũ, Centaurumq; perfecit, hominem partim, partim brutũ? vti dixit Clemens Alexandrinus. At illuſtror, vti primum, hominem ad beatitudinem ſcio creatum: Hæc nonniſi tribulationem patientibus, ac acerba ſuſtinentibus luctamina conceditur; vndè dixit Apoſtolorum apex Petrus. *Communicatis Chriſti paſſionibus gaudete, vt etiam in reuelatione gloriȩ eius, gaudeatis*. In rupibus habitat gloria aditu difficilibus; adipiſcitur poſt ſuperatos labores; imò laboris, ac patientiæ partus gloria eſt. dixit Æſchilus.

Deus, cur ſpirituale animã cor pori iũxit.

A

B

Gloria datur tribulatis.

1. Pet. 4. 13.

C

Aeſchilus.

Laborem, qui perpetitur,

Debetur huic laboris natus, gloria.

Quia igitur labores, gloriam; bella, triumphos, & coronam; tribulationes beatitudinem pariunt; idcò hominem ad beatitudinem creatum, diuerſis, diſſimilibuſque formauit Deus; vt per ſufferentiam eorum, quæ in carne, & per carnem patitur, cœleſtibus fruatur. *Vt poſt victoriam tribulationũ*, inquit Clemens Alexandrinus lib. 4. ſtrom. *quȩ in carne ſuſtinemus ſurſum ad ſupernam procedamus manſionẽ*. Et Greg. Naziãz. Apol. 1. hoc idem attendens ait. *Vt per certamẽ, colluctationẽq; cũ rebus inferioribus, ad ſupernȩ gloriȩ hȩreditatẽ perueniat*. Non mirum igitur, ſi tot poſt tribulationes, in ſuperioribus enumeratas, filij Iſrael reuertunturad Deum, pauenteſque

Clem Alexand.

D

Dei bonum deguſtant, aitq; Hoſeas. *Et poſt hȩc reuertentur filij Iſrael, & quȩrent Dominum Deum ſuum, & Dauid Regem ſuum, & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſſimo dierum*.

Vix Dei decreto ſubſcripſerũt Adam, & eius Virago, cũ ad vxorem acceſſit vir, & ſolans dixit, Euam. *Et vocauit Adam nomẽ vxoris ſuȩ, Eua*. Hoc eſt vita. Vitam citius dixit, morti adiudicatam, & cur hoc? Adibo Cherubim ligni vitæ cuſtodem. Hunc Deus ante paradiſum collocauit, nec inermem, gladium enim flammeum, atque verſatilem, ad introitum impediendum accepit, ità Geneſ. cap. 3. *Collocauit ante paradiſum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium, atque verſatilem ad cuſtodiendam viam ligni vitȩ*. Peto ad quid romphea flammea, vbi vis pugnabat Cherubica? vbi Dei voluntas prohibebat aditum? huic quis obſtabit? illũ quis vincet? caſſa eſt creaturæ voluntas, vbi Creatoris reſiſtit: & flocci vilique homo eſt, vbi miles angelicus, Deo iubente, init pugnam. ad quid igitur flãmeus gladius? Erat in paradiſo vitæ lignum, eius quidem vitȩ ſymbolum; & typus, quȩ immarceſcibilis eſt, & æterna; hȩc homini ſignata eſt à Deo, ad hanc eundum eſt. Quid Deus? eiecto homini indicare voluit viam per Cherubim, deditque flammeum gladium, tribulationum Hieroglyphicum, vt doceret per mediũ tribulationum eſſe ad vitam æternam, ad cœleſtem beatitudinem ingreſſum; firmat Vgo Cardinalis in hunc locum. *Gladius flammeus pęnę temporales, quę verſatiles, quoniam tempora volubilia ſunt. Ad arborem igitur vitę non ingreditur, niſi per Cherubim, ideſt per plenitudinem*

Geneſ. 3. 20.

Geneſ. 3. 24.

Vgo Card.

Tribulationis igneis via ad cęlum est.

nem scientię, ideſt charitatem, & per A *gladium verſatilem, ideſt per tolerantiam*. Tribulationes via ſunt ad vitam æternam, ad Cœlorum Regna. quod patefecit Chriſtus, cùm Regnum Cœlorum grano ſinapis comparauit, dicens. *Simile eſt Regnum Cęlorum grano ſinapis*. Math. cap. 13. Exclamabo, Deique immenſum amorem exaltare nuſquam ceſſabo. O, quam ingẽs eſt domus Dei, quam plena delitijs, quam decora, quam ſpecioſa, B quã abundantes erimus in abundantia domus tuæ, ò Deus meus, Amor meus. & tamen granum ſinapis, has dicis diuitias, quod quidem minimum eſt, magna nobis concedis, & ineffabilia, ſed minima ſemper reputat, & ferè nihili amor tuus; vndè minimo grano ſinapis Regnum Cœlorum comparas, & ais. *Simile eſt Regnum cęlorum grano ſinapis*. Verum, quia plena ſunt omnia Dei verba ſa- C cramentis, aliud in hac ſimilitudine inquiram, quod ex communi Adagio eruere minimè cenſebo incongruum; ſinapis tribulationum typus, & ſymbolum eſt, vndè triſtes. *Sinapi victitare*. dicebantur, qua de re Manutius in ſuis Adagijs. *Triſtes ſinapi victitare dicebantur*. Cuius quidem ratio eſt, quia hoc ſemẽ lacrymas eruit; & hinc Ennius apud Macrobiũ, vocat triſte. *Nec triſtem quęritat ſinapi, nec męſtum cepe*. cum D igitur Chriſtus Ieſus ſinapi Regnum Cœlorum comparat, in tribulationibus veluti includi Regnum cęlorum, & vitam ęternam, ad quam, non niſi per tribulationem ſcanditur, vult edocere. hinc D. Bernardus in Pſal. qui habitat. *In ipſa tribulatione eſt gloria*. Quibus prælibatis, ad Adami accedo prolata, proſpexit ipſe mulierem

Math. 13. 31.

Sinapis ſymbolum tribulationum.

Manutius

D. Bern.

Regnum cœlorum in tribulationibus includitur

intrinſecè tribulatam, ac patientem, contemplatus eſt doloribus, ærumniſque dicatam, & illicò dixit Euam; Eua mox, Calamitas, mox interpretatur, Vita. Vt igitur primus parens inſtrueret nos, in calamitatibus, ac anguſtijs vitam includi æternam, per ipſas enim ad illam tendimus, mulierem, Euam dixit, quæ, & calamitas interpretatur, & vita eruditè Beda. *Poſt hæc vocabitur Eua. Vita, ſiue calamitas; quod nobis conuenit, calamitatem hic, vitam in futuro habemus*. Non eſt, cur non quieſcat anima malis obſita; tendit, feſtinat ad cœlum, beatamq; requiẽ, perturbata malis, vti dixit Chryſoſtomus hom. 62. *Sicut corpus tritum laboribus, & ærumnis cõfectum amori non vult vacare, non indulgere ventri, ſed requieſcere, & quiete iacere, ſic, & anima pluribus obſita malis, ad requiem, & quietũ ſtatum feſtinat*. Nõ ſegnis, nõ lento gradu pergit, ſed exultat, vt Gigas ad currendam viam, anima ſtimulis tribulationum agitata, ac per eas æternam ingreditur quietem.

Beda.

Eua, cur dicta Vita.

Chryſoſt.

Vehor ad tribulationum ſignũ Iob. Hic ſignum poſitus diaboli inuidiæ, quauis lætitia conuerſa in luctum, luctuique plagis adiectis, putredini conſignatus, ſimilia quæſiuit, elegitque ſtercus putredini, ibique ſedit. *Egreſſus igitur Satan à facie Domini, percuſſit Iob vlcere peſſimo, à planta pedis, vſque ad verticem capitis, qui teſta ſaniem radebat, ſedens in ſterquilinio*. Exijt à facie Domini diabolus, at introduxit Iob, qui, dum ſedet in ſterquilinio, extra ciuitatem eſt, vti commentatus eſt Origenes, ac extra ciuitatem illum meditatur, qui pro omniũ ſalute, extra portã Ieruſalem erat paſſurus: Chriſti ſocietas tribulatum ſolabatur Iob;

Iob. 1. 12.

Orig. Chriſti ſocietas tribulatum Iob ſolabatur.

Iob. accessit ad isthęc Origenes in cap. 2. Iob. *Sedebat extra Ciuitatem: solũ sustinens dolorẽ illũ sauissimum; certum est, quod memor illius, atque imitatus illũ, qui solus dolorẽ omnium extra Ciuitatẽ sustinuit, idest unigenitus, & de illius futura passione seipsum cõsolatus est.* Quis nõ patienter dolores, opprobria, crucesq; sustinebit, si pro se passum Christũ, & acerbissimè crucifixũ contẽplatus fuerit; Christi dolores, dolorũ nostrorũ solatia sunt; gaudebit quiuis militãs, suo Imperatori Deo similis factus; nec refugiet opprobria natura semper ad imperia anhelãs, cũ currus triũphãtiũ alapis cõsecrari pẽsabit. & certè alapæ, Regesque vno gaudẽt faustu, quandoquidẽ cũ triũphis lætabãtur Reges, alapis accomodabant genas; & hinc fortè, alapa percussus Christus, quasi indignabũdus, dixit Malcho. *Quid me cedis.* quia adhuc non in alto crucis curru erat: existimabatur vilis seruus ante Pontificẽ stãs Deus; non adhuc Regia micabãt insignia; quia autẽ, non benè cõueniunt reorum habitus, & alaparum opprobriũ; sed his glorię currus decens est; ideò ibi, quasi lamenta proferens, dixit. *Quid me cedis.* ꝙ fortè nõ dixisset, si in cruce suscepisset, vbi, & titulũ suscepit Regiũ. Exijt igitur extra Ciuitatẽ Iob, vbi Xpm cõtẽplabatur crucifixũ ad dolorũ suorũ solamẽ; hic testa saniẽ radebat, sedit in stercore. Appẽdo singula.

Christus, cur de alapis cõquestus.

Io. 18. 23.

Morem gerit diabolo Iob, cum testã accipit, dũq; diabolo fauet, obsecundat Dei volũtati. O quãti pretij tribulatio est. Equidẽ, percussit diabolus Iob vlcere pessimo, vt corpus dirè affligeret; quid tũc fortis athleta Deỉ militat diaboli intẽtioni, accipitq; testam, vt testæ duritiæ, durius sese affligat,

Dum facit diabolo Iob, Dei voluntati obtẽperat.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A addatq; dolorem dolori, vulneri vulnus; pelle expoliare satagebat sanie dęmon, & Iob carnes testa lacerabat, dũq; militans pro Satana, suas carnes in Dei obsequium lacerabat, corpusq; pro Deo affligebat, Deo pretiosus erat. Nè quæso pigeat audire Origenem in loco supracitato. *O patientia, ò cõstantia, testam accepit, vt raderet saniem; nõ accepit molle aliquid, vt abstergeret molliter, leniter, leuiter.* & B deinceps. *Meritò, inquit exagero, atq; moueo ipsos dolores, vt per cuncta ostendã nequissimo diabolo, quia eius malitiã irrideo, quia iniquitatẽ eius contẽno, quia omnes eius plagas, atq; vulnera ad nihilum reputo; ob id ergo accepit testã, vt raderet saniẽ. ecce, inquit, ò malignissime diabole, sicut tũc rẽ familiarẽ, & filios mihi auferens, tũc ego; quod supererat, vestẽ, atq; comã capitis cõscindẽs, atque tõdens, tibi proieci vestẽ post rẽ familiarẽ, & co-* C *mã post liberos; sic ẽt nũc, cũ me sęuissima plaga percuteres, quod tibi superfuit huius doloris, hoc nimirũ ego adijcio; ac testa dolores prouocando, execrãdo, atq; exasperãdo; vt per hęc vniuersa informeris de mea cõstãtia, nè vltra putes iniquissime diabole, quod ego detrahã benignissimo Creatori, vel blasfemẽ sanctũ benefactorẽ meũ.* placebat Deo, & id suo corpori doloris adijciebat, ꝙ reliquerat Satã. ast, expẽdo, cur testa potius, q̃ terrę glebis saniẽ radebat, D corpusq; affligebat, cõplebatque laboribus. Dicã, ꝙ sentio, in testa hac, de tribulationis partu corpus suũ instruebat Iob. Duos lego inter cęteros Deo nostro valdè caros, Abrahã, & Moysẽ; illi benedixit, ac in figura terræ illius frugiferę promisit cęlum, huic, vel viuenti per transitum summi Dei concessit fruitionem. Abraham de igne Chaldeorum extraxit

Origen.

S Deus,

Deus, Moysen de aqua. & cur beatificandos alterũ de Vr Chaldeorũ, hoc est, igne Chaldeorum eruit, alterum educit de aqua? nisi, quia, illi gloria manifestabitur, illeque erit cęlestis Ierusalem lapis, & later, qui per ignem transibit, & aquam, nempe per tribulationes, iuxta illud Dauidis. *Transiuimus per ignem, & aquã, & eduxisti nos in refrigerium.* Vbi Vgo Cardinalis, *quia post tribulationum consolationem tribuit refrigeriũ ęternum.* Mox ad testam Iob, quid testa, ni terra? Sed vndè testa, & later, quibus ædificantur Ciuitates? equidem ex aqua, & igne; aqua enim infusa, ac superfusa terra, igniqueimposita, & exposita, testa fit: quæque per ignem transeunt, & aquam ad cœlestem adducuntur Ciuitatem, vti Abraham, qui transijt per ignem, & Moyses de aquis tractus. En, Iob corpus suũ solans testę iungebat: ac si diceret, Eia corpus, gaude, solare, exulta; tribularis, sed testa tecum est, transis per ignẽ, tranas aquas, qui per ignem transeũt, & aquam erunt in gloria, transibunt in refrigerium: Gaude igitur, quia testę, quæ ex aqua, & igne est iunctis, gloria excedens, coronaberis. qui enim per ignem transit, & aquam adducitur in gloriæ refrigerium, ac in cœlis gloria coronabitur. non longè est ab his Origenes, dum ait. *Beatus Iob, post nimios illos dolores, qui in corpore erant, extra corpus testa rasit vulnera sua, vt omnibus Deum timentibus patientię, atque tolerantia in perpetuum traderetur forma; vt omnes dolores, atq; plagas, siue in corpore, siue extra corpus, siue detrimenti, atque languoris, cum gratiarum actionibus sustinentes, accipient à Deo æternę glorię remunerationem.* Cõsequitur gloria

Iob, cur testa rasserit saniem.

Vgo Card.

Origenes.

A tribulatos, afflictis seruatur refrigerium, euehenturque ad solia, qui hic patienter iacent contempti. Vndè scrutor præcitatas Iobi actiones. Vadit percussus extra Ciuitatem, sedet in stercore, non stat, sed sedet, dũ stercori obuiat. Quid est hoc? insinuabo, transiẽs, dignitatum sublunarium, temporaliumq; vanitatem; sedet Iob in stercore, quia sedere Regis est, nec solia Regnorum, nisi stercora,
B ac talia habenda. simile, dignè simili sociatur, nil homo præter vermem, vermi stercus debetur. Sed dicã, si homo vermis, & stercus; temporalia, quæ homine minora sunt, peiora stercore censeo, & viliora habebo. *Sedit*, inquit Origenes, *super aceruum stercoris; intẽdite, inquiens, omnes filij hominũ, ad quantã humilitatẽ terrena sublimitas immutatur, meritò nullus pręsentia aliquid existimet, sed futura timeat.* Duo, vt puto, edocere
C voluit Iob, & Regnorũ solia, stercora esse, & quod omnia in stercus finient, vertentur in stercora. & tamen, ò lacrymis dignum casum, pro stercore hoc, animas libentissimè dant diabolo aliqui: adsit solium, teneatur sceptrum, & regnet in anima peccatum, & diabolus; commutetur Regnum pro Regno, detur animę diabolo Regnũ, dũ regnet ambitiosus. digre-
D dior libẽter, vt malũ hoc apud ipsos pręsertim non crescat, qui à mũdo, nil pręter afflictiones colligũt. & trãseo ad propositũ, dispũgẽs. Cur tribulatus Iob non aliam eligit sedẽ, nisi stercus? A Dei moribus ad Iobi excogitata perueniam, illos enarrans Dauid, ait. *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cęlo, & in terra: suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pau-*

Regna stercora.

Origen.

Ps. 112. 5. *pauperem*. In stercore sedentes, A non relinquit in illa humilitate Deus, sed erigit ad solia gloriæ, parificat Principibus, hoc est Angelis Dei: firmat Vgo Cardinalis in Psal. 113. *Cum Principibus, idest Angelis in cœlo*. Hi sunt Dei mores, de stercore transferre ad cœlos, ad gloriam. vt igitur indicaret Iob, tribulationes ad cœlicam euehere gloriam tribulatos, dum à Satana affligitur, dum, & vel ipse suis addit tribulationibus, sedet in stercore; quia à stercore B itur ad beatitudinis solium. Non enim nisi gloriam pariunt tribulationes pro Deo. Non abeo ab Origene. *Et ipse sedebat super aceruum stercoris, plus sibi de ipsis vermibus, atque putredine, quam olim de Regni gloria, atque multitudine circundantium se populorum complacens; nam illorum omnium finem, post hæc, anima, quæ gloriosa sunt carnis mors expectat*. Eleuat post C stercus ad gloriosa Deus, vndè tribulatus Iob sedet in stercore, quia gloria tribulationem subsequitur. Insequebatur inimicos Philisteos prælio Saul, percussitque Ionathas filius suus stationem quandam, quæ erat in Gabaa; cecinit classicum triumphū: Sed mox, mox vlulatum clamauerunt, non amplius lætantes tubæ: etenim congregati Philistijm ad vindictam, vel arenam, quæ D maris cohibet frementes vndas æquabat numero, Gigantes, Martemque animo. expauit tunc Israel, ac leporum, herinaciorumque amicus, ibi exquirebat refugium, vbi isti quiescebant à canum morsibus; quapropter inquit sacer Textus 1. Regum cap. 13. *Quod cum vidissent viri Israel se in arcto positos (afflictus enim erat populus) absconderunt se in speluncis, in abditis, in petris quoque, & in antris, & in cisternis*. Vt primum angitur, vt primū afflictus est populus, absconditur in petris. Cur quæso non audax prorumpit in pugnam, vicerant iam, prostrauerant Philisteos, nec Victorē exercitum facilè est expugnare. Strenuus magis, audacior, insolentior fit miles parta victoria; quid est, quod leonis magnanimitas in timorem vertitur lepusculorum? quique iam inimicos calcauerāt, inimicos panent? prosternuntur animo, ac à petrarum abditis exposcunt asylum? Adibo Moysen inter petras latentem, ac consulam de petris. Dux iste Hebræorum, post longa cum Deo colloquia, post innumera beneficia, post Deitatis nomenclaturam, non quieuit, sed id concupiscens, ad quod, non quiescit, ni peruenerit animus, poposcit à Deo gloriæ visionem, ità cap. 33. Exodi. *Ostende mihi gloriā tuam*. Et Deus, qui seruorum voluntatem non auersatur, precibusque supplicātium pro æternis libenter annuit, pollicitus est summi, omnisque boni visionem, repleuit gaudio Beatorum, concessit, quod petierat, glorificauit per transitū Moysen, vt inquit D. Thomas; ast non prius largitus est gloriā, quā Moysen absconderit in petra. *Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ*. In petra collocat mox beatificandum. quid gloriæ lumina, cum petrarum tenebris, cur non effert super sidera, cur vt dilectum seruum, non euehit ad cœlos, vbi quisquis aperta Dei facie fruitur, sed abscondit in petræ foramine? Audio Christum ad suam sponsam clamantem. *Surge amica mea, speciosa mea, & veni, columba mea,* in

Marginal notes: *Iob tribulatur, cur sederit in sterquilinio.* — *Origenes.* — *1. Reg. cap. 13. 6.* — *In petris, cur se abscondant Israelitæ tribulati.* — *Exod. 33. 18.* — *Exod. 33. 22.* — *Cant. 2. 14*

in foraminibus petræ in cauerna maceriæ. Vocat iteratis vocibus spõsam, nec sistit in vna vocatione Deus, vt non tepidum, sed feruẽtissimum, dicat suum amorem, ità Diuus Bernardus serm. 61. *Commendat sponsus multam dilectionem suam, iterando amoris voces, nam iteratio, affectionis expressio est.* Sed expauesco, cum post tanti amoris exardescentes flammas, non ad oscula vocat, sed ad foramina petræ, ad cauernas maceriæ; quid petra isthęc boni habet, quod Dei sponsa non sit indignum? astat D. Bernardus, ac dum multa in petra hac contemplatur, tribulatos conspicit in petra; in petra abscõditur columba, cum ab accipitre ad interitum conquiritur, ac dum in petra mãsuetam aspicio auem, contemplor tentationibus, veluti inimica acie vallatam. *In his*, scilicet cauernis, inquit Bernardus. *se columba tutatur, & circumuolitantem intrepida intuetur accipitrem, & ideò ait, columba mea in foraminibus petræ.* En accipitrem, ad necem conquirentem, & columbam absconditam in petra. Afflictorum igitur locus, petræ foramen est. *Martyr, cum laniatur, cum vritur, cum sanguine proprio rubescit, intrepidus in petra est.* ait idemmet Diuus Bernardus, *Nunc autem in petra habitans, quid mirum, si ad modum petra, durescit.* Vocabat colũbam suã Deus, vt ad gloriæ dulcedinem asportaret; at quia ad hanc, non nisi per multas tribulationes, euolare poterat, & tribulatos licet conspicere in petra; ideò ad petram, hoc est, ad angustias, euocatur, vt hinc transeat ad dulcedinem cœlestium. Ex quibus, cur Moysen gloriam desiderantem, in petra posuerit Deus, capitur: gloria tribulationũ par-

D. Bern.

Amor Dei non est tepidus.

Columba in petra tribulatorum symbolum.

A tus est, iique, qui in petra absconduntur, tribulatorum typus sunt; vt igitur, illa potiretur Moyses, in petrarum angustijs, hoc est in tribulationibus collocatus est: quapropter aiebat D. Bernardus ser. citato. *Ibo mihi, ad illa sic referta cellaria, atq; ad admonitionem Prophetæ, relinquam ciuitates, & habitabo in petra, ero quasi columba nidificans in summo ore foraminis, vt cum Moyse positus in foramine petræ, transeunte Domino, merear saltem posteriora eius aspicere.* Posteriora

B petit Bernardus, vbi Moyses summum bonum vidit. In petra igitur afflictus, & tribulatus, dum colloca ur, ad diuinam solet introduci gloriã. Ex quibus haurio, cur afflictus Israel, in petris absconditur. *Absconderunt se in speluncis, in abditis, in petris, &c.* Qui in petra absconditur, ad gloriam transit Dei, afflictus Israel abscõ-

C ditur in petra, igitur ab hac ad beatitudinẽ euolat. quod si non absconditur in petra, nisi tribulatus; equidem concludere licet è tribulationibus iri ad summum beatitudinis bonum. fauet Sanctus Gregorius Papa in primum Reg. cap. 13. lib. 5. dicens. *Afflictus est populus, absconderunt se, &c. Afflictio quippè electa mentis, omnis diabolicæ tentationis, peremptorius mucro est; nam dum profundè com-*

D *pugitur in superni gaudij amorem subleuatur; & tanto iam fortius oblata mundi oblectamenta respuit, quãto iam cęlestia feruentius diligit, ad quæ flendo conscendit. Doctor namque egregius dicit, Per multas tribulationes, oportet, nos introire in Regnum Dei. Tribulatio igitur nostra superni gaudij introitus est. Meritò ergo quoties electa mens in afflictionis sua lamento compungitur, se tribulando, hoc obtinet, vt intret in contem-*

D. Greg.

templationem illius superni Regni, in quo ineffabiliter gratuletur. ac si diceret D. Doctor, hi Dei sunt mores, à petra euocare ad gloriam, afflictus igitur populus in petris absconditur, vt afflictionem, & tribulationem esse viam ad gloriam manifestum sit. Non distant gloria, & tribulari, mala lætanter à Deo sustinere, & coronari, labor, & cœlum. Vidit ad maioris pœnæ cumulum, dum esset in tormentis Epulo, Lazarum in Abrahæ sinu delitiantem, petiuit, vt non exauditus, torqueretur durius, vel guttulam aquæ. Dixit Abrahamo. *Mitte Lazarum, vt intingat extremũ digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* & respondit Abraham. *Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autem hic consolatur, tu verò cruciaris.* Quid ais Abraham? consolatur Lazarus, quia recepit mala, iubilat in gloria cum angelis, quia nil, ni mala passus est?& vbi sunt opera ad salutem necessaria, cœli pretium, scala paradisi, ianua Regni? necnon, vbi charitas, sine qua nemo videbit Deum? scio, & his abundasse pauperem, qui in tuo sinu sedet, non enim cordis dares sedem, nisi amanti, qui nescit non operari. sed cur hæc ad Lazari gloriam, non affers in medium? O tribulationum excellentiam: recepit mala Lazarus. *Similiter*; vti diues bona; non absimiles erant in recipiendo diues, & pauper; lætabatur ille bona accipiens, lætabatur iste recipiens mala; epulabatur ille in bonis, & in his ducebat dies suos, epulabatur iste in malis, ac animã suam impinguabat, hoc illud *Similiter*, secũ fert. Mala autem hæc, tanti faciebat

Luc. 16. 24.

Mala patiens consolabitur in cœlis.

Lazarus, quare in sinu Abrahæ.

A Deus, vt quibuslibet relictis operibus, hæc adducat ad Lazari gloriæ iustitiam; etenim necessario vinculo, mala pro Deo lætanter tolerata, & gloria nectuntur. pulchrè Diuus Petrus Chrysologus serm. 123. *Sed transeamus ad Lazarum, & quæramus, quid est, quod, & Lazarus similiter mala, & id sufficiat ad meritum, abundet ad gloriam, si non fecit bona, sed recepit mala? planè beatus est fratres, qui se à Deo*
B *recipere bona, mala accipere fideliter, credit.* Vel Beatus, cum mala recipit; quia ius habet acquisitum ad beatitudinem, ad quam, per tribulationem itur, ingreditur per plagas. Non latebras conquirebat Iesus, qui spõtè pro nobis sese sacrificium Deo Patri acceptum offerebat, sed ad locum proditori notum, vt cœnauit, accessit, transijt torrentem Cedron, peruenit ad hortum Gethsemani, ibique
C tristis vsque ad mortem procidit in terram, sanguinemque ex toto corpore fundens, sanguine proprio, veluti operimẽto voluit operiri, cum. *Factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrã.* Totum sese oraturus immerserat in cœlum, sursum totus agebatur; hoc enim præsefert illud. *Procidit in faciem suam.* Vt notauit Vigerius Senonensis Cardinalis in suo decacordo, in hunc locum.
D Speculatur ipse, quæ nam sit Dei facies, illamque concludit, per quam, maximè nobis innotescit Deus, quæ præter cœlum nulla alia est. adduco eius verba. *Procidit in faciem. quænam est hæc facies? per faciem maximè res singulæ dignoscuntur, nil autem nos Deum magis cognoscere facit, quam videre cælum, tam magnum, tam pulchrum, tam varium, in tanta motus velocitate suam pulchritudinem, varietatem-que*

Tribulatio, & gloria nectiitur.

D. Chrysol.

Luc. 22. 44.

Math. 26. 39.

Christus orans in horto totus in cœlum sese transtulit.

Vigerius Senonens.

que eodem semper tenore seruantem, quare faciem cęli qui dixit, nostro loquendi vsu metaphorico, & translato non errauit, & quia Dominus Iesus verus est Deus, & verus homo, ideò genibus procidens, secundum corpus, & oculos ad cęlum erigens, in faciem suam procidisse à Matthæo, non ineptè describitur. ad cœlum oculos orans, iuxtà huius peritissimi Doctoris placitum, leuauit oculos Iesus in horto Gethsemani, & totus actus in cœlum, veluti in illud procidit; vndè admirandus est sanguineus sudor: quis enim non delitiatur cogitans cœlum? quis non congaudet? quis cœlica pendens ab angustijs non sublevatur? Iesus autem, ità sanguineo madefit sudore, vt illo tanquam vestimento, diploideque vestiatur. inquiram ab ascendentem et Iesu mysterium. Iuit ad Patrem Christus, pertransiuit nubes, penetrauit cęlos, stetit ante paradisi ianuas, iussit recludi portas, at tunc sic loquẽtes Angeli, admirati sunt. *Quare rubrum est indumentum tuum?* apparuit, ante paradisi ianuas Christus rubro indutus vestimento; cur quæso rubeus effertur color, vbi pax summa est in æternum? hic color, ibi eleuatur, vbi ad sanguinem anhelat gladius, obstrepunt belli sonitus, clanguntq; ad pugnã tubæ. Gloriam suam, cum nobiscum degẽs, manifestauit Christus, albis se texit. *Vestimenta eius*, inquit Marcus cap. 19. *facta sunt candida nimis, velut nix, qualia fullo non potest candida facere super terram.* Candidus micat in tranquillitate gloriæ color. cur igitur rubris ornatur ingressurus cœlum Christus stolis? ast, quis nam ignorat, per passionis, & tribulationum caracteres dandum Christo ad gloriam aditum. *Oportebat*, inquit Lucas, *Christum pati, & ità intrare in gloriam suam*. Hoc æterno Dei decreto firmatum erat, vt sanguineus tribulatusque Christus intraret ad glorię possessionẽ, nec sine passione, gloriæ sedes eius corpori erat signanda: quia autem rubra vestimenta, sanguineaque passionum inditia sunt, ideò gloriam ingressurus, talibus se vestiuit Christus, quod innuit Diuus Gregorius, cũ dixit. *Tribulatio igitur nostra superni gaudij introitus est*. Ex quibus, cur sanguineo sudore vestiatur in horto, colligo. Hortus hic ad radices erat montis Olyueti, qui talis dicebatur, ob multitudinem oliuarum. quid autem oliua, nisi pacis, & beatitudinis symbolum? vndè relatore Valerio Maximo, Legati Romanorum, qui pro obtinenda pace mittebantur oliuarum ramos gestabant, & teste Plinio, Veteres Athenienses, oliua coronabant Victores. & Gloria, corona est. clarius autem noster Hoseas cap. 13. *Erit quasi oliua gloria eius.* aspiciebat igitur, orans Christus oliuam, gloriæ symbolũ, appropinquauit oliuæ, quia autem ad oliuarum, scilicet, gloriæ coronam, non admittitur, nisi tribulatus victor, ideò tribulatorum habitu, sanguineoque operculo, propè oliuas comparet Christus, & *Factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram*. Iũgit oliuis sanguineum sudorem, quia in tribulationibus desudantes admittuntur ad coronam, trãseunt ad æternam pacem, ad cęlicam visionem; vndè Petrus Pictauensis cap. 107. *Victores tribulationum, oliua coronantur.* Fortè non longè fuit Christus à Persarum moribus, qui mortuos suos, quos dicebat in gloriam euolasse, coccineis

Margin notes: A; B; C; D; *Christus, cur sanguineum sudauerit.* *Isa. 63. 2.* *Mar. 9. 3.* *Christus, cur rubeis indutus in cœlum ascẽderit.* *Luc. 24. 26.* *D. Greg.* *Oliua symbolũ beatitudinis.* *Valerius Max.* *Plinius.* *Hoseas c. 13.* *Mores Persarum.*

cineis vestimentis, ac oliuarum ramis ornabant; hocque significabatur, à prælijs (coccinea enim veste milites vtebantur) tribulationum ad oliuæ, scilicet, gloriæ coronam, transire animas. & clarius quidam deuotus Poeta cecinit.

Lambo nostrum Saluatorem,
Et sanguinem sudorem,
Quo vestitus prœliatur
Post, oliua coronatur.

O, quam pie, & ad nostram eruditionem. vt sciamus ad gloriam per tribulationes dari ingressum. Perierat non credens Thomas Apostolus; accessit viuificaturus Christus, aduocauit ad vitam, traxit ad plagarum tactum, immisit Apostolus manum in latus Christi, scrutatus est cor, exclamauit,

Io.20.28. & dixit. *Dominus meus, & Deus meus.* cui Christus, *Quia vidisti me Thoma credidisti, Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Vidit Thomas, quod exclamauit, & quid exclamauit? Deum: ergo vidit Deum. quis autem videns Deum non est Beatus, cum visio Dei sit tota merces? & *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te Deum.* Igitur per transitum, Beatus Thomas; pia est hæc opinio, à qua non longè sunt D. Bonauentura, & Beatus Thomas de Villanoua. *O te felicem*, inquit Seraphicus Doctor, *qui manum mittens in latus Christi, eius beneficio in gloria sublimaris*, & Villanoua. *O te Beatum, qui Saluatoris gloria in terris perfrui meruisti.* Vidit gloriam Thomas Apostolus, vt piè credi potest. Sed dum ad hanc euocatur dicitur ei,

Io.20.26. *Mitte manum tuam in latus meum.* Quid est, quod missioni manuum, gloriæ respondet gustus? Dicam per transitum, quod sentio. semper Deus cumulatim retribuit

D. Thomas Apostolus per transitum vidit Deũ.

D.Bonau. Thomas de Villanoua.

P.Franc.de Franch.in Hos.

A nobis. Notanda sunt verba illa. *Mitte manum.* Manumitti, vult Christus à Thoma. quid est manumitti, nisi libertate donari? iturus erat ad Patrem Christus, ac præpediebatur decreto suæ diuinæ voluntatis, quod erat, vt prius ex incredulitate liberaretur Thomas, & hoc per plangarum tactũ, & Christi præsentiam, quo considerato decreto, Christus Thomę, veluti alligatus erat, & detinebatur à Thoma.

B Cum aliquis alicuius seruituti alligatur, semper remanet ligatus, & seruus, quousq; à suo Domino, cui ligatus est, manumittitur; quæ quidem manumissio habetur in iure, leg. manumissiones, ff. de iust. & iure, & manumissio, datio libertatis est, tangebatur manu seruus, & liberabatur. Dum igitur hoc manumissionis termino vtitur Christus, & tangi vult à Thoma ter, vt proba-

C bile est, scilicet, in duabus manibus, dum dixit infer digitũ tuum in loca clauorum; & in latere. *Mitte manum tuam in latus meum*, quæ quidem erat cęremonia in manumissione, scilicet, vt ter manumittendus tangeretur, ac diceretur ei. *Facio liberum*, & Thomas dixit, *Dominus*, qui titulus libertatis est, vtique Christus, veluti libertatẽ accepit à Thoma, & fuit manumissus, veluti seruus. Quid

D tunc Christus, qui secundum mẽsuram confertam reddit; excogitare sic potuit, accipio libertatem quodammodo à Thoma, exaltabo Thomam ad libertatem verã, quia autem hæc libertas gloriæ est, iuxta illud Apostoli. *In libertatem gloriæ filiorum Dei.* Assumpsit, exaltauitque ad gloriæ visionem; qua de re, inquit Thomas, à Villanoua. *O te Beatum, qui Saluatoris gloria in terris perfrui meruisti.*

L. manumiss.

Thomas Apostolus veluti liberum facit Christum.

Ast,

Aft, cur non in capite tangi vult Christus, quandoquidem manumissio præcipuè fiebat, tangendo caput? sed ad tactum vocat plagæ lateralis, & per hanc ad gloriam? explicabit mysterium cuiusdam adinuentum. Adpinxit hic columbam, in pectore vulneratam, cum hac inscriptione. *Per istam, ad istam.* Et eius sensus talis erat; columba felicitatis symbolum est apud Ægyptios, qui igitur, ad felicitatis regimen cupit aditum, aspiciat in columba plagam, & sciat à tribulationum plagis iri ad felicitatem, & gloriam. beatificaturus erat Apostolum suum Deus, quia autem tribulatis gloria datur; eundumque est per tribulationes ad gloriam; ideò ad plagas vocat, vt videat Deũ, etenim teste Diuo Gregorio. *Tribulatio nostra superni gaudij introitus est.*

Ingreditur anima tribulata gloriam, ità, vt, dũ affligitur corpus, ipsa in ipsumet paradisum transmutetur. Vnum Deus prohibuit diabolo, cum affligẽdi Iobum dedit potestatẽ, vt ab animæ .s. tactu abstineret; tetigit bona, & perierunt, carnem, & putredinem ante mortẽ ingressa est, animam autem attingere nõ potuit. Vetuit enim Deus cum dixit. *Animam illius serua.* legunt alij. *Animam eius, ne tangas.* Quid est, quod animam non potest tangere diabolus? inquiram mysterium ex ijs, quæ sacra determinat Theologia; Relinquunt Theologi liberum arbitrium diabolo, at semper obfirmatum in malo, à natura liberum arbitriũ vertibile habuerunt Angeli, poterant in bonum, poterant in malum; quare autem, modo in bonum, non potest liberum arbitrium diaboli, non vnica est Theologorum ratio; vnum scio, quod nullus in supernaturale bonum potest absque gratia, quam Angeli, qui corruerũt, nec habent, nec vsquam habebunt; ità iustè iam stabilitum est à diuina voluntate. Non possunt diaboli, stante iam diuino decreto non dandi amplius gratiam, attingere gratiam, cumque hæc semen gloriæ sit, nec possunt attingere gloriam, in eamque crescere. Exclusus igitur diabolus à gloria nullatenus potest attingere. omnia tangit diabolus, vel Christi carnem tetigit, cum *Assumpsit eũ diabolus*. at gloriam nequaquam attingere potest. quod si cum tetigit Iobi corpus, afflixitque carnem diris supplicijs, eiusdem tribulati animam non potuit attingere, & gloriam non potest attingere diabolus, posse concludi censeo, animam tribulati Iob, veluti in gloriam, in paradisum, nedum translatam, sed conuersam. Ansam præbet Origenes lib. 2. in cap. 2. Iob, dicens. *Substantiam quæsiuisti, accepisti; nunc ipsum quæris, habes; ecce trado tibi illum, non contradico maledicte, non tibi denego, condendate, non propter tuam malignitatem, sed propter Iob innocentiam, vt iustus appareat, vt sine querela esse comprobetur, vt gloriosius coronetur, vt verax demonstretur, contere carnem, affige ossa, animam ne tetigeris, terram tibi trado, cęlo nõ appropinquabis.* En, anima tribulati Iob cœlum. tribulabatur Iob; parumque Deo videbatur meritis, & gratia cumulare, transtulit animam in cęlum, & tetigit gloriam Angelorum paulò minorẽ; quod opinatus est idem Origenes, vndè dixit. *Hanc animam, quæ paulò minorem gloriam ab Angelis adepta est, super terram, ne tetigeris.* Quis cre-

Margin notes: A; B; C; D; Iob. 2. 7.; Matth. 4. 5.; *Anima tribulati, quasi in gloriã conuersa.*; Origen.; *Anima tribulati cœlum.*; Origen.

crederet sub putredine pretiosū lapidem gloriæ, sub vermibus paradisum, sub tribulationibus cœlum.

Operiat cœlū nubibus omnipotēs Deus, nec nisi sub nubibus fit cęlū, vt dixit Psaltes. *Qui operit cęlū nubibus, & parat terræ pluuiā.* quia, nil nisi tribulatio præsefertur in nubibus, vt dixit D. Ioānes Chrysostomus. *Nubes est tribulatio.* & contigua cęlo est, vt homini vestimentum. ò quis non anhelus ad tribulationes properabit? quis nō dicet, proba me Deus, & tenta me, vre renes meos, & cor meum. inueniat me Domine tribulatio tua, quia si ista me inueniet, inueniam cęlū, inueniā paradisum, qui datur illis, qui venerūt ex magna tribulatione sit mihi pati pro tua gloria, vti tu gloriā existimasti pati pro me; cū iturus ad acerbissimā crucē, Patri dixisti. *Clarifica me tu Pater.* quod expendēs D. Chrysostomus lib. de patientia Iob homil. 5. dixit. *Audi ipsum dicentem, Glorifica me Pater; Quid dicis? ad crucē duceris cū latronibus, tumulorū fossoribus maledictā sufferre mortē, conspuendus, cedēdus colaphis, & hæc gloriā appellas? Ità inquit pro dilectis ipse patior, meritoq; hęc eadē gloriam existimo.* O quis hęc recogitando, non gloriā existimabit, pro Christo tribulari.

Ps. 146. 8.

D. Chrys.

Tribulatio, cur nubes.

Io. 13. 5.
D. Chrys.

Christus gloriā existimauit pati pro nobis.

SECTIO IX.

Beatitudo, bonorum omnium cumulus, anima nostra gaudiū, & omne bonum commendatur.

ET POST HÆC, &c.

Absit hiemns à Deo, qui charitatis sole exustus, ità ad be-

A neficia dilatatur, vt non sit, qui se abscōdat à calore eius. spectaculū fecit sui in hoc capite adamātina patientia, nusquā peccatorū diris ictibus cędēs; dicit nūc, etsi latenter, se non suū, sed tuum, cū inquit Hoseas. *Et quęrent Dominū Deum suū.* Dauidem suummet dicit, ac si hoc, se, solū tuū diceret. quod obseruauit Hieronym. Guadalup. dicēs. *Sūt aliqui Domini, & Reges, qui sūt sui, alij cōsanguineorū suorum, &*
B *amicorū, Deus verò tuus, non suus, sed tuus esse voluit; nā, quid quæso habet Deus tuus, quod non sit tuum?* aperit manū suā, qui orbē replet benedictione; dūq; manū liberaliter extendit, & ipsam porrigit, vt totum nobis ipse sit. vndè Diuus Augustinus sermone 19. in Ioannē. *Deus tibi totum est: si esuris, panis tuus est; si sitis, aqua tibi est; si in tenebris es, lumen tibi est; si nudus es, immortalitate tibi vestis est.* Sed
C nunquid absconditus semper respiciet per cācellos? absit. en apertissimum hominis bonū, profert æternā quietē, effūdit inestimabilē lętitiā, vndè vel pauorem tanta dulcedinis effusio inducet. *Et pauebunt,* inquit Propheta, *ad Dominū, & ad bonum eius.* Ad illud, inquam, Bonum, quod omnium bonorum epilogus est, & summa, & solum Bonum est, quod animam dulcissima, assiduaq; ecstasi satu-
D rabit. etenim æterna beatitudo tota animæ nostræ veluti dicata erit, & consecrata.

In spōsi sui Dei mirificam tracta pulchritudinem anima, delicians, hæc resonauit. *Caput eius aurum optimum, coma eius quasi elata palmarum, nigra sicut coruus.* Laudo palmas in capite, quandoquidem palma, gloriæ symbolum est, & caput aureum Diuinitatem præsefert, dicente Apo-

T nio.

Guadal.

Deus totus noster, & ità noster, vt veluti non suus.

D. August.

Beatitudo erit veluti consecrata nobis.

Cāt. 5. 11.

nio. *Caput eius, idest fulgor Deitatis.* Nec aliundè, quam à Deitate in nos gloriæ palma; quæ idcircò, vti capilli in capite fulget, quia aliquando grauans cęsaries caput inclinat, & cogitatus, desideriumque nobis illam elargiendi in Deo, Deum ad nos inclinauit. Sed cum corui, inuitantem nigredinem, audio beatitudinem, obstupesco; nunquid non in gloria summa pax? immensa charitas? amorq; exęstuás? quis ambiget? Audio Dauidem, sic de beatitudinis aula citharizantem. *Deus in medio eius, non commouebitur.* In medio Sanctorum est Deus, quia medium æquè omnes participant; nec ex æquali beatitudine, quæ meritis diuersis correspondet, non vna, & eadem; vndè alliciens animas gloria hilares, Deus ait, *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.* Cibo gloriam assimilat, quia non idem commensuratur cibus vniuscuiusque stomacho, sed diuersis signatur diuersus; qua de re, inquit Ghislerius in cap. 5. Cant. *Visio beatifica est commensurata vnicuique intellectui, iuxta propositionem eius luminis gloria, quo illustratus est; & beatitudo est adequata capacitati singulorum Beatorum, &c. & quod comeditur stomacho commensuratum est comedentis.* Erit igitur ob amorem concordiam, & charitatem inter Beatos, hæc æqualitas, quia vt ait Diuus Gregorius. *Charitas facit omnia communia.* Et Origenes explicãs Dauidis eloquia, inquit. *In medio Ciuitatis est Deus, aquales vndequaque emittẽs radios.* Et Diuus August. lib. de spiritu, & anima. *Tantum enim vnusquisque gaudebit de beatitudine alterius, quãtum de suo gaudio ineffabili, & quot*

Aponius.

Beatitudo à Diuinitate est.

Beatitudo, cur Coruo cõparetur.

Ps. 45. 6.

Cant. 5. 1.

Ghisler.

Sanctis nõ est æquale præmium.

Charitas omnia reddit cõmunia in Beatis.

D. Greg.

Origen.

D. Aug.

A *socios habebit, tot gaudia habebit, in illa gloria nihil delectabilius ad contemplandum inuenio, quam intimi amoris affectum, quia vnusquisq; tãtum amabit alterum, quantum seipsum, & Deum plusquam se.* Vides Sanctorum concordiam, attendis charitatem, his omnibus Coruus contrarius est, qui teste Pierio discordię hieroglyphicum agnoscitur: est coruus inauspicatissima auis. Vt quid igitur glorię Palma, B vbi omnia auspicatissima, cuncta læta, ad nutum vniuersa, cũ Coruo componitur? aitque sponsa. *Coma eius sicut elata palmarum nigrę quasi Coruus.* an, quia cadaueribus Coruus delectatur, & gloria inhiat ad pastum peccatorum, Beatitudinique, vel fętentes criminibus animas, iũgere optat diuina pietas? & fortè hoc clamat gloriæ palma, Coruo iuncta. Verum aliud in similitudine hac to- C dio mysterium, humanarum, diuinarumque literarum adiutus farculo, sedebunt Sãcti in gloria: fulgebunt in Empyreo, sed vt Sol.ità Matth. 13. *Fulgebunt iusti, sicut Sol, in conspectu Dei.* Sed quare Sol, vbi tota lux est agnus? accipio literas seculares ex Pierio, qui Coruum Soli totum dicari docet; & en, cur palma glorię, Coruusq; iũguntur. Soles sunt Sancti in Cęlo Empyreo, nigra sicut Coruus, Gloria; D quod si Coruus totus Soli dicatur; Soles cũ sint Sãcti, tota gloria, quę nigredini Corui coniũgitur, beatitudo tota, Sãctis deuota est, atq; dicatur. audiatur D. Anselm. relatus à D. Bonau. lib. 2. opusc. *Tota gloria erit in iusti obsequium, gaudium erit iusto intus, & extra gaudium sursum, atque deorsum, gaudium circumcirca, vbique gaudium plenum.* Quæ nam erit Sanctorum gloria? quod gaudium?

Pierius.

Coruus hieroglyphicũ discordiæ.

Cant.

Gloria ad pastũ peccatorum inhiat.

Matth. 14. 43.

D. Ansel.

dium? quæue felicitas? cum vndique dulcedine circumfusi; vel gloriam in obsequium habebunt. etenim gloria omnem excludens miseriam, præter felicissima profert nihil. Omnia ibi hilaria, læta omnia, vniuersa iucunditas, cuncta, delitiæ.

Contemplatur Deum in Beatorum Ciuitate Dauid, & inquit. Ps.45.6. *Deus in medio eius non commouebitur. Adiuuabit eam Deus mane diluculo*. Placet primum, quandoquidem stabile medium, inconcutibilem, stabilemque dicit Beatorum lætitiam; quod notauit Diuus Basilius homil. 12. super Psal. 45. dicens. *Quandoquidem Deus in medio Ciuitatis est, largitur ipsi, vt inconcussa sit*. Et quid concutiet Ciuitatem illam delitiarum affluentem, vbi teste Diuo Chrysostomo epis. 5. ad Teod. lapsum, Non est, cur pauperiem metuas, & morbum nemo videbit, contumeliosum, nec iniquè oppressum, nemo irascentem, aut exasperatum, aut Inuidentem, nemo ardẽtem assurda concupiscentia; omnia autem erunt pax, lætitia, gaudium, omnia serenitas, omnia dies, splendor, lux, quæque obnoxia sunt corruptioni, omnia tollentur, omnia occupauit, vbique incorruptibilis gloria. Verum fatigat secundum, quod ait. *Adiuuabit eam Deus mane, diluculo*. Quod exponens Diuus Basilius, inquit. *Adiuuat eam Deus mane, diluculo, matutinum tempus ibi inducens*. Meridies est gloria, quodlibet relegat vmbrosum, nec fine vmbra, matutinum tempus; lucet matutinum, sed subobscurum: quid ni, summa lux tenebras non fugabit? quid est matutinum hoc? Adeo paradisi regionem, vt ex visibilibus, Dei in-

D. Basil.

Gloria stabilis, & incõcussa.

Ps.45.6. D. Basil.

A uisibilia assequar. Plasmauit hominem Deus, substulit separatum ab animantibus, quibus præerat, in Orientalem plagam, ac innocentiæ candidato signauit palatium paradisi. Hunc homini plantauerat. *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat*. O Amor, ò pietas Dei. Eiecturus erat ingratum Adamum è voluptatis loco, non B enim passura erat pulcherrima illa habitatio peccato deformem. ast voluit, vel tantillum in eo detinere Deus, vt eius voluntas animas saluandi promptam notam faceret; quandoquidem ex Dei præscientia nullus damnationis sustinet decretum. Sic Teophilatus in Glosa. *Qua de causa paradisum plantauit Deus, cum paulò post Adam indè expulsurus esset? Primum, quia Deus neminem C ex præscientia damnat, sed postquam peccauerit; ideoque quamuis Ada peccatum sciret, tamen bonorum participem fecit*. Sed si peccat, nunquid conuersionis incentiua occupat? absit. priuat paradiso, vt vel proprium damnum ad peccatorum odia compellat; ita idem Teophilatus. *Voluit hominem diuina dona planè cognoscere, vt his amissis, amplius peccatum odio haberet*. En, quam dulcis in ira Deus. D quod contemplor, situs est paradisi, in Hebræo enim habetur. *Plantauerat autem Dominus Deus paradisum, in Edem*. explicat quid locus secum ferat Origenes; & ait, significare, *delitias*, in delitijs, & felicitatibus paradisi fundamẽta sternuntur, vt quidquid consurgit, effulgeat felicitas, gustetur, delitiæ: estque visibilis felicitas inuisibilis paradisi felicitatum, & delitiarum index,

Genes. 28.

Deus ex sua præsciẽtia neminem dãnat. Teophil.

Cur Deus hominem pepulerit à paradiso.

Gen. 2.8.

Edem delitias signi ficat. Orig.

Origenes. & præco. audiatur Origenes homil. 1. exposit. 2. in Cant. *Omnem suauitatem, quamcunque cupierit, in hoc inueniet; deliciabitur, non in vno solo edendi, gustandique sensu, sed, & auditu, deliciabitur, & visu, & tactu, & odoratu is, qui ad summam perfectionis, & beatitudinis venerit. Ille capiet voluptatem Domini, perductus ad locum, qui pro huiusmodi ciborum copijs, & varietatibus deliciarum, deliciarum nominatur locus; propterea, quod in Edem positus dicitur, quod delicias indicat; ibi enim dicetur ad eum deliciare in Domino.* Habes, vel in nomine, terrestris, paradisi, cœlestis rem; illic delitiæ, hilaritas, felicitas, lætitia. Ex quibus, cur *Mane* dicitur illuminatissimus ille meridies, facilè comperies. *Mane* delitiarum, hilaritatis, & lætitiæ tempus est; adueniente mane, rorem cœlum eijcit, quasi lacrymas abijciens, vbi mane lætitiam intonat, spargitque delitias: mane habes auium cantus, & volatilia melos componunt, exulat enim tunc à corde luctus, perempta mestitia. belle matutinas delitias cecinit Dauid, cum intonuit lætitiam, dicens. *Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia.* Cum igitur, *Mane* gloriæ diem sentis, concipias omnes ibi delitias, hilaritatē, gaudium, lætitiam, & felicitatem. adduco D. Augustinum lib. de spiritu, & anima. *Nemo in hac vita, dignè pensare potest, quāta sit illa felicitas, Deum facie ad faciem videre; quanta suauitas illud melos Angelicum audire; quanta iucunditas omnium Sanctorum societatem habere.* & inferius. *Ibi cumulus felicitatis est, ibi supereminens gloria, ibi superessluens beatitudo.* Mane dicitur illa supernæ Ciuitatis dies, quia in matutino delitiæ, iucunditas,

Paradisus terrestris index cœlestis.

Cœlum cur mane dicatur.

Ps. 29. 6.

In paradiso felicitatum, cumulus est.

A voluptas, felicitas signantur; quæ ibi affluunt, & superaffluunt: & quidem tales, quales solus Deus dignè portare potest. Erutus ex aquis Dux Hebræorum Moyses, ad flumen, cuius impetu Ciuitas superna lætificatur, anhelabat, sitiens; gloriam ad quam creata anima dirigitur, suspirabat; expectauit oportunitatem importunus, talibusque Deum loquutus est. *Ostende mihi gloriam tuam.* cui B Deus. *Ego ostendam tibi omne bonū.* ac si diceret, gloriam expetis, ò Moyses, omne bonum petes. adduco de hoc bono discurrentem D. Augus. lib. de spiritu, & anima. *Excita, inquit, nunc anima mea, & erige intellectum, quātum potes, quale, & quantum sit Dei bonum; si enim singula bona delectabilia sunt, cogita intentè, quam delectabile sit illud bonum, quod continet iucunditatem omnium bonorum, & non qualem in re*C*bus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quanto differt Creator, à creatura. Si enim bona est vita creata, quam bona est vita creatrix; si ità iucunda est salus facta, quam iucunda est salus, qua fecit omnem salutem, &c. si delectat pulchritudo, fulgebunt iusti, sicut Sol; si velocitas, aut fortitudo, aut libertas corporis, erunt similes Angelis Dei; si longa, & salubris vita, ibi est sana æternitas, & æterna sanitas; si satietas satiabuntur, cum apparuerit gloria tua.* D Hucusq; Diuus Augustinus, multaque alia congerit, quibus etsi balbutiens, omne bonum demōstrare conatur beatitudinē. Hoc bonum Moysi promittit Deus cū inquit. *Ostendam tibi omne bonum.* Stupeo à sequentibus, ait quandoquidem Deus. *Non poteris faciē meam videre; & videbis posteriora mea*; nō stant omnis boni fruitio, & faciei absconsio, facialis Dei visio

Solus Deus dignè portat beatitudinis pondus.

Exod. 33. 19.

D. Aug.

Exod. 33. 20. 23.

visio dicitur æterna beatitudo, & Paulus ænigmatibus fidei, apertionis faciei Dei promittit successionem, cum ait. *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Quid igitur est, quod non nisi in humeris, gloriæ visionem pollicetur Deus? humerus, teste Valeriano, viriū, & fortitudinis symbolum est, ità lib. 32. de humeris: vis tota, fortitudo tota in solo humero demonstratur, hinc supra citatus Doctor. *Humeri, dubio procul, vires, & fortitudinem indicant.* En, beatitudo in humeris, nō cuiuscumque, sed Dei. excipiamus ex hoc, tam ingens esse Gloriæ pondus, tam multiplicia gloriæ gaudia, vt sola vis, & fortitudo omnipotentis Dei efficax sit ad portandum. hinc clamans Diuus Augustinus ait, in soliloq. *Oculus non videt Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. magnus enim tu es Domine Deus, & immensus, nec est finis magnitudinis tuæ, nec est numerus sapientiæ tuæ, nec est mensura benignitatis tuæ, sed sicut magnus es tu, ita magna sunt dona tua.* ac si dicat, magna sunt gloriæ Dei dona, & adeò magna, vt solus Deus, qui immensus, qui omnipotens est, ad dignè portandum sufficiat.

1. Corint. cap. 13. 12

Valerianus.

D. Aug.

Verè magnū beatitudinis gaudiū, dicimus, sed sumus elinguēs, gustamus, & ignoramus experimentum. Gloriæ locum, cœlum vocitamus, vel fidei lac sugentes, dicimus enim de Christo iam è mortis somno expergefacto. *Surrexit à mortuis, ascendit ad cælos.* Miror verè; quid enim nobis non manifestabitur, cum in Verbo nil eorum, quæ voluerimus, occultū nos effugiet. Hinc à Beata illa patria, exulat nubilum; claret sēper lux ipse Deus, quia nil sub

Symb. Nicenum.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A tenebrarum asylo latebit. quid igitur est, quod patescentibus cūctis, locus, occultationis personatur nomine? quid enim cœlum notat, nisi abscōsionem? O, quam magni, quam ineffabiles erūt gloriæ gustus; simul Deus sociat gloriam, & cœlum, nec ni in cœlis gloria, quia adeò ineffabilia erūt gloriæ solatia, vt vel gustantibus videantur occulta, nescient faui illius dulcedinem exprimere; vn-
B dè dicent absconditam, & cælatam, qua de re D. Bernardus in serm. D. Martini apud epit. Sanct. *Nō sine causa, cælum hoc dicitur; planè eximium, quid cælatur in eo.* Silentio Deus à Sanctis laudatur in cælo, exprimere nō valentibus cælestis illius suauitatis ambrosiam. O vtinam Domine Deus meus animam meam omni satiatam amaritudine, illuc asportes, vbi tua dulcescat suauitate. sed fortè
C repelles peccatricem? ac cur repelles, quam vel expirans, inclinato capite in cruce vocasti? cur ab illa, quam diligis abstinebis? dixisti Domine Deus meus Angelis de tuis te interrogantibus plagis. *His plagatus sum in domo eorum qui diligebat me;* fortè, quia Amoris est, amantis voluntati esse obsequens, tuque plagas amoris characteres exoptabas. O, Deus ego clauis te vulneraui, &
D lancea confodi; & vtique diligebam te, quia tam bonus es, vt odij obiectum esse minimè possis; nescius, quæ iunxi Amorem, & vulnera. Hoc tu pensas, quod natura fert, Dei dilectionem, redamas amantem, nec separationem patitur Amor; iunge igitur me tibi in gloria, qui diligebam, & vulnerabam, & dele, quod naturam vitiauit, vt possim, quæ cœlum cœlat gustare.

Gloriam, vel Beati nesciēt exprimere.

D. Bern.

Zacch. 13. 6.

Quis

Quis bonum illud narrabit? dicet, quæ lingua? quando tot tantisque nos cumulat bonus Deus bonis, vt nil sibi ferè reseruare videatur: quidquid est, quidquid habet, eminentissima participatione pro vniuscuiusque statu affluenter elargitur eleuatis ad sui visionem.

Non deficiens à suis promissis prima veritas Deus, qui iam dixerat, sunt de hic stantibus, qui non videbunt mortem, donec videant filium hominis in Regno Patris sui, ascendit Tabor accersitis, & secum ductis, Petro, Iacobo, & Ioanne, ibique aliundè adductis Elia, & Moyse, transfiguratus, eam gloriam, qua splendebimus ostẽdit Apostolis. effloruit ibi ver cœlicum, pœnarum effugit nubilum, mœroris fuscum, &

Matth. 17. 2. *Resplenduit facies eius sicut Sol, vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix*. Vel nubes ibi exuit obscuritatem, & lucida sedes facta Patris, vocem eiusdem dedit, de nube etenim vox Patris audita est, dicentis.

Matth. 17. 5. *Hic est Filius meus dilectus*. Duæ hic audiuntur personæ Pater è nube, Filiusque cum Moyse, & Elia loquens de excessu, quem completurus erat in Ierusalem; & Spiritus sanctus, vbi nam est? Non nè inseparabiles sunt Diuinæ personæ? Non nè Pater, Verbum, & Spiritus sanctus sibijpsis intimè præsentes sunt, ex illa admirabili circumincessione, quã describentes Theologi aiunt, esse subsistentis in subsistente mutuam, & intimam præsentialitatem? Nõ nè tres personæ, in visione Trinitatis Beatissimæ notæ erunt Beatis in gloria? firmat Diuus Augustinus lib. de spiritu, & anima, dicens.

D. Aug. *In illa æterna Beatitudine, & perfecta, Deo triplicíter fruemur, videntes eum in omnibus creaturis, & habentes eum in nobis ipsis, & quod his omnibus ineffabiliter iucundius erit, atque beatius, ipsum quoque cognoscentes in semetipsa Trinitatem contemplantes*. Beabis nos Sanctissima Trinitas, & nec vna latebit persona. Quid igitur est, quod manifestato gloriæ splendore in Tabor, loquitur Pater, adest Filius, & explicitè minimè fit Spiritus sancti mentio? Fodiam ex sacris Teologis latens arcanum. Hi de Spiritu sancto agentes, dicũt Spiritum sanctum esse donum; quia Amor, & Amor est primum donum, in quo omnia dona donantur. Peto, quousque quis donabit? equidem quousq; dona retinebit, quod si dona non apparent, hoc feliges inditium, omnia iam donata. O ingẽs gloriæ opulentia, manifestat illam Deus in Monte Tabor, auditur Pater, adest, & loquitur Filius, Spiritus Sancti explicita non fit mentio, nõ apparet illud donum, sine quo nullum est donum: quod si non apparente dono, omnia censebis donata. equidẽ infer tãtis, totque bonis nos in beatitudine complendos, vt omnia Dei donata beatis existimandum sit. accurrit Diuus Augustinus loco citato, dicens.

D. Aug. *Mensuram bonam, ait Dominus, dabunt in sinus vestros, confertam in interiore homine, coagitatam in exteriore, supereffluentem in Deo ipso. ibi cumulus felicitatis est, ibi supereminens gloria, ibi supereffluens beatitudo*. & alibi.

Deus in beatitudine, ita nos donis cumulabit, vt omnia videantur donata Beatis.

Quid nobis non dabitur, cum Deus ostendet omne bonum. O verè ineffabilis beatitudo, quid ibi nobis non dabitur, cum audiemus, gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus. O anima mea, quid te ista detinent, quando ad omne bo-

bonum vocaris? Eia Domine respexisti dormientem Iacob, & vel soporato cœlos aperuisti, porrexisti manum. aspice me passionibus vndique soporatum, & depressum, da manum, accende cœlestis beatitudinis desiderium in niuea anima mea, insuffla tui amorem, vt tui amans, ad te suspirem, nec quiescam, quousque illic ad tui honorē, decorabis donis, quæ omne bonum sunt; enimuerò omnia bona, te fruentibus donabis.

Sistam sub arbore crucis, teq; compatiens, tecum congloriari sperabo. Eia Domine cōtemplor te mortuum, attendo crassantem iniquitatem, pungit diro lanceæ mucrone armatus miles latus, dat cor sanguis, dat aquam, fortè, vel mortuus peccatorū plangis mala, & peccatum. Inspira Domine, vt quid è latere aquam fundis? agnoui sæpius latus illud paradisum, talemque astruunt Sancti, cū cellam vitæ vocitant, vbi enim vita, nisi in paradiso? Hinc ait Diuus Bernardus in Hymno ad membra Christi, loquens ad cor.

D. Bern.

O mors illa, quam amara,
Quam immitis, quam auara,
Quę per cellam introiuit,
In qua mundi vita viuit,
Te mordens cor dulcissimum.

Cor Christi cella vitæ.

Ecce latus Christi vitæ cella, & paradisi symbolum, hinc fluit vnda aquę ad nos; hinc fluminis impetum habemus; hoc ex impetu; quę obseruo, oīa secū trahere, alioque asportare: dū igitur aqua è Christi latere, quod paradisi symbolū est, ad nos fluit, & aqua cuncta radens, secum asportat; omnia nobis in illa suprema Ciuitate, in qua fluminis impetus nos lætificabit, donanda in Deo, coniecta. Huc spectauit D. Augustinus lib. 22. de Ciuit. Dei, dicēs.

A *Quanta erit illa felicitas, vbi nullum erit malum, nullum latebit bonum.* & inferius. *Premium virtutis erit ipse, qui virtutem dedit, & qui seipsum, quo melius, & maius nihil posset esse promisit: quid est enim aliud, quod per Prophetam dixit. Ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi plebs. Ego ero quęcunque ab omnibus honestè desiderantur, & vita, & salus, & victus, & copia, & gloria, & honor, & pax, & omnia.* Fluminis impe-

B tus, omnia bona secum ferens in animam asportabit, vndè aqua ex latere Christi paradisi figura exiuit.

Aqua, cur ex Christi latere exiuit.

Ità quidem omnia bona, vel Deus ipse fluet in Beatos; in cœlesti namque aula, ipsi Sancti, vel Dij nuncupabuntur, eruntque similes Deo eminentissima participatione Dij. vndè quid dicam, ignoro. An Deus, ex diuina cum Deo vnione sint Sancti, an Deus,

C in tot transformatus, veluti sit Sanctis, quot beantur in paradiso.

Aduolo ad cœlica sugentem Ioannem Euangelistam, conscendit paradisum, qui nusquam in terris mente cōuersabatur, apertum est ostium, vidit Deum, audiamus ipsum. *Ecce sedes posita erat in cęlo, & supra sedem sedens, & qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis, & sardinis, & iris erat in circuitu sedis similis visioni*

Sācti Dij in Beatitudine.

D *smaragdinę* Apoc. cap. 4. hic stò, & philosophor de Iride. equidem hæc non nisi in rorida nube formatur. Ergo, infero, si Iris Dei sedem circundat, haud nubes inde ableganda est. Sed quid nubibus cum sempiterno illo vere, in quo assidui sunt flores, non audis Beatorum voces? *Flores apparuerunt in terra nostra.* Tanta ibi collucebit claritas, vt vel Sanctos in claritatem valeat trāsformare: *Trāsfor-*

Apoc. 4. 3.

Cāt. 2. 12.

2. Cor. 3. 18. *formamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu.* Vt quid igitur nubes, sine quibus moritur Iris? philosophor ex ijs, quæ nobiscum sunt, altissimaq; Dei hinc fortè aucupabor. prius tamē adeo eundemmet Ioannem, qui cœlestem gloriā aspiciens, veluti sponsam, vidit gradientem. ità Apoc. cap. 21. *Vidi Ciuitatem sanctam Ierusalem nouam descendentem à Deo, tanquam sponsam.* Apoc. 21. 2. Sponsa gloria est, nec alij sponsanda, quam hominibus in aula cœlesti, cui autē ignotum remanet, in nubibus figurari sponsalitium? Nubes à nubo, est, & Iunonem sponsalium fictam Deam, in nubibus dominari effinxerunt veteres. Deus igitur, qui paruulos manu ducit, sciens nos ibi sponsalia intueri solitos, vbi nubes apparet, nubem in paradiso indicauit Ioanni, vt ibi hominum, cum immortali gloria, doceret matrimonium. quis autem ignorat sponsum, & sponsam vnum; idemque putari? erunt igitur, ità gloriæ vniti Beati, vt ipsamet gloria dici possint: vndè Diuus Augustinus. *Tanta erit Beatorum gloria, vt toti Beatitudo sint, & gloria,* ac si diceret, vel ipsa gloria dici possunt Beati. assurgo ad Iridem. vndè quæso in cœlo Iris? nō aliundè, quam ex solaribus suspicor radijs, his namque Iris rubet, & coloratur. & quidem, vti Sol fulgebunt Sancti in cœlo, vnde Beda. *Quæ erit illa fratres charissimi iustorum gloria? quæ gaudia Sanctorum? lætitia quæ? cum vnaquæque facies fulgebit, vt Sol.* Percutient nubem, splendentes radij Sanctorū vultuū, & en Iris. Sed ad quid Iris hæc? O quam bonus Dominus. sunt in cœlis vbique solatia, pax summa, sempiterna requies, & ità Sanctos diligit Deus, vt ab

Nuptiæ in nube figurantur.

Beati gloria sponsi quasi gloria ipsa dici possūt.

D. Aug.

Beda.

Sācti, cur vti Sol in cælo.

A ipsis, vel suipsius pacem haurire, quodammodo demonstret. Scitis omnia inundans, perdens omnia diluuium, funeris sola reliquia cum paucis fuit Noe. timebant superstites carnificinam iterum aquam; quid Deus? Iridem posuit in nubibus, signū pacis perpetuū inter homines, & ipsum decreuit, hocque diluuij inundantis abstulit pauorem. *Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram.* En Iris, firma securitas, solatium iucundum, vitæ testimonium. at attende assiduò ad vindictam anhelum hominem, peccatorum fodit abyssum, & diluuio terra contra cœlum contendit, intumuit aqua, ascendit montes, transiliuit sidera, & intumescentibus vsque ad Deum fluctibus, peruenerunt ad Trinitatis solium, indeque filium trahentes demergentesque perduxerunt hominem iam factum ad mortem; vndè clamat, mortēq; suam aquis tribuit, dicens. *Tempestas demersit me.* Planxerūt Angeli. *Angeli pacis amare flebunt.* Lamentatus est Pater. *Propter scelus populi mei percussi eum.* Sed eia, resurrexit Christus, ascendit filius ad Patrem; fortè cœlum fœdere solari oportet, nè vltra timeat diluuium: ecce Iris; sed hæc à quo nam? à Sanctis, qui sicut Sol fulgebunt. O pijssime Deus, tu es, qui solaris sanctos, firmas in beatitudine, sed tanta est eorum gloria, tanta priuilegia, vt vel cœlo, vel tibi fœdus aliquod videantur, & ex ipsis solatia inferri cęlo demonstres. quapropter inquit Beda. *Hodie dilectissimi omnium Sanctorum, sub vna sollemnitatis lætitia celebramus festiuitatē, quorum societate cęlum exultat.* Exultat cœlum, Sanctorum pręsentia, nec vltra

Pax in cælis à Sanctis.

Gen 9. 13.

B

C

Psal. 68. 3.

Isa. 33. 7.

Isai. 53. 8.

D

Beda.

era peccatorum timet diluuium, **A** vndè Iris micat in circuitu ſedis Chriſti. Sed pergo vlterius; ac ſuppoſita Spiritus ſancti doctrina, Sanctos ſcilicet, eſſe in cœleſti aula Soles; inquiro, cur illi ibi vti Sol fulgebunt, vbi ſempiterna lux eſt agnus? accurro ad opera digitorum Dei; creauit Solem, ſed quarto die, ità concinit Sanctus Chorus.

Hymnus. *Quarto die qui flammeam*
Solis rotam conſtituens. **B**

Inquirunt Sancti Doctores, vndè nam fuerit hic Sol? & aiunt, fuiſſe ex luce primo die creata; vndè illa lux, iſte Sol eſt; iſte Sol, illa lux. peto à Chriſto, quid nam ſit? reſpondet. *Ioan. 8. 12* *Ego ſum lux mundi.* Lux Chriſtus, Sancti Sol; Sol, vndè? certè à luce, & dici poteſt, Iſte Sol, eſt illa lux; illa lux, eſt iſte Sol; quod ſi Sancti vti Sol erunt in gloria, & non niſi ex luce Sol, lux que ſit Deus. quid dicam neſcio, **C** an Deus ſit Sancti, an Sācti Deus ſint; & quidem Sancti, eminentiſſima participatione, Dij ſunt. ſtupeant igitur ad tantum bonum Iſraelitæ. *Et ſtupebunt ad bonum eius.* adeſt D. Aug. lib. de ſpiritu, & *D. Aug.* anima dicens. *Quidquid expedit, & quidquid delectat, ibi eſt; omnes, videlicet, diuitiæ, & delitiæ, omnis requies, & omne ſolatium; quid enim deeſſe poteſt, vbi Deus eſt, cui nihil deeſt? quot quot ibi ſunt, Dij ſunt.* Dij erūt **D** Sancti, ò quis ſtupor.

Stupebunt, & fruentur, & in tanta dulcedine, & ſecuritate in ſummo illo bono enatabunt, vt tota illa gloria iure hæreditario *Sancti iure hæreditario poſſidebunt cælum.* propria eis cenſeatur. Recolo in raptu, à Ioanne Euangeliſta viſa: audiamus annūciata nobis, loquitur Apoc. cap. 5. *Apoc. 5. 6.* *Vidi, & ecce in medio throni, & quatuor animalium, & in medio ſeniorum, agnum ſtantem*

tanquam occiſum. Erat Chriſtus **A** Deus, hic agnus, quem vidit Ioānes; nec multum faceſſit negotij, dum agnum audio, erigunt propria inſignia milites, magnifaciūt equites, eſſeq; ſine illis nefas autumant, crucem albam non ablegant equites Sancti Ioannis, retinent propriam, vndè agnoſcuntur, S. Iacobi eques erat Chriſtus ordinis, qui dicitur. *Parcere peccatoribus.* talem preco extulit Ioan- *Chriſtus eques erat ex ordine, qui dicitur parcere peccatoribus.* **B** nes, dicens. *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* quia verò proprijs his inſignibus delectatur *Io. 1. 29.* Chriſtus, idcircò agnus apparet in gloria. conſentio agno, ſed cur occiſus; mortuus cur ille, qui reſurgens ex mortuis, iam non moritur; mors illi vltra non dominabitur? cur mortui, occiſi cur, in regno vitæ? accurro ad D. Paulum, fortè ex illo myſteria reſerabo. *Nos autem,* inquit ad Rom. 8. *Rom. 8. 23* *primitias ſpiritus habentes, & ipſi intra* **C** *nos gemimus, adoptionem filiorū Dei expectantes.* quid ais Paule, quid expectas, quod intus habes, nonnè gratia Dei ſemper tecum? dixiſti iam, agnoſcis, reuelante Spiritu ſancto; gratia eſt, quę filios Dei *Gal. 4. 6.* facit; cur ergo adoptionem filiorum Dei expectas? vt quid eiulas, gemis, & lacrymaris? O, inquit Paulus, expecto, ſed gloriæ adoptionem, non gratiæ, quā habeo; **D** duplex enim eſt filiorū Dei adoptio, gratiæ, & gloriæ, primā hic *Adoptio filiorum Dei duplex.* Sancti habent, aliam expectant; vnum ex hoc ſuppono, in gloria Sanctos dici filios Dei adoptiuos, & conſulo Iuriſperitos. In Patris hæreditate, inquiunt hi, legitimi, & adoptiui filij ſuccedūt, & adoptiui ab inteſtato cōcurrunt cum *Adoptiui concurrūt cum filijs legitimis in hæreditate.* filijs legitimis, l ſi te, C. de ſuis & legitimis. Pereuntibus autem legitimis, tota hæreditas tranſit ad ado-

adoptiuos. Hauri hinc, visi Christi occisi mysterium; est filius naturalis Dei Christus, nos adoptiui, quid Christus? apparet in gloria, sed occisus; quod si mortuo legitimo, tota hæreditas transit ad adoptiuos, hac nece Christus, tātam esse Beatorum gloriam, indicauit, vt cunctæ, & propriæ beatitudinis opes solius Beati filij adoptiui esse videantur. O Christe tecum cohæredes erimus, sed non te tangit hæreditatis zelus, dabis nobis totam, comprehendemus beatitudinem, & in te beatitudinis fonte totum gustabimus, dum vel temet dabis nobis. hinc Diuus

D. Aug. Augustinus loco citato: *Si delectat honor, & diuitiæ, Deus seruos suos bonos, & fideles, supra multa, hoc est omnia constituet, heredes quidē Dei.* O dilecta hæreditas, quando te possidebo.

2 Erige, ô Christiane ad tantas opes mentem, comprehende, si potes; sed quis mensura immensum comprehendet? audi Diuum Hieronymum ex D. Augustino,

D. Hier. epist. 205. de laudibus D. Hieronymi ad Cirillum. ad dulcedinem gloriæ anhelans, ad delitiarum thesaurum animo properans, tractatulum de ea componere cogitabat Diuus Augustinus; sed non inconsulto Diuo Hieronymo; qui clauserat illomet die, vltimum diem; adfuit tunc scribere cogitanti iuuenescēs senex, dixitque, *Augustine quid quæris? putasne breui immettere vasculo mare totum? breui includere puggillo, terrarum orbem? cęlum firmare, nē vsitatos exerceat motus? quæ oculus nullius hominum videre potuit, tu videbis? quę auris nulla per sonum audiuit, audiet tua? quę cor humanum nullatenus intellexit, nec etiam cogitauit, existimas te posse intelligere? Infinitę rei quis erit finis? immensum, qua mensura metieris? potius totum mare, in arctissimo clauderetur vasculo, potius terrarum orbem, paruulus teneret pugillus; potius cęlum à motu continuo desisteret; quam gaudiorum, & glorię, quibus Beatorum animę sine fine potiuntur, minorem intelligeres particulam, nisi, vt ego, experientia docereris, impossibilia facere conareris.* Fręno igitur linguam, cohibeo affectum. Eia Domine, quousque faciem tuam abscondes, eripe vitam, & da vitam, interfice vitam, qua te offendo, da qua semper in tuis laudibus exultabo. O corpus meum, cur deprimis animam? erigere, & tu, tua quoque erunt hæc omnia, frueris Christo, gaudebis Matre Virgine. trahe tú gloriosissima Domina, & in odorem vnguentorum tuorum curremus ad Filium tuum, ad cuius bonum pauebimus, gaudētes in ęternum. Amen.

COM-

COMMENTARIA IN HOSEAM PROPHETAM.

CAPVT QVARTVM.



TEXTVS.

VERS. I.

Editio vulgata.

Audite Verbum Domini filij Israel; quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ. Non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra.

Sanct. Pagn.

Audite Verbum Domini filij Israel; quia iudicium Domino cum habitatoribus terra. Non enim est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra.

Transl. ex 70.

Audite Verbum Domini filij Israel; quia iudicium Domino, ad habitatores terræ. Quia non est veritas, neque misericordia, neque scientia Dei super terram.

Vatab.

Audite Verbũ Iehouæ filij Israel; quia disceptatio ipsi Iehouæ, cum ha-

A *bitatoribus huius terræ. Nulla enim est veritas, nulla misericordia, nulla cognitio Dei in terra hac.*

Editio Chaldaica.

Audite Verbũ Domini domus Israel. quoniam iudicium coram Domino cum habitatoribus terræ. quod non sit, qui faciat veritatem, nec qui operetur misericordiam, neque, qui
B *ambulet, & conuersetur cum timore Domini in terra.*

Paraphrasis Castri.

Audite, quid de vobis Dominus facere statuerit, ô decem tribus Israel: est enim, quod expostulet, cum huius terræ habitatoribus. Siquidem nullus est in ea, qui fidẽ seruet proximo suo, nullus qui ei benefaciat, nullus, qui
C *curet Dei cognitionem, ut eum religiosè colat.*

COMMENTARIVM iuxta literam.

CLamant peccatorum facinora apud Deum, & Iudicem desiderant, quem diù Patrẽ agnouerunt. enarrantur propterea, & pec-

peccata, & Dei iudicium, in hoc A capite quarto, vt populum illum, cui dulcedinis lac non profuit, in virum ducat, & reducat ad mentem vexatio, quæ intellectum tribuere solet. Vndè Propheta noster denunciatione iudicij contristare cupiens ad pœnitentiã peccatorem Israelem, siuè decem tribus, vt aliqui exponunt, siuè duodecim, vt placet alijs, aures postulat, vt tinniant ictibus malleisque iræ diuinæ, & ait. ***Audite Verbũ Domini filij Israel; quia iudicium Domino, cum habitatoribus terræ.*** B Auditum exposcit, nè reus suæ condendationis ignoret causam, & quam iustè iudicet Dominus agnoscat quiuis. Vndè dixit Athenagoras de resurrect. mort. *Nefas autem suspicari, ex Deo, & à Deo iudicium fieri, cui non adest iustitia*. & D. Augustinus epist. 59. *Ideò quippè illa iudicia vocat, nè quisque talia fieri putet, siuè iniquitate, siuè temeritate facientis, siuè casu, & fortuito, labentibus vllis partibus, tam dispositorum, sub tanta sapientia seculorum.* C Hoc autem iudicium habitatotibus terræ indicitur, non peregrinis; illis, inquam, quorum conuersatio in cœlis est. Cũ habitatoribus, ait, terræ, idest cum illis, qui defixi mente in terrenis, terrena tãtum sapiunt, terrena cogitant, operantur terrena, quibus, væ triplex comminatus est Angelus Apoc. cap. 8. cum D illis, inquam, de quibus loquens Andreas Cæsariẽsis cap. 25. ser. 9. ait. *Qui in terra degunt, & terrena tantum sapiunt, & cænum verius, & puluerem, quam suaue vnguentum, quod nostri causa Christus effudit gustant.* Deus sedet in loco iudicij: quia nullus est, in terra, qui iudicij sedem potest sustinere; & cur habitatoribus terræ, erit iudicium

Athenagoras. *A Deo iustum iudicium.* *D. Aug.* *Iudicium, quibus liceţ.* *Apoc. 8.* *And. Cæs.* *Qui terrenis adhæret iudicabitur.*

rectum? cum veritas exulet, iudicij anima? cur sustinendum, cum misericordia sileat? cur iuribus accomodatum? vbi cessit scientia Dei, versutiæ, inscitiæque hominum, ex hominum malitia grassentur? hæc, causa fuerũt, vt Deus ad iudicium properaret.

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS I.

A Dei Verbis, aures auertere non licet, sed permaximè ijs est attendendum.

AVDITE VERBVM, &c.

EA est inter sensum, & proprium sensibile proportio, vt non detur error sensus circa propria sẽsibilia, per se enim primò sensus respiciunt adæquatas rationes propriorum sensibilum, tanquam propria, & adæquata obiecta, à quibus speciem accipiunt; & habent sensibilia naturalem, & intrinsecã proportionem cum sensibus, sensusque cum ipsis, & propterea non errabit circa ea sensus: repugnat enim in tam intrinseca ratione non habere operationem perfectã, quod firmauit Arist. in lib. de anima, dicens. *Dico autem proprium quidem, quod non contingit alio sensu sentiri, & circa, quod non contingit decipi.* Miror quapropter, cur auditum postulet, vociferans Dei iudiciũ Hoseas, nõ nè sonus, auditus proprium sensibile est? deferatur in sono clara vox, & non poterit effugere auditus. ad quid igitur superflua coacernat, dicens. ***Audite Verbum Domini filij Israel.*** Audiã quid sacra innuit Scriptura de Verbo

Sẽsus circa propriũ sensibile nõ errat. *Arist.*

Verbo Dei, & prophetiæ dilucidabo verba. Adsit Beatus Iob cap. 23. *A mandatis, ait, labiorum non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius, ipse enim solus est.* A mandatis, inquit, labiorum, obscurus quidem sermo, voce enim deferuntur mandata, vox auditur, audituique respondet obedientia; quid igitur est, quod non ait, *A mandatis vocis suæ non recessi?* O quantam attentionem Dei verbis præstabant Sancti: quantam à nobis expectat Deus: adeò Diuinis verbis attēdebat Sāctus Iob, vt vocem, & verba præcurreret, nondum emiserant labia Dei vocem, & mandata, & ipse libauerat ex labijs. accedit ad hæc D. Gregorius lib. 16. mor. cap. 16. dum ait. *Sicut bene obsequentes famuli, Dominorum suorum vultibus semper intenti sunt, vt ea, quæ præceperint, festinè audiant, & implere contendant. Sic iustorum mentes per intentionem suam, omnipotenti Deo assistunt, atque in scriptura eius, quasi os eius intuentur.* Intuentur os, præueniunt vocem, quia tali attentione, audienda sunt Dei verba. Sed notandum est, quod sequitur. *Ipse enim solus est.* Sed aias Iob, nunquid solus est Deus, nunquid millia millium, non assistunt ei, & decies centena millia non ministrant? Cur dicis solum, quem laudant Angeli, cui seruiunt creata, qui neque fine personis reperitur, etsi vnus Deus sit? acutè in his Theologizatur Diuus Gregorius Magnus loco præalligato, supponens, nil creatum, à se habere esse, & proptereà sunt creata, quasi non sint, quia à se ipsis non sunt, & possunt cessante Dei conseruantis manu ad nihilum redigi; solus Deus, qui primum esse est, & à se est, dicitur esse, vndè Iob. *Ipse enim solus est.*

Iob. 23. 12

Adeo obedientes simus Dei mandatis, vt vel voces præueniamus.

D. Greg.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A audiatur Diuus Gregorius. *Nunquid non sunt Angeli, & homines, cælum, & terra, & aer, & maria, cuncta volatilia, quadrupedia, atque reptentia? & certè scriptum est, creauit, vt essent omnia. Cum ergo in rerum natura, tam multa sint, cur Beati viri voce nunc dicitur, ipse enim solus est? Sed aliud est esse, & aliud principaliter esse, aliud mutabiliter, atque aliud immutabiliter esse, sunt enim hæc omnia, sed principaliter non sunt;* B *quia in seipsis minimè subsistunt, & nisi gubernantis manu teneantur, esse nequaquam possunt, &c. Vir itaque Sanctus despiciat, quidquid exterius tenet, quidquid per essentiam suam, nisi regeretur ad nihilum tenderet, & mentis oculos suppressis omnibus, intueatur vnum, in cuius essentiæ cōparatione esse nostrum non est.* Sed alio tendo, & perpendo, hic de Dei verbis, sermonem instituisse Iob, cum ait. *A mandatis labiorum* C *non recessi.* Dei attendebat mandatis, Dei vocibus; quia autem tanta Dei verbis danda est attentio, vt nulli alij vacemus, ideo, etsi stipatus Angelis, circumdatus creatis, vti seruulis Deus, cæcutit, surdus est omnibus Iob, & solum Deum intuetur, & audit; silet mens cogitationibus cunctis, vt nil sit, quod à verbi Dei auertat auditū, nil sit, quod loquentem Deum, non faciat solū, adduco ad isthæc D Diuum Chrysostomum hom. 14. in Genes. de Dei verbis loquentem. *Diuinæ leges sunt, & cælitus allatæ propter salutem nostram, iam si cum Regiæ leguntur literæ, vbique est silentium, abest strepitus, & tumultus, omnibus astantibus, & aures arrigentibus, vt sciant, quæ Regijs literis, manifestentur, & quisquis, vel parum tumultuatus fuerit in magno periculo est, multò magis cum magno timore, & tremore astandum, & altum*

Deus solus est, cætera errata, quasi non sint sunt.

Solus Deus intuendus.

D. Chrys.

tum habendum silentium, & pellenda cogitationes turbulenta, vt qua dicuntur intelligere possitis, quo Rex approbata obedientia vestra maioribus vos muneribus remunerare dignetur. & clarius Diuus Augustinus in Psal. *Sileat tibi omnis creatura, dum Deus loquitur*. Tanta attentione in Deum erigatur mens nostra, dum per os suum, Prædicatores, scilicet, emittit eloquia sua, quantam ij habent, qui extra se rapti, cum solo Deo sunt.

D. Aug.

Iuxit Deus Moysi, vt propitiatorium fabricaret, è quo Dei sermo ad populum faciendus erat: refulgere in eo debebant aurum Dei excellentiæ maximè decens, astare necnon Cherubim extensis alis, ità Exod. 25. *Facies, & propitiatorium de auro mundissimo, duos cubitos, & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitum, ac semissem latitudo. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero, vtrumq; latus propitiatorij tegant expandentes alas*. Hic sisto, & expendo, cur Cherubim, desiderãtur alæ, curq; expãsæ, quasi ad volatũ? non nè scientiam figurãt Cherubim, qui sciẽtes dicuntur? equidem. at quis ignorat, scientiam, sapientiamuè, in Hyacintho flore figurari, vt est apud Pierium, & fortè ea ratione, quia neutiquam vagando, sed sedendo, & quiescendo acquiritur scientia, vti flos, qui in terra virescit, & crescit, vndè dixit Arist. *Animus sedendo, & quiescendo fit prudens*. ad quid igitur, alæ dantur, & expansæ Cherubim? Pergo ad Apostolum Paulum, munera, quibus à Deo fuit donatus enumerantem. epistol. 2. ad Corinth. cap. 12. *Scio, inquit, huiusmodi hominem, siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit, quoniam raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba, qua non licet homini loqui*.

Exod. 25. 17.

Scientia figuratur in hyacintho.

Pierius.

Epistol. 2. ad Corint. c. 12. 2.

A Raptus fuit Paulus, cum Deus eum loquuturus erat, non admittit moras; Spiritus sanctus, cum de Dei Verbo agitur, naturam reputat ignauam, ac pigritantem, rapit, & raptu reddit alipedem, ità Vgo Cardinalis. *Raptus est, non dicit, ductus, quia nescit tarda molimina Spiritus sanctus*. Sed cur rapiẽdo non permittit, vel sibijpsi, attendere Paulum Spiritus sanctus,

Vgo Card.

Putemus ignauã naturã. vbi de Dei verbi agitur auditu.

B vndè nesciebat, an in corpore, vel extra corpus fuerit? O quam Dei verbis attendendum est, rapitur Paulus, nil, vel eorum, quę secum sunt, attendit, cum ad colloquia effertur Dei, quia tanta attentione verbis eius attẽdere debemus, vt nec, quæ circa nos sunt, imò intra nos attendere debeamus. Ex quibus ad alas peruolo Cherubim; in propitiatorio erant, vndè Deus Israel loquuturus erat,

C suspicantur Dei verba, & statim extendunt alas contemplationis symbolum, contemplationis inquam, quæ hominem extra se rapit, & tantum figit Deo: Vt hinc intelligamus, verbis Dei ità esse attendendum, vt nec nobis, sed soli Deo vacandum sit. huc spectat Rabanus in Exod. cap. 19. *Ad sacra prædicationis vocem, se erigere debet ad superna mens auditorum*, ac si diceret sit extra se, & soli Deo vacet.

Cum de auditu verbi Dei agitur, vel nos relinquere debemus.

Rabanus.

D Perrexerat in desertum Ioãnes Baptista; nec mirum, si solus viuere decreuit, ab hominibus seiunctus, qui cum hominibus minimè inire poterat amicitiam; hæc enim non est, nisi inter equales, at Ioannes veritatis ipsissimæ testimonio, omnibus maior erat. Sed en, vbi afflitat corpus, Deoque in sacrificium, hostiamq; suauem offert, fit ad eum vox Domini. *Factum est Verbum* Do-

Luc. 3. 2.

Domini super Ioannem Zacharia filium in deserto. Non sistunt Doctores, vbi desertum attendunt verbi Dei scholam: nunquid non ad homines venit Dei verbum? nunquid non hominibus omnibus prædicanda erat cœlestis doctrina? ad quid igitur pergit in desertum? sitque ad Ioannem in deserto? Zaccharias Christopolitanus Epis. cap. 13. Ecclesiam nostram primitus desertum excogitans, inquit in illo deserto Ecclesiam figurari, ad quam verbum Domini fœcundans, factum est, vt quæ prius erat deserta plurimos conciperet, & haberet filios. *Congregaturus itaque Dei filius Ecclesiam, primum operatur in seruulo, vt Ecclesiam non ab homine cœperit, sed à verbo. Ipsa quidem prius deserta, modo plures habet filios*. idem sentit Teophilatus in Luc. *Quandoquidem enim filios deserta multiplicaturus erat*. Isodorus Clarus orat. 14. in Lucam, considerans verbis conciliari amorem. Ideò, inquit, in deserto factum esse Domini verbum, ac Ioannem in deserto prædicasse, quia Ecclesiã de gentibus ad Dei amorem verbis allecturus erat. *Illa autem in deserto prædicatio significabat accersendam esse Ecclesiam ex gentibus, atque ad clamorem Euangelicæ prædicationis congregandam*. ad Dei, scilicet, amorem. Omnia verè peracutè excogitata. sed ad rem nostrã aduoco Moysen. hic Pharaonis domum fastidiens, fugiẽsque Ægypti honores, filiæque Pharaonis adoptionem, pane suo in sudore vultus vesci exoptans, pastor ouium, duxit gregem ad interiora deserti, huc, vt peruenit, aduenit & Deus, apparuit ei, & loquutus est. expendit D. Gregorius relatus à Glosa super hunc

Zacchar. Christop.

Cur Domini Verbum in deserto ad Ioannem factum fuerit.

Theophilatus.

Isid. Clar.

Exod. 3. 2.

A locum, cur mox ad Moysen vadit Deus, moxque alloquitur, vbi facilius Dei vestigia sequi poterat, enimuerò ibi magis necessaria sunt Dei auxilia, vbi occasiones peccandi magis turgent. Et, ò quã peccato proximus est, qui hominum consortia, non deuitat, studia nõ fugat. Hinc Seneca ad Lucillum, ait. *Auarior, ambitiosior, luxuriosior, imò verò crudelior, & inhumanior redeo, quia inter homines*

B *fui. Nunquam à turba mores, quos extuli refero, aliquid ex eo, quod composui turbatur, aliquid ex his, quæ fugaui redit, inimica est multorum conuersatio*. Misit Christus Apostolos ad gentes, sed non dereliquit, nè ex malorum conuentu perirent. Cum igitur, tanta sint inter homines pericula salutis, maiorique Dei inter homines conuersando auxilio egeamus, quid est, quod in Ægypto non alloquitur Deus

C Moysen, quem tamen alloquitur in deserto? O, quam attentam animã suis verbis exquirit Deus, ibi hominibus, sibi, tumultibusq; attendebat: in deserto ab his omnibus seiunctus erat Moyses, quia autem animam ab omnibus seiũctam expostulant verba Dei, ideò in deserto loquitur, vbi in Ægypto tacuerat. adsit Diuus Gregorius Magnus. *Moyses admissus Aegyptijs, quasi vigilabat mũdo, ideò*

D *vocem Domini non audiebat, sed extincto Aegyptio, postquam in desertum fugit, dum illic quadraginta annis degit, à terrenis tumultibus obdormiuit, & ideò Diuinam vocem percepit, cum enim mens ab exterioribus sopitur, verbum Dei penetrat, veracius. Aurem quippe cordis, turba terrenarum cogitationum perstrepẽs claudit, non enim perfectè homo sufficit ad vtraque diuisus*. Ex quibus, cur ad Ioannem Domini verbum in

Seneca.

Mens ab exteriori bus fugiẽs Dei verbũ penetrat.

in desertum factum fuerit agnosco. Desertum distractionem ad extera negat, tumultus fugat, mentis cogitationes non turbat; quia autem inturbatam mentem, & totum hominem requirit Dei verbum, idcircò in deserto factũ est verbum Domini super Ioannem, & in deserto verbum Dei, prędicans, promebat Ioannes, vndè sequitur idemmet Diuus Gregorius. *Quia si exterius auditum aperit, interius obdurescit.* quibus prænotatis apparet, cur auditum exposcat noster Propheta, dicēs. *Audite verbum Domini.* auditur quidem sonus, à sensu, qui circa proprium sensibile non errat; sed plus requirit Propheta, attentionem suadet, vt susceptum semen in anima fructificet, qua de re. ait D. Chrysostomus hom. 1. in Ioannem. *Date, vt in terram bonam semen, hoc est verbum Dei iaciamus; curate, vt ad recipiendum pręparemini; & si quis spinas fouerit, Spiritus sanctus ignem inijciat; si quis durum, & contumax cor habuerit, eodem igne, & molle reddet, & placabile; si quis secus viam, multis cogitationibus concul cat, interiora petat, neque his assideat, quę ipsum vnco ad se trahere nituntur, vt bonarum segetum in vobis exuberantium prouentum pulcherrimum conspicemus.* excutiat cogitationes omnes, qui Dei vult esse, non surdus auditor.

D. Greg.

D. Chrys.

ANVLVS II.

Damnationis sententiam incurrunt diuites, diuitijs addicti.

AVDITE VERBVM, &c.

CVm habitatoribus terræ Iudicium Domino erit, nec aliud iudicium, nisi ad mortem, peremptionemque æternam. ergo quis saluabitur? terreni sumus omnes, è terra nati, terræque habitatores, nec alia nobis habitatio, nisi terra; vt quid igitur ad cęlum euocamur, si cum habitatoribus terræ iudicium ad flammas erit? Ast non quilibet terræ habitator est, sed is dumtaxat, qui terrenis affectibus, terrenis voluptatibus, diuitijsq; terrenis est aglutinatus; hic prorsus ad cœli mansiones non spectabit. sed, ò infelix, damnabitur. Opulenti, rerumque temporalium possessores, diuites dicuntur, de quibus Christus. *Vę vobis diuitibus.* expendo, cur diuites dicuntur illi, quorum crescit sitis, auiditasque pecuniæ, quãtum ipsa pecunia crescit? qui eget semper, pauper est; qui famelicus nusquam exaturatur, nõ potest dici diues, & nullam ipse huius veritatis exquiro fidem, postquam à Ditissimo quodam hæc audiui. *Pater*, dixit mihi, *sum pauper.* Hic in auro enatabat, & ad aurum; aurum, velut flumina currunt ad mare, confluebat; & tamen in Oceano diuitiarum dicebat, se pauperẽ; cur ergo à Christo dicuntur diuites, vbi propria confessio diuitum, probat paupertatem? vehor in huius agnominis intelligentiam, ad Christi doctrinam. De diuitiarum malitia agebat Christus, dixitque. *Nõ potestis Deo seruire, & Mammonę.* expeto, cur diuites seruire dicuntur diuitijs, nonnè suis commodis aptant? quid est, quod serui dicũtur diuitiarum diuites? A seruitutis hieroglyphico, seruitutis huius mysteria accupabor. Pierius, Anulum, dicit seruitutis symbolum, affero ipsius verba. *Quod verò Anulus sit seruitutis hieroglyphicum, tàm maritale signum attestatur,*

Matth. 6. 24.

Pierius.

Anulus hieroglyphicum seruitutis.

tur, quod addictam esse viro sponsam indicat, quam Pitagoræ symbolum ex. ponit, dum nos arctum Anulum gestare vetat, quod ex Diui Hieronymi interpretatione, non esse anxiè viuendum admonet. quippè cauendum nè nos, in eam seruitutem coniciamus, quæ dura sit, & incommoda. Habet verò secum vinculi significatũ anulus, quod tota eius nominis originatio, quantum ad etymon attinet ab An. particula desumitur, quæ circum significat, atque ideò vinculum, aut compedum, manicarumque oppressionem. A B tenet totum ligatum, ac Domino addictum seruitus seruum; & sicut anulus in cordis digito ponitur, ad innuẽdum, quod circũdat cor, ità seruitus serui cor circundat, vt nil pẽset, nisi Domini obsequia. Diues igitur, cum diuitiarum seruus est, totus diuitiarum est, illarum obsequijs, illarũ augumento astat totus, vndè, & diues ipse à diuitijs dicitur; solent C quandoquidem serui Dominorum appellari nominibus, vt vulgatum est etiam apud nos. & diuites, illos vocat Christus, qui nusquam diuitijs exaturati, famescunt semper. O dura seruitus, tyramnica dominatio, quæ semper fame, sitique proprium seruum, fidelemque affligit. Pergo ex his, ad Græcorum doctrinam, hi dœmonem quendam, veluti intellectu obtenebratum, appel- D lauere Plutonem, quod nomen diuitias significat, nec dissentit. D. Augustinus lib. 17. de Ciuit. Dei cap. 28. dicens. *Diuitiæ igitur mala, dæmones sunt.* Probat noster Hoseas c. 12. dum ait. *Inueni idolum mihi.* vbi Vatab. legit. *Inueni facultates.* En idolum, dœmon, & facultates, idem sunt. quod si mali diuites, diuitijs seruitute alligati sunt; & diuitię idola, dęmonesque

D. Aug.

Diuitiæ mala dæmones.

vocantur, quiq; seruus est diaboli dãnabitur, equidẽ terrenis diuitijs infixi figẽtur in inferno, morte ęterna ferientur, hinc D. Bern. lib. de modo bene viuendi ser. 8. *Cõtẽne terrenas diuitias, vt acquirere possis cęlestes, diuitię perducunt hominẽ vsq; ad periculũ corporis, & animę; diuitię pertrahũt hominẽ vsq; ad mortẽ, .s. ęternam; multi propter opes periclitati sunt, & multi propter diuitias in periculũ deuenerũt; multis exitiabiles fiũt diuitię, multis diuitię generauerunt mortẽ.* Ità quidẽ iudiciũ dãnationis incurrẽt diuites huius mũdi. En, accedũt diuitiarũ cultores, quos Christus è tẽplo eiecit, nõ semel, sed iterum, vt notat Ruper. in cap. 3. Ioan. sed illud obseruo, quod etiã obseruat Abbas citatus, dicẽs. *Illos eiecit, .s. vẽdentes, & emẽtes, videlicet, sequenti die, postquã ciuitatẽ passurus ingressus est.* eo tẽpore, cũ omnia ad se adductu- rus erat; eo tẽpore, cũ pretio magno nos redimere volebat; eo tẽpore, cũ apertis manibus ad amplexus excitabat omnes, eiecit diuites malos è tẽplo. magnũ sacramentũ. sed attendendũ est, quo ritu, quibus armis illinc exturbauit Christus diuites. accedit Ioãnes Euangelista, & ait. *Cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo.* funiculis eijcit, cur non ferrea virga? scriptum est enim. *Reges eos in virga ferrea.* funiculis punit, quia ligant funes, et irę Dei ligamina funiculi illi signabant. *Funiculus ira mea*, inquit Rupertus, ast quid est funiculo Dei iræ ligari, nisi in iudicio damnari? testatur miser ille, qui ad nuptias vocatus, vestem nuptialem spreuit, audiuitque à Rege. *Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem.* & demum damnans, dixit.

D. Bern.

Io. 2. 15.

Ps. 2. 9.

Matth 22 12.

dixit. *Ligatis manibus, & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores.* Nec aliud,nisi æternam damnationem in vinculis his agnoscit Maldonatus, dicens: *Agi hic de vinculo iudicij perspicuum est, quod ille,qui vestem nuptialem non habebat, ligatis manibus, & pedibus mittitur in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium, quod in vinculo iudicij propriè fiet.* quod si Christus diuites malos,ligantibus flagellis coercet, funiculique iræ Dei,nil præter æternam damnationem in iudicio nunciant; equidem concludendum censeo iudicium ad mortem diuitibus futurũ: quapropter clamat Drogo Episc. Host. de sacram. Dom. pass dicens. *Qui autem diuitias nutriunt, cęcitatis, & grauitatis sibi damnationem acquirunt.* Ligantur à diuitijsmet, & damnantur: etenim diuitiæ ligamina, catenæque sunt, quibus diabolus diuites captiuat: dixit iam Diuus Damasc. hist. Barlaam cap. 15. *Nam qui semel pecuniarum cupiditate, & vitiorum, quæ ex voluptatibus oriuntur,amore correpti,vanęque, & inani glorię addicti sunt, vix ab ipsis diuelli possunt; vt qui, alieno Domino, quique omnia contra, ac Deus imperat,atque ipsos tanquam catenis quibusdam vinctos tenet, vltro seipsos manciparint.* vincti sunt diuitijs terræ infixi, & vinclis his suam damnationem prædicāt,sinistram elegerunt hi diuitias eligentes, & in sinistra in iudicio corruent; vt adnotauit D. Bernardus serm. ad Pastores in synodo circa finē, dicens. *Per dexteram spiritualia, per sinistram accipiuntur temporalia,longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra eius diuitię, & gloria; in iudicio ad sinistram eius erunt hi, quibus dat in hoc seculo gloriam,*

Drogo.

Damasc.

Diuites ligantur diuitijs.

D. Bern.

Diuites eligunt hic sinistram, & in sinistra eruntur.

A *& diuitias.* Proh damnabuntur, relinquētur in pœnis diuites habitantes terram,& nusquam peragrantes cœlum; domus eorum, erit sepulchrum ipsorum;& si domus terra,in terra sepelientur,atque in imò eius, semper inquietè quiescent, vbi infernus est, vermisque non moriens, hoc innuere voluit Propheta noster, cum ait. *Iudicium Domino cum babitatoribus terrę,* adsit Figuerius,dicens.
B *Vocat Deus ad iudicium habitatores terrę Israel; vel certè omnis terrę. Dicuntur autem habitatores terrę, qui in ea habitant, non qui peregrinantur; hoc est, qui affectum habent in terra,& terrenis collocant.* cum his iudicium,& damnatio erit.

ANVLVS III.

Non redibit ad Dominum peccator, apud quem veritas, & misericordia non est; non enim mouebitur, nec amore, nec timore, & contra Dei filium erit.
C

AVDITE VERBVM,&c.

DAmnatorũ caput diabolum scio, nec aliundè, quam ex reiectione veritatis, eius colligo præcipitium; odiuit veritatem, & veritatis iudicio subactus est. Docuit isthęc veritas ipsa Christus,
D cum arguens Iudæos diaboli filios imitatione, dixit. *Vos ex patre diabolo estis. & desideria patris vestri vultis facere, ille homicida erat ab initio,& in veritate non stetit.* En damnationis Luciferi causa. quia non stetit in veritate. *Ideò naturę rectitudinem amisit,* inquit Vgo Cardinalis in Ioannem. *Quia à Deo, qui est veritas recessit, perdidit suam veritatem,quia à summa veritate recessit.* & inferius. *Non stetit, quia*

Io. 8. 44.

In veritate,qui non stat damnantur.

Vgo.

quia, nec diù fuit in cœlo; & quare A *non ſtetit? quia veritas non eſt in eo.* En, vt corruit, præcipitatus Lucifer, relicta veritate; non enim ſtat, cœlum, & veritatis derelictio, ſequitur condendatio veritatis cōtemptum, vndè D. Ioannes Damaſcenus parall. lib. 1. cap. 19. ait. *Quiſquis enim à Deo iam receſſit, nec reuertitur, à Deo ſeparabitur.* Quis autem ignorat, duas eſſe vias, per quas ad Deum, gradimur, & reuertimur, veritas nempè, & miſe- B ricordia; ſic Dauid. *Vniuerſa via Domini miſericordia, & veritas.* duo ſunt hominum genera, vnum durum, & rebelle, alterum facilè, optimęque indolis; primum timore mouetur, & timor, quaſi fūdamentum virtutis eſt, vndè Eccleſ. 15. *Qui timet Deum faciet bona.* & Eccleſ. 1. *Radix ſapientiæ eſt timor Domini.* Hinc Vgo Cardinalis in Pſ. 23. de timore loquens, ait. *Timor autem neceſſarius eſt pro-* C *pter multa, timor enim facit hominē quærere tutum locum. Prou. 30. Lepuſculus plebs inualida, quæ in petra, locum ſuum collocat.* Vt quid Dauid habitauit in locis tutiſſimis Engaddi, vt habetur 1. Reg. 24. niſi, quia timebat Saul? timor igitur ad altiſſima ducit, dico, ad Deum altiſſimum. quo etiā ſpectauit Vgo præcitatus, cum dixit. *Dauid timēs Saul, aſcendit, & habitauit in locis tutiſſimis Engaddi.* & tandem, ſal- D ua ſunt omnia timenti Deum, teſtatus eſt Eccleſ. 1. *Timenti Deum, bene erit in extremis.* Amor Deo iungit, conglutinat Deo, quique Deum amat, vnus ſpiritus cum Deo eſt. neſciebat à Deo ſeparari Petrus Deum amans, qua de re, aiebat. *Domine ad quem ibimus, verba vitę æternę habes.* & ſacra Sponſa amore exardeſcens, vt habuit Dominum, non dimiſit. *Te-*

Damaſc.

Pſ. 24. 10.

Eccleſ. 15. 1.

Eccleſ. 1. 25.

Timor ducit ad Deum.

1. Reg. 24. 1.

Eccleſ. 1. 13.

Io. 6. 68.

Cant. 3. 4.

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

nui eum, nec dimittam. Amore facilè cor ducitur, & ad Deum euolat. Timor igitur, & Amor, viæ ſunt vniuerſæ, per quas ad Deum itur: timoris initium veritas eſt, amoris miſericordia; quod ſi quis à ſe veritatem eijciet, & miſericordiā, proculdubio deuius erit à Deo, ruet ad terrena, etenim, vt inquit Vgo Cardinalis loco citato. *Has vias, ſcilicet, veritatis, & miſericordię, debet petere vir iuſtus demonſtrari ſibi, vt prima moueat eū ad timorem, ſecunda ad amorem.* Hæc veritas Deus eſt iuſtus, hæc veritas, quæ, & miſericordiam complectitur, filius Dei eſt, qui cum eſſet verus Deus, pro nobis factus eſt miſericors, factus eſt aio, quia cū homo factus eſt, eam aſſumpſit miſericordiam, quam vt Deus non habebat, didicitque miſericordiam. Si durum tibi hoc videtur, audias Diuum Bernardum tractatu de gradibus humilitatis. *Sed fortè durum tibi videtur, quod dixi Dei ſapientiam, Chriſtum didiciſſe miſericordiam, quaſi is per quem omnia facta ſunt, aliquid aliquando ignoraſſet, ex ÿs, quę ſunt.* adduxerat D. Bernardus ad hanc propoſitionem comprobandam illud Pauli ad Hebræos. *Didicit, ex hꝭs, quę paſſus eſt obediētiam.* & quia aliā explicationē ab ea, quā adducturus erat D. Bern. retinere pōt, dictū Pauli ſubiungit Sāctus Doctor, & ait. *Maximè, cum illud, quod ex Epiſtola ad Hebręos, ad id cōprobandū, cōmemoraui, alio ſenſu, qui nō ità videtur abſurdus, poſſit intelligi; Vt hoc, quod dictū eſt, Didicit, non ad ipſum caput referatur in ſui perſona, ſed ad corpus eius, quod eſt Eccleſia; vt ſit ità ſenſus. Et didicit ex ÿs, quę paſſus eſt obediētiā; hoc eſt, obediētiam didicit in ſuo corpore, ex ÿs, quę paſſus eſt in capite. Nam illa mors, illa crux*

Deus factus Chriſto miſericordiam, qui nō habebat habuit.

Ad Heb. 3. 8.

opprobria, sputa, flagella, quæ omnia A *caput nostrum Christus pertransijt, quid aliud corpori eius, ideſt nobis, quam præclara obedientiæ documenta fuerunt?* Non negat hunc intellectum Diuus Bernardus, sed alium profert, ex eodem D. Paulo ad Heb. 2. vbi commemorans Christum, non assumpsisse naturam Angelicam, sed semen Abrahæ; inquit, ex hac assumptione debuisse per omnia fratribus assimilari. *Semen Abrahæ apprehendit,* B *vnde debuit per omnia fratribus assimilari, vt misericors fieret.* Vbi Sanctus Doctor. *Vnde, ideſt, ex qua seminis assumptione, debuit per omnia fratribus similari; ideſt oportuit, ac necesse fuit, vt similis nobis passibilis (excepto peccato) genera miseriarum percurreret, si quæris qua necessitate? vt misericors fieret, &c. In eo enim, in quo passus est, & tentatus, potens est, & ijs, qui tentantur auxiliari. In quibus verbis, quid melius* C *intelligi possit nō video; nisi, quod ideò pati, ac tentari, omnibúsque absque peccato, humanis voluit communicare miserijs, quod est per omnia fratribus similari, vt similiter passis, & tentatis, misereri, ac cōpati, ipso disceret experimento.* En, Deus noster Christus Iesus veritas, & misericordia, vbicunque autem non erit veritas, & misericordia, nec Iesus erit, vbi non Iesus, nec salus; quid mirum igitur, si ad iudi- D cium dānationis, properat Deus, deficiente misericordia, & veritate? Veritas defecit in Cain, cum dixit. *Nunquid Custos fratris mei sum ego?* & misericordia cum fratrem occidit, & condemnatus est. Veritas abijt à Lucifero, cum dixit. *In cœlum conscendam.* & misericordia, ab initio enim homicida fuit. *Ille homicida erat ab initio.* & caput damnandorum effectus est.

Heb 2 16.

Genes. 4 9.

Immorabor, haud displiceat, in declaratione, mendacij, & homicidij, quod contra misericordiam est, Luciferi: dixit ipse. *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Certè hoc mendacium fuit, illud promisit Angelis Apostatis, quod impossibile erat; etenim ipse creatura erat, cui quantumuis addas non potest fieri infinita, implicat enim esse creatū, & esse infinitum, tolle infinitatē, & non erit similis Altissimo; En, veritas relegata; Bellè Rupertus in cap. 8. Ioannis, loquens de Lucifero. *Primum eius dictum, quod ex sāctis scripturis, habemus, nec est, nec erit, scilicet, quod ait, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Quis enim in nubibus æquabitur Domino? aut quis similis erit Deo inter filios Dei, &c. igitur mendacium est, omne quod hic homicida loquitur.* Et demum explicans Rupertus, quomodo ab initio dici possit homicida; tunc enim homo non erat, quem occideret, ante enim hominem fuit creatus Lucifer, ante damnatus, quam esset homo; vt quid ergo ab initio homicida fuit diabolus? At, ò semper nequissimi spiritus abhominabilem malitiam. Audiuit postquam creatus est, Dei erga hominem creandum amorem, sciuit incarnandum filium Dei, inuidit homini, odiuit Incarnationem, & quodammodo dilexit ad necem, vt illius sanguinem conculcaret, opprobrijsque, horribilique nece illum interficeret, qui incarnandus erat: occidisset tunc, si potuisset, at occidere proposuit, stetit, nec recessit ab hoc odio, ideoque ab initio homicida fuit diabolus. fauet Rupertus loco citato. *Nomine homicida antiquū diaboli odiū intelligere, nihil vetat, quo, & ante* ho-

Isaia 14. 14.

Rupertus.

Mēdax in primis verbis Lucifer.

hominem conditum,ſe intorſit aduerſus eundem filium Dei, quem nunc hominem factum,deſiderabat, & feſtinabat interfeci, præſertim cum ea, quę ſequuntur,& in veritate non ſtetit,&c.ante hominem in diabolo euenerint: & re vera,mox vt contra filium Dei, qui ſolus ſimilitudo Patris eſt,ſuperbo tumeſcens odio, dixit in corde, ſimilis ero Altiſſimo, quoniam odium illud per manus Iudęorum A *homicidio conſumandum erat, iam tunc in conſpectu Patris,& ipſius,qui hęc loquitur filij homicida erat.* En, veritatis, & miſericordiæ derelictio.& damnatio. Deſcendet igitur ad iudicandum Deus, cum conculcata fuerit veritas, & miſericordia;vndè ait Propheta. *Audite verbum Domini filij Iſrael,quia iudicium, &c.*

EXPOSITIO
MORALIS.

SECTIO PRIMA:

Hominis dignitatem in medium adducit Deus,deſinat igitur homo, eſſe terrenus, & vilis.

AVDITE VERBVM, &c.



A Bſonam cytharam tangere videntur Deus, eiuſque tympaniſtria ſancta Mater Eccleſia, dum homini pſallentes, cœlum, cineremque canunt. Ait Arion cœlicus. *Theſaurizate vobis theſauros in cœlo*, (Matth. 6. 20.) vlulatum reſonat Eccleſia, dum intonat. *Memento homo,quia cinis es,& in cinerem reuerteris.* (Eccleſia.) Excutitur maculatus puluis, à mundiſſima illa Ciuitate,quæ perlucidiſſimo fulget auro; in quam nil intrat coinquinatum, aut patitur deforme. Non igitur puluis cœlum,vt theſaurizet,aſcendet, nec cinereum theſaurum excipiet paradiſus. Vt quid igitur,vbi Deus A auditur,dicens.*Theſaurizate vobis theſauros in cęlo*. inſonat Eccleſia. *Memento homo,quia cinis es,& in cinerem reuerteris?* At hoc inculcat Mater Eccleſia,quod facti ſumus, ex peccati incendio,ſcilicet cinis; hoc Deus eloquitur, ad quod fecit hominem, ſcilicet, propter cœlũ, imò cœlum propter hominem,& hominem propter ſe, vt cognita B propria dignitate homo, cœlo, & Deo natus,deſinat eſſe ex peccati incendio cinis; quod clamat Diuus Leo,dum propriam dignitatẽ homini dans ſpeculum, inquit. (D.Leo.) *Agnoſce, ò Chriſtiane dignitatem tuam, & diuinę conſors factus naturę, noli in veterem vilitatem degeneri conuerſatione redire.* Abſit, vt terreus ſit, qui ad diuina tranſlatus,diuinis ſociatus eſt, vt Deum C videat,ipſoque fruatur. Hanc hominis dignitatem in noſtri Hoſeæ prophetia introſpicio, dum ait. *Audite verbum Domini filij Iſrael, quia iudicium Domino cum habitatoribus*

Homo, cur cum cinis, tunc theſaurizare debet in cœlis.

toribus terra. Filios Israel videntis Deum vocat eos, qui ad terram incuruati, terram habitant, ac si diceret, Israelitæ estis, quorum obiectum est Deus, Terminus Deus: vt quid in cinerem conuersi, & puluerem, in puluere sedetis? agnoscite dignitatem vestram, & ad cœlestia corda leuate; etenim maxima est hominis dignitas, & ea, quæ facilè omnes complectatur nobilitates.

Explorauit hominis creationē Dauid, contemplatus est operum Dei terminum, semet, ac ex excessu rediens, in isthæc prorupit. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde meo* O quanta breui eloquio perstrinxit Propheta. proferam aliqua. Tenebræ sunt oculis omnia mundana; quapropter, quia Christus ob formidinem amissionis tēporaliū occisus est, dixerunt enim Iudæi. *Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum, & venient Romani, & tollent locum nostrum, & gentem.* tenebræ in eius mortem vocatæ sunt, quasi folicidæ; tenebræ sunt temporalia, quæ etiam prudētum oculos excęcāt, iuxtà illud Deut. cap. 16. *Munera excęcant oculos sapientum.* ad tollendum igitur horum temporalium tenebras, ac ad illuminandum ad diuina hominem, Deus lumine signauit, firmat Nicolaus Trūcler dicens. *Vt sublata quasi lampade, discutiantur, quasi tenebræ prosperitatem temporalem expetentium, & agnoscatur Deus ipse in beneficijs suis.* Vel in hac luminis impressione prouidētiam, quam nostri habet Deus aspicere possumus; vbi lumen, nil ibi absconditum, nil non videtur. Nec videt Deus, quin prouideat; etenim natura bonus est, & bonum nescit non communicari.

Ps. 4.

Io. 11. 48.

Temporalia Christum occiderunt.

Deut. 16. 19.

Nicolaus Truncl.

Lumine suo nos signat Deus, vt destruat temporalium amorem.

A quid autem deficiet, vbi bonitas sese diffluit? posuit igitur lumen suum in nobis Deus, nosque lumine signauit, vt sciamus omnia nostra prouidere, & curare; ad hęc spectat D. Ioānes Chrysostomus, in hunc locum, dicens. *Lucē enim hic dicit defensionem, curationem, auxilium, prouidentiam.* attendit nobis Deus; sed vndè homini tanta? proh, tanta nobilitate, ex Dei creatione excedit, vt Deus non B indignè isthæc circa hominem operari iudicet; quod vel ipsum lumen edicit; in cuius claritatem aduoco ex Pierio Persas, qui in solis lumine imperium, summāque nobilitatem augurabant. Lumen, dicebat Imperium, luminis defectus, Imperij Maiestatisque casum dolebat; quod etiam dixit Maro de Cæsare.

Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,
C *Tunc caput obscura nitidum ferrugine texit.*

Et vltimo Domitiani tempore, corona quædam Iridi similis, Solem circumdedit, quæ lumen eius, ac radios obscurabat, nec obscuratio hæc aliud, Ariolis testantibus, referebat, nisi Imperatoris à Stephano iugulum. En, vt lumen, Imperatoriam Maiestatē, quæ omnium nobilissima est, portēdit. Creauerat Deus hominem D ex terra rubra, rubroque colore purpuream vestem animæ aptauit, vti Imperatori; sciebat lumine Imperatoriam Maiestatē promulgari. En, signatus lumine apparet homo, vt Imperator omniū. quod si Imperatoria Maiestas excellētiam, & nobilitatem super omnibus præsefert; equidem, adeò nobilitate excellit homo, vt facilè omnia superet creata, vndè Gregorius Nissenus lib. 1. ex constit. cap. 14.

Dei prouidentia erga nos.

D. Chrys.

Pierius.

Sol imperij augurium, & nobilitatis insigne.

Virgil.

Homo ex terra rubra quasi purpura amictus vt Imperator

Nissenus.

cap. 14. *Nobilissimum rerum omnium homo solus*. & D. Macharius Ægyptius, post enumerationem Creatorum, inquit. *Homo nihilominus est omnibus pretiosior*.

Homo omnium nobilissimus.

Et ità quidem nobilitate præfulgens,& prætiosus, vt facilè,vel Angelos,aliquando superet. Aduertit purgata labia,expeditamq; linguam Propheta Isaias, postquã visione imaginaria, & illustratione intellectuali, vidit Deum, vt notatur cap.6. prophetiæ eiusdẽ; audiuitque Deum, ità dicentem. *Quem mittam,& quis ibit nobis*. & illicò respondit. *Ecce ego mitte me*. Trinitas ibi alloquuta est, vt exponunt sacri Doctores,& præsertim Gaspar Sanctius in Isaiam; quod intuetur in illo singulari, & plurali numero. *Mittam*. & *nobis*. vbi Trinitas personarum, in vnitate essentiæ refulget;& quidem premendum: ille etenim Deus, qui solus Dominus est,non iubet, sed inquirit, & expectat offerentem se. O illæsam hominis libertatem semper, non cogit Deus quemquam,sed libertate vult sibi seruiri, nec in seruitute deserit hominem, vndè alij legunt. *Quis ibit nobiscũ*. Mittit,& vadit Deus; vbi quanta confidentia Dei obsequia, agredi debent homines, docemur.qua de re Sanctius citatus.*Illud nobis, si sumatur pro nobiscum.quod durum non est,excitare vehementer debet languentes, & timidos animos eorum, quos Deus suo mittit nomine ad causam, scilicet, Euangelij,reique Christianæ; habent enim secum tam pij negotij socios,non tantum Angelos, cum quibus videtur etiam hic Dominus loquutus, sed etiã totam Trinitatem*. Sed aiam ipse, hoc dixisse Deum, quia sciebat hoc munus suscepturum hominem,Isaiam 5.quia autem,nec ad

Isai. 6.

Gaspar Sanct.

Trinitas Isaiam loquuta est.

Exequũtur libenter diuina homines etenim cũ eis est Deus.

A momentum Deus,sanctaque Trinitas vult ab homine separari, ideò ait nobiscum. Tu ibis Isaias, & ego Trinitas tecum ero, à quo separari amor non permittit. At audiamus Isaiam. *Ecce ego*, inquit,*mitte me*. Dicas Isaias,cur tãta præsumis, nonnè inter Angelos extas?nonnè Angelis, etiam dictum est. *Quem mittam, & quis ibit nobis*?cur Angelicis spiritibus onus, vel ipsis formidandum,non

Deus ab homine separari non vult.

B relinquis? quod si confidis in Dei societate, quid est, quod humilius,non loqueris;dicendo,iube Domine,& mittar, sufficiunt mihi tua præcepta ex seruorum tuorum ore prolata;sed ais. *Ecce ego, mitte me*. Pergo ad Theologos;hi de Angelis disputantes,supponũt alios esse assistentes, alios ministrantes, & opinantur aliqui, assistentes nusquam mitti extra cœlestem curiam; & aiũt Seraphim,

C Cherubim, & Thronos, qui sunt spiritus primæ Hyerarchiæ, nusquam mitti; Quinque autem ordines inferiores, scilicet Principatus,qui sũt secũdus ordo secũdæ Hyerarchiæ, Potestates, Virtutes, Archangelos, & Angelos, semper mitti. De Dominationibus autem, non consentaneus est inter eos assensus, nam D. Thomas inquit assistere, & nusquam mitti. Riccardus verò negat. in

Angeli, qui mittãtur, quiuè assistant.

D hac opinione,scilicet, non omnes mitti, sed aliquos esse semper assistentes, aliquos semper ministrantes sunt.Diuus Thomas 1.p. quæst. 112. artic.2. & 3.Albertus, D.Bonauentura,Riccardus,Ægydius,alijque. Probatur autem assertum à D.Thoma, quia certum est,gubernationem à Deo, ità esse, vt superiora regant, & gubernent inferiora; superiores igitur Angeli, Dei illuminationes mani-

D.Thom. Albertus. Bonau. Riccard. Ægid.

nife-

nifeftabunt Angelis inferioribus, A iftique exequentur. Non moror vlterius, non enim Theologicum, affumpfi negotium, fed tantum, fuppono de mente D. Thomæ, Angelos fuperiores immediatè accipere à Deo illuminationes, & præcepta, quæ inferioribus communicant, vt exequantur. Superiores Angeli illi funt, qui immediatè verba ab ore Dei fufcipiūt. Redeo nunc ad Ifaiam; perrexerat hic ad cœlicas vifiones, vidit B Deum, miffurus erat aliquem ad populum, vt Dei annunciaret voluntatem, quid tunc Ifaias? *Ecce ego, mitte me.* Cur non dixit fpiritu Dei ductus (ea enim, quæ protulit Spiritus fanctus intus loquens infpirauit) mittar per Angelorum fupremum; fed mitte me. Proh, fpiritus mittebant. Ifaias aderat homo, fi miffus fuiffet à fuperioribus fpiritibus, vtique fpirituum illorum excellentia fuper homines excelluiffet; mittar igitur, ait Ifaias, fed à Deo, quod fi illi, qui immediatè, à Deo recipiunt illuminationes, funt omnium fuperiores, & Ifaias in confpectu omnium Angelorum, immediatè habet, & illuminationem, & præceptum à Deo. *Mitte me.* ideft, tu mitte, non Angeli, nō Cherubim, non Seraphim, vtique concludi poteft in aliqua confideratione, eam effe nobilitatem, & excellētiam hominum, vt vel ipfos cœleftes fpiritus aliquo modo excedat.

Hominis nobilitas quodāmodo fublimior Angelis.

Hinc dixit D. Ambrof. in Pf. 118. *Cælum non ad fimilitudinem, homo ad fimilitudinem, Angeli ad minifterium, homo ad imaginem; efto, & Angeli ad imaginem, fcriptura tamen de homine loquuta eft, quod fit ad imaginem, habemus nempè aliquid, quod fortè non habent, vbi enim abundauit delictum, fuperabundauit, & gratia.*

D. Ambr.

Homo Angelis fuperior.

Habemus aliquid, quo Angelis fuperiores fumus; ò magnā hominis dignitatē. Hinc, vti omnium fupremo, nedum terra, quæque cum illa creata funt, hominis pedibus funt fubiecta, fed ipfummet cœlum, ipfamet Angelorum habitatio hominis feruituti, mancipatur. Creauit Deus hominem, duxit in paradifum, quem ad Orientalē plagam plantauerat, ibi collocauit, vt operaretur, & cuftodiret illum: fecit necnon cœlum, & terram, & omnia duxit in quandam figuram, quæ sferica eft. peterem cum rerū varietas pulchritudinē adaugeat, cur Deus, à quo omnia pulchra, vbi enim noftra vulgata legit. *Vidit Deus cuncta, quę fecerat, & erant valdè bona.* alij legunt. *Et erant valdè pulchra.* non varijs figuris mathematicis res extendit, fed formauit omnia, & præci- C puè cœlos sfericos, vndè. *Girauit cęlos in intellectu.* hauriam myfterium, ex antiquorum moribus. obtenebrati Gentiles varijs facrificabant Dijs, & quifque pro fe offerebat: cum pro feruis oblationes offerebantur, facrificabantur quædam pilæ, quæ globulo, feruorum fortunam fignabant, ficut enim pila, vel ad flatum mouetur, fic ferui femper obedientes, ad nutū, Dominis obtempe- D rabant.

Pf. 135. 5.

Alia lectione.

Adnoto hic pertranfitum, Dei noftri velocitatē, ad noftras exaudiēdas orationes. Vidit fpōfa manus, hoc eft opera eius, tornatiles, res tornatilis, vel flatu mouetur, & girat, quia, vt primū noftrarum orationum flatus manus tangunt, illicò ad noftras girāt vtilitates. fed redeo ad propofitum, in rotundis globulis, ferui fignificabantur; quod fi nedum terra, fed etiam cœlum Angelorum

Dei celeritas in exaudiendo orātes.

rum

rum habitatio sferica est, & rotũda, cum homo existat rectus. *Fecit*, inquit Ecclesiast. *hominẽ rectũ*, & rotunditas signat seruitutẽ, vtique tantæ excellentiæ, & nobilitatis est homo, vt vel cęlũ Angelorũ habitatio, ipsi vti omniũ nobilissimo, & excellentissimo seruiat, & obtẽperet; & hinc ad orientalẽ plagã eum collocauit Dominus, girat cęlũ ab oriẽte ad occidens, & dũ girat, veluti caput inclinat, quasi dicẽs. En, homo est in Oriente, huic, vt omniũ supremo, debetur seruitus, & reuerẽtia, inclinor igitur, & reuereor, quẽ omniũ agnosco excellentiorem, hinc inquit D. Bernard. *Omnis creatura huic creaturę seruit, terra, mare, aer, ignis, cęlũ.* & D. Laurent. Iustin. de instit. & regim. Prelat. ait. *Mirari debet homo terrã Põtũ, athera, volatilia, quadrupedia, arbusta, & de humo germinãtia, Solem, Lunã, stellas, Angelos, Archãgelos, & Sãctos in suũ prgordinatũ esse obsequiũ, pro tẽpore, pro dispositione, pro qualitate, pro necessitate, pro forma, etsi nõ actu habitu tamẽ ministerio, & fine.* Cęlũ homini seruit, & quid mirum? si se hominis futurum scabellum, pedum agnoscit.

Eccles. 7. 30.

Cælum homini seruit, & Angeli.

D. Bern.

D. Laur. Iustin.

Sed cur cęlũ ei nõ seruiet, q tãta dignitate, eminẽtiaq; fulget, vt Deus, vel sibi assimilet, & quodãmodo manifestet hominẽ Deum. Nõdũ iã hominẽ creauerat Deus, sed eius plãtauerat paradisũ, cęlestis illius glorię, & Paradisi symbolũ; ità Gen. c. 2. *Plãtauerat autẽ Dominus Deus paradisũ voluptatis à principio, in quo posuit hominẽ, quem formauerat.* Scio Vgonẽ de S. Victore, hominis hic erigere intellectũ ad Dei gratias contẽplãdas, & reddendas, ait .n. *In tali loco, & talibus referto delicijs positus est homo, mox creatus, quatenus beneficiũ*

Gen. 2. 8.

Vgo Vict.

A *Dei, nõ naturæ imputaret, sed gratiæ; creauit antea paradisũ, trãstulitque postmodũ hominem, vt Dei beneficia, quę homini nõ erãt naturalia, sed gratuita veneraretur.* Scio Theophilũ Episc. Alex. medium inter cęlũ, & mundũ excogitasse hominẽ, vt vidit in paradiso collocatũ, dũ dixit. *Homo duorũ medius erat; nec omninò immortalis, nec prorsus immortalis, sed tamẽ vtriusq; capax cõditus erat, eadem ratione in paradiso positus est,*

Agnoscat Dei beneficia Christianus.

Theophil. Episc. Alex.

Homo medium inter cælum, & mundum.

B *qui in medio cęli, & mũdi cõditus legitur.* Sed fodio altius, & mirabilẽ intueor hominis dignitatẽ. penso .n. cur homo stat cum paradiso simul, qñquidem, mox, mox ab illo, ob culpã eiciẽdus erat; ad qd illũ voluptatis locũ creauit Deus, quẽ dixi cœlestis glorię symbolum, vbi primo mortis amaritudines gustaturus erat Adam, qui ità factus est, vt potuisset nõ mori. Hauriam Dei operũ mysteria, ex Dei nomi-

C nibus; Interrogatus Deus, à Moyse, q nã esset eius nomẽ, respõdit, *Ego sum, qui sum*, Dei nomẽ est, *qui est*. ipse enim est ens necessarium, omnia alia, quæ sunt, contingẽtia sunt, & sicut poterant non esse, sic possũt annihilari, & ad nõ esse reduci, & propterea nulli creaturæ, cõpetit hoc verbũ substãtiale, *est*. imò respectu istius esse non sunt, vndè dixit Isai. c. 40. *Omnes gentes, quasi non sint, sic sunt coram eo*, no-

Exod. 3. 14.

Isaias 40. & 17.

D strum esse, adeò tenue est, vt respectu esse Dei, nõ esse dici possit; sciuit hoc Beatissima Catharina Senẽsis, cuius hodie natalitia celebrãtur; illa inq, q Deo, Sãctissima, scilic. Eucharistia viuebat, vti Deus, qui non alio cibo, quam se viuit, illa, quæ à Domino spineam accepit coronã, taliq; corona circũdata, præseferebat desertũ. Desertũ, inquam, quo animam ducit Deus, vt ad cor eius loquatur,

Catarinæ Senensis, laudes aliquæ.

Y iux-

iuxta illud Hoseæ. *Ducam illam in solitudinem, & loquar ad cor eius*. in qua alloquutione, cor suum Catharinæ donabat Christus, hoc enim secundum expositionẽ aliquorum, est loqui ad cor. Spinis vallauit caput Catharinæ, habebat.n. in intellectu, & voluntate sua Deum; & quia spinis impediri solet iter, Christi itenera sepiebat, ne ab ipsa abiret, aculeisque spinarum, vel ipsis cœlicis numinibus, quasi obstabat, nè vel ad se, ab ipsa traherent, neuè impedirent dulcedines suas; huic præexcellẽtissimæ Virgini, dixit aliquãdo Deus. *O Catharina, ego sum, qui sum, tu es, quę non es*. itã quidem, quia esse cuiuslibet creaturæ respectu esse Dei, non est esse, quam ob rem D. Dionisius Areopagita de Diuinis nominibus cap. 4. inquit. *Est, primum nomen Dei est*. Verum audio Dionisio repugnãtem Diuum Ioannem Damascenũ lib. 1. de fide ortodoxa cap. 12. qui vti ad primum nomen Dei accedit, ait? *Bonum; est primum nomen Dei*. nec à Christi aberrat doctrina, qui vbi bonum audiuit, ad Deum retulit, dicens. *Nemo bonus, nisi solus Deus*. Quid est, quod mox esse, mox Bonitas, primum nomen Dei dicuntur? non stant duę primitates simul, altera cędat, necesse est. Dicam, quod sentio, etsi non idem, quod D. Bonauentura, in itiner. mentis in Deũ cap. 5. Deus itã considerandus est, vt non prius sit, quam sit Beatus, ipsa enim Dei Essentia, obiectum Beatitudinis est, Beata Essentia, & Paradisus. Beatitudo autẽ terminum suum in bonitate accipit, quapropter dixit Boetius. *Beatitudo, est status omnium bonorũ, aggregatione perfectus*. & bonum, voluntatis, quæ fruitur, est obiectum:

Donisius.

Damasc.

Nomen Dei, quod sit primũ.

A quia autem, vt dixi, nusquã Deus est, quin sit Beatus, ac delitietur in seipso Paradiso, & Beatitudine, ideò mox secundum Dionisium, *Est*, primum nomen Dei est, mox secundum Damascenum, *Bonum*, est primum nomen Dei. En, vti se ostendit, & manifestat Deus, & existentem simul, & in Paradiso, & Beatum. Quibus sic prælibatis, accedo ad hominem; creauit illum Deus, & posuit illum in Paradiso Beatitudinis symbolo, quẽ

B iã creauerat, vt Paradisus hominis esset, statim, ac esset homo, vt non daretur homo, quin eius extaret Paradisus; hoc autem quid est, nisi quædã Dei imitatio? voluit igitur Deus creare hominis Paradisum, antequam esset homo, vt existente homine extaret eius Paradisus, & quia solus Deus non est, quin extet eius Paradisus, innuere voluit hac creatione, hisque operibus Deus hominẽ eius

C esse excellentiæ, vt quidam Deus dici possit, qua de re dixit Gregorius Nissenus lib. 3. physiolog. *Homo eminet, & Deum in parte refert*. Eminens creatura superans creaturas omnes est homo; & ità eminens, vt Deũ referat, & Anastasius q. 43. *Homo Deus, & Dei imago dicitur*.

Homo tãta eminẽtia est, vt Deum referat.

D Ast contemnent fortè spirituales substãtiæ hominẽ, cuius principiũ est terra, exordiũ lutum, cibus terra, habitatio terra; nũquid nõ elemẽta cũcta pugnant in homine? cur igitur altius, hominis extollitur dignitas, ac Deo fit similis? hoc quidẽ mirũ, quod principia adeò vilia homini dantur, vt lucidius in ipso, quædã diuinitatis forma resplẽdeat. Ratũ habeo ex D. Greg. hominẽ vniuersã referre creaturã, ità in illud Christi; Apostolos mittẽtis in vniuersum mun-

mūdū, vt Euangelicas segetes se- rerēt exposuit. *Prædicate Euāgeliū omni creaturæ*. Omnis creaturæ nomine, inquit ipse, designatur homo. Quo stante ad Theologos transeo, disputant ipsi de Dei dignitate, quam clamant ex cæteris, quia omnia, quæ nobiscum sunt mortua, in ipso vita sunt; vndè indubitata conclusione concludunt, Omnia esse vitam in Deo: dispar tamen est Theologorum ratio, in assignando, cur omnia dicantur esse vita in Deo? Adhæreo pro nūc Alensis discursui in prima parte q. 23. memb. 4. art. 1. §. 4. vbi ait, Viuere esse commune rebus spiritualibus, & corporalibus, & corporalia participare vitam à spiritualibus, vt corpus, dicitur viuere per animā; & ideò, ait ipse, omnia dicuntur viuere in Deo, quia omnia participant vitam à Deo, & quantum ad Deum, non habent esse deficiens. En, Dei excellentiam, omnia in ipso viuunt, nec vnquam deficient, vita omnium in Deo, Deum manifestat; illeque Deus dicendus est, in quo omnium vita. O hominis excellentiam, ò in quantam dignitatem illum euexit Deus. Omnem creaturam in se retinet homo, vt dixit D. Gregorius; sed hęc omnis creatura, nunquid in se est vita? haud; terra enim vita non est, nec vitam habet, ea igitur, quæ in se vita, non potiuntur, vitam in homine habent, & cum omnis creatura sit homo, omnis creatura in homine habet vitam, & quidem ità ordinauit Deus, vt indefectibilem vitam in homine habeant creaturæ, nam nūc aliqui homines, iam sunt in gloria, & corpore, & anima viuent in æternum, vt certum est de Christo, & de Beata Virgi-

D. Gregor. Mag.

Viuere creaturarū in Deo explicatur

Omnia cū homine viuunt.

A ne, idem affirmamus; quod si ille Deus dicendus est, in quo omnis creatura viuit vita indefectibili, dicendum autumo in tantam excellentiā hominē euexisse Deū, vt quodammodo Deus dici possit. accedit ad isthæc Gregorius Nissenus lib. 3. physiolog. dum ait. *Omnia, quæ in mundo sunt, homo continet, & in capaci illa mente gestat*. & Diuus Augustinus addit. *Et aliqua, quæ in se non viuunt vitam recipiunt in homine*. En, vt
B vitam habet in homine creatura non viuens in se, propter quod, quidam Deus dicendus est homo, omnesq; homines Dij, iuxtà illud Dauidis. *Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes*.

Nissenus. D. Aug. Ps. 81. 6.

Confirmabo hāc hominis prærogatiuam ex ijs, quæ in Christi morte hominem redimente acciderunt. vt Christus crucifixus est, inquit sacer Textus, tenebras su-
C per vniuersam terram, esse diffusas, Solemque suos retraxisse radios. *A sexta autem hora, vsque in horam nonam, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram*: Miror, tunc Solem obijsse, cum Dominus pro omnibus sanguinem effundebat, & quantum ad sufficiētiam, etiam pro damnandis moriebatur, cum sciamus, id proprium Solis esse lucere super bonos, & malos. quid est, quod re-
D fugit Sol, suūque subtrahit aspectum? an fortè, quia ex Orpheo, Sol iustitiæ oculus dicitur, & in morte Christi iustitia fugata est? vndè, & Sol iustitiæ, symbolum recessit? non dissentio. sed dicerē; stet saltem Sol ex parte iustitiæ diuinæ, vt Christicidij reos puniat: cur absconditur? firmum est die illa hominis tractatam, & peractam Redemptionem, erat homo veluti sub hasta, iustum

Matth. 27 45.

Orpheus. Sol iustitiæ oculus.

Cur in Christi morte obscuratus.

Y 2 pre-

pretium offerenti, dandus erat, A quis autem ignorat, Solem, quasuis diuitias, secum circumferre, vndè Georg. Venetus, apud Antoniũ Ricciardum Brixianum ait, Solem significare, aurum, & aurata omnia, flores, & lapillos aurei coloris, carbũculos, topatios, hyacinthos, chrysolitos, rubinos, balagias, teatra, & omnia Regia. Redimendus erat homo, stabat ibi Sol, stabat, & Christus Deus; aspexit hominis valorem Sol, & abijt, B non valens emere, reliquitque illum Deo, qui seipsum dedit pro homine. annuit Tertullianus lib. de fuga sęculi, dicẽs. *Sol cessit diem Redemptionis apud inferos, stipulatio nostra in cęlis*, quod si Sol, qui pretiosa quæuis, & diuitias omnes repræsentat, abit, quasi non valẽs, hominem mercari, & soli Deo seipsum offerrenti, relinquitur homo; equidem concludendum est, hominem vti Deum, Deum valere C lere, dixit iam Euseb. hom. 6. de Pasch. inquiens. *Magnum quidem mihi est de Deo, quod esse me sentio opus suum: sed multo plus est, quod transisse ipsum video in pretium meum; quandoquidem, tam copioso munere, ipsa Redemptio agitur, vt homo Deum valere videatur*. O verè admirabilis hominis dignitas, non dedit se pro Angelis, fortè, quia indignum est Dominum se dare pro seruo, dedit se pro homine, D quem prius sibi parificare quodammodo voluit, dũ assumpto homine Deus, homo, & homo, Deus, dicitur.

Greg. Venetus.

Sol omnium diuitiarũ simbolum.

Tertull.

Homo ferè Deum valet.

Sed cur homo participatione nõ Deus? Dei thesaurus, Deus est, vndè quasi semet existimat Deus hominem, cum suũ existimat thesaurum, & cuique contemplanti Dei thesaurus offeretur. Homo transeo à Domino Iesu offerente, & dante se pro me, ad eundem iam mortuum pro me; ac sæuientem attendo non sine lacrymis militem, etiam in mortuum, vulnera iacientem, heu me, Dominum meum Iesum Christum percussit, confoditque mucrone diro lanceæ latus, & cor, circa quod sanguinem reperit, & aquam; vndè aperto latere. *Exiuit sanguis, & aqua*. ferrum dirum, obstinatorum hieroglyphicum, in suum adduxit pectus Christus, quia mox desertus ab omnibus, vt Strutio in deserto dici potest, & Strutio, vel ferrum digerit; hoc igitur facto, voluit indicare Christus, se, vel obduratorum peccatorum peccata digesturum, ac ad pietatem, vocaturum, conuertet enim, & desinent esse obstinati. Sed peto, ad quid aqua illa, circa Dei cor scaturit? ad quid Iesu cor enatat in aquis? aucupabor mysterium ex hominis formatione; eam describit Iob, aitque. *Manus tua Domine fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu*. Nil aliud reliquit faciendum Deus, nec aliquid alijs commisit, vbi de homine agebatur, totum negotiũ suis fidit manibus, dispũgo, cur lutum tractet manibus suis Deus? docebit sponsa; hæc Christi manus attendens, dixit tornatiles aureas, plenasq; hyacinthis, anulis hyacinthinis Dei splendebat manus tornatilis, cum in circuitu plasmabat hominem; & cur hoc? Dicam, anulis signari antiquitus solebant thesauri, plasmabat Deus hominem ex luto, tenebatque anulos hyacinthinos in manibus, ex quibus signabatur molle, hominis materia, lutum; quod si thesauri, solent signari, & Deus hoc facto, signare anulis innuebat hominem, quem formabat; equidem di-

Io. 19. 35.

Christus à cur lanceã suum latus intrare permiserit.

Iob. 10. 8.

dicendum est hominem esse Dei thesaurum. Mox ad aquam, quam in Christi latere lancea inuenit, progredior: aqua illa nos homines significabat, vt compertum est apud omnes, & præcipuè Paschasium. quid Iesus? docuerat iam, ibi alicuius cor reperiri, vbi est suus thesaurus. docere etiam voluit, quis nam esset suus thesaurus: produxit aquam, homines significantem, & in medio illius aquæ, posuit cor suum; quod si cor est, vbi est thesaurus, & Christi cor in aqua hominem præseferente, reperitur, Christi thesaurus absque dubio, est homo: audiatur Diuus Bernardus, serm. 5. in dedic. Eccles. *Fortè in corde Dei potest aliquid latere de nobis. O Pater misericordiarum, ô Pater miserorum, quid apponis erga homines cor tuum? Scio, scio. Vbi est thesaurus tuus, ibi est, & cor tuum, quomodo ergo nihil sumus, si thesaurus tuus sumus.* Thesaurus Dei est homo, magna planè res creatura rationalis, pretiosum quid, adeoque pretiosum, vt cuiuslibet excedat captũ; etenim thesaurus Dei est; thesaurus inquam, quo solet quis ditari, ergo nè locuples est Deus homine? ditatur homine? diues est ꝓpter hominẽ? Regiũ culmẽ homine ditat, & cõplet? ac ille, qui ꝓpter homines ægenus factus est, recuperato homine thesaurum possedit. nũc Domine fossiones clauorum, & lanceæ capio in corpore tuo. fodis, vel te, & excauas hominem thesaurum tuum. O Domine signantur thesauri, signasti iam hominem anulis hyacinthinis, qui nil nisi gloriam figurabant, vt inquit Diuus Gregorius, manifestãs homini, quam ingens sit eius salutis desiderium tuum; dum, vel gloria signãs, gloriæ sculptura de-

Homo Dei thesaurus.

A coras. Sim ob tuam clementiam thesaurus tuus, & signa me, indignissimum seruulum tuum. Thesaurus Dei est homo, signatus nedum gloriæ anulo; sed ipsamet Dei imagine. Rapior in Trinitatis Concilium, creare volẽtis hominem: *Faciamus*, inquit, *hominem ad imaginem, & similitudinem nostrã.* *Gen. 1. 26.* nõ similis est hominis, & aliarum creaturarum creatio; iubet in illis, Concilium vocat in ista, ad

B quid Concilium, vbi imperantis Maiestas omnia poterat, quæque fecisset, sapienter fecisset? fruebatur semet Deo, nec alio indigebat; sed fecit hominem ad imaginem suam, vt ad suum prototypum semper se verteret homo, & contemplaretur Deum. gaudebat Deus, dum alta contemplatione sua, imago intromittebat sese in viscera Trinitatis; vndè ad imaginem suam creauit eum Deus, hoc

Homo, cur ad Dei imaginem.

C est, creauit hominem, & dedit ei imaginem suam, vt ad Deum, qui eius est imago sese semper verteret, hunc sensum elicio ex Diuo Athanasio Episc. Alex. oratione contra gentes, circa principium. *Mundi*, inquit, *opifex, & omnium Imperator Deus, qui omnem substãtiam, humanamque intelligentiam, longè superat, vtpotè bonus, & omnes bonitate præcellẽs, per suum Verbum Saluatorem nostrum Iesum Christũ,*

D. Athan.

D *humanum genus ad suã ipsius imaginem effinxit, hominemque rerum contemplatorem, peritumque communicatione sua cum illo similitudinis effecit, tribuens ei sua æternitatis intellectum, & cogitationem, vt dum hanc similitudinem natura tueretur, nunquam neque à cognitione, imaginationeq; Dei absisteret.* Deus semper se intuetur, seque contemplatur, impressit propterea sui imaginem in hominis anima, vt ad Dei simi-

similitudinẽ, semper Trinitatem cõtemplaretur. optima equidem expositio, sed ad vlteriora vehor, & puto totius Concilij, ac eiusdem conclusionis, præsidentem fuisse Amorẽ; sciebat Deus hominem, si crearetur, peccaturum, ac rebelli ceruice contra Deum pugnaturũ; quid tunc Pater æternus? dixit filio, homo peccabit, inobediens erit, nostra spernet, imperia, Deum in idola commutabit, adorabit dœmonem, Deusque erit ab homine, qui superbè appetijt esse similis Deo, Lucifer. quid agendum? creabimus nè hominem hũc? faciemus? *Faciamus*, dixerunt. At quia peccabit, nunquid relinquemus eum? Absit, redimatur. Ad tui Redemptionem decet, vt tu filius meus homo fias, & quodammodo deponas Maiestatis formam, & serui similitudinem assumas. Factus seruus, vt malus vapulabis, vt seductor, reus putaberis, & innocens condendaberis, morte turpissima occideris, existimaberis maledictus, qui es benedictus in secula, hæc Deo indigna sunt. quid agẽdum? faciemus nè hominem? *Faciamus*. inquiunt. Sed eia Spiritus sancte Deus, si fiet homo, nec tu ab iniurijs abibis illæsus, venalem te putabunt, & à simoniacis venderis, offeretur à Simone Mago ad tui emptionem pecunia; quid execrabilius? Faciemus? *Faciamus*. concludunt. O Amor, en Concilij decretum ab amore. & quia, similitudo Amorem demõstrat, ideò ad Dei imaginem, & similitudinẽ factus est homo. Amor imaginem, amor impressit similitudinem; sed cur dixit Deus. *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram*. & non potius, *meam*. succurrit mihi eximij

A illius Pictoris Agrigentini adpingere volentis pulcherrimam, Iupitris vxorem Iunonẽ, adinuentum. plures elegit adolescentulas forma præstãtes, & decoras valdè; ab ipsis, ea accepit membra, quæ natura venustiori beneficentia dotauit, & ex pluribus venustissimam Iunonis extraxit imaginem. En, Deus formaturus erat hominem, in Concilium venit, accepit pennicillum, nec à Patre

B solum, sed à filio, & Spiritu sancto delineare voluit hominem, ab omnibus hominis imaginem, delineauit, vt omnium perfectionẽ haberet. O quid homine nobilius, in quo non Patris tantum, non filij solum, nõ Spiritus sancti dumtaxat, sed Patris filij, & Spiritus sancti resplendet imago. ad hæc spectat D. Gregor. Nissenus tract. de hominis opificio, dum ait. *Quia bonorum ipsorum multa* D. Gregor. Nissenus.

C *probatur esse congestio, quæ non possit numero facilè comprehendi, idcircò generali quadam voce, vniuersa scriptura complectens, significare curauit, cum ad imaginem Dei factum hominem retulit, hoc enim æquale est, ac si diceret, humanam naturam omnis boni factam esse participem: si enim bonitatis est plenitudo Diuinitas, & huius homo imago est, profectò, & in plenitudine, sic omnis boni hac imago iuxta primæuam formam*

D *similitudinem possidet; est igitur in nobis totius boni, totiusque virtutis, & sapientia, & quidquid illud est, quod optimum possit intelligi*. quid hac hominis creatura nobilius, in qua Dei perfectiones elucent? Quod si ad hyperbolica permittitur transitus; quid dicetur? Vnusquisque mulierem illam ex speciositate plurium epilogatã, dicet pulchriorem, nobilioremque illis, à quibus epicta est; O si hominis

nis

nis imago, non à solo Patre, sed à Filio, & Spiritu sancto est; fortè dicet quis, quid se se nobilius voluit effigere Deus. absit, vt quid Deo melius sit. sed adeo hominem amans exaltauit vt quid sese melius, quasi, hominem demõstrare voluerit. O Deus quantum tibi debet homo, quem eo extulisti, vt vel tuum, quasi Deum effingeres. Vado ad Christi humilitatem.

A

Discessurus à suis ad Patrem Christus. *Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Dilexit in finem, quid nam finis, nisi Deus. nunquid eos, vt suum finem dilexit, & quasi suos Deos? quis scit, si non insolens sensus iste est, dum ab ipsomet Deo audiunt homines. *Ego dixi Dŷ estis*. Amans igitur Dominus, surrexit à cœna, & mittens aquam in peluim. *Cœpit lauare pedes discipulorum.* Contemplemur hic, & Dei amorẽ, & Altissimi humilitatem: lauat pedes Christus Apostolorum, suasque manus mergit in aquam; Magnũ Sacramentum, tendens, vt autumo, ad Christi Dei desiderium patefaciendum, quo nobis dare gloriam ardet; nõ est aqua, quam terra non circumdet, nec aliquid est in aqua, quod in terram tandẽ non deducatur, ex ipsius aquæ motu. Homo è terra formatus, terra est, manus Domini hyacinthis gloriam præferentibus plenæ sunt. *Manus eius tornatiles aureæ plenę hyacinthis*. de quibus Diuus Gregor. *Quid per hyacinthum, qui valdè pretiosus est lapis, designatur, nisi munus æternę retributionis.* hyacinthi hi gloriæ, vt probabilis est coniectura, dum lauit Apostolorũ pedes Christus, apertis manibus, ac aquæ fluxu possunt dici in aquas iacti. quod si nil in aqua

Io. 13. 1.

Homo quasi Dei, Deus est.

Ibid. n. 5.

Cant. 5 14

Desiderium Christi dandi homini gloriam.

B

C

D

est, quod tandem in terram non eijciatur, & terra est homo, voluit hac lotione innuere Christus Dominus totum suum desideriũ esse, vt gloria in homine reperiatur: nisi dicere velimus, cum aqua, gloriæ hyacinthos mittit in terram, quia lacrymarum vis in hominis animam asportat cœlum. Lauat Apostolorum pedes Christus, & dũ lauat genuflectit, quid autem in genuflexione introspicitur, nisi adoratio; quis adoratur, nisi Deus? dum igitur genuflectit ante homines, ferè suum Deum innuere voluit hominem; en, quo effertur homo; hanc hominis excellentiam excogitauit D. Thomas, cum dixit. *Quasi homo Dei, Deus esset.* Quis hominis honores, nobilitatemque, potest attingere? quæ capere mens? quis tranare intellectus? *Homo*, inquit Dauid, *cum in honore esset*. in honore ait non dicit, quo honore; nunquid non dicere poterat, habitabat in Paradiso, & in loco voluptatis habitatio eius; nihil molestię, nec indigẽtiæ sentiebat, odoriferis stipatus malis, fulcitus floribus, gloria, & honore coronatus, & constitutus super opera manuum plasmatoris, præcellebat Diuina similitudine, & erat illi sors, ac societas cum plebe Angelorum, & cum omni militia cœlestis exercitus? non dixit hoc, sed. *Cum in honore esset*. quia is est honor, ea hominis excellentia, & dignitas, vt exprimi non possit; quapropter, dixit Anastasius Episcopus Nicenus. *Quis ergo pro dignitate admiratus fuit dignitatem huius animalis*. & Nemesius relatus ab eodem q. 43. *Quis poterit effari dotes, quibus exuperat*. Sed heu, quam immemor suæ nobilitatis est homo, quam degener factus

Lacrymæ in cœlum asportant.

D. Thom.

Ps. 88. 15.

Homo tãtæ dignitatis, vt nesciat eã edicere lingua.

Anastas.

ctus

ctus est, abiens post carnis concupiscentias, post mundi illecebras, post desideria diaboli, post corporis tyrannidem. O homo maior es, & ad maiora natus es, quam, vt sis tui corporis mancipium. Agnosce, ô homo ex hoc dignitatem tuam, quia te multifacit diabolus, promptus tuus inimicus; totum mũdum, etsi subdolus pro vno peccato offerebat; vt vel tantillum hominem possideret, totum mũdum non indignum pretiũ existimabat. Si Christus fuisset purus homo, & dæmonem ob mundum adorasset, in rigore promissionis stando, mundus hominis erat, qui tandem poterat conuerti, & non esse diaboli, en, daret mundum diabolus, vt vel ad modicum homo suus esset; vides quanti nos faciat diabolus, agnoscit dignitatem nostrã, agnoscit, non alium esse hominis terminum, nisi Deum, in Deo hominis noblitas, & dignitas quiescit; putat se Deu m diabolus, si videt hominem, vel inquiete terminatum in se. Pensemus isthæc, & nostræ memores nobilitatis, eo tendamus, quo nostra nos vocat imago, impellit similitudo.

TEXTVS.

VERS. II.

Editio vulgata.

Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium, inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit.

Sanct. Pagn.

Sed periurare, & negare, & occidere, & furari, & adulterari, fregerunt maceriam legis, & sanguis cum sanguine tetigit se.

A

Transl. ex 70.

Maledictio, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium effusum est super terram; & sanguines sanguinibus miscent.

Vatab.

B *Sed peierare, & mentiri, & occidere, & furari, & adulterari fregerunt septum legis, & sanguis sanguinem contigit.*

Editio Chaldaica.

Iurant falsò, & mentiuntur, & occidunt animas, & furãtur, & moechantur, generantque filios ex vxoribus sociorum suorum; & peccata peccatis accumulant.

C

Paraphrasis Castri.

Vt maledictis, execratorijs, mendacio caede, furto, & adulterio frequenti, septa legis Dei, quasi inundatione disrumpere non cessetis, & mutuis vos vulneribus percutiatis.

COMMENTARIVM
iuxta literam.

D Iugiter insistendum est, vt mẽs nostra Deum aspiciat; si enim ab illo, vel ad instans aberrauerit, præcipitio sese exponit; cumque ab arce mentis regula diuina excluditur, incuruatur ad terrena, quæ nil cum cœlestibus habent, anima expulerat veritatem, misericordiam, Deique scientiam ab anima sua Israel; successerat nubilum, excluso lumine hoc, & en inundatio auditur omnium malorum.

lorum. Cum dicitur. *Maledictum.* mens igitur cuſtodienda eſt, ne ad opera mala feratur anima; quod adnotauit hic Albertus Magnus, quem præſtat audire. *In principio,* inquit, *tetigit peccata cordis, in defectu veritatis rectificantis, & defecta miſericordia ad proximum inclinantis, & defectu ſcientia, ad Deum ordinantis, dicendo, Non enim eſt veritas. Veritas dicitur hic, rectitudo rectificans omnia, qua ad vitam, & ad iudicium, & ad doctrinam pertinent; dicit enim Auguſtinus, quod veritas eſt rectitudo ſola mente perceptibilis, qua mens, quæ à menſurando dicitur, omnia ducit ad rectum, &c. Non eſt miſericordia inclinans ad compaſſionem ſui, vel proximi, &c. Et non eſt ſcientia, qua dicitur virtus faciens ſcire, quæ ad Deum ſunt; iuxta hac, non eſt in terrenis cordibus; dixerunt Domino Deo, recede à nobis. Nunc ad peccatum verbi, &c. demum ad peccatum operis.* Ecce, vt à mente à prauis cogitationibus non cuſtodita, omnium virtutum depopulatio craſſatur; & peccata occupant totum hominem, mentem, linguam, manus. *Maledictum, & mendacium, & homicidium, &c.* inundant peccata, vbi legis Dei lictus nō frenat vndas, mala etenim pelagus ſunt, vt dixit Zozimus Abbas oratione de vitijs, & peccatis. Inundat maledictum, vbi Dei obſequium, nō obſiſtit; maledictum enim, nedum homines, ſed Deum inſequitur. Nunquid non maledictus omnis, qui pēdet in ligno? & Chriſtum cruci ſuffigunt, qui peccant: & iam affixerunt Iudæi, negantes illum eſſe Deum, quem, vel ſaxa agnouerunt. vndè D. Auguſt. contr. Manich. lib. 14. c. 4. *Ille neget Chriſtum maledictum, qui negat, & mortuum.* an non maledicunt Deo, qui gloriā eius in ignominiā vertunt iumentorū? hoc fecerunt Hebræi adorantes vitulum aureum. Irruit, & maledictum in homines, vel cū infamia afficiuntur, vel cum percutiuntur contumelijs; quod adnotauit D. Auguſ. lib. 1. de ſer. Domini in mōte, c. 5. *Sed aliter maledictum iactatur, cum contumelia coram illo, cui maledicitur, ſicut Domino noſtro dictum eſt. Io. 8. Nonnè benedicimus nos, quia Sammaritanus es tu, & dæmoniū habes, aliter cum abſentis fama læditur.* Sunt, & alia maledicti genera; vtpotè cum in virtutes inuehimus, cum laudamus peccatum, cū gloriamur de malefactis, cum adulatione nutrimus crimina, quæ omnia apud Hebræos relicto Deo inundauerunt. O vtinam in illis fuiſſent ſepulta.

Alb. Mag. — *Cuſtodienda eſt mē.* — *Zozimus.* — *Mala sūt pelagus.* — *D. Aug.*

A — B

Sed cur non fluet mendacium, deficiēte veritate? nil. n. eſt mediū inter veritatē, & mēdaciū: his mēdacijs cōtra Chriſtū teſtificati sūt Hebræi; hoc mēdacio extulerūt vitulū aureum, & dixerūt hi sūt Dij tui Iſrael, q eduxerūt te de Ægypto. ſequuntur defectū miſericordiæ, homicidiū, & furtū, q̄ eouſque inūdauerūt apud Hebræos, vt vel cacumina pertegerint cæli, necauerūt. n. Filiū Dei. omitto latā homicidij viā illi populo apertam; in lege etenim eorū, vt notatur c. 3. in Sanhedrim, hæc lex exarata erat *Si quis ligauerit pedes, & manus proximi ſui, & propter eādē cauſam mortuus fuerit fame, immunis erit ligator à morte; ſed ſi ſic ligatus, calore, vel frigore, moriatur, ligator erit reus mortis. Quod ſi eū proiecerit in puteū, vbi ſit ſcala, & alius amouerit ſcalā, ille qui proiecerit eum erit immunis.* adeat referētes Hebræorū deliria, qui homicidiorū inūdationē à lōgè proſpicere cupit. laxatæ erant in furtis habenæ, in traditionibus enim eorū, in eodem Sanhedrim habetur. *Pater, qui furatur Filium,* aut

D. Aug. — *Sanhedrim.* — *Via ſtrata homicidijs erat Hebræis.*

C — D

aut Magister discipulorum, immunis est à pena. Quia autem scientiam Dei repulerunt Hebręi, quæ, vt inquit Lira, directiua est in agendis (practica enim est, cum sit, vt boni fiamus, inquit D. Bonauētura) cucurrerunt ad adulteria; scilicet apostatauerunt ab ipso (hoc enim vno modo sonat adulterium) reliquerunt enim Deum verum, & adorauerunt idola: hinniuit item, vnusquisque ad vxorē proximi sui, & hoc est adulterium materiale. quo affatim sese pollucrunt. Delirium autem hoc eousque pertigit, vt vel sanguis sanguinē tetigerit, quia vt ait Glos. mor. *Consanguineus consanguineum polluit per adulterium, vel fornicationem.* assentitur etiam Rupertus Abbas, dicens. *Ergo, cum dicit, & sanguis sanguinem tetigit, videtur consanguinitas culpari; quia contra legem Dei est, dicentis, omnis homo ad proximum sanguinis sui, non accedat.* at si statur in explicatione adulterij spiritualis, quo Israelitę ad idola inhiauerunt, vt sentit D. Hieronymus, tunc idem est dicere sanguis sanguinem tetigit, ac ante idolorum aras ob multitudinem sacrificiorum riui fluebant sanguinis, vel sanguis sanguinem tetigit, quia illis proprios sacrificabant filios.

D. Bonau.

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS IV.

Eiicientur à Deo vsque ad diaboli sepulchrum, quicunque linguam cōtra proximum acuunt, etenim contra Ecclesiam fiunt.

MALEDICTVM, &c.

SAlutis signum victam coccineā agnosco ex Raab, quę hoc

A signo sibi consulit. iam nota est in sacra Scriptura huius historia; & illicò salutem sponsæ victa coccinea ligantis labia sua, ne maledictis contra proximum mala libertate vagarentur, aduerto. *Sicut vitta coccinea labia tua*, dixit Spiritus sanctus in sponsæ laudem. at, cur ligata labia sponsæ describuntur? Proh, cupiebat ista ad cœlestem thalamum ascendere, quia autem impediuntur ab hoc ascensu, qui B maledicto contra proximum descendunt, dicente D. Paulo 1. ad Corinth. 6. *Maledici Regnum Dei non possidebunt.* ideò, vt ad Christi thalamum feliciter posset peruenire, labia funiculis strinxit sponsa, nā vt ait D. Bernardus, de modo bene viuendi ser. 33. de detractione. *Virgo, quæ ad cælestem thalamum desiderat peruenire, non debet hominibus detrahere.* & demum. *O Virgo venerabilis, si aures tuas à* C *detrahētibus separaueris, & linguam tuam, sicut dixi, ab omni loquutione peruersa refrenaueris, inter prudentes virgines computaberis.* & iure, etenim diaboli declarātur domicilia, quicunque maledictis insequuntur proximū suū. Trāsuecto in regionem Gerhasenorum freto Christus, occurrerūt ei duo à malignis spiritibus obsessi, qui à monumentis ad Iesum Dei imperio tracti, festinauerunt inuiti. audiamus D Euangelistam Matthæum cap. 8. *Et cum venisset Iesus trans fretum in regionem Gerhasenorū, occurrerunt ei duo habentes dæmonia, de monumētis exeūtes.* ad monumēta pertrahūt homines, quos possident dęmones; vt inexcusabilis sit omnis peccator, cum, vel ipsi dœmones, mortem, quam ob peccatum incurrit homo, eū sepeliēdo denūciāt. sepelit diabolus hominē, sibi à peccato cōcessū, vt sciat pec-

Iosue 2.

Cant. 4. 3.

Ad Cor. 1 cap. 6. 8.

Detractio nē caueamus ascen. sui ad cœlum.

D. Bern.

Matth. 8.

Ε.Ϭ. ut peccat peccator, cuius opera mortua ſunt. peccator, qui ſibi operari videtur, A omnia eius opera mortua, nec proficere ad ſalutem. Sed peto, cur ſpurcitias ſepulchri libenter adit dęmon, & ibi ſuam eligit ſedem, qui vti ſimilis Altiſſimo ſedere volebat in cœlis? ibo in huius myſterij enucleationem ad Dauidem; attendit hic vniuerſos à via mandatorum Dei aberrantes, doluit, infremuit, clamauit-

Pſ.13.n.3 que. *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt, qui faciat* B *bonum, non eſt vſque ad vnum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant.* horreo in hoc ſepulchro; & expendo, cur peccatorũ os dicatur ſepulchrũ? nonnè fœtores ex ſepulchris? equidem; & ô, quid odorum relinqnunt peccatores, quod non immittant in os, vt ad Pantheræ inſtar corpora ad ſe trahant, & trucident animas. Cur igitur os peccatoris ſepulchrum, abhomi- C nabilium ſentina? Adſit Origenes

Origenes. enigmata iſthæc dilucidaturus. Doctor hic cap. 3. lib. 3. in epiſt. ad Romanos, ità de ſepulchro hoc philoſophatur. *Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Diuerſa in his, vt mihi videtur, humani generis peccata deſcribit.* & accedẽs ad peculiaria, arrogantiam in peccando, verecundiamque abiectam, introſpicit primo, dicens. *Clauſa enim ſepulchra dicuntur, quos ali-* D

Inuerecundus ſit peccator. *quantulum pudor cobibet palam delinquere, & proferre ad publicum crimina ſua. Patens verò ſepulchrum dicuntur, ij, qui immunditias ſuas, & impuritates in protopatulo habent; quibus aſſiduitas, & vſus ſcelerum, quod eſt in malis vltimum, etiam commiſſorum, verecundiam ſuſtulit, vt non aperiant os ſuum, & proferant Verbum Dei viuum, ſed aperiant os ſuum, & proferant verbum mortuum, verbum diaboli, non de corde, ſed de ſepulchro.* Mitto alia. En, cur ſepulchrum, hominis cor, quia maledicti, contumeliæque, verbum, verbum diaboli ore ſpirat, quapropter ſequitur. *Si quando videris ergo hominem laſciuo ore, impudica verba iactãtem, aut tumido, & furibundè contumelias, & maledicta proferentem, non dubites de hoc dicere, quia ſepulchrum patens eſt guttur eius.* quod ſi diabolus in ſepulchris habitat, & maledica corda ſepulchra ſunt diabolo digna, neutiquam dubitandum eſt, in maledicis ſepulchrum ſuum ſtabiliſſe diabolum, maledicorũq; corda poſſidere. annuit his D. Au- *D. Aug.* guſt. in Pſ. 35. vbi de Chriſto audiente maledicta à Iudęis, ſic fatur. *Audiſtis, quid dixerunt, & cui dixerunt Iudæi, dęmonium habes, at* *Maledicus diaboli ſepulchrum eſt, & habitatio.* *Chriſtus, non dixit dęmonium habetis vos, quia in peccatis veſtris eſtis, & diabolus poſſidet corda veſtra, hoc non dixit, quod ſi diceret verum diceret.* Maledixerant Chriſto Iudæi, dicentes. *Dęmonium habes.* & de his ait Auguſt. Verum diceret Chriſtus, ſi diceret, diabolus cordą veſtra poſſidet; quia reuera, diaboli eſt poſſeſſio lingua, maledicta, cõuicia, & contumelias proferens; Et ità diaboli, vt nec velit in Eccleſia, & in populo Dei numerari. Contumelias, perſecutioneſq; in exordio ſuimet patiebatur Chriſti Eccleſia, non tamen ventus eis contrarius fundamenta ſuper petram iactata, ad ruinam vertere poterat, imò creſcebat magis numerus diſcipulorum. ità in Act. Apoſt. cap. 6. *In diebus autem illis* *Act. Apoſ. cap. 6.* *creſcẽte numero diſcipulorũ, factũ eſt murmur Græcorũ aduerſus Hebręos.* vbi non deeſt murmur, inualeſcit multitudo, ſciſſio ibi pullulat, vbi animorum diuerſitas, diuerſorũq;

capitum sententiæ, vindicare sibi volunt locum. vndè ait Lorinus hic. *Non possunt in multitudine, tam exactè omnia fieri.* & deinceps. *obseruare est, tum in Ecclesia ipsius progressionibus, tum in ordinibus Religiosis, tum in omni alio conuentu sacro, politicoque, natam plerumque perturbationem, ac confusionem ex multitudine.* Miraculum fuit rete non fuisse scissum, cum multitudinem copiosam piscium conclusit Petrus Ioan 21. *Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus centum quinquaginta tribus, & cum tanti essent, non est scissum rete.* Vbi Vgo Cardinalis. *Ecce vnum miraculum, centum quinquaginta tribus. Ecce mysterium. Piscium omnium, qui in aqua viuunt centum quinquaginta tres Philosophi enumerant, & cum tanti essent numero, & quantitate, non est scissum rete; ecce aliud miraculum.* Miraculum est non suscitari schismata, vbi pisces magni, multi sunt; error necesse est contingat, vbi ab vnitate, disceditur, & vt creuit discipulorum multitudo, illicò lingua Græcorum cōtra Apostolos murmure belligerauit. quæsiui, quisnam primus schismata suscitauerit in Ecclesia? quis retia Petri, disruperit, sciderit que? quis ab Ecclesia in infernū abierit primus? equidē Grecus; nec enim murmuratio, nisi diaboli partum, poterat parere, & enutrire. *Notatu dignum est,* ait Lorin. *quod, vt primi in Ecclesia Christi Graci murmurasse commemorantur, qui postmodum primi ab ea desecerunt, & multiplici semper schismate turbarunt.* Qui autem extra Ecclesiam est diaboli est peculium, iacebit tandem perseuerans in inferno. quod si hoc parit linguæ venenum, concludendum est ma-

Lorinus. Ioan. 21. Vgo Card. Primus ab Ecclesia discedens, fuit murmurator. Lorinus.

A ledicos ad flammas destinandos, vt diaboli sepulchra, & alumnos, eiiciendosque esse à cœlis. Veniet Dominus, vt coronet bonorum merita, iniquorumque castiget opera, venietque cito. ità Apoc. cap. 12. *Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuique iuxta opera sua.* aperiet supernæ illius ciuitatis portas, adducet animas, vt sit Deus in omnibus; Sed, en horrēda vox. *Foris,* inquit, B *autem canes.* aperta est Regni Cœlorum ianua, sed absit, vt intrent canes, ad flammas, ad flammas canes; qui nam sunt canes hi, qui in in æternum cruciati vlulabunt? Maledici sunt, detractores, bilingues, his clauditur cęlum; sic Vgo Cardinalis. *Canes dicuntur detractores.* & D. Bernardus. *Detrahentes latrant quasi canes.* quod si exilium indicitur maledicta proferentibus à patria cęlesti, quid mi- C rum, quod crescentibus maledictis, in iudicium exurgat Deus, & aiat, quia iudicium Domino, cum habitantibus terræ. *Maledictum, & mendacium.*

Apoc. 12. Detractores à cœlo eiiciuntur. Vgo Card.

ANVLVS V.

Mendax in æternum peribit, à cęlo exclusus, quippe qui diabolo iure assignatur.

D MALEDICTVM, &c.

Non incongruè mendax appensus in statera inuentus est minus habens, ac Regno Dei indignus; etenim nunquam satis de mendacij malitia; de qua ita D. Bernardinus Senensis, serm. de mendacio. *O mendacium perniciosum, & nequam, tu mutuam inter homines caritatem extinguis, tu quoque innumerabilium scelerum fons,*

D. Bernardin.

fons, tu radix omnium illegalitatum, tu mater omnium fraudũ, tu nutrix omnium duplicitatum es; tu fomentum omnium detractionum, tu cauſa omnium proditionum. Tolle de terra mendacium, & ceſſabunt hæc ſcelera; multaque plura, quæ ibi longiori ſermone enumerat Bernardinus. Eſt ſcelus mendacium pernicioſum, quo ſignatus, diaboli ſigno ſignatus eſt, ac damnatorum imbuit marcam; ſuper carbones anima illorũ denigrata apparet, quæ in camino ſulphurei ignis inferni, cruciatur, ità Propheta Hieremias. *Denigrata eſt facies eius ſuper carbones.* nec mirum, cum nigredo ex lucis concreſcat receſſu, ab illis autem animabus abeſt lux illa, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mũdum, denigrata item eſt facies proferẽtis mẽdacium, vti cecinit Camerarius cent. 4. de ſepia, dicens.

Hierem. Threni 4. 8.

Camerar.

Hæc eludit retia fraude ſepia,
Hic niger eſt piſcis, fallitque cruore ſequentes.
Nempè etiam mendax, fallit vbique niger.

Piſcator animarum Chriſtus eſt, rete ſuo extrahit piſces ad cœlicas menſas; at mendax veluti ſepia nigro ſe cõtegens mendacio, deludit, ipſe magis deluſus: en, nigreſcit mendax; quod ſi nigredo damnatorum, præſentat animas, nulli dubium eſt damnatorum charactere ſignatos mendaces. At ſcio Patrem, æternum Filium, primo genuiſſe, ad cuius imaginem, & homo creatus eſt, ſignauitque hominem imagine Filij ſui. vti dixit Dauid. *Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine.* peto, ad quid ſignauit filij ſui ſigillo homines Deus? equidem, ea, quæ ſignamus noſtra ſunt, quę Cæſaris retinent ſculptam imaginem Cæſaris ſunt; omnia Deus creauit propter hominem, hominem autem propter ſe; & quia, ea, quæ alicuius ſunt, Domini ſigillo ſignantur, ideò vt oſtẽderet Deus Pater nos debere eſſe filij ſui, & ſuos, ſignauit ſigillo filij ſui, quapropter hoc reſpiciens ſignum Chriſtum, dixit. *Reddite ergo, quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo.* Diabolus, qui, etſi eiectus, ſemper Dei petit ſimilitudinem, ſignare cupit ſigillo filij ſui; & propterea contra Deum erectus, quæ ſunt Deo contraria gignit. Deus Pater Filium genuit intellectiua potentia, & Filius genitus ab intellectu, cuius partus eſt veritas, veritas dicitur. En, diabolus obtenebrato intellectu gignit; & quia contra Deum ſemper eſt, filium generat mendacium. fauet Diuus Chryſoſtomus hom. 53. in caput 8. Ioan. dicens. *Diabolus primum mendacium peperit.* & ſicut Deus ſuos ſigillo filij ſui ſignat; quod ſi filius hic eſt mendacium, abſque dubio, loquentes mendacium, ſigillo diaboli, quod mendacium eſt, ſignati apparẽt; quod ſi ſignati ſigillo alicuius, illius cuius ſigillo ſignati ſunt, dicendi erunt, non alterius, quam diaboli sũt mendaces, Sathanę portio sũt veritatis hoſtes, Satanę ſigillo, hoc eſt mendacio, ſignati. Accedit Diuus Thomas de Principum eruditione, dicens. *Qui loquitur mendacium, diaboli figurã gerit, & imaginem, hic enim mendax eſt ab initio, aliquando ergo auditurus eſt Princeps mendax.* loquitur de Principibus, ſed quod ait de Principibus, de quibuſuis hominibus perniciosè mendacibus dicitur. *Qui denarius falſus eſt, verba illa, cuius, eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? & cũ reſponſum fuerit, diaboli; dicetur ſtatum,*

Mendax characterẽ damnatorum ſignatus.

Pſ. 4. 7.

Homines sũt filij Dei poſſeſſio.

Matth 22. 22.

Diabolus mendaciũ parturit.

D. Chryſ.

Mendax diaboli eſt

D. Thom

tim, *Reddite ergo, quæ sunt diaboli, diabolo*. sic D. Thomas non erit latro Christus, nec diaboli peculiũ minuet, nec in hoc peccato perseuerantem adducet ad Regnum. Expostulauit non curiosus, sed deuotus scrutator Dauid, à Deo, quis nam habitacula possessurus esset cœlorum? dixitque. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?* O Deus, proposui ascensiones in corde meo, doleo de incolatu meæ peregrinationis; at quia nescio me iustificatum, cupio scire cœlestis curiæ ciuem. Respondit Dominus Deus. *Qui ingreditur sine macula*. apetiã celi fores, ingredictur ad cęnam agni, sed qui puritate fulgebunt, non enim maculatum excipit Ciuitas illa mundissima. exquirit D. Chrysostomus in ps. 14. quæ nam sit macula isthæc ingressum prohibens cœli, & ait, præter multas, esse mendacium, audiatur ille exponens Dei verba, dicentis. *Qui ingreditur sine macula. Quis sic est, qui immaculatã Dei viã ingreditur? Deus meus immaculata via eius; Qui non habet maculam peccati, & quod peccatum sit macula, dicit Scriptura de mendacio, mala est macula in homine mendacium*. excluditur à cœlorum Regno mendax, non enim Deus noster, est Deus mortuorum, sed viuentium, os mendacis occidit animam suam iuxta illud Sapiẽt. *Os, quod mentitur occidit animam*. descendet quapropter sæuum iudicium in mendaces, aitque Dominus per Hoseam. *Iudicium Domino, &c. Maledictum, homicidium, & furtum, & adulterium, & mendacium*.

Ps. 14.

D. Chrys.

Mendax à cœlorum Regno exclusus.

ANVLVS VI.

Non effugiet Dei iudicium homicida, nec obstinatus inueniet apud Deum misericordiam.

MALEDICTVM, &c.

ABhominabilis est Deo homicida, reus est gehennæ ignis, quam proculdubio sustinebit pœnam, ni cordis sanguine, lacrymarum, videlicet, imbribus, se ab effuso sanguine lauerit; non enim inueniet apud Deum misericordiam; homicidam dico, nam non existimo homicidam illum, qui pœnitentia peccatum deleuit, quandoquidem non dicitur peccator, qui peccatum non habet: pœnitentia .n. reddit hominem innocentibus similem; cum igitur dico homicidam non inuẽturum apud Deum misericordiã, illum intelligo, qui affectu in homicidio iam perpetrato perseuerat, nec dolet, vti fuit primus pręscitorũ Cain, qui vel Deo, voluit suum homicidium esse occultum. Caini imitatores, non inuenient illam misericordiam, per quam omnis homo saluabitur. Et cur saluabitur Reus læsæ Maiestatis Diuinæ, impenitens? Reus est læsæ Maiestatis, qui Regis confodit imaginem; quis autem ignorat hominem esse ad imaginem Dei? quisquis ergo hominem occidit Dei dilaniat imaginem, vndè, & læsæ Maiestatis Diuinæ reus est; quapropter in æternum fundetur sanguis illius. Iam lata lex est. Genes. 9. *Quicunque fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius, ad imaginem quippe Dei factus est homo*. quod tu sic potes intelligere, vel quod in quolibet iure, occidens, debet mori corporaliter,

Homicida est reus læsæ Maiestatis Diuinæ.

Genes. 9. 6.

ter; vel in ista sanguinis effusione, consideranda est mors temporalis, cum respectu, & relatione ad mortem æternam, ità vt sensus sit. Quicunque fuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius, idest morietur, morte æterna. quo etiam spectare videtur illud

Prou. 1. 16 Salomonis cap. 1. Prouerb. vbi de homicidis est sermo, dicentis. *Pedes eorum currunt ad malum, & festinant, vt effundant sanguinē.* Idest festinant, vt effundāt sanguinem, & currunt ad malum; malum inquam, quod nec lingua effari potest, scilicet, pœnas inferni. Nec mirum, etenim homicidij amore perseueranter affectus, Dei non gustabit misericordiam.

Occurrit homicidis Dauid Propheta, ac in talia aperuit os suū.

Ps. 5. 7. *Virum sanguinum, & dolosum abbominabitur Dominus.* ac si diceret. Dei cibus animarum salus est; at cum homicidę impœnitentis anima adducitur in pastum, Proh, abhominabitur, intus ęst, quod reicit, intus est, quod nauseam generat, quodam in Deo est clamās contra homicidam; quod, vt percipiatur, notanda sunt Dei verba ad primum homicidam Cain; negabat ille homicidium, defecit cōfessionis veritas, per quam misericordiam Dei aucupamur, vt

Rupert. notat Rupertus Abbas in hoc capite Hoseæ, vbi de defectu veritatis agitur; vndè incidit populus in iudicium. Adsit Rupertus. *Idcircò iudicium est Domino cum habitatoribus terræ, iudicium, inquam, & non misericordia, neque enim addam vltra misereri domui Israel; quia in*

Confessio peccatorū, vndè abest succedit Dei iudicium. *terra, ideſt eisdem habitatoribus terræ, non est veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei; Tria hac, si benè considerentur digna sunt, vt vbicunq; fuerint, cedat iudicium,*

A *& accedat misericordia, vbicunque autem, non fuerint, misericordia locum non habeat, iudiciumq; fiat. Vbi namque non est veritas, illic nec confessio peccatorū,* & tunc illicò Deus. *Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* alij legunt. *Vox sanguinum.* peto, quinam hi erant, qui contra Cainum clamabant homicidam? respondēt sacri Doctores, filij Abel, nepotes, omnesque illi, qui ex Abel erant futuri.

B Sed aio, hi non erant, quodque non est clamare non potest, cur clamates dicūtur? & vndè clamāt? pergo in huius scripturæ intelligentiam ad Theologos. Disputāt ipsi. Vtrum in Deo sint infinitæ ideæ, siue ideæ infinitorum, & cōcludūt affirmatiuè, & probat præcipuè Sanctus Bonauētura meus in primo sent. in quæst. de ideis, Quia Deus potest infinita producere, sed nihil potest producere, In Deo sūt Ideæ infinitorum. D. Bonau.

C cuius non habeat cognitionem, & ideam, igitur habet Deus ideas infinitorum, & omnium possibilium, nam idea in Deo non connotat ideata secundum actualem existentiam, sed secundum potētiam, & pertinet ad sciētiam practicam, nam respicit opus, transiens à limitibus intellectus ad limen voluntatis; dicūt aliqui pertinere ad speculatiuam sciētiam, sed hæc Theologis, vt disputent

D concedo. hoc solum suppono, in Deo esse ideas possibilium, quæ ideæ sunt, ipsamet diuina Essentia, & ideò ideæ sunt vnū in Deo, secundum rem, plures autem secundum rationem intelligendi; Cum igitur ideæ possibilium sint in Deo, & possibiles erant, plures homines ex Abelis semine, plures ideæ filiorum Abel sunt in Deo; & ità quod non fuit in actu ex semine Abel, actu est in Deo, Ideæ sunt vnum in Deo secundum rem plures secūdum rationem intelligendi.

&

P. Franc. de Franch. in Hos.

& hæ ideæ, quæ si Abel non fuisset occisus, fuissent actuale exemplar filiorum Abel, possunt dici quodammodo clamare in Deo, vndè ait sacra Scriptura. *Vox sanguinum fratris tui Abel, clamat ad me de terra*. hæ autem ideæ sunt in Deo; ergo intus est in Deo, quod est cõtra homicidam; quod si aliquid existens in stomacho contrarium cibo opposito, solet mouere nauseam, & horrorem illius cibi, non insolenter asseuero aliquid in Dei pectore esse, quod abhominationem homicidarum in Deo gignit; vndè ait psaltes. *Virum sanguinum, & dolosum abhominabitur Dominus*. Quamque Deus homicidas abhominetur, contemplor in Christi abscessu à Ierusalem. Audiuit Ioannis Baptistæ mortem, & illicò in desertum mœroribus amicum secessit; ità Matth. cap. 14. *Quod cum audisset Iesus*, idest occisum Ioannem, *Secessit indè in nauiculam, in locum desertum seorsum*. Eia Domine, cur luctu tuo graue scelus Herodis, in publicum non prodis? cur abis in desertum? an quia turtur, turturéq; cõparem vides morti addictam, & deserta petis? proh, quam Deo odibilis est homicida. erat in loco, vbi tunc erat Iesus, Herodes homicida, mouebat Deo stomachum, quia autẽ, quæ abhominamur fugimus, ideò audito homicidio, homicidam abhominans, secessit Iesus in desertum; annuit Isidorus Pelutiora lib. 1. epist. 297. *Quod Christus viros sanguinum abhominetur, nec eos, dumtaxat, verum omnes, qui cum ipsis degunt, quod scilicet eorum scelera, & flagitia, minimè vlciscuntur, in Herode ostendit, etenim post nefariã Baptistæ cędem, relicta regione secessit*. accessit ad isthæc D. Thomas

In Deo est, quod homicidã abhorret.

Matth. 14. 13.

Christus ab homicidis vadit.

Isidorus Pelutiora.

D. Thom.

A allatus à Lorino, qui ait. *Verbum abhominandi denotat odium irreuocabile Dei, abhominamur enim nos illa, quæ in cognitione nostra non patimur*. Nec sisto: sed id obseruo, quod obseruauit Hoperus in hũc Psalmum. Certum est Dauid tradidisse psalmos, & assignauisse quibus suis instrumenta, ad cuius sonitum concinere debebant leuitæ; huic psalmo, vbi de homicidis agitur, assignauit quodam instrumẽtum, quod dicunt Hebræi.

B *Hanchilot*. cuius sonitus imitatur apum murmur; nec immeritò, etenim apes inimicorum, homicidarumque symbolum sunt; vndè interfectores Christi, dicuntur apes. *Circumdederunt me, sicut apes*. nec indigna est comparatio, etenim sicut apes, cuiscerant se, cum pungunt, sic Iudæi occidentes Christum, ac in sua obstinatione perseuerantes, viscera vnicuique,

C vt viuat, necessaria proiecerunt, nempè diuinam Misericordiam, quæ viscera, dicitur à Zaccharia. *Per viscera misericordiæ*. Sed pergo vlterius, & inquiro, cur apibus homicidæ comparantur? In cuius euiscerationem, illud noto, quod dixit Plinius de apibus, hæ ad diuersa, tum flores, tũ arbores, volantes, vndique mel trahunt dulce, ex oliua autem amaritudinem degustant, & mortem; quid autem

D oliua, ni Dei misericordiam repræsentat? trita est apud Doctores interpretatio. Cũ igitur apes oliuam degustant amaram; homicidas amaram Dei misericordis vocem in iudicio audituros comperimus; non audient, Venite benedicti Patris mei, sed discedite in ignem æternum, ac ad mortis æternæ amaritudinem destinabũtur homicidæ. Huc tendit Ennodius in vita Antonij cap. 8. dicẽs. *Hunc*

Hoperus.

Apes homicidarũ symbolum.

Zacchar.

Homicida Dei misericordiam haurit amaritudinẽ, & mortem.

Ennodius.

Hunc debitum exitium ſequitur: nec à iugo ſupplicij erit alienus, qui humano ſanguini non pepercit. En, amaritudo, en mors in oliua miſericordiæ.

Ruũt in infernum illi, quorum manus proximi ſanguine plenæ ſunt; non abigo à Caino, qui vt fratrem iniquiſſimo odio necauit, vagus, profuguſque terram circuibat. *Vagus*, inquit Deus, *& profugus eris ſuper terram*. Septuaginta legunt. *Timens, ac tremens eris ſuper terram*. Expecto, cur poſt homicidium, tremit Cain? Nunquid non impauibus mortem intulit innocentiſſimo Abeli? Quid ſecum tremor hic affert? An fortè, tremore concutitur, quia ſpiritus eius, in ipſo permanere non vult, illa terra tremore concutitur, cuius viſcera ſpiritu plena ſunt, ſcilicet aere expoſcente alium locum; alium locum, quam fœtidum illum corporis expoſcebat anima Cain, etſi infernum, & ideò tremebat corpus eius. Non diſſentio, ſed aliud introſpicio myſterium. Domus Dei illæ ſunt, quæ fundatæ ſuper petram ſolidam, nullo vento mouentur, vndè ſuper petram fundauit Eccleſiam ſuam; non eſt Dei domus, quæ non ſtabilis eſt, ruet illa, quæ continuis, agitatur terremotibus, cum igitur lutea domus Cain continuis mouetur tremoribus, ruinam ſuam, vſque ad imum inferni chaos, prædicit, etenim in infernum, ruent homicidę, qua de re inquit Diuus Chryſoſtomus to. 5. *Homicida non habet vitam æternam*. & Iſidor. Peluſiota. *Homicida in exitiũ, & ruinã feſtinat*. hinc iudiciũ dãmnationis homicidis prędicitur, & ait noſtri vatis prophetia. *Iudicium Do-*

Gen. 4. 13.

Homicidæ anima in corpore eſſe non vult, etſi deſtinãda inferno.

Homicida ruet in infernum.

D. Chryſ.

Iſidor.

A *mino cũ habitatoribus terrę, &c. Maledictum, mendaciũ, homicidiũ, &c.*

ANVLVS VII.

Præcludit ſibi cęleſte Regnum fur iudicio Dei deſtinatus.

MALEDICTVM, &c.

Ad cædem deſtinatur fur, & vtinam furta euomeret, vt B & cædi parceretur. quærulus eiulabat fur, qui dum vapularet à Zenone Cittico, vt refert Laertius lib. 7. cap. 1. ac diceret fuiſſe in fatis, vt furaretur; ſic Zeno. *Et cędi*. Non abit à flagellis malus ſeruus, & furtum ſeruorum eſt, ideoque ſemper euitandum, quia ſemper infamæ conditionis opus eſt, qua de re Diuus Ambroſius, de officijs lib. 3. cap. 3. *Pone autem, quod aliquis poſſet, aut pęnam non* C *timere, aut mulcta illudere. Nunquid dignum eſt, vt alter alteri detrahat? ſeruile hoc vitium, & familiare vltima conditioni; adeò contra naturam, vt inopia magis extorquere, videatur, quam natura ſuaderet* Seruile vitium eſt rapina, nec vitiorum ſerui Regnum cœleſte ſolis Regibus deſtinatum poſſidebunt. Homines ad Beatitudinem creauit Deus, nec hominem agnoſcũt Sancti furem, ſed feram; dixit iam D Diuus Ambroſius loco citato. *Feræ autem eripiunt, homines tribuunt.* Conſtans eſt decretum nil coinquinatum, & immundum poſſe in Regno Cœlorum admitti. Nũc ad Dei mandata, circa ſacrificiorũ oblationes, tendo. Nõ abiecit, imò voluit in veteri lege ex animalibus ſacrificiũ Deus; tũ vt noſtræ cõdeſcenderet infirmitati, tũ vt ipſum ſolum Deum, agnoſceremus. quod adnotauit Beatus

Laertius.

Furtum eſt conditionis infamæ.

Aa Teo-

Teodoret. Teodoretus in cap. 1. Leuit. dicens. *Populus, qui longa per tempora vitam in Aegipto, transegerat, demonibus sacrificare didicerat, permisit Deus sacrificia, vt illum ab hoc nefando demonum cultu vindicaret, quo quidem magnopere delectabatur, quemadmodum testificantur ea, qua circa vitulum acciderunt.* quam bonus est Deus, conspicit hominem à sensu tractum ad dœmonem, iisdem vult multoties honorari, quibus dœmon honoratur ab impijs, vt vel ijs, quibus delectatur, seruiat homo Deo, & apud ipsum meritis coronetur hac ratione vocat ad concentus sancta Mater Ecclesia, vt delectetur homo dulcibus symphonijs, Deum colendo; qui ijsdem diem festum multoties agere solet diabolo. exibeamus corpora nostra Dei seruituti, sicut exibuimus, seruituti diaboli, & impudicitiæ, & erimus Deo sacrificium, nobis autem scala ad cœlū; sequitur Teodoretus. *Præterea hoc præcepto aliud quoque salutare medicamentum comparauit illis, nam ea sibi sacrificari iussit, qua pro Deo coluntur ab Aegyptijs.* præuidit vituli adorationem Deus; auertere voluit, ac sacrificijs vituli, docere voluit vitulum non esse Deum. at quid auertet obstinatum à cogitationibus iniquitatis, præbuit Deus præseruans antidotum, at obduratum cor respuit, voluitque perire idolatriæ veneno. retinacula erant populo Hebręo sacrificia animaliū, ne rueret ad idola. Verum aliquid obseruatu dignū est in Dei ordinationibus, instituit enim sacrificia, at vetuit, ne aliqua ex animalibus offerrētur, nec his contentus, eorumdem vetuit, vel comestionis vsum, inter quæ Aquilam, eaque, quæ mox subij-

Deus eliminare peccatum satagit.

A ciam enumerantur. *Hæc sunt*, inquit Text. Leu. 11. *quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda sunt vobis, Aquilam, & Gryphem, & haliacetum, & milluum, ac vulturem iuxta genus suum, & omne coruini generis, in similitudinem suam; struthionem, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus suum.* inquirunt sacri Doctores, cur hæc, vt abominanda vitet Deus? vt enim alij legunt, dixit. *Hæc autem abominatio de auibus, & non comedentur.* Origenes in caput 10. Leuit. hom. 7. in his auibus subijcientes testamenta, vt morientium satu-

B

rentur hæreditate, introspicit, dicens. *His enim auibus semper mortuorum corporū cibus est, & ex mortuis cadaueribus viuunt. Omnes ergo, qui huiusmodi vitam gerunt immundi habendi sunt. Ego puto, & illos in his nominari, qui alienis incumbunt mortibus, & arte quadam, vel fraude testamenta subijciūt, huiusmodi enim homines, vultures, & Aquila merito appellantur.* coruini generis sunt homines, semper, ad morientium inhiantes hæreditatem, hos, vt abominabiles reijcit Deus. Ast communiter Sancti Doctores, à quibus, nec dissentit Origenes in his rapacibus volucribus, fures contemplātur: præstat, & ipsum et audire Origenem. *Scio, & alia volatilia, quæ raptu viuunt. hę sunt animę, quę secundum hoc quidem, quod rationabiles, & imbutę sunt liberalibus institutis, vel rationalibus disciplinis, volatilia videntur; legūt enim, & requirunt, vel de ratione cęli, vel quomodo mundus, Dei prouidentia gubernetur, secundum hęc ergo volatilia nominantur; si verò huiusmodi homines iniquè agant, & contra legē faciāt, diripiant proximos, vt cū in verbis videatur esse eruditio cęlestis, in actibus carnalia, & mortua opera gerant*

C

D

Leuit. 11.

Origen.

gerant rectè vultures, vel Aquilę dicendę ſunt, quę de excelſis ad carnes mortuas, ac fœtidas dilabuntur. Ad hoc referenda eſt, & accipitris rapacitas, & cæterorũ omnium, ex quibus quædam ſunt volatilia rapacitati ſtudentia. En, vti rapaces, & fures, prohibita animalia deſignant, hæc immunda ſunt, inquit Deus; quod ſi animalia furum ſymbola, immunda clamat Deus, & nihil coinquinatum, in illo cęleſti Regno admittit, dubio procul dãnabitur rapax. Clarum eſt aphoriſma D. Pauli 1. ad Corinth. cap. 6. dicentis. *Rapaces Regnum Dei non poſſidebunt, non hæreditabunt*. inquit D. Ciprian. Ignis inferni prædonum prædator erit; & ibi inconſumpti, conſumentur, qui aliorum bona deuaſtant. Decantatum eſt furtum Sacerdotum Bel Idoli, quod populus, & Rex adorabat Dan c. 14. dicebat viuẽtem Deum, Idolum, Rex, contendebat mortuum Daniel, ac opus manuum hominum, ex aere, & luto. probabat vitam Rex ex cibo, quotidiè conſũpto, irridebat Daniel, cum tandem hoc Sacerdotibus idoli, Danieliq; propoſitum, decretumq; eſt; ſi idolum comedebat, morte plectendus erat Daniel, vti blaſphemus, ſin ſecus ſupplicio eodem puniendi erant Sacerdotes. Abierunt hi, reliquitque cibum in templo Rex; Aſt Daniel vt furtum reuelaret Sacerdotum, totum templi pauimẽtum cinere conſperſit, ignorantibus hoc templi miniſtris. En, nocte Sacerdotes cum vxoribus, & filijs conſurgunt, ingrediuntur per ſubterranea loca templum, comedunt præparata idolo, & diſcedunt. conſurrexit mane diluculo Rex, acceſſit ad templum, cibos non vidit, & magna voce exclamault. *Magnus es Bel, & non eſt apud te dolus quiſquam*. Riſit tunc Daniel, Regemque tenuit, ne templum intraret, dixitque ei. *Ecce pauimentum, animaduerte, cuius veſtigia ſunt hæc? & dixit Rex, Video veſtigia virorum, & mulierum, & infantium*. En, prædonum veſtigia in cinere; ſed cur cinerem ſparſit Daniel, vt in cinere veſtigia furum conſpicerentur? nonnè alijs templi pauimentum, conſpergi poterat? vndè, & eadem veſtigia comperiſſet Rex? poterat quidem, ſed cinis veſtigia recipit latronum; cur hoc? veſtigium nil aliud, niſi iter alicuius ſignificat, à cinere non niſi ad ignem, tenditur; vndè Adagium. *A cinere ad ignem*. quod ſi furum itinera in cinere conſpicua ſunt, & à cinere itur ad ignem, concludendum cenſeo, fures non niſi igni deſtinandos, & flammis inferni. Firmat Ferdinandus in Geneſ. cap. 31. ſect. 10. dicens. *Heus tu quiſquis aliena rapis, gehennalem tibi ſuccendis ignem, quo in æternum diſcruciaberis*. & Diuus Ioannes Chryſoſtomus, ſic animaduertit. *Quod ſi nunc ſupplicium effugiunt, tunc maiorem in modum metuas, ad grauius enim ſupplicium reſeruantur*. Non ſemper lilia florent, veniet tempus, cum irruet ſuper ea æſtus, & comburentur. eruditè Diuus Hieronymus in illud Iſaiæ cap. 9. *Omnis violenta prędatio cum tumultu, & veſtimentum mixtum ſanguine, erit in combuſtionem, & cibum ignis*. Sanguine mixtum illud veſtimentum vocat, quod contegit animam, corpus ſcilicet latronum, quod pecunijs alienis, boniſque non proprijs, auctum, & cruentatum eſt, hoc in combuſtionem erit, ibit à cinere ad ignem; vndè Diuus Hie-

Rapax dãnabitur. *Epiſt. 1. ad Cor. c. 6.* *D. Cipr.* *Daniel. c. 14.* *Furũ veſtigia, cur in cinere ſculpta videantur.* *Ferdinãd.* *Iſai. 9. 5.*

D.Hier. Hieronymus. *Vestis, quæ humano sanguine cruentata est, lauari non potest, sed infecta sanguine comburitur igne, vt macula cum vestimento fœdi cruoris, intereant.* Nec mirum, latrones enim sibimet cœlestis aulæ aditum præcludunt, lumen desideratur, imò necessarium est, vt illud lumen increatum, videre
Ps.35.10. possimus. *Et in lumine tuo videbimus lumen.* hoc proprium furum est, in tenebris ambulare, lucisq; expertia incolere loca, & lumina, B cum aspiciunt, nè aspiciantur, extinguere; quod si absque lumine Deum lumen increatum, non intramus, notum fit, luminis odio latrones sibimet claudere Regni Dei portas, quod iam dixit Diuus Augustinus tract. 19. de conflictu vitiorum, & virtutum, dicẽs.
D.Aug. *Qui aliena quomodolibet iniustè præripit, ipse sibi Regni cælestis aditum præcludit.* Abhorret in furtis lucem latro, vt hoc innuat sibi lucẽ C extinguere, per quam, ad summã lucem Deum intratur, quapropter in iudicium damnationis, adducitur fur, dicente per Hoseam Deo. *Iudicium Domino, &c. Maledictum, mendacium, homicidium, & furtum.*

ANVLVS VIII.

Adulteri Dei iudicio, ignique inextinguibili decernuntur. D

MALEDICTVM, &c.

ABsint à terra adulteri, pereãt, qui proles confundunt, vt publici hostes; haud vitent Philonis decreta, qui lib. de leg. adulter. capite iubet plectendos, qui alienos thoros maculant. *Capite,*
Philon. inquit, *plectendi sunt, vt publici hostes humani generis, ne plures domos contaminent.* Hos, vel Hebræis data lex statuebat lapidari, vndè inuentam in adulterio mulierem huic pœnæ subijciendam contendebant Hebræi, cũ illam ad Christum Dominum adduxerunt. *In lege autem Moyses, mandauit nobis huiusmodi lapidare.* Io 8. 5. Innocens erat manus illa, quæ lapidibus delebat viri iniusti honoris maculam, & quisquis carnifex adulteræ, ideò à lege destinabatur, vt ex lapidis iactu, illud doceretur fugere piaculum, quod saxo, vti abhominãdũ sepeliebat, tetigit isthæc Teodoretus in Quæst. sup. num. dum de lapidationis pœna differens, dixit. *Huius enim castigatio metum omnibus incussit.* Castigãt, metuũtque pœnam, & ità à peccato abstinent mali; lapidum signum statuitur adultera, vti lapidum centrum, nec saxorum aliud scio cẽtrum, nisi terræ infimum, vbi infernus punit, quia infernus est adulteræ corpus, vbi anima detinetur; qua de re inquiebat adulteræ addictus, postmodum euulsus Dauid. *Eruisti animam meam ex inferno inferiori, infimo*; alij legunt. Infimus infernus est adultera, non nisi inferni socianda pœnis, etenim simile simili coniungitur. Adulteri erant Pharisei in quos Ioannes Baptista inuehens, dixit. *Progenies viperarũ, quis ostendit vobis fugere à ventura ira.* Viperarum progeniem vocat Phariseos Ioannes Baptista, scio D. Cirillum Hierosolymitanũ in verbis his, & peccati, & pœnitentiæ simulacrũ, ante Phariseorũ oculos statuisse Ioannem Baptistam, affirmare; viperæ enim sunt, quæ ad arcta recurrunt saxa, vt spolia deferant vetera, gaudeantq; nouis, quod proprium peccatorum esse debet exemplum, vt deponẽtes

Teodor.

Adulterij pœna ad omniũ terrorẽ ordinabatur.

Infernus est adultera.

Ps.85. 13.

Matth. 3. 7.

D.Cirillus Hierosol.

Ioãnes Baptista pœnitentiam proponit cum nominal peccatum.

tes veterem hominem cum actibus suis, induant nouum, qui secundū Deum creatus est. sic enim Cathec. 3. hæc Ioānis verba, commentatur. *Non igitur sis deinceps vipera, sed cum esses aliquando genimen illius, exue prius illius iniquę vitę personam. Quilibet enim serpens in angustum intrans, deponit senectutem, & vetustatem per extrusionem exuit, corporeque denuò toto renouatur. Sic & tu intra per angustam portam, & strictam, affligens temetipsum per ieiunium, expelle tuam perditionem, exue veterem hominem cum actionibus, & dic illud, quod est in Cant. 6. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa?* Mitto aliorum sensum, & pendens procliuem Hebræorum appetitum ad adulteria, ex ijs, quæ in adulteræ iudicio contingerunt, omnes etenim pedibus propriam causam commiserunt; aio, in viperæ denominatione, adulterij crimē designare potuisse Ioannem, hæc enim alieno coniugi copulatur, nec marito aspide contenta, accurrit ad murenam piscem, vndè adulterij fœditatem in ea attēdit. Diuus Ambrosius lib. 5. hexam. c. 7. dicens. *Discite, ò viri, qui alienam quęrit permolere vxorem, cuius serpentis sibi adsciscere cupit contubernium, cui etiam comparandus serpēti sit.* & loquitur de viperæ cum murena coitu. Vipera est adultera mulier, ex cuius veneno perit, nedum corpus, sed anima. Sed quid viperæ adulteræque cum flammis? cumque inferni cruciatibus? accedat cuiusdam adinuētum Hic à vipera sæpius territus, quæ demum inter spinas sese occultabat, circumquaque accendens ignem, tali inscriptione eādem vallauit flāmam. *Sit tui semper terror, & lęthum*. igni destina-

Cant. 6.

D. Ambr.

Vipera adulteræ symbolum.

A tur vipera, nec mirum, hac namque pœna mulctauit serpentem hunc Diuus Paulus Apostolus, vti adnotauit Diuus Ambrosius lib. 6. hexam. cap. 6. dicens. *Paulum momordit vipera, & putabant eum quasi peccatorem, vix de naufragio seruatum veneno esse moriturum, sed postquam inuiolabilis mansit, excussa in ignē vipera, plus apud intuentes venerationis inuenit.* En proprium viperæ suppliciū ignis

B est, quod si in vipera conspicis adulteros, illiusq; veluti propria pœna est flamma, scias propriam adulterorum, pœnam esse gehennam; vndè Guarricus Abbas de adulterantibus loquens serm. in die Purificationis, ait. *Deuorabit eos, scilicet, adulteros, ignis extremus infernalis, quem accenderunt per luxurię fœda opera.* Et cur, nō in igne ardebunt præparato diabolo, & Angelis eis, ij, qui vnum corpus

C efficiuntur cum diabolo? audiatur idemet Abbas loco citato. *Hęc est pestis illa, quę corpus Christi dimembrat, quę de membris Christi facit membra diaboli; nam, qui adhęret alicui personę causa libidinis explendę, vnum corpus fit cum illa persona, & fit membrum diaboli, cuius, & illa membrum est per coniunctionem malorum operum.* Nō erat finis pœnarum in pœnis Pharaonis, sed tangens præsentia Moy-

D ses, præsignabat futura, vna ex his fuit cinis vlcerans, de quo Exod. cap. 9. Cum enim calcitraret Pharao, non illicò reliquit Deus in pertinacia sua, sed flagellis vrgebat, vt vel flagellatus ad Patris Dei properaret pectus; at ingratuatum est cor eius, vtque malleatoris incus induratum est, sed nec sic reliquit Deus, vndè dixit Moysi, & Aaron. *Tollite plenas manus cineris de camino, & spargat illum*

Guarric.

Infernus propria adulterorū pœna.

Adultera diaboli mēbrum.

Exod. 9. 8.

lum Moyses in cęlum coram Pharaone, fitque puluis super omnem terram Aegypti, tuleruntque cinerem de camino, & steterunt coram Pharaone, & sparsit illum Moyses in cęlum: factaque sunt vlcera vesicarum turgẽtium, in hominibus, & iumentis. obseruo Dei alloquia, coram Pharaone vult cinerem spargi, & in cœlum, quid cœlo, cum Pharaone? nonnè hic est ille, qui Deum nec timebat, nec venerabatur? nonnè Pharao totum sibi vendicabat in terra, ad cœlica cœcus? quid igitur est, quod in cœlum iubet Deus cinerem spargi, quæ in signũ cedebat Pharaoni? quid est, quod ex cinere eodem vlcera sunt turgentia, igneaque? Eruam fortè cineris huius diffusionem sursum, ex his, quæ de adultera muliere indicat. Ecclef. cap. 7. *Inueni*, inquit, *amariorem morte mulierem, quę laqueus venatorum est, & sagena cor eius*. Sagenam dicit mulieris cor; cur quæso? nunquid quia vndique confossum, vti sagena cor eius, mortem mulieris indicat, neque enim perforatum cor, vitam communicat? non dissentio, sed aliò vocor. Et ab ijs, quæ nobiscum sunt, ad ea, quæ oculorum aciẽ superant introeo. Vacabat adulterijs gens post idola adultera, ipsosque Deos sibi magistros criminum effingebat, quos agnouerat criminum antistites. Cesserat amori turpi Mars, ac colla subiecerat Veneri Vulcani vxori, ipsa vti repertrix, sic norma obscęnitatis, non propulsauit, quem deiecerat, sed vel sernum admisit ad amplexus, & nefas, vel cogitatu, vocauit ad maritalem lectum, violauitque thorũ; ast dum concubunt Mars, Venusque vndequaque cœci, non aduertunt Vulcanum retia tenden-

Ecclef. 7.

Adultera mortua.

A tem, retique inuoluuntur, vt rationis expertes, sicque inuoluti Deorum iudicio præsentantur, vndè opprobrij nusquam cessaturi, audiunt sententiam, & ob scelestissimam copulam damnantur. legat qui totius rei exposcit fabulam, Ouidium de arte amandi, ac Textorem. Ipse ex cortice nucleum eruo. Ad Deorum iudicium rete inuoluti asportantur. adulteri, quod, si sagena est adulteræ

B cor, in quo anima adulteri, adulteræque, veluti colligata iacent, reteque capti, ad Dei iudicium condemnandi asportantur, vtique concludere oportet, propterea cõr adulteræ mulieris dici rete, quia animam, quam in se retinet, ad Dei iudicium fert condemnandam. Ex quibus, cur cineres in cœlum tollat Moyses, arripio; cineres adulterorum symbolum sunt, sicut enim cinis, ex igne

C est, sic ipsi ex amoris igne redigũtur in cinerẽ. A Baccho nõ abest Venus; postque bacchanalia cinerem homines dicit Sancta Mater Ecclesia; fortè, quia omnes ex nimia crapula, libidinis custodes introspicit. quis autem ignorat Iudicem in aere iudicaturum ad tartara damnandos, quia igitur in aere iudicabit Iudex Christus, ideò in aerem iudicandus spargitur cinis adulterorum. accurrit

D Rupertus lib. de Trinitate, & operibus eius in Exod. cap. 36. vbi loquens de plaga cineris, inquit. *Hęc plaga septima, septimo mandato, imò ei, qui mandatum septimum transgressor est, pęnã pręsagit. Mandatum quippe septimum est, non męchaberis, quid autem est adulter combustus libidinis igne sulphureo, nisi cinis de camino? fiuntque vulnera vesicarum turgentium in hominibus, & tumẽtis, quia rapitur męchus de perpetra-*

Adulteræ cor, cur rete dicatur.

Cur post bacchanalia dicatur cinis homo.

Rupert.

Ad Dei iudicium cõdemnationis ibit adulter.

petrati adulterij incendio ad celeste iudicium. sed quid est, quod fiunt vlcera turgentia, quid est, quod ignita surgunt vulnera? O adulterorum æternam flammam, feruntur ad iudicium, sed non sistunt hic, fit signum vulnerum ignitorũ, quia à iudicio ad ignem mittentur adulteri. hinc Rupertus loco citato. *Rapitur Mœchus de perpetrati adulterij incendio ad celeste iudicium, & eterna pena turgens, totusque vlcerosus, sempiternum in anima, & corpore, portat incendium.* O benignissime Domine, quamtuis caues; turgenti, igneoque morbo, eos affligere soles, qui alienos inuadunt thoros; vt ab igne hoc in illum descendant, apud quem viuus descendere, non est, nisi vitæ procuratio, ac cauterium expurgandorum criminum. hoc vellem attenderent adulteri, necnon iustas ipsis, tales esse pœnas; enimuerò, dum proximum lędunt, impingũt in Deũ, qui matrimonia coniungit. Adulter separas quod Spiritus sanctus in sacramento nectit, vinculumque illud disrumpens, sæuis in Spiritum sanctum, crudelis es in Deum; vndè Genes. 20. dum Deus inflictorum dolorum Abhimelech daret causam, dixit. *Custodiui te, ne peccares in me.* Non dixit nè peccares in virum, siue in mulierem Abraham, sed ne peccares in me; quia in Deum ligantem mulierem cum homine in matrimonij sacramento tendit adulterij sagitta. qua de re, dixit Diuus Augustinus quæst. 40. super Genes. *Aduertendum est, & notandum in Deum peccari, quando talia committuntur.* Quid mirum igitur, si talia delicta, vocant ad iudicium Deum? quid mirum, si illas animas perdit, quæ sibimet-

Adulter in Deum crudelis est. Genes. 20.

D. August.

ipsis perditionis subministrarunt incẽdia? ait enim Salomon Prou. 6. *Qui autem adulter est, propter cordis inopiam, perdet animam suam.* vndè prophetia vaticinatur iudicium adulteris, & ait. *Quia iudicium Domino cum habitatoribus terre, &c. Maledictum, mẽdacium, &c.*

Prou. 6.

ANVLVS IX.

Pullulat ex semel iacto peccati semine, semper viridius peccatum.

MALEDICTVM, &c.

NOn sistit sanguis, vbi peccati infixit vulnus diabolus: nec à vermium generatione seruatur anima Deo mortua; sed peccatorum sanie assiduo scaturiente, oriuntur criminum vermes, vegeti semper ad cruciatus, vndè inquit Propheta sanguis sanguinem tetigit, idest peccatũ à peccato non seiungitur, sed perseuerant impij culparum famelici in peccatorum ingluuie, parturiunt incessanter iniquitatem. Profundè Iob in onerosos amicos inuehens, inquit. *Quarè persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?* Eia Iob, quid effutis? Deus ne te persequitur, an diabolus hostis tuus in te, & in tua sæuiens? Satan est, hic vlcere te confodit, vermium agmina contra armauit, arietesque, vt animæ tuæ turrim deijciat, multiplicat. quid igitur est, quod Deo tuos amicos, & quidem peccatores, assimilas? & ais. *Quarè persequimini me, sicut Deus.* Textus hic variè à Doctoribus exponitur, nec quisquam à Dei similitudine separat amicos Iob. Philippus etenim apud Pinedam, sic commentatur. *Vos quare præsumitis, sicut Deus, vt as-*

Iob. 19. 22

Philippus.

afflictatis innoxium, quod ipsi tantum pro dispensatione sua competit. D.Gregorius, sic dispungit. *Ita me ex infirmitatibus meis, affligitis, ac si ipsi more Dei, de infirmitate nihil habeatis.* Caietanus ait. *Quod hostiliter Deus illum videretur insectari, non aliter amici.* A Deo mala agnoscebat Iob, quapropter, & vexationis illius, quam largo vocabulo, persequutionem vocauit, Deum agnoscebat auctorem. Sed certum est, alia voluntate Deum, alia noxios amicos, affligere Iob, cur igitur Deo assimilat? hi non sine peccato in Iob insurgebant; nefas quapropter videtur peccatores, assimilare Deo. Ast stat similitudo, quæ absque dissimilitudine nusquam reperitur, simile enim idem nō est. ad cuius agnoscenda mysteria, pergo ad sactos Theologos; decertant hi, concluduntque vti de fide certissimum, in Deo esse generationem, ac cōcedunt Deum generare, non quidem accipiendo Deum essentialiter, sed personaliter, admittuntq; hanc propositionem, *Deus generat.* sique ab eisdem postulas, an quiescat in generatione? negant, Deus enim semper generat, & eius Filius ab æterno genitus, sēper gignitur, Deus enim est æternus, & immutabilis, quapropter, non se habet aliter nunc, quam prius, sed semper vniformiter, vndè ab æterno genuit Filium, quem semper generat, vt semper idem sit Deus Pater, quæ ratio est Diui Bonauenturæ in 1. distin. 9. quæst.4. ex qua hoc Dei esse seligo, semper generare Filiū suum: pergo mox ad peccatoris partū, quem indicat Dauid, dicens. *Concepit dolorem, & peperit iniquitatem.* Ps.7. vbi Diuus Augustinus. *Non enim hoc nascitur, quod concipitur,*

D.Greg. *Caiet.* *D.Bonau.* *Deus sem. per idem, semper generat Filium.* *Ps.7.*

A *sed concipitur semen, nascitur quod formatur ex semine, labor est igitur semen iniquitatis, peccatum autem conceptio laboris; parturiuit ergo iniustitiam, qui concepit laborem.* Peccatoris filius iniquitas est, & peccatum, quod si Deo quodammodo assimilatur peccator, & Deus à parturitione sui filij nusquam cessat, sed generat inquiescibiliter; concludendum est peccatorem, qui à peccato nō reuertitur, B adeò fœcundum ad peccata, vt semper peccatorum prolem, gignat; veluti quidam Deus est ad peccata peccator, non sistit à fœcunditate Deus, nec cessat à criminum prole peccator: docuit penè isthæc D.Basilius in cap.9. Isaiæ, dicens. *Peccatum velut congenitum per gradus excipit peccator; sicut fornicatio fornicationem, & ipsa assuefactio mendacij, mater fit mendacij, & qui mentem diù exercuit ad* C *furandum, nullo iam negotio agreditur iniquitatem; quod enim præuenit illum occupare peccatum, illi fit occasio peccati alterius.* Non distat ab his Cassiodorus, explicans præcitata Dauidis verba, & ait. *Subtiliter inquiramus verba, quę dicta sūt. Parturiuit iniustitiam plebs iudaica, cum videret Dominum pro salute humana miracula facientem, & de eius potius exitio cogitauit, concepit dolorem, quando eos diuersis parabo-* D *lis increpabat, vt à sua illos peruersitate conuerteret: peperit iniquitatem, quando dixit, crucifige, crucifige, & meritò posuit peperit, quasi filios nequissimos ediait.* edit filios peccata peccator, quæ ideò Spiritus sanctus sanctus Filios vocat, quia sicuti perpetuationem in filijs ambit homo, sic, & peccator. vel quia sicut nobilissimum opus animæ sensitiuæ est generatio, ità nobilissimum, & primum, & dignius opus

D Basil. *Cassiod.* *Nobilissimum opus suum putat peccatum peccator.*

opus ſuum exiſtimat impius peccatum, vndè peccare non ceſſat. Noto hic quod adnotauit D. Auguſtin. vbi Dauid impiorum partum deſcribens, ſequitur, *Lacum aperuit, & effodit eum*. Quid ais Dauid, nonnè prata floribus luxuriantia percurrũt peccatores? nonnè delitiarum auidi, ea quærunt, quæ corpori oblectamenta eſſe poſſunt?& quidem:cur igitur lacus-effoſſionem addis pro labore, labores fugientibus? laborat peccator, ſed vt copioſius peccet, alijs adiutoribus complet, quę ipſe deficiendo perficere nõ poteſt: fodit lacum, vt prius cadat, ac in iniquitatũ foueas ruat, peccat ipſe, & proprijs iniquitatibus non contentus, aliorum ſibi cumulat. *Lacum aperuit*, inquit D. Auguſtinus, *& effodit illum. lacum aperire, eſt in terrenis rebus, ideſt, tanquam in terra fraudem parare, quo alius cadat, quem vult decipere iniuſtus*.

Pſ. 7. 16.

Peccator, nedum ipſe delinquit, ſed vt alij delinquant ſatagit.

D. Aug.

De peccatoribus agẽs Salom. Prou. c. 4. inquit. *Comedũt panẽ impietatis, & vinũ iniquitatis bibunt*. alij vertũt. *Cibãtur cibis impietatis*. Ænigmaticũ Salomonis ſermonẽ, nõniſi ænigmaticis Ægyptiorũ hieroglyphicis euodare conabor. Adpingebant hi pro impietate Hippopotamũ, de qua beſtia, ità Pier. lib. 29. Ab ineũte ſtatim adoleſcẽtia Patri incipit infeſtus eſſe, tẽtatq; ſi poſſit eũ decertando ſuperare, quẽ ſępè in pugnã prouocat: quod ſi acciderit, vt victor euadat, matris coitũ, affectat, vitã Patri cõdonata, ſin victus, aut cohibitus à Patre fuerit, neq; tam ſcelerati voti cõpos fieri potuerit, perdurãte tamẽ prauitate, tãtiſper conatũ differt, donec adoleſcat, factuſq; iã robuſtior, atque validior, deterioris ætatis factum Patrem inuadit, fędiſſimeq; ne-

Prouer. 4. 17.

Hippopotami proprietas.

A necatum, petulantiſſimè dilaniat. hucuſq; Pier. en, quã impiũ, & infame animal, quod cũ quidam in ſymbolũ aptaſſet, hac inſcriptione dehoneſtauit. *Ad malũ sẽper decliue*. Eſt Hippopotamus peccator ad malũ sẽper decliue, vndè impietatis cibis nutriri dicitur. Impietas eſt, quæ ruit ſemper ad mala, & impietatis pane paſcitur peccator, cũr hoc? etſi vlterius q̃ritur, id ipsũ sẽper affirmo; cibus

Pierius.

B cuilibet vita, nec die abſtinemus à cibis; impietas ergo peccatori cibus eſt, quia veluti propriã vitã exiſtimat peccare, & vel vna die à peccatis abſtinere reputat naturę cõtrariũ, & noxiũ. aut sũpta ab ijs, quę ex cibo eueniunt, explicandi ſcripturã, materia, dicendũ, quod ſicut è cibis, habemus corporis humores, ſiue qualitates bonas, vel prauas, & iuxta ea, quę comedimus, sũt quodãmodo noſtri ad

Vitã exiſtimat propriã peccator peccare.

C propẽſionẽ mores, vndè veſcẽtes cibos, generãtes malenconiã, sũt ad eãdẽ procliues, & malẽconici, ità peccatores impietatis cibos comedentes ad impietatẽ procliues sũt, qua de re ait Salomon. *Comedunt panẽ impietatis*. accedit ad iſthęc Orig. ho. 23. in Num. dicẽs. *Qui ſemel intra ſe peccati paruũ poſuerit fermentũ, quotidiè ſemetipſo, nequior efficitur, atq; deterior*. ſi impietatis cibo veſcẽris, humores è

Origenes.

D cibo delibãs ad impietatẽ aſſiduò decliuis eris, ſities iniq̃tatẽ vndè ſeq̃tur idẽ Salomon. *Et vinũ iniquitatis bibũt*. Vinũ dicit iniq̃tatẽ, quia vinũ inebriat, inebriatique precipitia affectãt, nec non epotũ vinum ſui calore aliud exquirit, & petit ad potum. qua ſimilitudine, ruinam in peccata, & peccatorum continuam ſitim inclamat Salomon. tetigit primum ſenſum Diuus Hieronymus

Sitit peccata impius.

D. Hier.

in cap. 5. epist. ad Ephes. dicens. A *Qui bibunt insaniunt, & præcipites corruunt.* Secundum autem habeo ex Diuo Basilio homil. contra ditescentes auaros. *Vt ebriosis*, inquit, *si potum auges causam bibendi accumulas; ità etiam auari, quo plura possident, eo plura concupiscunt.* dicas idem de cunctis peccatoribus, edoctus à D. Gregorio Nazianzeno in iambicis.

D. Basil.

Peccare volupe, ac decliue admodum,
B *At semel, vt in peccatū quisquam cecidit,*
Quid hinc
Contigit? haud iam sistitur.
Quoad in profundum gurgitem præceps ruat.

Hoc dolet Deus, cum ait. *Et sanguis sanguinem tetigit.* testis est post alios, Vgo Cardinalis sic præfata verba exponens. *Sanguis sanguinem tetigit; quia peccata peccatis addiderunt, & ità peccabant multipliciter, abundanter, & frequenter.* C

Vgo Card.

ANVLVS X.

Iudex omnia scrutetur, antequam reum condemnet.

MALEDICTVM, &c.

IVdicium intimat Deus decem tribubus Israel, & aliquando duabus, in hoc capite quarto; & D quidem exemplum iustorum iudiciorum sese præbet iudicibus: primò enim, vt notat eruditissimus Hieronym. Guadalup. in quē inuehere non dubitauit petulans quidam homuncio, spernebatq; ex nomine; quasi Guadalupus doctrinę cathedras ascendere non posset, sed aut non legit, aut tanti viri in Hoseā eruditissimā expositionē, nō intellexit; quidquid sit valeat. redeo ad obseruationes eruditissimi Doctoris. inspicit primò reū ad iudicium vocatum, ne inauditus iudicetur, quod notat, dū ait Deus per Prophetā. *Audite, &c.* & inquit, *Docet hic locus, reū nō esse ante interrogationē damnādum.* neutiquā .n. præcipitanter debet procedere Iudex, vndè sedens, nō stās, aut ambulans, iudicia proferret. Deus .n. nec Cain impęnitentē, diuinisq; iuribus rebellē, pręcipitāter cōdēnauit, ne vindictā potius, quā iustitiā, oleret iudicium. hinc D. Ambros. lib. de Cain, & Abel, inquit. *Vt magnanimitatē, & patientiā doceret Iudices, ne quis prępropere raperetur studio vindictæ.* eo, quia sēper pro reo erit Iudex, nō ad iniqtatē citò accurret, sed ea, in adducto ad iudicium considerabit, quę absolutionē possunt pręcedere. hinc primo, vtrū veritas, aut misericordia, aut iustitia, micaret in populo illo diligenter scrutatus est. *Prius*, inquit ille, *in proximis quærenda sunt bona, quam mala, contra quod homines facere solent, mala quærentes, quæ reprehendant.* & tandem nil imperscrutatum inexaminatumque pręter mittendum est. veniet ad iudicium Christus, flammantibusque oculis, terrebit obuios iudicandos. expeto, cur iratum cor, manifestat eius nuncius oculus? nunquid perturbata mens, non inepta est ad iudicium? nunquid ab omni eo, quod iram olere videtur abstinere non debet Iudex? equidem. docuit isthæc ipsemet Deus Iudex, qui vbi ad Cain fratricidij reum accessit, non contumelijs petiuit, sed benigno demulciuit sermone, dicens. *Vbi est Abel frater tuus*, in quibus verbis iudicis imperturbatum cor excogitat Caietanus dicens.

Reus nè iudicetur inauditus

D. Ambr.

Bona prius, quam mala in proximo, quæramus

In-

Iudex haud contumelijs reũ deuenusset

Inquirit, ad docendum Iudices, vt eitent reum, quantumcunque certi, antequam iudicent. Non aliqua vtitur contumelia; non inquit, ô scelestè, sed absolutè inquirit; ad instruẽdos etiam Iudices, vt abstineant à contumelijs. quod sapit iram, abhorreat iudex. quid est ergo, quod flammãtibus oculis, accedit ad iudicium Deus, dicente Ioanne Apoc. 1. *Oculi eius flamma ignis.* Verum non iram, sed examinis diligentiam igneus præsefert oculus. Diligẽtis examinis ignis symbolum, docuit iam Diuus Laurentius, dum clamans ad Dominum, dixit, *Igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.* En iunctum examen, igni; cum igitur, vel oculos habet flammeos Deus ad iudicium veniens, diligentiam in quibusuis perscrutãdis Iudici inculcat, hinc Diuus Chrysostomus hom. 17. in Gen. loquens de Deo iudicante, inquit. *Examinat diligenter; per hoc nos docendo, ne quem fratrem nostrorum condemnemus, nisi causa antea diligenter cognita.* quod examen perspicuè cernere licet in iudicio Israelis, dum de virtutibus inquirit Deus, & vitijs, dicente prophetia. *Non est veritas, &c. & maledictum, &c.* sequitur Hieronymus. *Obseruate, vt vtrumque consideràt Dominus, & bonum, si quod erat in filijs Israel, dixerat enim non est veritas, &c. & malum etiam, nempè peccata, maledictum, & mendacium apponit; quo duo hominum genera reprehendit, vel eos, qui tantum bona cõsiderãt in aliquo, vt saluent, vel qui tantum mala considerant, vt illum damnent.*

Apoc. 1.

D. Chrys.

Hieronym. Guadal.

A B C D

†

P. Franc. de Franch. in Hos.

ANVLVS XI.

Peccatores sint iustis exemplum ad operandum, etenim perfectius ipsi crimina, quam iusti bona opera complent.

MALEDICTVM, &c.

Relegat vel peccati nomen, quisquis pius, illud nusquã proponit, nè aliorum exemplo peccent iusti. Lubrica est peccatorum via, quæ si substernitur, non nisi ad lapsum, aptatur. Miror quapropter, cur Deus, qui nonnisi auersionem suadet à criminibus, eorumdem abundantiam adducit in medium, & ait. *Maledictũ, &c. inundauerunt.* vel proprias hominum exuperarunt vires: vndè quasi lectum excedentes virium inundauerunt, *Ad instar fluminis,* inquit Vgo Cardinalis, *ripas excesserunt, quia nec Deum timent, nec homines reuerentur.* tranabo inundationem hanc cimba adiutus Christi. suasit Apostolis post secessum ad orationem in hortum Gethsemani Christus vigiliam, punxit ad orationem; ast præoccupauit somnũ arctus, præualuit voluntati promptæ grauatus sensus, iuit ad illos ter Christus, suscitauit, increpauit, ac dixit, *Dormite iam, & requiescite, sufficit; venit hora. Ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum; Surgite eamus, ecce qui me tradet, prope est.* Marc. 14. Iudam adducit in mediũ, nominatque silentio Apostolum, qui cum tradebat, peto ad quid Iudas nominatur? ad quid Apostolorum auribus inseritur traditoris malignus surculus? suaserat Dominus vigilias, orationemque discipulis suis, suaserat Magistri proditionem Iudæ dia-

Vgo Card.

Tot tãtaque sunt peccatorũ crimina, vt vel proprias excedant vires.

Marc. 14. 42.

bolus, ipsi dormiunt, nō dormiēte Iuda. Iudæ propterea vigilias inculcat Deus, vt vel mali exemplo ad iustitiam erudiantur Petrus, Iacobus, & Ioannes. Fauet Thomas Beauxamis de Passione, dicens. *Ab exemplo arguit eorum socordiam. Surgite eamus. Ecce appropinquat, qui me tradet. Quasi dicat. En, vobis dormientibus tota nocte, vigilat Iudas, accedit. Cur ergo non expergiscimini.* Iudæ iniqui proponit Apostolis speculum Christus, vt videant impiorum diligentiam in consumandis sceleribus, ac talibus stimulis ad bona agitentur. Hoc idem prætendit in nostro Hosea, dum inundationem stupet peccatorum. Hanc enim proponendo, quam integri sint iniusti in perfectione suorum probrorum, ob oculos pręponit, iustisque addit ad bonum calcaria. Huc tetendit præcitatus Hieronymus, inquiens. *Obseruate etiā modum loquendi, de virtutibus, ait, non esse veritatem, neque misericordiam, neque stientiam Dei. De peccatis autem, quod inundauerunt; Aequum erat Domine, vt quasisses, an veritas, & misericordia, & cognitio Dei inundassent, quemadmodum peccata. Ergo tantum ais. Non est veritas, non est misericordia, vt doceas perfectius absolui ab homine peccatum, quam virtutis opus.* Sint igitur nobis proposita peccantium facinota; vt vel ea vtamur diligentia in Dei obsequijs, quā ipsi in diaboli operibus perficiendis.

Thomas Beaux.

SECTIO II.

Vndequaq; vitiosus Ambitiosus, omnium flagitiorum facilè sentina, virtutum omnium hostis est.

MALEDICTVM, &c.

INundat Nilus, sed ex crebris in Æthiopia pluuijs, non sunt, nisi à nubibus inundationes, quæ nobiscum accidere solent; nec nisi nubes vitiorum omnium fons sunt, & origo; quid autem in nubibus præsefertur? nonnè ambitiosorum solium, ambiētium Cathedra? has affectauit tumidus Lucifer, cum dixit Isai. 14. *Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Legens igitur in nostri Hoseæ prophetia. *Maledictum, mendacium, &c. inundauerunt.* dicas vitiorum inundationem, ex ambitionis nube, vti è fonte prouenire; etenim, vt docet Isidorus Pelusiota lib. 4. epist. 55. *Ambitio, & imperandi cupiditas, omnium est causa malorum, quæ etiam benè constituta euertere solet.* Nil nō mali ab ambitionis radice. Da mihi, hac peste contaminatum; & cunctorum ostendam tibi sentinam vitiorum. Pulchrè D. Bernardus lib. de consideratione ad Eugenium, vocat ambitionē, ambientium crucem. *O ambitio, ambientium crux; quomodo omnes torquens, omnibus places; nil acrius cruciat, nil molestius inquietat.* Crucem affirmat ambitionem D. Bernardus. At quærerem, cur crux dicatur ambitio? nonnè refugiūt crucem, vel à natura homines? ambitio autem, hisce præsertim temporibus, vti dulcis cibus, pastus est ambientium; quapropter dicere

Nilus, cur inundet.

Isai. 14. 14.

Isidorus.

D. Bern.

Seneca. cere poſſumus illud Senecę epiſt. 74. ***Nullum habet maius malum cupiditas***, loquitur hic de dominandi affectu, ***quam quod grata eſt***. nũquid gratum, quod cruciat? quod ſi grata eſt ambitio; vt quid dicetur crux? Diui Bernardi ſenſum, ex Domini noſtri Ieſu Chriſti cruce aperire contendam. Non ſtetit impia Phariſeorum rabies, quouſq; eleuatum aſpexit Chriſtum in cruce; non alia voluit interemptum morte, quam crucis; nec ad hanc aliud impulit, quam crucifixorum maledictio, dixit quandoquidem Deus Deut. cap. 21. ***Maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno***; audierant Phariſei benedictionis inundationes in Chriſtum, cum ingrediens Ieruſalem ſuper aſinam, & pullum, clamabant populi; Benedictus qui venit in nomine Domini: quid ipſi? pẽdeat in ligno: ſi enim maledictus à Deo eſt, qui pendet in ligno, nullus benedictum proclamabit, ac benedictionis illius delebimus veſtigia. accinit his Rupertus apud Gloſ. in Deut. ***Scientes Iudęi callidè Prophetam magnum; cui cantatum fuerat, Benedictus qui venit, &c. Appenderunt in patibulo, vt conſequenter, conſtaret eum maledictum eſſe à Deo, & prbindè, certum eſſet hunc hominem, iuxta ſententiam, vel occaſionem ipſorum, non fuiſſe à Deo.*** O quot, quantiſque conatibus, Chriſti honorem euellere conati ſunt Hebræi. At quæro inſuper; cur ille maledictus, qui in ligno pendebat, & cruce? nonnè peccatores erant, & perfidi blaſphemi? hi lapidibus vita orbabantur, nec tñ maledicti; fortè nè, ſolus crucifixus, iniquus? ſolus peccator? criminoſus ſolus? Verè ità, illum enim digito ſignabat, qui ſemen omnium fuit, & origo peccatorũ.

Deut. 21.

Christum crucifixerũt Iudæi, vt benedicti titulum abolerent. Rupert.

Cruci affixus eſt Chriſtus, vt minimè Deus crederetur

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

A A ligno pependerunt, qui in nos originalem trãſfuderunt culpam, hæc eſt radix peccati in nobis, erugo naturę, tinea animę, & peccatum originale in radice, poteſt dici omne peccatum. Itaque primi parentes, in quibus peccatores conſtituti ſumus omnes, vniuerſitas peccatorum, & vitiorum, dici potuerunt, in quantum ab illis habemus peccatum originale, quod eſt ſcaturigo omnium vitiorum. B hi à ligno pependerunt, cum cauſa tanti mali eſſe cœperunt, quia autẽ nullus ità malus, ideò nullus maledictus, ſed tantum qui pẽdet in ligno. Voco Diuum Auguſtinum in Gloſ. ſuper Deut. ***Dixit vero Deus, qua die tetigeritis, morte moriemini; hoc eſt maledictũ, quod pependit in ligno***. primo fonti peccatorũ arridebat maledictio pendentis in cruce, quia ibi omne peccatum. Quibus ſuppoſitis; C facilis eſt ad Diui Bernardi ſenſum acceſſus. Crucem vocat ambitionem, iugiter ambientem crucifigentem; pendet aſſiduò ambitioſus in ambitionis ligno; quod ſi crucifixus, ideò maledictus dicebatur, quia omnium peccatorum, radicem, & fontem in ſe ſignabat; facile in crucis ambitione ambitioſo crucifixo, omnia ſcelera argumentari poſſumus. Accurrit Diuus Bernardus in ſer. D Quadrag. ***Ambitio ſubtile malum, ſecretum virus, peſtis occulta, doli artifex, mater hypocriſis, liuoris parens, vitiorum origo, tinea ſanctitatis***. vbi malorum origo, ibi omne malum. Et, en, ambitionem, vitiorum originem; ac ſi vniuerſale peccatum eſſet ambitio; ſicut originis culpam, omnem culpam in aliquo ſenſu dicere non eſt abſurdum. Ità quidem omnium vitiorum aſylum ambitioſum dicere fas eſt, vel

Maledictus, cur ille dicebatur, qui pẽdebat in ligno. D. Aug.

Ambitio, cur crux dicatur.

D. Bern.

vel ab ipso ambitionis nomine. Ambitio ab ambitu dicta est, & illi ambiunt, qui loca circundant. Virgilius 6. Æneidos.

Virgil. *Qui rapidus flammis ambit torrentibus amnis.*

Ambitio, vndè dicta. Qui namque honores primitus rimabantur, circuibant suffragatores. Referunt hunc Romanorum morem aliqui scribentes, cum scribunt de ambitione, dicētes. *Ambitio venit ab ambio, quod propriè significat circundo. Et quoniam Romani, dum honores, & magistratus affectarent singulos circuire, dextras prensare, rogareque, vt se suffragijs adiuuarent; factum est, vt ambire, capiatur pro eo, quod est honores, & magistratus quærere.* Hucusque illi. at, nonnè in soliorum altitudinem dirigūt mentem cupidi? quid est, quod fini non apta disponunt media? quid est, quod gradus non tentant, sed circumeūnt? Vado ad Dauidem de impijs vlulantem, vbi ait. *In circuitu impij ambulant.* Ps. 11. non alij sunt

Ps. 11. 9. impij hi, nisi ambitiosi; quod seligo ex lectione Pagnini, Felicis, Vatabli, Caietani, & Campensis, dicentium. *Circumquaque impij ambulabunt, siue ambulant secundum exaltari, seu eleuari.* Romanorumque moribus videtur allusio, qui circumeūdo exaltationes affectabant. Quid autem circulus hic designet, ex varijs sacrorum Doctorum assertis comperiemus. Qui in circuitu ambulant, vallāt, ac opprimere nituntur. ità Lori-

Lorinus. nus. *Diuino tuo promisso, quod auidè expetimus, certique expectamus, videtur impiorum multitudo obstare, vagantium circumquaque licenter, & circumuenire, & quasi circulo concludere iustos, atque opprimere nitentium.* Obstant celestibus ambitiosi, dum circumeunt. per vias rectas, etenim deducit Deus iustos ad Beatitudinem. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas.* & vallant ad opprimendum iustos. Sap. 10. 10.

quos non intentant dolos, vt qui dignus est succumbat? quæ non effundnnt probra, vt vili habitus, qui dignitatem mœretur, abijciatur? quæ mendacia, non creant, nè creetur dignus. In circuitu ambulant ambitiosi vallantes, & opprimentes iustum. Dumque circuitum ambitiosorū aspicio, vetè diaboli alumnos contemplor, ille terram circuit, ille perambulat, Sed cur non sursum tendit? proh, à Deo eiectus est, exul vagatur à Diuina, qua semper carebit, visione. ità perpetuò ambitiosus, circulum perficit, nusquam centrum humani animi, quod Deus est, ingreditur, & vti à Dei iustitia expulsus, vagus vadit, & profugus. assentitur his idemet Lorinus in hunc locum, dicens. *In circuitu ambulare, significat vagari, exulare tanquam pulsos à Deo.* ast aliud malum, in circuitu ambitiosorum latet; quod ex cuiusdam adinuento eruere conabor. Alectum, serpentinis crinibus, monstruosa facie, flammantibusque oculis depinxit quidam, quæ manibus circulum tenebat, cum hac inscriptione. *Vndeuis criminosa.* Omnibus plenum vitijs effinxit hic. nec alia aptiori manifestandum putauit figura, quam circulo; is enim carens principio, & fine, æternitatem dicit, totamque rei perfectionem; ac in circulo, omnia clauduntur. vndè, & in vitijs perfectum, & æternum, & in nullo deficientem, orbe illo figurauit. Quid Spiritus sanctus? intuitus est ambitioni deditum, fixumque, & circulo iunxit, dicendo. *In circuitu impij ambulant.* cūque

Lorinus.

Ambitiosus à Deo eiectus.

que

Ambitioſus vndequaq; criminoſus.

que circulo, malis addito, vndequaque vitioſus repræſentatur: ambitioſum vndcuis criminoſũ, voluit indicare. accedit ad iſthæc D. Ambroſius in Luc. lib. 3. dicẽs. *Hoc ipſo perniciofior ambitio, quod blanda eſt conciliatricula dignitatũ, & ſæpè, quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit mouere luxuria, nulla auaritia ſubuertere, facit ambitio criminoſos.* O quot Charitatis alis, viam mandatorum Dei volitabant, quibus vbi ſeſe immiſcuit B ambitio, fecit criminoſos; non vnius peccati obnoxios, ſed omnium. Si luxurioſus ſuis fauet prætenſionibus, approbat luxurioſum; ſi auarus, laudat auarum; ſi accidioſus, virtuti aſcribit negligentiam; ſi guloſus, neceſſariã putat ingluuiem; & ità omnium vitiorum particeps criminoſus efficitur. *Facit ambitio criminoſos.*

Grande malum, deteſtabile crimen eſt ambitio, quæ nedum criminoſos, ſed ipſumet crimen, & peccatum reddit hominem. Effutiebat Pharao Rex Ægypti, de quo Ezech. cap. 29. armauit contra illum Prophetam ſuũ Deus, dixitque ei. *Fili hominis pone faciem tuam contra Pharaonem, Regem Aegypti, & Propheta de eo; & de Aegypto vniuerſo loquere: & dices. Hæc dicit Dominus Deus. Ecce ego ad te Pharao, Rex Aegypti, Draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum.* Faciem Ezechielis oppoſuit Pharaoni ſuperbo, & ambitione fœtido Deus; cũque oppoſuit, dixit illum filium hominis. *Fili hominis.* Ezechieli humilia cõmemorans, ab humo, etenim homo, nec in homine, niſi humus ſternitur. quia ſuperbis humilis reſiſtit. Id, quod exceſſũ cuilibet gignere debet, id eſt,

Ezech. c. 29.

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

A quod loquitur Pharao. *Meus*, inquit, *eſt fluuius, & ego feci meipſum.* ambitione dominantem, in fluuio hoc intueor Pharaonem: ſeligo ex Iob cap. 26. Vbi de ſuperbis Gigantibus, talia fatur ſcriptura. *Gigantes gemunt ſub aquis.* & enucleans Diuus Gregorius lib. 17. mor. cap. 11. ait. *Ecce Gigantes gemũt ſub aquis, quia elati omnes, dum in hac vita aſſequi honoris celſitudinem cupiunt, ſub ponderibus populorum gemunt.* aquæ populi ſunt, ſub quibus gemunt ambitioſi. Sciunt, qui poteſtatem obtinent, ſciunt, qui ſolia conſcẽdunt, proprios gemitus, aquarumque præfocationes. Cum igitur, ait Pharao, meus eſt fluuius, ſiuè aqua, ſuã ſupra populos indicat poteſtatẽ. Sed horrẽdum eſt, quod ſequitur. *Ego feci meipſum.* non ſuſtinet propoſitionem hanc ſanior Theologorũ, & Philoſophorum C ſchola. Nemo enim gignit ſeipſum. nunquid non agnoſcebat Patrem? ignorabat & Matrem? non colebat, vel idola, à quibus ſuum agnoſcebat eſſe Pharao? quid eſt, quod ſic effutit? *Ego feci meipſum.* Ambientium, & Superborum, verba ſunt iſthæc, quibus proprium probrum, vel nolentes fatentur. Certum eſt, hominem nullatenus poſſe creare, imò nec bonum efficere aliquod, niſi Dei D adiutorium fulciat. quod ſi delirabit homo, ac aliquid facere à ſe præſumet, hoc non erit, niſi peccatum. ſtatim enim, ac ſuperbè opus effingere vult, vti creando, à ſe deficit, ac deficiendo peccat. opus enim, quod à corrupta, & ſuperba natura procedit, in quod non concurrit Deus, ſecluditurque Dei cõcurſus, eſt peccatum. quod notauit Ioannes Euangeliſta cap. 1. dicens. *Sine ipſo factum eſt*

Iob. c. 26.

D. Greg.

Homo à ſe nil præter peccatum poteſt, ſine Dei concurſu.

Ioan. c. 1.

est nihil. En, adest ambitiosus, superbusque Pharao, ac Dei concursum excludendo, inquit. *Ego feci meipsum.* quod, si factum ab homine, secluso Dei concursu, est peccatum; & Pharao ambitiosus, dicit se factum à se; absq; dubio, vel à se fatetur ipsumet esse peccatum. Fatetur isthæc, vti superbus, & ambitiosus, est igitur ipsumet peccatum ambitiosus. adduco ad hæc probanda Diuum Petrum Chrysologum. Stupet Sanctus Doctor Herodianam ambitionem, quæ Deum satagebat extinguere in infantium nece, & inquit serm. 152. *Zelus quo tendat, quo prosiliat liuor. Inuidia quo feratur Herodiana, hodie patefacit immanitas, quæ dum temporalis Regni, æmulatur angustias, æterni Regis ortum molitur extinguere.* Chrysolog. Audiuit natum Deum Herodes à Magis; (Deum etenim expectabant Hebræi, quos cõsuluit) propheticum illud protulerunt legis Doctores, cum dixerunt. *In Bethelem Iuda, sic enim scriptum est per Prophetam.* Mat. 2. 5. & quia Regem audiuit, potestatem perdere timẽs, sæuit in Deum, sequitur Chrysologus. *Videns, quia illusus esset à magis: dolet impietas se illusam.* appetitu regnãdi, ait accensum Herodem, & statim Sanctus Doctor. *Dolet impietas.* cur non ait dolet Herodes? vel dolet impius? sed impietas? Proh, impietatem dicit ambitiosum in abstracto, quia nedum criminosus, nedum impius, sed ipsum crimen, ipsum peccatum, ipsam impietatem, agnoscit ambitiosum. *Dolet impietas,* idest ambitiosus; quẽ eo magis ipsam impietatem asseuerare non dubitauero, quo, ex alijs, quæ in Scriptura sacra aguntur, deducere non erit dissonũ. Dolebat ab in-

A dignissimo Abimelech Ioathas populi Sichimiti dominatum assumptum; quippequi non meritis poscentibus, hunc dignitatis apicem fuerit assequutus, sed carnis poscẽte, & sanguinis spiritum deprimentis importunitate; hac etenim titillatione suffragia fuit furatus, cum dixit, Iud. 9. *Loquimini ad omnes viros Sichem. quid vobis est melius, vt dominentur vestri septuaginta viri, filij omnes Ieroboal, an vt dominetur vnus vir? simulque considerate, quia os vestrum, & caro vestra sum.* Iud. 9.
B Impia propositio, irrationabilibus suffulta rationibus. mens mentem ducit, non caro. cur igitur caro eligetur? In spiritu habitat Deus, qui regit in homine hominem, nõ in carne, quæ Deũ, nedum non capit, sed expellit. *Non permanebit spiritus meus in homine, quia caro est.* Genes. 3. 6. Cur ergo carnalitas ad suffragia impellet? Verum præualuit caro, electus fuit
C Abimelech, quod vtinam in Abimelech fixisset columnas. heù plus vltra transit, & viget in nobis Christi sanguine, & aqua madefactis. firmat Glos. mor. in hũc locum, dicens. *Abijt autem Abimelech, vt per cognationem matris suę, populum inclinaret ad suam promotionem; cum tamen esset filius Ancillę, & sic indignus promotione.* Glos. *per*
D *quod significatur, quod indigni promotionibus, frequenter eas plus ambiunt, quam illi, qui sunt digni. & eius promotio non fuit propter personę bonitatem, sed carnalitatem. per istos significantur illi, qui ratione cognationis, vel patrię, vel alterius, cuiuscumque causę, quę non facit ad bonitatem electionis, eligunt aliquem ad dignitatem ecclesiasticam, vel secularem, non habentes respectum ad honorem Dei, & communem vtilitatem.*

A tem. Attendit, & miratus est promotionem Ioathas, iuit ad Sichimitas, proposuit parabolā lignorū quærentiū sibimet Regē; & dixit. *Ierunt ligna, vt vngerent super se Regem.* indignos electores ligna nominat hic Ioathas, & alto mysterio, inquit. *Ierunt ligna.* ligna sunt malè eligentes, affectione, nō merito ad suffragia tracti. Sed ligna, quæ vadunt, non quę plantata sunt secus decursus aquarum, vt fructum bonorum operū dent in tēpore suo. lignum vadens, aridum est, igni destinandū. & innuit his verbis, igni destinatos electores malè eligentes. sic Isidor. in Glos. *Ligna silua sunt homines infructuosi, vani, vagi æterno incendio præparati.* quę fierunt tandem Regem, inuenerunt, at non ficū, non oliuam, sed Rhamnum. *Dixerunt omnia ligna ad Rhamnum, veni, & impera super nos, quę respondit eis, si verè me Regē vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite.* In Rhamno hoc, ambitiosos intuetur Glos. mor. inquiens. *Per Rhāmum, qui est arbor parua, & prima mollis est sicut herba, posteà verò spinas habet; significantur homines indigni promotione, promoueri tamen procurāt, & grauiter pungūt, & ignē dissentionis emittunt, quo ipsi, & promotores sui destruuntur.* Malū, heù, satis inualescēs, vndè enim bella, & lites in Religionibus pręcipuè, nōnè ex ambitiosorū ꝓmotionibus? vndè spinarū ꝓsequutiones, quę vsq; ad sanguinē perueniūt? nonnè ex ambitione? vndè feruet ignis cōcupiscētię, luxurię, & inualescit in dies? nōnè ex ambitione? hoc est axioma ambitiosorū, ꝙ fuit Euripidis. *Si ius violandū est, Regnādi causa est violandū.* Regnē, ait, Rhānus ambitiosus, & violent mei acclamatores vota, cōculcēt

Iud 9. 8.

Isidorus.

Electores malè eligētes inferni igni destinantur.

Ambitiosus Rhamnus.

Vox ambientium, quæ.

precepta, viuāt, vt dęmones, luxurietur in ambitione. Attēdant hi. Mors omnia ęquādo, diiudicabit. Expēdo hic, cur in Rhamno, velit Spiritus sanctus significari ambitiosū? vtq; mysteriū adipiscar, eo ad Christū spinis coronatū. Post flagella, nō stetit, sēper Christi sāguinis auida Hebręorū turba, sed spinis coronauit Christi caput. *Plectētes coronam de spinis.* & benè spinis, sibi, Christi coronāt caput B peccatores, indicātes, nō Deū, sed semet, sibi ꝓhibere glorię fructū. Christi crines palmarū fructibus cōparauit spōsa, cum dixit. *Coma eius sicut elatę palmarum, nigrę sicut coruus.* Palma victorię symbolū est apud oēs; quis aūt est victorię fructus, ni triumphus, ni gloria? elatę igitur palmarum gloriā significāt, ad ꝙ gloriam ascendere cupiebat spōsa sacra, cū ascēsiones in corde suo disponēs, dixit. *Ascēdam in* C *palmā, & apprębendam fructus eius.* hoc sępesępius vidi ex hortorum custodibus, sępiūt arbores spinis, ne fructus earū, apprębendi possint. ꝙ si in Christi crinibus glorię fructus exuberātes cōspexit spōsa, hosq; sępit spinis peccator, spinisq; sępientes agricolę arbores, fructus prohibēt; cū spinis caput Christi, vbi glorię fructus demōstratur sępiūt peccatores, sibimet viā præcludere, ne glorię fructus D apprębendant, manifestant. Sed Rhamnus hęc, spina hęc, Rhamnus, inquam, ambitiosorum imago, & hieroglyphicum, prohibet fructus, ambitiosum, vt sciatur, haud ingressurum ad fructus gloriæ cęlestis. animę suę cęlestis Patrię claudit aditū ambitiosus, spina. accedat D. Chrysost. hom. 3. in c. 1. Epist. Pauli ad Titum. *Anima, inquit, omnis, quæ honoris tenetur appetitu, & gloriam ab homi-*

Matt. 27. 29.

Cant. 5. 11

Cant. 7. 8.

Peccator sibimet gloriæ fructu impedit.

Ambitiosus gloriā Dei non videbit.

nibus quærit, non videbit Cœlorum Regnum. Et quia ei, tanquam homini nulla, aut modica fides adhiberi posset, firmat primæ veritatis doctrina; & sequitur. *Non mea hæc ratio est, à me ipso ista nō loquor. Hæc verba Dei spiritus profert. non videbit gloriam Dei, qui huiusmodi est, etiam si virtutis opus exerceat. Receperunt enim, ait, mercedē suam*. anhelent isthæc cogitantes ambitiosi ad fugaces honores, si possunt, vt dirè siti æternorū, crucientur in æternum. hæc spina Christi corona, Rhānus inquā, præfefert. & quę plura? assensus est ferè omniū sacrorum Doctorū, in his spinis, totius humani generis significati peccata. *Spinis quoq; idest cōpungentiū quondā peccatis generū, coronatur*. inquit Hilarius in cat. D. Thomę. O ambitiosi, horribilis imago, Rhānus est, vt ex superioribus cōstat, & Rhānus Christi corona est pūgens, quę ipsa peccata signat. Cū ergo Rhānus sit ambitiosus, dicas terrena inordinatè desiderantē, nedū peccatorē, sed ipsūmet peccatū, & iniustitiā. non distat ab his Ioannes Satisberiēsis lib. 7. Policratisi, dicens. *Dum ergo ambitio inualescit, ambitiosus totus iniustitia est*. Est iniustitia, est Rhamnus, est peccatum ambitiosus; si ei adhæres, contaminaris: ne adhæreas, fuge, declina ab eo, & agnoscas in Rhamno ad se vocabat Rhamnus, dicebatque. *Requiescite sub vmbra mea*, dum stat sub hac paruula vmbrula, quid spectant in Rhamno? Spinas, intuere ambitiosum, protectionem spōndet vmbratilem suis, qui spinas intuētur in ipso; aculeis enim murmurationū omnes pūgit, omnes lacerat, dilaniat oēs, & peccando sua vult promulgare merita. O quę insania, nunquid meri-

D.Chrys.

D. Hilar.

Spinea corona peccatā humani generis signat.

Io. Satisb.

A tum extra proximi charitatē est? An fortè, id dicis charitatem, ambitiose, famā denigrare alterius? audita pro certo affirmare? promulgare occulta? teq; extollere? non ista charitas, sed canitas est, & cum canibus famem patieris in æternū. Verè, itā peccator, & impius; vt totus impietas, peccatū, totus dici possis.

Et itā peccatū est ambitiosus, vt nil ambiēdo fructificet, mouea-
B tur ad nil aliud, preterquā ad peccatū. Pereptorium cōsiliū proposuit diabolus Euæ, cū ad Deitatis ambitū inflāmauit; illud spopondit, quod nō erat, vt desineret esse quod erat. O Eua, mater nostra doloris, vtinā eius, q tecū loquitur imaginē intimius inspexisses; vtinā attēdisses figurā; vel. n. in ipsa chimericas vidisses diaboli pmissiones. Accessit infelicitatis auctor, sēper ipse infelix, induitq;
C serpētē, at serpēs hic, nō visu horribilis erat, sed vt aliqui apud Lyrā asserunt, virginis pulcherrimæ imagine serpētinū corpus dulcorabat; mulierem simul demōstrabat, & serpentē, hominē, & bestiā irrationale, & rationale, Chimerā, quā nō admittit vera philosophia, præseferebat; vt in chimeræ effigie, chimericum, & inane promissi partū, posset attingere Eua; at audiuit sermonem, auscultauit
D diabolum, talia promentem. *Eritis sicut Dÿ*. & assentita est mulier, assentitus est Adam. O quam excæcat ambitio, quamq; etiam sapientum mentem captiuat. non grauabor huc discursum adducere Moysis Barcephæ lib. 1. de Paradiso. Rursus, inquit, dū addit. *Eritis sicut Dÿ*, maximę et mercedis spe lactat, si vescatur fructibus à Deo vetitis Est verò existimandū, Euā, neq; itā accepisse verba

Chimericas promissiones diaboli potuisse Eua attingere. Gen. 3. 6.

Moyses Barceph.

ser-

serpentis, siue diaboli, tanquam disputari possent; alioquin enim, multis illi modis, aut vno saltem quopiam respondisset; neq; rursus, ceu dubia, & ambigua; nã ità quoq; non defuisset ipsi, quod cõtradiceret, potuisset .n. ei respondere. Vndè tu nosti hoc mysteriũ? sanè, qui arborẽ cõseuit, maior te est. prętereà, quid sibi vult, quod meos oculos apertũ iri ais, gustato fructu? quãdo etiã nunc, neq; lippiũt, neq; clausi sunt, nã si aperti nõ essent, quomodo possẽ ego te aspicere, serpentemque te agnoscere? tũ illud, q boni, maliq; peritos futuros nos asseueras, nisi ego iam nũc, quid bonũ, & quid malũ sit intelligã, quomodo possum scire consiliũ tuũ esse probũ, aut diuinitatẽ bonã, mortẽ verò malam? Ad hęc illud etiã obijcere quiuisset, si vera narras, abi tu, & prior aufer de arbore illa, & vescere, vt aperiãtur tibi oculi, fiasque Deus, sciẽs bonũ, & malũ; tũ deindè, ego quoq; accedens vescar. at cũ horũ nihil illi responderit, colligendum est, neque vt disputabilia, neq; vt incerta, serpẽtis verba ab Eua esse accepta: neq; .n. ꝑpter imprudẽtiã, aut infãtiã hęc tacuit; quippeque ratione, prudentiaque in ipso suo ortu prædita fuerat, & si parũ aduersus illum argumentata fuisset, victrix euasisset. hucusque ille, & sequitur. *Sed ità verba illa accepit, tanquam, quæ, procul dubio vera essent; nam per dæmonis nequitiam, simul cum illis verbis; & eritis sicut Dij, iniectum est ipsi desiderium arboris gustandæ, incensaque est cupidine Diuinitatis, & solet peccatum mentem eorum, qui eius studiosi sunt, captiuam sibi mancipare.* obtenebrat mentem ambitio, captiuat intellectum, qua de re, dixit D. Tho-

Evt diaboli consilium malũ fuisse comprahendere potuisset.

A mas. *Ambitio reddit hominẽ cęcum.* Ambiuit Euam non Deitatẽ, sed Deitates. *Eritis*, dixit, *sicut Dij*, hoc ambiuit esse, imò hoc facta quodãmodo est, q ambiuit. & quidẽ ambiuit falsã Deitatẽ, cũ nõ possit esse, nisi vnus Deus. Dij, non Deus, erunt, sed falsi Dij, falsique Dij, idola sũt facta à diabolo, suis mediãtibus mẽbris, qui sunt peccatores. de his loquitur Dauid, cũ ait. *Oculos habẽt, & nõ videbunt,*

Ambitio captiuat intellectũ, & reddit hominem cæcum.

B *aures habẽt, & nõ audiũt, &c. similes illis fiãt, qui faciũt ea.* ex hominibus in idola, falsos Deos vertẽdos, Adã, & Euã promisit diabolus; ac acceptatione idola facti sũt primi parẽtes ambitiosi. Qua de re loquẽs Propheta, ait. *O Pastor, & idolũ.* Quid autẽ idola sũt, nisi instrumẽta diaboli? per ea loquebatur, in illis acceptabat sacrificia, vel hominũ; suadebat stupra, alliciebat ad libidines, illisq;

Ps. 113. 5.

Zach. 11. 17.

C vti suis instrumentis, seducebat animas. & idola ab omnibus admittuntur diaboli instrumenta. q si Adã, & Eua, vti ambitiosi, acceptatione facti sunt Dij, siue Idola; istaq; sunt diaboli instrumẽta; cõcludere possumus ambitiosos esse diaboli instrumenta, causasque instrumentales. De causis instrumentalibus disputantes Philosophi, aiunt, earumdem actionem esse ab agente mouente: illa agũt,

D ea attingunt, ad quæ à mouente mouentur. cogita causam instrumentalem diaboli ambitiosum; & dicas, ad illa moueri, ad quæ mouet diabolus; attingere, ad quæ à diabolo eleuatur; quod si diabolus, nõ mouet, nisi peruersa intẽtione, & ità ad peccatũ; dicas ambitiosos, vti idola, quæ cupiunt adorari, & causas instrumentales esse diaboli, & non moueri, nisi ad peccatũ, dum ambitiosi, nil attingunt,

Diaboli causa instrumẽtalis est ambitiosus.

gunt, nisi peccando. quamobrem exclamans D. Ciprianus, ait ser. de tent. & ieiunio. *Malum hoc, scilicet ambitio, in vniuersa Ecclesia vagatur, & communis pestilentia; innumerabiles occupat, vt pro gloria huius mundi, qui liberi erant, se vendant in seruos; & per vitia, ad seruitia deputentur: & obligati pacto Chirographum subiectionis conscribant diabolo.* noto illud. *& per vitia, ad seruitia deputentur.* quasi dicat, diabolus mouet per vitia, & ipsi vti instrumenta, vitijs seruiût, & peccatis. Extra fidem computatur ambitiosus, fuimet idolatra: gentilis est semper iniquus, gloriæ humanæ Cupidus. Dolebat se ab ijs, non receptum Christus, ad quos venit. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me.* à Filio amouistis honorem; Patri in cuius nomine venit Filius, negastis reuerentiam, & Patrem respuendo, & Filium; nunquid fundamẽtum omnis boni, fides, scilicet in vobis erit? *Non credidistis in me.* exponit Beda, *qui ideò veni in mũdum, vt glorificaretur nomen Patris.* fodit infidelitatis huius radicem Christus, & sequitur Ioannes.

Ioan. 5. 43. *Quomodo potestis vos credere, qui gloriam ad inuicem accipitis, & gloriã, qua à solo Deo est, non quæritis?* audis ambitiose, quid veritas dicat. Gloriam quæris humanam, Quomodo potes credere? longè es à fide, qui in transitorijs terminũ tuæ felicitatis collocas. Christum non sequeris, iturus ad cœlum, qui ministrari tibi vis, non ministrare; non sic Christus, qui venit ministrare, non ministrari. abis à crucis contumelia, gloriam captans inanem, ac extra crucem infidelis es. *Quomodo potestis vos credere qui gloriam ad inuicem quæritis?* attẽdit Beda hanc ambitiosorum iacturam, & dixit in hunc locum. *Considerandum est intentius, quantum sit iactantia, & humana laudis ambitio malum; pro qua ipsa veritas, ait, credere nõ posse quosdam, quia secularis gloriæ erant.* nunquid infidelitas, omne malum, vitium omne nõ dicitur? dicas ergo ambitiosum, vti causam diaboli instrumentalem ad omne malum moueri. *Per vitia ad seruitia deputantur.* Sistam paulisper, in hac Bedæ, imò Domini nostri Iesu Christi doctrina. & ambitiosum, ità infidelem admirabor; vt totã Trinitatem, quantũ in se est euertat. Credimus Patrem, Filium, & Spiritum sanctum; in vnitateque essentiæ, tres personas. Gignit Pater Filium, vndè Pater est, gignitur Filius, vndè Filius, Spiratur Spiritus sanctus, qui potestate animas nostras sanctificat. Mox ad matrem filiorum Zebedei pergo. tetigerat ambitionis flamma fratres; non tamen audebant illas per se quærere sedes, quas ambiebant. vide, si bona est ambitio, quæ in publicum prodire erubescit: miserunt matrem, quæ maledictionis hæres, & mortis, fieri nõ curat, dum imperet filius. testes sunt mater Iacobi fratris Esau, quæ, vt primogeniti priuilegium filio obtineret, paruipendit maledictionem, dixitque. *In me sit ista maledictio fili mi.* & Agrippina sic effutiens. *Imperet filius, & moriatur mater.* accessit ad Christum, petiuit sedes; verùm, notentur termini, quibus defert supplicationem. *Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & alius ad sinistram in Regno tuo.* *Dic,* ait, à Filio Dei petit, vt dicat. expeto, Pater æternus, quarè Pater est? quia generat, & si cessaret generare, cessaret esse Pater. hæc gene-

D. Cipr. — Beda. — Ambitiosus est infidelis. — Gen. 27. 13 — Matth. 20. 21.

neratio, aiunt Theologi, est per A actum intellectus, qui est dicere, qui quidem actus, non potest filio communicari, nec potest pluribus personis competere, sed tãtum vni, vt sciunt Theologi: accedit mater filiorũ Zebedei ambitiosa, & ait Filio Dei, vt dicat; quod si dicere est Patris, ergo volebat Filium Dei personam Patris assumere. Sed in Diuinis non potest esse, nisi vnus Pater, qui dicat; dum ergo Filium vult vt di- B cat, vult Patrem non esse Patrẽ. Sed dum diceret Filius, Filius nõ esset Filius; & sic Pater, & Filius in hoc ambitioso conatu auferũtur à Diuinis. vides quo tendit ambitio. adduco huc D. Chrysologum in ambitiosos irruentem: *O ambitio, quam cæca, semper terrenis inhians, irruit in Diuina. ipsamque pietatem, tota impietate sectatur.* Sed nunquid Spiritus sanctus ambitionis arietes in se, non ad- C mirabitur armatos? pugnat, belligerat, est festinus cõtra Spiritum sanctum, ambitiosus, vultque ducere, vt seruum in triumphum. Aspicite Magum illum Simonẽ, conspiciebat ad impositionem manuum Apostolorum, Spiritum sanctum sese hominibus infundere, ambiebat hanc potestatem, ac venalitati exposuit Spiritum sanctum, suumque volebat seruum, qui Dominus est omnium; D quo ausu Spiritus Sancti potestatem destruere volebat. En, quo tendit ambitio. quid mirum, si peccata inundant, vbi ambitionis nubes rationis cœlum obtenebrat. *Simon,* inquit S. Ciprianus loco citato, *Apostolorum temporibus, venalem putans Spiritum sanctum, Petrum donis aggreditur, & tentat emere potestatem, per quam plura lucretur.* dum ambit, & po-

Patre Filium, & Spiritũ S. quantum in se est tollit ambitio.

D. Chrysolog.

D. Cipr.

testatẽ inquirit, pretio Spiritum sanctum submittit. En, tota Trinitas ab ambitioso, quantũ eius patitur ausus, annihilata. *Ambitio,* inquit Chrysologus, *dum terrenis inhiat irruit in diuina* Ast nunquid his contentus, satur eructat ambitiosus, fastiditq; peccata? haud certè. imò, vbi peccandi modus deficit, virtutes ipsas mutat, ac adulterat in peccata.

Pensemus Euangelistæ verba, accessum matris Ioannis, & Iacobi ad Christum, describentis. ait. *Accessit mater filiorum Zebedei, adorans, & petens.* dum ambit, adorat. peto Domine, nonnè quodlibet bonum remunerationi, præmioque addixisti? quis ambigit? fertur omnium per ora. *Nullum bonum irremuneratum.* hinc iniquorum prosperatur via; quia bona, quæ agunt, vita æterna indigna, temporalibus præmijs, coronantur, temporale Regnum, vt cõplures Doctores sentiunt, ambiebat ista filijs; & adorat, & humiliatur; bona est humilitas, optima adoratio. Quid est, quod Regni præmium, ei non conceditur? etenim, qui se humiliat exaltabitur, etsi Regni Cœlestis præmio impar est humilitas, & adoratio isthæc, æqualis erit Regno temporali. Cur abigis ò Deus, cur confutas? cur respuis? cur arguis? & ais. *Nescitis quid petatis.* sine intellectu estis, isthæc petẽdo? hauriam punitionis ius, ex Dauide. *Congregate,* inquit, *illi sanctos eius, qui ordinant testamentum eius, super sacrificia.* ad iudicium vocat Dauid, & quidem, condemnationis. horrendum cogitatu. quos vocat? qui nam iudicandi sunt? Sancti. ergo sanctitas inferno dicanda? Sanctitas punitionis libabit amaritudines. philosophatur hic Diuus

Matth 21 10.

Ps 49 5.

D. Chryſ. Diuus Chryſoſtomus Pſ.49. & in iſthæc deſcendit. *Cur nam quos eſt accuſaturus, & quos cōdemnaturus, Sanctos, hoc in loco appellat? accuſationem augens, & honorem adijciens? ad maiorem ſignificationem ſupplicij; ità etiam nos quoque, quando viderimus aliquos peccare, & volumus eos vehementius inſectari, cum eorum dignitatibus eos vocamus, vt grauiorem reddamus accuſationem, dicentes voca Diaconum, vel voca Presbyterum*. vndique confundentur condemnandi; grauius ſemper ſupplicium expectare debēt. hoc indicat Chryſoſtomus. Sed noto hic, iuxta eiuſdem D. Chryſoſtomi mentem, ſermonem fieri de ambitioſis: quos vocat Spiritus Dei Sanctos, & vt Sancti damnātur. quid eſt, quod ſanctitas damnatur? certè ſanctitas cęlicam expectat coronam; Deum, præmiū. verum punitur in ambitioſo, & quidem, non punitur, niſi peccatum: Dicas igitur ex his, tantam eſſe ambitioſi malitiam, vt etiam ſanctitatem vertat in peccatum, vndè vti Sanctus iudicatur, & dānatur. Ex quibus, cur adorationē, & humilitatem mulieris illius, damnet Chriſtus comperio. erat ambitioſa, & quia ambitioſus, vel ſanctitatem vertit, & mutat in peccatum; idcircò punitur adoratio; reijcitur humilitas. quia, vt ait Diuus Bernardus ſerm. 6. in Pſal. Qui habitat: *Ambitio, ex remedijs morbos creat, generat ex medicina languorem.* & Petrus Rauennas in quodam ſermone. *Ambitio eſt, quadam Simia charitatis. Charitas enim patiens eſt pro æternis, ambitio pro caducis. charitas benigna eſt pauperibus, ambitio diuitibus; charitas omnia ſuffert pro veritate, ambitio pro vanitate; vtraque omnia credit, omnia ſperat, ſed longè diſſimili modo.* Ecce vti virtutum actus, & ſanctitatis, quæ poſſunt eſſe exercitia, vertit in vitia ambitioſus. ac ſi parum eſſet vitijs peccare, ni peccaret actibus, qui poſſent eſſe virtutum.

Deo dicati grauius puniūtur.

Ambitioſus virtutes vertit in vitia.

D. Bern.

Chryſolog.

A

Peccata ex ambitione inundant, nec decreſcunt vti aquæ diluuij, ſed ſtant culparum fontes, ità vt immobiles reddantur ambitioſi, nec cōuerſionem ad Deū, putant hoc vitio obruti, poſſibilem. De his prophetizans Dauid Pſ. 106. dixit. *Effuſa eſt contentio ſuper Principes, & errare fecit eos in inuio, & non in via.* Contendunt ſemper ambitionis impulſu Principes, errantque per peſſima vſq; ad finalem reprobationem. *Reprobati enim ſunt ab Eccleſia Dei.* exponit D. Auguſt. *& magis, quia Principes eſſe voluerunt, ideò contēpti ſunt, & facti ſunt ſal infatuatū, proiectum foras.* Da ambitioſum, & dò reprobatum; quandoquidē ferè impoſſibilis eſt eius conuerſio ad Deum. ſtabit in peccatis. quapropter ſequitur Dauid. *Errare fecit eos in inuio, & non in via.* legit Genebrardus. *Errare fecit in inani.* alij, *Principes ambitioſi ſunt in vacuo* difficilis intellectu expoſitio: quandoquidem reijcit natura vacuum, non patitur vniuerſi cōpoſitio vacuum abſque ſui interemptione: illud enim excogitandum eſt de toto vniuerſo conſtāte ex partibus etherogeneis; quod cogitamus de corpore humano, ſi à corpore ſubſtolleretur pectus; ex. g. & remanerent crura, & caput; tunc nō eſſet amplius homo. ſic, ſi daretur vacuum, & non eſſet continuatio, & cōtiguitas corporum, deſtrueretur hic mundus, qui eſt quodam totum vniuerſale; & ratio eſt, quia inferiora non poſſunt conſeruari, niſi

B Pſ. 106. 40

C

D

per

Vniuersi conseruatur per continuationem, eorum ex quibus efficitur.

per influxum superiorum; qui influxus communicatur per contactum; remoto igitur contactu cessaret influxus, & cessaret conseruatio vniuersi. Ratione igitur istius conseruationis, non datur, nec potest dari vacuum naturaliter: linquo Dei potentiam absolutam. Cum igitur vacuum dari non possit, quid est, quod in vacuo ponuntur ambitiosi? In huius vacui intelligentiam, supponendum est, conuersionem impij figurari sub hieroglyphico motus;

B

Conuersio est motus peccatoris

cum enim quis conuertitur, mouetur ab odio peccati, ad amorem Dei, & conuertitur ab amore creaturæ, ad amorē summi boni. quod si motus hic deest, erit semper impius in peccato. Quo stante regredior ad philosophantes. disputant hi. Verum in vacuo possit fieri motus. & Commentator, quem sequuntur Themist. Albert. Magnus, plerique Philosophi, sustinent non posse fieri motum in vacuo, & addunt aliqui, quod neque per Dei potentiam absolutam. quia si motus posset fieri in vacuo, deberet fieri in instanti, quod est impossibile. Ex quorum doctrina, quid sibi velit Dauid, non obscurè colligere licet; stabilit ambitiosos in vacuo; in vacuo autem, non potest fieri motus, ergo ambitiosus nunquam mouebitur. quod si, ad conuersionem à peccato, necessarius est motus, dicas ambitiosum, vti ambitiosum, & in ambitione perseuerantem, semper permansurum in peccato, nunquam à Deo redditurum. Vel dicas, adeò difficilem esse motum ambitiosi à peccato ad Deum, vt penè impossibilis iudicetur. Accedit huc Constantinus Manass. in suis ann. inquiēs. *Qui imperium affectant iniusti esse*

Commentator Themistius Albertus.

C

Motus secundū aliquos non potest fieri in vacuo.

D

Constanti. nus Man.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A *non verentur; permanent in impietate.*

Ambitiosus nō redit ad Deum.

Hoc fortè innuere voluerunt primæ illius ambitiosorum apicis voces. *In cœlum conscendam.* ambitioso fastu tumebat, & esse volebat in cœlo. Quid ais Lucifer? nōnè agnoscis insania fulcitas voces, stareque non posse? humilibus Cœlorum Regnum datur, nō ambitiosis, non superbis, altus est enim Deus, & humilia respicit, humilias te, & descendit ad te, erigis te, & fugit à te: tuam isthęc scientiam non latent. Cur ergo ais. *In cœlum conscendam.* O respōdet Lucifer, efferar, tumescam, & ero sicut hi, qui in cęlo, post meū lapsum remanebunt. quid assequuti sunt? quid possident, qui cęlica inhabitant? firmam quandam voluntatem, liberum arbitrium inuertibile, non quidem natura, sed gloria. Sic Lucifer, sic ambitiosus quilibet, ad instar eorum, qui in cœlo sunt, firmam retinet voluntatem in malo, non quidem natura, sed ambitione, sed gloria mundana. ambientes vanitatem, in vacuo sunt, vbi motus negatur. *Relinque ambitum,* prædicat Seneca ad Lucillum. *Timenda res est, vana ventosa nullum habens terminum.* Nullum habent terminum amoris Dei, qui in cœlo sunt, respuunt terminum amandi temporalia, dignitates, sceptra, & imperia ambitiosi. Pulchrè D. Ciprianus loco citato, sed nimis dolenter. *Ambitio*, inquit, *dormit in sinu Sacerdotū.* Quis dormire solet in sinu? filius. heù, vti filia est ambitio ambitiosis, & pcipuè Sacerdotibus. cū dormit filius, ne expergiscatur satagit Mater, delectat pondus sinum, viscera eius non vult concuti (viscera enim parentum filij sunt) de-

Seneca.

D. Cipr.

Ambitio, vti filia, ambitiosis descendit semper amor parentum in filios, nec desinunt amare. Considera filiam Sacerdotũ, & Religiosorum ambitionem, & dicas stabiles in eius amore. quo tetendit Plutarchus in Syllam. *Plutarcus.* *Insanum gloriæ amorem, ne senectus quidem extinguit*. ambitionem filiam, concupitam inanem gloriã adamat semper ambitiosus, & in ipsa vult perpetuari. Cõsulo ambitionis fugam, cui illicò accingemur, si honorum finem, mente voluerimus. quis honorum finis? dignitatum terminus? nihil inquit Diuus Chrysostomus hom. citata. *D. Chrys.* *Quoties te gloriæ desiderium tangit, finem considera, & eam nihil esse respice.* *Ambitionis finis nihil.* Moriens non tenet concupitam dignitatem, nisi ad pœnam. sed si humani animi celsitudo nescit non ambire, ambiat, concedo, sed sibi propria, ambiat cœlestia, ambiat bona nusquam peritura, triumphos nusquam cessaturos, immarcescibiles coronas, perpetua sceptra. *Humano animo cõceditur, vt ambiat.* ambiat Dei similitudinem, transformari in Christi imaginem, ambiat, inquam, castè. Quod si culmen dignitatis huius obtinere quis cupit, habet modum, contemnat hic Regnare. Interrogauit Iesum Pilatus, num Rex esset? vtique dixit. at non hic. *Regnum meum non est de hoc mundo.* *Io 18.36.* aufugit caput æternum corruptibiles coronas, fuge tu, & similis eris Deo. non mea est vox hæc, sed Diui Ioannis Chrysostomi in Epist. ad Titum cap. 1. homil. 2. sic dicentis. *D. Chrys.* *Cæterum, humana omnia sint prorsus inania, atque in hoc, Deo æquales euadimus: ille quippè, mortali non indiget gloria*. Humanam gloriam respuit Beatissimus Pater Franciscus; & similis Deo fieri mæruit. & vti Dei imago, ad imaginatum

A transferri, honoribus diuinis cumulandus, non dubitabat. non nauigabat in vndoso huius seculi freto, gloriam vilipendens humanam, sed in portu Paradisi, eaque, quæ vera gloria est, solùm existimabat: *B. Franciscus, cur clauos habuerit.* Ornauit sanctum corpus Diui Patris mei Francisci Christus stigmatibus, fixitque clauos in manus; & cur clauos? en, dereliquerat quidquid gloriæ fugacis, in hoc mundo speratur, &
B firmitatem gloriæ, honorumque Dei adeptus est. claui etenim alicubi fixi felicitatis firmitatem significant; vt colligitur ex Riccardo Brixiano. *Claui felicitatis præsagii.* Verbo *Clauus*, inhiemus ad perpetua, & peribunt caduca, ambiamus castè, fieri Deo similes, & deludemus serpentinos suasus. versa ò ambitiose tecum isthæc, & desines fatigari in his, quæ interitum causantur. *Si hanc gloriam despexero, Deo equalis*
C *efficiar: protinusque subibit contemptus ex animo, neque enim fieri potest, vt homo mancipium gloriæ, non sit omnium seruus, imò omnibus seruis abiectior: neq; enim talia nostris imperamus seruis. qualia illi his, qui amore gloriæ capiuntur*, *D. Chrys.* verba sunt Chrysostomi. Fugiant omnes conatus ambitiosos, sed præcipuè nos Cappuccini. abibit cinis, si ventus honorum exufflabit; nec amplius Deum alloquemur, qui
D illos audit, loquiturque cum illis, qui sunt puluis, & cinis. Cinere nos operuit Pius noster Pater, vt Abrahæ exemplo fiducialiter curramus ad Dominum, gratias nobis, & peccatoribus, qui nos suo pane sustentant, petituri. Quid impium magis, paupere superbo, & ambiente? paupertatis callem intrauimus, ergo non ambiamus. quod chaos deformius, cogitationibus ambitiosis positis, cum hu-

humilitate crucis. Abſint, abſint A à cordibus noſtris appetitus humanæ gloriæ, qui Religiones in horrida militum inimicorum caſtra commutant, charitatem in odium, hypocriſim in virtutem, habitationes Dei in ſterquiliniū diaboli, paradiſum voluptatis in ſpinas criminum, viam cœli in ſpatioſam inferni. Tuque, qui ſemper à dignitatibus, quæ inflare ſolent fuiſti alienus, gaude, & iterum gaude: non enim apud B Deum, ex his factus es debitor. nunquid complures ad Dei iudicium vocatos in extremis doloribus eiulantes, non audiſti? O vtinam, & Tertiarius vixiſſem. O vtinam culmina honoris, nuſquā attigiſſem. Heū, heū, dicitur mihi, redde rationem villicationis tuę. *Vel iſtud ergo lucraberis*, inquit D. Chryſoſtomus hom. cit *Quod maiori ſupplicio, non eris obnoxius, nam is quidem, qui in præſenti ſæculo ho-* C *nore caret, magiſque deſpicitur, atq; vilis ab omnibus exiſtimatur iniurÿs affligitur, reſpuitur, exagitatur, abÿcitur; etſi nihil aliud lucretur, vel iſtud certè conſequitur, quod reus non erit honoris ab omnibus præſtiti; plurimaque lucratur, aliaque emolumenta virtutis. contrahitur, premitur, humiliatur, neque ſi velit aliquando magnum ſapere, permittitur, ſed magis ſibÿpſi, ſemper intendit.* Sicque intendens cōuertetur ad D cor ſuum, & ſuſtinebit Dominū, eius merita in dies cumulantem: non ità ambitioſus, qui ex optimo fiet malus, & ex malo, ſemper peior. Dixit diabolus parentibus noſtris. *Eritis*. ergo alij futuri erāt, non qui erant. & dicere intendebat his verbis. eſtis innocentes, puri, Sancti, Deo grati, felices. eritis non quod eſtis, ambiēdo, ſed nocentes, peccatores, peruerſi, maculis criminum deturpati, Deo ingrati, infelices, Diaboli, cuius ſuperbia ſemper aſcēdit. Vera experiuntur iſthæc ambitioſi. aſt excęcati, imò frenetici, id amant, quod norunt catenam præſentis, & futuræ infelicitatis.

Chryſoſt.

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

T E X T V S.

VERS. III.

Editio vulgata.

Propter hoc, lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea; in beſtia agri, & in volucre cęli. ſed & piſces maris congregabuntur.

Sanct. Pagn.

Propterea, deſolabitur terra, & deſtruetur omnis, qui habitat in ea; cum beſtÿs agri, & volucribus cęli, & etiam piſces maris morientur.

Tranſ. ex 70.

Ideò, lugebit terra, & minuetur, cum omnibus, qui habitant eam. cum beſtia agri, & cum ſerpentibus terræ, & cum volatilibus cęli, & piſces maris deficient.

Vatab.

Propterea, lugebit terra, & infirmabitur quicumque inhabitat in ea: cum beſtÿs agri, & volucribus cęli. quin, & piſces maris colligentur.

Editio Chaldaica.

Quamobrem, deuaſtabitur terra, & internicione delebuntur omnes, qui habitant in ea. à beſtÿs ſylueſtribus, & auibus cęli. quin etiam piſces maris diminuentur propter peccata illorum.

Paraphrasis Castri.

Quapropter terra hac vestra in solitudinem redacta, quasi lugebit, & omnes eius incola peribunt, vna cum bestia agri, & volucribus cæli. quin, & ipsi pisces maris tollentur de medio.

COMMENTARIVM
iuxta literam.

MAgnes sunt pœnarum crimina, narrantur pęnæ, post enarratas culpas. Vnde, ait prophetia. *Propter hoc lugebit terra.* & est figura metalepsis, quia vnum ex altero significatur. Hic enim, idem est lugebit terra, ac desolabitur, quod non fit sine luctu habitantium. Qua de re Rabbi Selomoh explicat. *Destruetur, & magnus fiet luctus in ea.* Destructio autem fructuum, & florum terræ habet radicem in siccitate, B & siccitas mater est febrium: quapropter, sequitur Textus. *Et infirmabitur omnis, qui habitat in ea.* ac etiam figuratè loquitur prophetia, nam infirmitas, non in infirmitate sistit, sed præcipitat in mortem, & cum dicitur. *Infirmabitur.* ponitur antecedens pro consequente, quam orationem Rethores appellant Metonymiã. Quia autem congruum est, vt habitatore pereunte deficiant ea, C quæ ad eius vsum erant. pereunte homine, pereunt bestiæ, volucres cœli, & pisces maris, mutaque animalia ad hominis pœnam, Dei iram sentiunt. Vtitur autem Scriptura termino, *Congregationis*, cum de morte piscium agitur, quia tunc moriuntur pisces, cum congregati in sagena extrahuntur ad littus, vel, D vt indicet aeris intemperiem: so- A lent namque pisces, tangi ab aeris intemperie, quæ inficit aquas, cumque sic tanguntur, congregantur, & pereunt, & victu deficiente, perit homo peccator, nec immeritò, stimulus enim peccati mors, morte pungit peccatum, tum temporali, tum æterna, peccatores. Hęc de præsenti Textu.

CATENA CONCEPTVALIS
ex Doctoribus.

ANVLVS XII.

Punit Deus peccatores, vt à peccato retrahat.

PROPTER HOC, &c.

QVas minatus fuit pœnas Deus per Hoseam, etiam ad literam sustinuit Israel; traditio, quandoquidem est veterum Rabbinorum, quos refert Rabbi. Dauid, quinquaginta duobus annis, adeò desolationi cessisse terram Israel, vt nemo transierit per eã, iuxta illud Hieremiæ. *Super montes assumam fletum, & lamentum, & super speciosa deserti planctum, quoniam incensa sunt, eo quod non sit vir pertransiens.* asserunt necnon septem annis permansisse in ea, sulphur, salisque siccitate exustam. magnum verè supplicium. En, quid operatur peccatum, inquit Rupertus Abbas, adducit supplicia, quæ inundantia, vel quæ peccati participia esse non possunt, punit. abire necesse est ab illis, qui suis peccatis, Dei irã in se prouocant, effusa enim circumstantes vastabit. *Sensus iste est*, ait Rupertus, *quia mala hac, qua prædixi inundauerunt, terra ipsa, qua non peccauit, aut pec-*

Hierem. 9. 10.

Rupert.

peccare potuit, vtpotè res inanimata vindictæ participationem ſuſtinebit, & lugebit. & clarius Guadalupus. *Docet hic locus, fugiendum eſſe iniquorum conſortium; audimus enim, terram, beſtias, & piſces puniri cum illis.* Scio grauitatem criminum, ob quæ etiam piſces morti adiudicantur, vndè Rabbi Iephet inducit peccata populi Iſraelitici grauiora fuiſſe illorum culpis, qui diluuio perierunt; etenim ibi, vel piſcibus condonatum eſt. grauitas pœnæ, grauitatis culpæ preço eſt. Sed noſco ſemper Deum miſericordem. Inſaniebat Paulus, furor, & ira, caliginis nubilo intellectũ obtenebrauerat, cum acceptis à Principe Sacerdotum literis, contra Chriſti fideles ſæuiebat, præceps in Damaſcum; nec ſolus viam inferni currere contentus, alios agitabat ad curſum, præcipitabat in gehennam. *Saulus adhuc ſpirans minarum, & cędis in diſcipulos Domini, acceſſit ad Principem Sacerdotum; vt ſi quos inueniſſet huius via viros, ac mulieres vinctos perduceret in Ieruſalem.* literas accepit, vt comites ad perſequutionem Chriſtianorũ haberet. Peccabat Saul, ſæuiebat in Chriſtum. Sed tunc, in ipſo itinere, in irarum medio, in perſequutionis caſtro, apparuit ei Chriſtus; & inquit ſacer Textus Actuum 9. *Subitò circumfulſit eum lux de cęlo.* Quid eſt, quod Luce Deus Paulum circundat? hauriam myſterium ex Diui Maximi doctrina: premit hic homil. 1. de Aduentu Domini; cur Chriſtus ad iudicium deſcendens veniet, vt fulgur? dicente Euangeliſta. *Sicut fulgur parit ab Oriente, vſque ad occidentem; ſic erit aduentus filij hominis?* Cur in nocte veniet, vt fur. *Sicut fur in nocte.* & inquit,

Guadal.

Conſortia malorũ fugienda.

Act. 9. 1.

D. Max.

Matt. 24. 27.

1. Theſſal. 5. 2.

P. Franc. de Francb. in Hoſ.

A Chriſtum venturum poſt Regnũ Antichriſti; regnans autem Antichriſtus, ità peccatorum tenebris obruet mundum, vt totum noctis, nil diei in ſe retenturus ſit. quia autem Chriſtus peccatorum tenebras (peccatum enim tenebræ dicitur) eliminare vult; haſq; non niſi lumen fugat; ideò veniet ſicut fulgentiſſimum fulgur, vndique fulgore, & ſplendoribus ſtipatus. *Mouet*, inquit, *fortaſſe*

B *vos fratres; cur Dominus aduentum ſuum indicans, noctis ſe tempore oſtenderit aduenturum; cum vtique eius aduentus magna cum claritate diei, magno cum nitore, & timore ſuſcipi deberet à cunctis Frequenter namque, audiuimus ſacris literis prędicatum, priuſquam Dominus Chriſtus adueniat, Antichriſtum regnaturum, qui ità tenebras humano generi ſuę prauitatis infundet, vt luce veritatis, nemo penè re-*

C *ſpiciat. Et caligine propria operiens mentes hominum, cęcitatem quandam ſpiritualibus oculis exibebit; nec mirum ſi diabolus immittat iniquitatis tenebras, cum ipſe nox ſit omnium peccatorum. ad huius igitur tetram caliginem depellendam, velut fulgur quodam Chriſtus aduenier.* vt peccatorum tenebras eliminet, effulget Deus. ex quibus cur fulgore cinxerit Paulum, innoteſcit: iræ caligine, peccatorum tene-

D bris obuoluebatur Pauli mens, peccatorum noctem fugare volebat Deus, & Paulo dare gratiam, properea ad hoc indicandum, vel à foris effulſit Deus. *Spirans*, inquit Gloſa, *admodum ignis, non ab alio incitatus, ipſe alios incitabat.* ſed tunc, inquit Diuus Bernardus ſermone 1. in Conuerſione Sancti Pauli. *O verè ineſtimabilis diuinę dignatio pietatis illuſtras cęleſti fulgore,*

Chriſtus, cur veniet ad iudiciũ vt fulgur.

Deus peccatorum mentes optat illuminare.

Gloſ.

D. Bern.

Dd 2 *vel*

vel à foris, adhuc luminis incapacem; quia nec dum infundi poterat anima, saltem circumfunditur claritate. Liberè poterat Deo resistere Paulus, assensus liberi arbitrij ad iustificationem exigebatur, nôdum datus erat. O. Quid Deus, veluti impatiens in beneficijs, vel à foris circundat. Erat tunc in peccatis Paulus, & Deus, vt lęta dies illi exoritur. In peccatis erant Israelitæ. quid est, quod retractis luminibus, penę nubilo, suppliciorum deuastat caligine? verum pœnas, vt beneficia suauia, Deus ad salutem ordinat peccatoris. Iacebat in lecto Paraliticus ille, cui dixit Deus, *Confide fili, dimittuntur peccata tua.* expendit Diuus Chrysolog. ser. 30. cur gratiā Paralytico exibuerit Christus, cur remissionem largitus fuerit peccatorū? & supponit, paralysis infirmitatem ad mētem vocasse oppressum; qua illustrata, agnouit, doluitque delictum: quia autem his presto est Christus gratia, ideò dimisit peccatum, & dixit. *Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua*, audiatur Chrysologus, *ille, scilicet, Paralyticus cognoscebat se, inter vulnera peccatorū, ille dolorum gemitibus peccata delebat. meritò igitur, Paralytico dicitur, dimittuntur tibi peccata tua, quia compēsarat delicta doloribus.* Ecce quid pariunt pœnæ peccatoribus illatæ, emendationem, dolorem de cōmissis; fructificant bonorum operum fructum oppressi doloribus. quod optimis declarat exemplis Diuus Ciprianus libello de laude Martyris, dicens. *Mors quippe integriorem facit vitam, mors magis deducit ad gloriam. Sic quotiescunque latentes stipulis, distenta imbribus frumēta turgescunt, secunda messes coguntur estate; sic quoque ferro vitis abscinditur, erumpentibus pampinis, melius vua vestitur; nam & in augmentum pro venturi temporis, quidquid iniuria sua proficit.* Mittunt flagella ad Deum; resipiscit homo vexatione. quia igitur, resipiscentiam aberrantis populi, concupiscit Deus; ideò vexat calamitatibus, vt vexati à Deo quærant auxilium, cuius bonitas nescit se non communicare. Figuerius. *Ex grauitate pęnę, grauitas pensanda est peccati; & ex ipsa pęna acerbitate, induci debent homines, vt fęditatem fugiant peccati. Vtile est enim, vel pęna metu à peccando abstinere.*

Matt. 9. 2

Chrysolog.

Chrysolog.

D. Cypr.

Figuer.

ANVLVS XII.

Peccatum luctum, & lacrymas parturit peccati.

PROPTER HOC, &c.

Dei decretum est, vt vapulet seruus Domino suo nō obsecundans. *Seruus autem ille, qui cognoscit voluntatem Domini sui, & non paruerit voluntati eius, vapulabit multis.* dicitur. Luc. 12. iuxta lectionem Diui Cipriani, epist. 4. ad Presbyteros, & Diaconos. Dei mandatorum transgressio, virgam habet vindicantem; erit reus sub Iudice, qui à Patre Deo aufugit pijssimo: mala, quæ patimur, delictorum nostrorum digna supplicia sunt. docuit isthæc D. Ciprianus loco citato, dicens. *Hæc patimur delicto, & merito nostro; sicut præmonuit diuina censura dicens. Si dereliquerint legem meam, & præcepta mea non obseruauerint, visitabo in virga facinora eorum, & in flagellis delicta eorum. Virgā igitur, & flagella sentimus, qui Deo, nec bonis factis placemus, nec pro peccatis, satisfacimus.* nescit carere animad-

Luc. 12.

D. Cipr.

inaduersione peccatum; vndè luctus oritur, & lacrymis destinantur oculi. Resurrexit Dominus, ac Discipuli in Galileam perrexerunt. (mirum est cum illis fuisse Thomam ad vndecimū complendum numerum) vndè vndecim illuc peruenerunt. *Vndecim autem Discipuli abierunt in Galileam, in montem vbi constituerat illis Iesus:* Matth. 28. nō vacat mysterio vndecim progressos in Galileam; enucleatque Ricciardus Brixianus in explicatione numeri vndenarij, supponitque in decem preceptorū termino, legē Dei seruari; vti primum extra hunc terminū ruit homo, peccat; quia, vt inquit Diuus Augustinus. *Vndecim transgressio legis est.* Galilea autem interpretatur transgressio, & quia transgresso numero decimo mandatorum Dei, in transgressione legis Dei versatur homo, idcò vndecim in Galileam progrediūtur. *Numerus vndecimus*, inquit Brixianus, *significat transgressores mandatorum Dei, quæ continentur in Decalogo. & hinc est, quod vndecim Discipuli, vt est Matth. 28. abierunt in Galileam; quæ interpretatur transgressio; vt significetur mysticè numerum vndenarium, esse numerum transgressionis.* inquiro; cur hunc numerum trāsgressioni deputauerit Deus? infinities peccat peccator, & vndenarius numerus innumera sua explicabit peccata? quid est hoc? Vado ad Dominum nostrum Iesum Christum, crucifigentes. Affixerunt Iesum cruci milites, & illicò tenebræ super vniuersam terram factæ sunt. *Ab hora sexta vsque ad horam nonam, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram.* Supra terram tenebræ fiunt, terram inquam, ex qua spinæ, claui, lignum, arundo, cæteraque Christi tormenta. supra terram aio, peccatorum symbolum, hos circundant, induuntque tenebræ, in luctus signū. vti enim primum, crucifigit Dominū peccato impius, dat ei cœlum tenebras, & luctum; amittit Spiritus sancti lætitiam, destinatur ad plāctum. *Peccatum enim*, inquit Albertus Magnus in Hoseam, *non nisi luctum affert.* & hinc comperio, cur vndecimum numerum, peccato assignauerit Christus. numerus vndenarius luctus, planctusque imago est, quod dixit citatus Brixianus: & vndecim sagis cilicinis, quæ habitus lugētium sunt, operiri voluit tabernaculū Deus, Exod. 26. & 36. igitur per vndecim transgressio legis significatur, & luctus; vt hinc intelligant peccatores, peccato, nonnisi luctum, lacrymasque deberi. Agnouit, & passa est isthæc Magdalena; quæ, vt accessit ad Christum, non prius genuflexit, quam lacrymis cæperit rigare pedes eius. *Stans retro*, inquit sacer Textus, *lacrymis cœpit rigare pedes eius.* Stat, & rigat pedes, qui nam lacrymarum fluuius erat iste? stat, & flens Christi lauat vestigia, & plorat, vbi musica deberet insonare. Proh, peccatum suum cogitabat Magdalena, quia autem peccati luctus, lacrymæque comites sunt, ideò, & stās, & in conuiuio lacrymatur. eruditè Caietanus cap. 7. in hoc Euangeliū. *Cœpit rigare; quia stans in tantum prorupit fletum, vt antequam se inclinaret, inciperet rigare lacrymis pedes eius. nouum, & inauditum genus oblationis pro peccati venia.* His lacrymis sese rigabat, cum in monumento, quærens Dominū, nō inuenit. aias Magdalena? quid ploras? cur non festina vias percurris, vt raptui Corporis Christi oc-

Matth. 28
Brixian.
Matth. 27 45.
Alb. Mag.
Peccator, vt peccat luctui consignatur.
Brixian.
Numerus vndecimus luctui assignatur.
Luc. 7. 38.
Caietan.

occurras? & habeas? proh, cogitabat Magdalena peccatum aliquando ab anima sua abstulisse Christum, & in hoc raptu, peccatum suum cogitabat; quia autem peccatum, non est sine luctu, & lacrymis, propterea plorat. quo tetendit Drogo de sacramento Dominicæ Passionis. *Corpus erat sublatum, sed qui rei aufert ploratū.* quasi dicat; vt cogitat peccator, sibi Christum à peccato sublatū, nemo ei auferet ploratum. indiuiduus etenim comes peccati, lacrymæ sunt. vndè Hieremias ad peccatricem Hierosolymam prophetans, aiebat. *Filia populi mei, accingere cilicio, & conspergere cinere; luctum vnigeniti fac tibi, plāctum amarum.* ad hæc spectans nostri Hoseæ prophetia, post enarratā peccata, sequitur, *Propter hoc lugebit terra,* vt scilicet, inquit Albertus Magnus, *in pœnis lugeant, qui in delitijs, in malis gaudijs vixerunt, peccatum enim, non nisi luctum affert.*

Drogo.

Hier. 6. 26

ANVLVS XIV.

Peccatum infirmitate, morte, & inferni incendio stipatum, irruit in peccatorem.

PROPTER HOC, &c.

POst peccatum infirmitas inducitur, lugente terra, vndè, ait prophetia. *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat in ea.* vt plurimum ex peccatorum arboribus amaros colligunt fructus infirmitatum peccatores. Ascendit, dum festus dies esset, Iesus Dominus noster Ierosolymam, ac iuxta piscinam inuenit infirmum. *Triginta octo annos habens in infirmitate sua.* Languebat, nec propè medicinam, poterat curationis beneficio potiri infirmus. expeto, quæ nam esse poterat longissimæ huius infirmitatis causa? quidnā, hominum subsidium, ne in piscinā, vbi primum mota erat aqua, auferebat? Diuus Augustinus in annorum numero, langoris inuestigat causam. Triginta, & octo annis erat in infirmitate. duorum numerum negabat infirmitas, quadradinta. à duobus longè erat languidus. & quid in duali numero, nisi charitas significatur erga Deum, & erga proximum? Charitate deficiēte, homo in peccato est, vt sciunt Theologi. quia autem charitas aberat ab homine isto, & charitate absente, inerat in anima sua peccatum, ideò absque remedio, infirmabatur. Hinc D. Augustin. tract. 17. in Ioannem. *Triginta, & octo annos habens in infirmitate. hic numerus, quomodo magis ad languorem pertineat, quam ad sanitatem, paulò diligentius, exponendum est. Volo exponere, quarè numerus ille, trigesimus, & octauus languoris sit potius, quam sanitatis. Vt dicebam: charitas implet legem, ad plenitudinem legis in omnibus operibus pertinet quadragenarius numerus. In charitate autem, duo præcepta nobis commendantur. Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & tota mente tua.* & probans in his duobus totum adimpleri, ait. Ob id, duos denarios datos stabulario ad sauciati curationem; & apud Samaritanos, biduo fuisse Iesum, & ait. *Meritò, & pro illo languido à latronibus sauciato, stabularius duos nūmos accepit, vndè sanaretur; meritò apud Samaritanos, biduum fecit Iesus. Binario ergo isto numero, cum aliquid boni significatur, maximè bipar-*

Ioan. 5. 5.

D. Aug.

D. Aug.

Numerus binarius charitatē signat.

***bipartita charitas commendatur*.** & indè infirmitatis languorem concludens,ſequitur. *Lex non impletur, niſi in gemino praecepto charitatis.quid miraris,quia languebat, qui ad quadraginta, duo minus habebat,* peccatum infirmitatis cauſa eſt, quod ex ipſiſmet Chriſti verbis clarè deducit Rupertus Abbas, dicens. *Hic homo, de quo praeſens lectio commemorauit, idcircò tot annos habuiſſe in infirmitate ſua credendus eſt;quia peccauerat;cum ei dicat Dominus;iam noli peccarè,nè deterius tibi aliquid contingat.* nec ſiſtit in infirmitate peccatum, ſed adducit ad mortem. Sub ſerpentis figura peccatum detulit diabolus,quid è ſerpente, niſi venenum? quid à veneno? ni infirmitas,& mors? vt ſciret homo, peccatum ſecum infirmitatē, & mortem adducere; idcircò in ſerpente,legis Dei tranſgreſſionem,permiſit ſuaderi Deus.O,quam optimè veritas hæc, vel ex ore prodijt mendacij. Mendax diabolus mulierem adhibuit, vt ſubuerteret Iob, ſuadebat blaſphemiam, ſed quibus verbis. ***Benedic Deo,& morere*.** ac ſi diceret poſt blaſphemiam poſt peccatum, mortis fies hæres. Hinc D.Ioannes Chryſoſtomus ſerm.3. in epiſt.ad Romanos. ***Improbitas mors anima*.** quapropter dicitur in Textu. ***Propter hoc*,** ideſt, ***propter peccatum, lugebit terra,ideſt homo, & infirmabitur,& internicione delebuntur omnes, qui habitant in eo*.** ait Chaldeus, ſed expendo adhuc, quid luctus terræ præſeferat? expoſitores enim in hoc luctu,ſiccitatem ab omnibus interpretantur, vndè cuncta morientur animalia, deficiente enim cibo, naturale eſt viuentibus interire, terra hæc myſticè hominē deſignat, quid eſt, quod

Rupert.

In ſerpentinis figura, quarè diabolus Euę apparuerit.

P.Franc.de Franch.in Hoſ.

A ſiccus, ariduſque fiet ex peccato homo? nec antiqua eſt tantum iſta ſimilitudo,ſed recens,ſed noſtralis; cum enim ſigna futuri Iudicij terrebunt homines,tunc, ait ſacer Textus, ariditate homines exhauſtum humorem ex timore manifeſtaturos. *Areſcentibus hominibus præ timore, & expectatione, quę ſuperuenient vniuerſo orbi.* Vt quid arent? qui pingui ceruice contra Deum eriguntur; & in-
B craſſati recalcitrant? Vado ad Chriſtum, ibat crucifigendus ad Caluariæ Montem, baiulabat ſibi crucem, totuſque ſanguine madefactus, & ęrūnis plenus, è mulierum oculis fontes hauſit lacrymarum. vetuit lacrymas, qui nil ſolaminis in illo conflictu deſiderabat (ſolamur enim patientibus,compatiendo) ac verſus ad eas,dixit. ***Filię Ieruſalem nolite flere ſuper me, ſed ſupermetipſas flete,***
C ***nam ſi in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?*** Commentatur hūc locū Thomas Beauxam. de paſſione,& ait. ***Impios intelligit nomine ligni putris, ſterilis, & infructuoſi, quod eam terram tantum occupet, eradicatur*.** quaſi dicat, vt in ignē mittatur,itaque peccatores, ideò dicuntur aridi,& ſicci, quia quod aridum,& ſiccum eſt igni in ſacra Scriptura deputatur. Et hinc intelligo, cur in temporibus propè
D Iudicium cū peccata inualeſcent, areſcentes deſcribantur peccatores. Quod aret,ignis pabulum fit. areſcentes igitur dicuntur, quia poſt mortem, peccatum igni affigit peccatores. ***Cur areſcentes vocat, quia materia igni diſpoſita ſunt iniqui*.** ait Hieronymus Guadalupus, videas igitur terram, homines,ſcilicet, lugentes, hoc eſt aridos in prophetia, & intelligas peccatores ad ignem æternum

poſt

Luc. 21. 26.

Chriſtus, nullum ſolamen patiens pro nobis exquirebat. *Luc. 23. 28.*

Beaux.

post mortem mittendos. *Quia materia igni disposita sunt iniqui.*

ANVLVS XV.

Volubilis est ambitiosus, cui inniti nemo potest.

PROPTER HOC, &c.

A Lbertus Magnus, vbi bestias audit in prophetia, inuestigat Tyrannos; vti enim, bestiæ vastant campos, sic tyranni virtutum flores, orbemque deuastant. Sciunt isthæc, qui tyrannos Prælatos experiũtur, ij enim, vt sibi Regna stabiliant, cunctis vitijs laxant habenas; & ità animos iniquorum, quorum infinitus est numerus, sibi conciliant, iustosque persequuntur, quamobrem inquit. *In bestia agri: bestiæ dicuntur, quasi vastiæ, & signant tyrannos.* In volucribus autem intuetur ambitiosos; ij namq; semper sublimia petunt, aere delectãtur. Sed paulò pedetẽtius obseruabo, cur ambitiosi volucribus comparẽtur? volucres enim, cęli, dicuntur; ambitiosorum autem propria domus, est tartarus, infernus sedes. Et inuestigabo ab omniscio Dauide. *Nolite*, inquit ille, *confidere in Principibus, in filijs hominum, in quibus non est salus.* eia, qui ad Principes curritis, in quibus ambitiosi significantur (vt habeo ex aliquibus interpretibus) retrocedite, fręna imponite cursui, nolite in eis confidere, etenim filij hominum sunt, & omnis homo mendax. inquiro, cur ambitiosi, filij hominum dicantur? & à primis hominum filijs, totum intelligam. Primus progenitus ex Adam, fuit Cain; huius mores promulgans Deus, dixit. *Vagus, & profusus eris super terram.* ambiuit præferri Abel Cain, ob quod occidit eum, & vbi ambitionis labe maculatus est, fuit vagus, & profugus. Vox hebræa nagh. instabilitatem sonat. ambitiosus igitur instabilis est: instabili autem nulla fides potest adhiberi: vt igitur infidelem, & cui nusquam inniti possumus, signaret ambitiosum, instabilẽ, promulgauit Deus Cainum ambitiosum. ex quo patet, cur filij hominum dicantur Principes ambitiosi. ij sunt hominum filij, qui mendaces, & instabiles sunt; ipsis autem nulla potest adhiberi fides, nec inniti possumus: Ambitiosis igitur, nec credendum est, nec innitendum. *Nemo*, inquit Diuus Ciprianus, *malis Principibus, & ambitioni subiacentibus innitatur. quia peribunt omnes cogitationes eorum.* Volubiles sunt ambitiosi. & hoc sibi vult volucrum similitudo. Volucris, volubilis est, non stat loco, fertur per aera, & si habes in manu, vt potest, aufugit. Sic volubilis est ambitiosus. vndè Albertus Magnus. *Volucres autem, quasi volubiles dictę, & significant ambitiosos.*

Mali Prælati virtutes vastant.

Ps. 145 3.

Gen. 4. 12.

Cain instabilis, quia ambitiosus.

D. Cipr.

ANVLVS XVI.

Maximum Dei beneficium est malos è mundo substollere.

PROPTER HOC, &c.

V Ita Deus est, non potest vita velle mortem, contrariæ sunt cogitationes mortis, & vitæ; & licet mortuus Dux vitæ fuerit, haud tamen, à vitæ cogitatione destitit. Propè erat Ioannes Euãgelista cruci, cum miles lancea latus Christi aperuit, vndè vidit ex sacro illo latere sanguinem di-

dimanasse,& aquam. *Et continuò exiuit sanguis,& aqua*. Speculor, cur aquam à suo pectore emiserit Christus?& vnum ex infinitis, quæ in aqua hac absconduntur mysterijs,puto eruisse ex Ioãnis Baptistæ prædicatione, qui vbi Iudæos crucifixuros Christũ, aspexit, dixit. *Genimina viperarum*.Viperas,serpentesque dixit, qui veneno linguæ, necem Christo intulerunt,cũ dixerunt.*Crucifige,crucifige*. de serpentibus autem,ait D.Thomas, quod vbi veneno hominem infecerint, sin aquarum non inueniunt fontes, vbi sese mergant,pereunt. quid Christus, sciebat serpentes illos, qui acuerunt linguas suas sicut serpentis,iuxta Dauidis prophetiam contra eum, quia autem istis,aqua subuenitur,nè moriantur, idcircò è latere suo aquarum fontes, produxit Christus. ac si diceret,ò Iudæi serpentes,ò peccatores nolo mortem vestram,en aqua, mergite vosmet,& viuite. quod si tam auidus peccatoris vitæ est Deus. quid est,quod bestijs, volucribus, & piscibus, diuersos peccatorũ ordines significantibus, mortem indicit, & ait? *Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur, hoc est morietur omnis, qui habitat in eo, in bestia agri, & in volucre cęli, &c.* accurro in gestorum Dei intelligentiam ad eius iustitiam. Inualuerat malitia, & iniquitas super terram, omnisq; caro corruperat viam suam,vndè societatem,vti dissimilis, Spiritui sancto negauit; aspexit Dei opprobria ex hominis peruersitate iustitia: quid tunc? aperuit cœli cataractas, pluuit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus super terram, ac totum sepeliuit in aquis.ità Gen.7.*& aquę praua-*

Vitam peccatores vult Deus.

Aqua, cur è latere effuderit Christus.

Gen.7.19. 21.

A *luerunt super terram, &c. consumptaq; est omnis caro, quæ mouebatur super terram*. contemplatur malorum mortem D.Chrysost. & in morte videt misericordiam efferentem triumphos. Quis ignorat peccatorẽ terram inficere, maculare aerem, stuprare aquas, mærore afficere cęlum,lætificare dęmones, dum se, aliosq; suo malo exemplo ascribit Satanæ? accedit Dei pietas,morte mulctat peccatorem; & en luctus inferni, gaudiũ cœli,& terræ. accinit his sanctus Doctor, dicens. *Posteri hinc*

B *duo maxima perceperunt bona: etenim pęna illorum, & metuentes, nè eadem, quæ illi paterentur, eruditi sunt,maximè,quod omne malitię fermentum sublatum,& nullus relictus fuit eis malitię, & iniquitatis Magister.*& item, ipsemet Sanctus Doctor. *Magna, & ineffabilis Dei misericordia, nõ ira Dei pęnam infert,*

C *sed malitiam morari vult, ne vltra progrediatur*. consuluit iustis Dei pietas, nè aliorum malitia allecti, peruersitas mutaret intellectum eorũ,vndè obstinatos vita priuat, separatq; à iustis, nè iusti à Deo vsquã separentur. Ex quibus,cur qui vult vitam,non mortem peccatoris,mortẽ eidem inferat,colligitur. obdurati hi erant, & diaboli aduocati,peculiũ maius Satanæ procurabant,nè igitur,& iu-

D sti interirent,occidit eos. adduco D.Hieronym. *Sin autem voluerimus feros homines bestias interpretari, & volucres cęli eos,qui eleuantur in superbiam,& omnia humana contemnant, & pisces maris, qui irrationabiles sunt, & ità bruti, vt nihil omninò sapiant,& aerem liberũ, cęlumq; non videant, hoc non tã irati,quàm clementis est Domini,vt quę mala sunt auferantur de terra*.

Malorum pœna plura bona parit.

D.Hieron.

ANVLVS XVII.

Peccator sterilis bonorum operum fructum Domino non reddit. & vti ingratus, acceptis bonis spoliatur.

PROPTER HOC, &c.

NOn est, cur sistat in lætitia peccator, à quo Spiritus sanctus, cuius fructus pax est, & gaudium, recessit. traditur à Deo ingratus luctibus, & lamentis; prædixit iam Ezech. cap. 16. dicens. *Et accidit post omnem malitiam tuam, væ, væ tibi, ait Dominus Deus.* vbi Beatus Teodoretus inquit, *Fructum enim ingratæ tuæ mentis, lamentationem percipio, & luctum.* quapropter, non miror, si luctus indicatur impio post peccatum, & aiat Propheta. *Propter hoc lugebit terra*, idest peccator. hoc excogito, cur in luctu hoc, sterilitatem terræ intueantur sacri Doctores, nunquid non bona terræ dantur peccatoribus? nunquid oues eorum non sunt fœtosæ, abundantes in egressibus suis, & boues eorum crassæ? non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum? quid est, quod terræ luctus, hoc est, sterilitas, prædicitur? explicabit Propheta Prophetam. Isaias cap. 57. de impijs loquens, ait. *Impij autem, quasi mare feruens.* alij legunt, *Cor impij, mare feruens.* quid est, quod mare dicitur impij cor? An fortè, quia nil in peccatoris corde Deo dignum oritur? non repugno, etenim hoc erat antiquitus Adagium. *In mari nil nascitur Ioue dignum.* Sed aliud adhuc intueor mysterium; Maris aqua vicinam terram sterilizat, reddit fructibus ingratam: quid homo peccator, nisi

Ezech. 16

Teodoret.

Planctus malitiæ, & ingratitudinis fructus.

Isa. c. 57.

Adagium.

In mari nil Ioue dignum.

A terra? huius cor est mare sterilizans, quia nullum fructum dignum labijs Dei ad gustandum producit peccator. & hinc est, quod post peccatum sterilis describitur peccatoris terra, & ait Hoseas. *Propter hoc lugebit, hoc est sterilis erit terra.* qua de re inquit Franciscus Ribera. *Horum terra luget, quia semper sterilis est ad bona opera germinanda, & si quid in ea oritur, protinus à dæmone depascitur.* Sed peto insuper, cur omnibus orbetur peccator, scilicet bestijs terræ, & cœli volucribus, piscibusque maris? & vbi est illud. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Si omnia dedit Deus homini. quid est, quod omnibus priuat? nunquid cum pœnitentia sunt dona Dei? O ingratitudo, quam detestabilis es, verè malorum præsul, arx iniquitatis. alloquutus est Dominus Ezechielem Prophetam, dixitque ei. *Dices ad populum terræ, hæc dicit Dominus Deus ad eos, qui habitant in Ierusalem, in terra Israel. Panem suum in sollicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent, vt desoletur terra à multitudine sua, propter iniquitates omnium, qui habitant in ea, & ciuitates, quæ nunc habitantur, desolatæ erunt, terraque deserta.* Magna punitio, grauissimæ culpæ indicium est. quid est, quod illum quē Deus in terrā, lacte, & melle fluentē induxit, propter quē, impedientē flagellauit totum Ægyptū, occiditq; Pharaonē, cū exercitu suo; vastat, punitq; terræ siccitate, spinisq; deserti? proh, ingratus apparuit Deo, ijsq; offendit, ob quæ maioris cultus debitor erat: quia autem acceptis bonis priuandus est ingratus, ideò habitis spoliatur ingratus populus Israeliticus. assētitur Bea-

B

C

D

Ribera.

Ezech. 12. 18.

Beatus Teodoretus in hunc locum, dicens. *Cum enim fruentes ijs bonis, quæ à me accepistis, & fructibus terræ delicatè vescentes, ignoraueritis, & ergà eum, qui benè de vobis meritus est ingrati fueritis; ipsa priuatione bonorum, & vrbium sollitudine, meam dominationem intelligitis*. Ex quibus, cur orbatione bonorum puniantur hi peccatores, facilè est aspicere: acceptis à Deo, contra Deum pugnabant: maximæ ingratitudinis genus. nudantur propterea omnibus, & in sterilitatem redacta terra mors depascit cuncta. accinit Ribera. *Omnia, quæ illis in adminiculum data erant, deerunt, sæpè enim fit, vt ea Deus ingratis adimat, quæ dederat, vt essent instrumenta, & adiumenta virtutis, vt consilia, doctrinam, exempla, valetudinem, robur*. priuaberis acceptis ingratè, qui vel bonis, vel valetudine, vel scientia, vel pulchritudine, contra Deum armaris. nè glorieris, si tecum conuiuere Dei iustitia videtur, lento enim gradu diuina procedit ira, sed quo altius effert brachium, eo grauior erit ictus.

SECTIO III.

Lacrymæ nostrorum peccatorum maculas tergunt, & diluunt crimina.

PROPTER HOC, &c.

DEscendit Verbum, Dei filius in terras, propter nos homines, & propter nostram salutem, cumque gaudium vniuerso orbi, nunciant Angeli, cum concinentes, terram veriam in cœlum indicant; tunc vagit Christus in

A præsepio; seruisque festum diem agentibus, lacrymis vacat Dominus. contemplatur lacrymantibus oculis D. Ambrosius Saluatoris lacrymas, ac salutis præcones eas dixit; maculatum etenim peccatis peccatorem, lacrymis lauabat Christus. *Me*, inquit lib. 2. in Luc. c. 2. *illius infantiæ vagientis abluunt fletus, mea lacrymæ illæ delicta lauerunt*. Salus lacrymis emitur, suffocant delicta lacrymæ, B mergunt peccata, abluunt sordes animæ. quapropter, post tot patrata facinora, post tot enarrata delicta, maledicti, mendacij, homicidij, furti, adulterij, planctus inducitur: Deus enim qui non vult hominem peccatorem, sed desiderat iustum, lacrymas intimat, quibus eius trahatur misericordia, deleatque peccatum, lacrymis enim peccatum deletur, & culpa. Excogitaui sæ- C pesæpius, cur lacrymis dati sunt hominum oculi? ij quandoquidem, Sol in paruo mundo sunt: Sol autem à pluuiæ nubilo indecorus est, & obscurus. addo his, nos vt Dei societati iungamur in Dei imaginem transformandos. *Nā quos præsciuit, & prædestinauit, conformes fieri imaginis filij sui, &c.* inquit Apost. Rom. cap. 8. Christi autem intuens oculos Euangelista Ioannes, aspexit flammantes, D vt ignem. *Oculi eius flamma ignis*. nec immeritò, semper enim sursum ad Dominū, semper contemplatione in cœlo debent esse oculi, & flamma sursum tendit semper, deorsum nusquam. accinit his Abbas Ioachim Apocal. cap. 1. dicens. *Sunt ergò oculi Christi velut flamma ignis, quia hi, qui donante ipso, gratiam contemplāti accipiunt, lumine sapientiæ perfusi, & igne charitatis, accensi sunt.*

Rom. c. 8. 29.

Abbas Ioachim.

Contemplatione, semper in cælo esse debemus.

quod si flammantes debent esse oculi, vt assiduò Deum intueantur, vt aiebat Dauid. *Oculi mei semper ad Dominum*. Quid est, quod lacrymarum aquam, flammarum mortem, oculis assignauit Deus, & natura? accurro ad nostros primò creatos parentes. posuit Deus hominem in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. & mirum est: etenim, ibi custodia adhibenda est, vbi fures crassantur, & latrones, quod si aberint, frustra custodia adhibetur, nullum autem pręter Adam, & Euam, alium creatum hominem certa fides sustinet: quem ergo latronem pertimescere poterat Deus? quis paradisum homini poterat eripere? verè non alius, quam ipse homo sibimet, solus se priuare poterat paradiso, apud se erant latrones. & qui nam? Vnum Deus seruauit pomum sibi, quod si custodisset homo, totum sibi seruabat, at vti vidit, concupiuit, & rapuit. *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu eius, & comedit*. Vidit oculis, armauit cæteros sensus, vt fidos, gustum, & tactum; rapuit lignum, & paradiso nos expoliauit. annuit his D. Gregorius, dicens. *Nè in lubrica cogitatione versemur, non debemus intueri, quod non licet concupisci, vt enim munda mens in cogitatione seruetur, à lasciuia voluptatis sua seruandi sunt, & reprimēdi oculi, quasi quidam raptores ad culpam: non Eua lignum tetigeret, nisi prius incautè respexisset.* En oculi raptores, qui rapientes fructum vetitum, rapuerunt ad culpam. ex hoc intuitu omne processit malum, intuitus hic vniuersam infecit humanam naturam. Oculus

Psal. 24. 15.

Paradisũ custodire debebat homo à se fure.

Gen. 3. 6.

Apud Glo.

A igitur, totius maculæ videtur tenere reatum. cupiebat Deus maculam delere, & quia totam ab oculis aspexit, lacrymas dedit oculis, vt aqua hac omnem deleri culpam demonstraret. Hinc D. Laurentius Nouariensis hom. de pęnitentia. *Peccatum corpus infestat, nunc aquam habet contrariam: vbi? nonnè in oculis, & merito de corpore, de oculis stillat aqua; quę totius corporis contractus dissoluit, & abluit*
B *fęditatem*, & item, *flagitium, quod intra corpus committitur, suum habet fontem ex oculis profluentem: recepta est meretrix, quo prasidio? nonnè per lacrymas?* lacrymis oculorum, peccata purgantur. peccant peccatores, dumque peccatis satiantur, ait diuina Scriptura. *Bibunt sicut aquam iniquitatem*. pota iniquitas, aqua est, vt auferatur iniquitas, aquam profluere oportet: ex oculis igitur, cum la-
C crymæ profluunt, euacuātur peccata. hinc Gregorius Pisidē de mundi opificio. *O quam, quamq; ampla est tuorum operum Deus notitia inexplicabilis sermonibus, quę cum notatis prędicat nubem sacram: & nunc datum, vt caliginosis cordibus, hęc luminum vis, pręferat clarā facem. sed enim per oculos, cum notas turpes trahat, rursus per ipsos, lacrymas fundit pias: egressione, vt eluat, quę ingressa sunt.* delent culpam la-
D crymæ, ipsæque totam Dei misericordiam sibi vendicant. Loquebatur Deus in parabolis, vt tenacius eius doctrina auditorū mentibus insigeretur, attulit ex alijs vnam, quæ talis est. *Simile*, dixit, *est Regnum Cęlorum, homini negotiatori quęrenti bonas margaritas, inuenta autem vna pretiosa, dedit omnia sua, & comparauit eam*. Variāt Doctores apud Diuum Thomam in cat. in huius parabolę explica-

D. Laur. Nouar.

Oculis, quare dentur lacrymæ.

Iob. 15. 16

Greg. Pis.

Matt. 13. 45.

Cirill. in cat.

D. Thom.

plicatione. Cirillus negotiatorē affirmat Cōcionatorem, sanctam exquirētem prædicationem. Vigilat negotiator, attendit, nullam admittit segnitiem, vt quęsita inueniat, habeat, quod exoptet. sit talis concionator, & inueniet margaritam sanctam prædicationem, scilicet, qua tum ipse, tum alij, ditescent. *Euangelica, inquit, prædicatio, non solum lucrum multiplex præbet, vt thesaurus, sed pretiosa est, vt margarita; vndè post parabolam de thesauro, ponit parabolam de margarita, dicens; iterum, simile est Regnum Cælorum, &c. In prædicatione enim duo oportet adesse, scilicet, ab huius vita negotijs separari, & vigilantem esse, quod negotiatio designat.* D. Gregorius apud eundem D. Thomam, perpendens gloriæ cœlestis pretiositatem, illam dicit esse margaritam; pro qua quidquid est: erogādum est, dandæ sunt mundanę diuitiæ, vel corpus, vel anima, vt ijs fruamur, in quibus Deus census est, & Diuinitas præmium. *Vel, per margaritam pretiosam, intelligitur cęlestis vita dulcedo; quam inuentam, omnia vendens, emit. quia, qui cęlestis vitæ dulcedinem, in quantum possibilitas admittit perfectè cognouerit, ea, quæ in terris amauerat, libenter cuncta dereliquit.* capio hinc; cur Beatissimus meus Patriarcha Franciscus nudus viam Dei percurrere incœperit; dedit enim patri, vel subuculam. O, attenderat diuinæ gloriæ pretiositatem, sciebat margaritam infiniti valoris, pro hac cuncta danda sunt, dedit propterea omnia; & sic margaritam obtinuit. qua de re post data omnia. dixit, nunc dicere queo. *Pater noster, qui es in cęlis.* si Pater, Deus, ergo tu cœlestis margaritæ hæres es, dedisti omnia, & ob-

Concionator mercator.

Margarita symbolum concionis sacra.

D. Greg.

Beatitudo margarita

A

B

C

D

tinuisti ò Beatissime mi Pater Francisce, aliasque huius loci apud sacros Doctores reperio expositiones. Paulus de Palatio, sursum euolans, margaritarum negotiatorem dixit Iesum Christum, vnam cum inuenit, omnia sua dat, vt eam acquirat. Inquiro, quæ nam sint à Christo negotijs applicanda, dum in hoc mundo sumus? & quidem, non alia inuenio præcipua, nisi gratiam, & misericordiam. hæc Dei patrimoniū sunt; vndè sancta Ecclesia. *Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere.* proprietas, siue Dei possessio, & facultas, qua nobiscum negotiatur, est misericordia. Mox, quæ nam in hominibus sint margaritæ, scrutor. Multorum, & ferè omnium placitum est, per margaritas, nil præter lacrymas significari, qua de re Pierius lib. e 8. *Sunt qui gemmas omnes in ornatu Veneri deberi putant, quod scilicet eam maximè comptam esse deceat, & delitijs omnibus affluentem. Gemma autem aliquot, sua quędam habent significata; veluti vniones, quas lacrymarum symbolum esse, plerique prodidere sumptum, scilicet, coniectoribus, qui lacrymarum profluuium per visus in somnis margaritas ostendi tradunt.* Margaritæ lacrymę sunt, quod si Deus margaritarum negotiator est, quod si vna inuenta, dat omnia sua; equidem concludendum est, quod vbi, vel vnam lacrymam in corde nostro videt Deus, vt eam habeat pro amore suo effusam, sua dat: sua hæc, quæ nunc negotiatur, sūt gratia, & misericordia; dicas proindè, Deum pro nostris lacrymis gratiam soluere, & misericordiam, ac vbi lacrymę sunt, ibi Dei misericordiam indubiè aduertere liceat. accinit D. Ambro-

Pierius.

Lacryma per margaritas significātur.

Pro lacrymis Deus gratiam dat, & misericordiā.

D. Amb.

brosius serm. fer. 3. hebd. Sanctæ. A *Lacrymæ veniam non postulant, & merentur, causam non dicunt, & misericordiam consequuntur*. aspiciamus margaritarũ negotiatorem Iesum. Sedebat potius negotijs his, quam prandio in ædibus Simonis Pharisci, accessit Magdalena, attulit margaritas, vertit in publicum, & illicò patrimonium suum, pietatem, & gratiam dedit pro his margaritis Deus, dixitque. *Dimittuntur ei peccata multa*. B firmat D. Chrysostomus in cat. D. Thomæ. *Per lacrymas, & confessionem, denuò mundamur, propter quod dico tibi, remittuntur ei peccata multa*. En, pretium lacrymarum, ex charitatis igne excussarum, diuina misericordia. En pœnitentiæ speculum astat Magdalena, non recedam; eaque, quæ de plãctu lacrymisque his meditatur Chrysologus, meditabor: *Rigat*, inquit Chrysologus, *terra cęlum*, C naturæ iura mutantur, quæque erat arida terra vertitur in stagnum, ità vt, hoc stagno, vel nubes indigeant. *Rigat terra cęlum*, terræ habet humores cęlum, vt terram riget, & Magdalena à cœlo traxit humores, quibus cęlum rigat. Scrutor tamen, quod nam cœlum hoc est, quod Magdalenę terra rigat. pœnitentis lacrymæ pedes Christi tetigerunt, non cęlum; quid est, quod cœlum rigãt? D Dicam, quod sentio. Venit Verbũ Dei filius Patris ad nos, quia autem secundus homo de cœlo cœlestis, & cœlicis, non nisi cęlica decet calcare, ideò veniens ad nos Deus inclinauit cęlos, vt cęlestis hominis vestigia cœlos calcarent, cęlosque possiderent, vndè dixit Dauid. *Inclinauit cęlos, & descendit*. sed quando præcipue cęlos inclinauit? dicit idem Psalmista. *Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones sunt ab eo*. & statim subiungit, *& inclinauit cęlos, & descendit*. Quid fumus hic? quę ira, qui carbones, vndè cœlum videtur inclinatum? Proh, cogitat peccator Deum iram in iudicio non compescentem, attendit vndique ignem, & ex hoc igne obscuritatem fumi, non abit à fumo, & quia fumus lacrymas mouet, ideò lacrymatur, & peccatorũ humorem abijciens, inceditur amore Dei. ità Cassiodorus in hunc locum. *Fumus hic in bono positus est, quia sicut ille terrenus inutiles lacrymas mouet; ità & ille, pęnitentia calore succensus, fructuosè profundit fluenta lacrymarum in irę eius tempore, quo hic peccatores futuri iudicij timore conturbat, vt eos ad remedium conuersionis adducat. Ignis est charitas Dei, virtutum progressionibus crescens, iram suam demonstrat Deus, caligat fumus, lacrymatur, & inceditur peccator*. videt Deus lacrymas, & en, inclinat cœlos, & descendit. *Inclinauit cęlos, & descendit*. quia autem, dum lacrymatur peccator, inclinat cęlum, ponitq; sub pedibus suis Deus; ideò Magdalena lacrymans, rigansq; Iesu pedes, cœlum rigat, & inquit D. Chrysologus. *Rigat terra cęlũ*. verum, nec vacua est mysterio rigatio isthæc lacrymarum; plantæ rigantur, & horti, vt dent, parturiantque fructus suos: dumque rigatur cœlum Magdalenæ pœnitentis lacrymis, cum cępit rigare lacrymis pedes Christi, cęlicus fructus expectandus est. & quis nam erit fructus cęli? non alius, nisi misericordia; hoc semine pleni sunt campi illi, ità Dauid. *Domine in cęlo misericordia tua*. quod si rigati campi ex aquarum

Chrysolog.

Lacrymæ cœlum rigant.

Lacrymæ Magdalenæ à cœlo fuerunt.

Ps. 17. 10.

Cassiodor.

Peccator quare lacrymetur.

D. Chrysolog.

Ps. 35. 6.

Plorantibus cœlum producit misericordiæ fructū.

rum humore fructus parturiunt, lacrymæque cęli rigant hortos, cœlum rigantibus dabit fructum suum, hic misericordia est, ac peccatorum venia: per lacrymas ergo, Dei gaudemus misericordia, ac fructus veniæ peccatorum obtinemus. *Lacrymę*, inquit Diuus Ambrosius, *misericordiam consequuntur*.

D. Ambr.

Non fallitur, qui margaritis his, ad pretium currit misericordiæ; is vacuus dimittitur, qui earundem vacuus est. Attēdo duos peccatores, ambo Apostolos, Petrum, & Iudam, prodidit hic Iesum, ille negauit. vtrique propheticus Christi sermo prædixit facinus; peccauit Iudas, sed en, aduertit iniquitatem, & doluit facinus, pœnituit, clamauit, peccaui, quæ tres syllabæ Sanctam Trinitatem trahere solent ad veniam; reddidit argenteos, nec misericordiam obtinuit, sed cucurrit ad laqueum, infernumque potius elegit ad cruciatum, quam peccati morsus. peccauit Petrus, nec dixit, peccaui, & hic Dei obtinuit pietatem: ille iustitiæ gladium expertus est. quid est hoc? Non loquitur equidem Petrus, sed lacrymatur; sicci sunt à lacrymis oculi, & cor Iudæ, non rigauit cœlorum hortos, vndè, & pietatis caruit fructu. profudit lacrymas Petrus, & pietatis dulcia gustauit, lacrymis quandoquidem datur misericordia. itā D. Ambrosius. *Vndè te euocem Petre, vt doceas me, quid flens cogitaueris, vndè, inquam, te euocem, de cęlo, vbi iam choro insertus es Angelorum, an etiam de tumulo? quia non putas iniuriam, ibi esse, vbi Dominus resurrexit.* quid ait D. Ambrosius? *Vndè te euocem de cęlo, vbi choro insertus es Angelorum*. ad cęlum lacry-

D. Ambr.

A mæ deduxerunt D. Petrū, nec enim in huius mundi profundo esse poterat, qui plorabat. Diù cogitaui, cur lacrymas salsas gustamus, in lacrymis salis condimentū est, & à dulci abest, quod quidem absonum esse videtur: ea enim, quæ ad sitim extinguēdam aptantur, salis expertia esse debent. lacrymas nostras sitit Christus, est enim Ceruus, vt inquit D. Ambros. in Psal. 41. & fontes

D. Ambr.

B desiderat aquarum, post necata serpentium crimina. *Cerui similitudinem suscipit etiam Christus, quia veniens in terram, serpentem illum diabolum, sine vlla sui offensione protriuit* & clamat. *Sitio. hoc est lacrymas vestras*, exponunt complures sacri Doctores. & in huius figuram ad Iordanem accessit, vbi in Ioannis baptismo pœnitentiæ, ipse post pœnitentiam necabat venena serpentis. annuit

C idem D. Ambrosius, dicens. *Vide Ceruum Dominum Iesum, quando venit ad Ioannem, & dicente sibi Ioanne, ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me; respondit, sine modo: & hoc dicto, in aquam, salutem sitiens publicam descendit*. Sitiebat lacrymas nostras, in quibus salus continetur. quapropter Diuus Vincentius Ferrerius serm. in parasc. Vbi contemplatur Christū, dicentem. *Sitio*. in cruce, contem-

D platur sanctā matrem potum lacrymarum sitienti filio offerentem, ac dicentem. *O fili habeo aquas lacrymarum*. quod si Christi siti, lacrymæ aptantur. quid est, quod sale amarescunt? An fortè, quia nusquam vult illis satiari Christus, etenim ex salsorū haustu, semper plus sitimus? non dissentio. sed alio pergo. premit Oleaster, num sacrificia, quæ in veteri lege Deus instituit pecca-

Christus lacrymis nostris nusquam vult satiari.

Oleaster.

ta expiarent, & affirmatiuè respondens, ait, Exod. cap. 29. q. 8. *In omnibus sacrificijs fit aliqua expiatio.* placabatur Deus sacrificijs; qua de re illa in veteri lege instituit, vt peccata expiaret. hoc autem præceptum erat, vt in vnoquoque sacrificio offerretur sal.
Leu. 2. 13. *In omni oblatione offeres sal.* Vt igitur intelligeremus, lacrymas esse sacrificium pro peccatis, sale condire voluit eas Deus; quod si in omni sacrificio, expiationem licet intueri peccatorum, oblatis lacrymis veniam dari licebit cōcludere. fauet Ægidius Nouiom.
Aegidius Nouiom. Episcopus in Cœna Domini homil. 9. dicens. *Duo sunt namque genera compunctionis, quibus semetipsos Domino in ara cordis immolant fideles, nimirum si Dominum sitiens anima, prius timore compũgitur, vel posteà amore, prius se se in lacrymis afficit. quia dum peccatorum suorum recordatur, pro his perpetũ supplicia æterna pertimescit: at dum longa mortis ansietate, fuerit formido consumpta, quędam iam de pręsumptio-*
Lacrymæ sunt sacrificium. *ne venię securitas nascitur, & in amorem cęlestium gaudiorum animus inflammatur, & qui prius flebat, ne duceretur ad supplicium, postmodum flere amarissimè incipit, quia differtur à Regno; vtramque autem nostrę compunctionis hostiam gratanter accipere dignatur Christus, & pro peccato lugentibus, atque afflictis clementer errata dimittit, &c.* En, vti lacrymæ hostia, sacri-
Lacrymę, cur salsæ. ficiumque Deo sunt accepta: en, vti peccata expiant, vndè sunt sale conditæ. at non sisto, & suppono ex communi Sanctorum Patrum sensu, paradisum dici portum, quo anima nostra tendit: quo supposito, aquas salsas illas præcipue attendo, quæ in mari sunt. Cumque lacrymæ sint salsæ, mare eas dicere non dubito, tum etiam, quia mari contritio assimilatur. *Magna est velut mare contritio tua.* hoc proprium maris est, Hierem. Thren. 2. 13. corpora mortua ad littus expellere, eijcere in portum: ò moritur peccator cum peccat; manifestauit hoc Adam, cum in medio ligni paradisi abscondit se. ij etenim in ligneo absconduntur sepulchro, qui iam mortui sunt. Absconderunt se se propterea Adam, & Eua in ligno, vt indicarent se mortuos. Cum igitur, mare lacrymæ sint, quod indicat earum salsedo, & mare corpora mortua ad portum ducat, mortuusque sit peccator: equidem per lacrymas ducitur peccator in portum paradisi, vbi Spiritus sancti afflatu, viuet gratia, & demum gloria. Hinc est, quod vti D. Ambrosius Petrum in mari vidit suarum lacrymarum, conspexit in portu paradisi, & ait. *Vndè te euocem Petre, vt doceas me, quod flens cogitaueris? è cęlo.* at, en, diù lacrymarũ mare me vagũ deduxerũt. reddeo, vndè abij, & Diui Ambrosij antecedentibus ligo dicta. D. Ambr. sequitur Sanctus Doctor. *Doce nos, quid tibi profuerũt lacrymę tuę? sed docuisti illicò, nam qui lapsus es, antequam fleres, postquam fleuisti erectus es, vt alios erigeres: habebat autem lacrymas Petrus, pio quos fundebat affectu, non habebat lacrymas proditor, quibus culpam ablueret.* Damnatur non lacrymans Iudas, saluatur lacrymans Petrus, quia lacrymæ culpam delent, lauant delictum.

Vbi lacrymas Deo offert peccator, illicò ingenti repletur gratia. Non dabat corpori suo quietem Christus, vbi de peccatorum salute agebatur; sustinuit propterea Solis æstum, vt Samaritanam illu-

illuminaret ad fidē, cōuerteret ad se Deū viuū, & verū. & *Fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.* fatigationē suscepit Christus, vt nobis quietis sterneret lectū. ità Dionis. Cartus. in hunc locum. *Vt sua fatigatione, nobis requiē mereretur æternā, gratiam quoq; copiosā in hoc seculo.* dedit iā Samaritanę gratiā suā, cōuertit ad fidē, vndè aiūt sacri Doctores. *Sāctificata recessit.* sed dū abit, dū Samariā Apostola, nō amplius meretrix, reuertitur, reliquit hydriā. ità Euāgelista Ioānes. *Reliquit ergo mulier hydriā suā, & abijt in ciuitatē.* scrutor, cur hydriā reliquerit, quā aqua iam plenā, nō dissonū est asserere, non .n. Christus bibere postulasset, nisi prius aquā hausisset. Scio Diuū Chrysost. in hydria hac relicta, veri serui Dei opera indagare; cūctorū .n. tēporaliū facilè obliuisci debet, qui Dei negotia assequitur, & gratiā adeptus est. *Multo*, inquit D. Chrysost. *nobis feruore opus est, multo studio, quibus excitemur, alioquin impossibile est, vt premissa nobis bona consequamur; quod significās Christus, nūc quidem ait, qui nō accipit crucē suā, & sequitur me, non est me dignus: nunc verò ignē veni mittere in terram, & quid volo, nisi vt accēdatur? quibus verbis flagrantē, & incensū discipulū, & ad omne periculū promtissimū, nobis proponit.* assignat crucem, & mittit ignē, vt cruce diuinū fulciat ignē Christi discipulus, ac secū sēper asportet cū cruce ignē, quo omne periculū subeat, & superet. loquitur Chrysost. *Talis .n. fuit hac mulier, adeò .n. audito Iesu incensa est, vt relicta hydria, & aqua, cuius gratia eo cōcesserat in ciuitatē properaret, & ad Christū vniuersū populū traheret.* huc tēdunt Deo pleni, vt oēs fluāt ad Christū, & nil mundi

Io. 4. 6.

Dionis. Cartus.

D. Chrys.

A sibi retinēt, quo in Christi feruore possint impediri. vndè aquā reliquit, nè ignē cęlestē, tēporalium aqua extingueret. frugifera quidē expositio. sed aliud in hydria hac relicta introspicio mysteriū. ꝙ ex ijs, q̄ gessit Iacob Mesapotamiā pergēs, venari conabor. abibat à parentibus, vt irę cederet fratris Esau Iacob, & vt vitaret peccatū, vitabat licitā, paternāq; domū; recessit, dū iter faceret, Sol, B induxitq; noctē, quietis nūtiam, dormiuit in itinere Iacob: sed pia Mater Deus, vigilās ad custodiā Iacob, scalæ innitebatur, quæ à terra cęlū tāgebat. dulce somnū, cui vigilāt Angeli, assistit Deus, & cęli ianua aperta, procurant cęlites, nè expergiscatur Iacob, donec ipse velit. Euigilauit tādē de sōno Iacob, obstupuit visa, & dixit. Verè nō est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cęli, & illicò ait C sacra Scriptura. *Erexit lapidem in titulū.* vel vt aliqui legūt, *in signū.* inquiro, cur hūc extulerit lapidē Iacob in signum, cuiusnā signum erat? D. Chrysost. lapidē attēdēs hūc, quodāmodo diuinę illius visionis causā autumat, hūc .n. supposuit capiti suo cū dormire vellet Iacob, ipse corpori suo laboris duritiem præparauit, & Deus cœlum. *Vide*, ait Diuus Chrysost. *pueri robur, lapide pro puluinari* D *vsus est, super pauimētum dormiuit, igitur, quia bene moratā animā habebat, & masculum spiritum, & ab omni vanitate liberū, admirabilem visionē illā meruit; hoc .n. more agit Dominus, quādo videt pręsentia non magnifacientē, plurimum sibi illius curam declarat. vide igitur iustum illum super solo cubantem, & visiones videntem, imò visione Domini dignum haberi.* Genes. homil. 54. en, lapis suppositus, visionis quo-

Gen. 18.

Chrysost.

dammodo causa. lapide pro puluinari vsus est,& Dei visione donatus, quia autem poterat quis inquirere, vndè tanta obtinuit beneficia Iacob: vt opere responderet. *Erexit lapidem in signum*, quasi diceret, lapidis asperitas, quam elegi, hoc operata est: quibus suppositis, cur hydriam reliquerit Samaritana percipere possumus, obstupescere poterant Apostoli, cur mulier isthæc, illicò sanctificata fuerit, perceperit fidem, in Apostolam fuerit translata, quod affirmat Teophilatus, dicens. *Fit Apostola ordinata à fide.* quid ipsa? hydriam aqua plenam reliquit in suæ sanctificationis signum, & quid per hydriam aqua plenam, nisi lacrymarum plenum cor peccatoris intelligere possumus? dixit iam Rupertus Episc. Aquinates. *Hydria plena aqua, lacrymis plenũ cor, designat.* vt in hoc signo suæ sanctificationis, & gratię à Deo accepte aliqualem causam, intueamur: & benè aqua hęc peccatricis animæ lacrymas designat. sexta hora erat, cum fatigatus ex itinere sedebat ad Samaritanæ conuersionem Deus. Sexta hora erat, cum in cruce sedit ad redemptionem peccatorum; sitiuit ibi lacrymas pęnitentium. hic offert Samaritana, cum publicè suum peccatum fatetur toti populo Samariæ, harum symbolum est hydria aqua plena sedenti Christo, & fatigato, relicta. quod si hæ signum gratiæ peccatricis sunt; equidem cōcludendum est per lacrymas nos Dei gratiã adipisci, & peccatorum remissionē. vndè Basilius Seleuc. orat. 17. circa finem. *Peccatum lacrymis curatur, peccatum lamentis expurgatur, anima illuuies oculorum fontibus extergitur.* & Diuus Ambrosius, *Lacrymę misericordiam merentur.* Dimittet peccata Deus, vti primum pœnitentiæ lacrymas conspexerit. Ordinauit ad se, complura sacrificia Hebræis Deus, & aliqua pro peccatis, specialius erat Turturum, & Columbarum holocaustum, ità Leuit. c. 12. *Cumque expleti fuerint dies purificationis suę, pro filio, siue pro filia deferet agnum anniculum in holocaustum, & pullum columbę, siue turturem pro peccato.* non desunt, qui hic impingunt, & aiunt, si auium sacrificio delectabatur Deus: quid est, quod Turturem, aut Columbam, potius sibi iubet offerri, quam Aquilam volucrũ Reginam, aut dulcisonam Philomenam, aut accipitrem, cuius præcipuus cibus, est cor? sed amat Turturem, concupiscit Columbam? in cuius dubitationis solutionē, ad viduam Euangelicam pergo, cuius hieroglyphicum esse solet Turtur, hæc enim amisso compare, non alium exquirit, locaque quærit deserta, mœroribus amica, quod verarum viduarum proprium est. Illa vnici filij mater, maternitate à morte dira priuata est: etenim recisit falce iuuentutis florem, vndè in siccum fœnum versus est adolescens. flebat non amplius mater, vidua, cui occurrit Christus, & vti flentem conspexit mulierem, ait sacer Textus. *Quam cum vidisset Dominus flentem, misericordia motus est.* non stat, sed mouetur misericordia cum lacrymæ inundant, quid est *misericordia motus est?* accurro ad Haymonem Episcopum Halberstat. exponentem præsens Euangelium. pensat hic in defuncto illo adolescente, significari peccatorem mortuum in peccatis, intuetur in lacrymis illis pęnitentiæ lamenta. en, videt Do-

Marginalia: Teophil. — Samaritana Apostola. — Rupert. Episc. — Per lacrymas Dei gratiam adipiscimur. — Basilius Seleuc. — D. Ambr. — Leuit. 12. 7. — Luca 7. 13. — Haymon.

Dominus lacrymas, & illicò misericordia mouetur. quid est motus? est actus entis in potentia, mouetur aliquid ad terminum, quem non habet, terminus misericordiæ est remissio peccatorũ. dum igitur, tunc mouetur misericordia Christus, cum videt lacrymas pœnitẽtis, lacrymæ sunt, quæ Dei mouẽt pietatem, & misericordiam, vt peccatoribus parcat; firmat Haymo citatus. *Iste iuuenis, signat aliquem peccatorem; quod enim tunc operatus est Dominus in vno homine, resuscitando eum de morte ad vitam, hoc quotidiè agit spiritualiter in ista Ecclesia, quia mortuos peccato, sua gratia reuocat ad vitam. & per pœnitentia lamentum, concedit, illis veniam peccatorum factorum.* En, vti lacrymæ Deo, ad parcendum peccatori, motiuum sunt. Ex quibus, cur in sacrificio pro peccato, turturem exposcebat Deus, patet: peccata in illis sacrificijs dimittere volebat, quæ ad lamentum pœnitentiæ, illicò dimittuntur: Columba, & Turtur, lacrymosæ aues sunt, & gementes, & quidem de Turture cecinit. Virgilius

Haymon.

Nec gemere aerea cessauit turtur ab vlmo.

Virgilius.

Et de Columbis inquit Isaias cap. 59. *Quasi columba meditantes gememus.* quia igitur ad lamentorum, & lacrymarum voces, dimittit peccata Deus; ideò in sacrificijs, in quibus peccata dimittebat, Turturem, & Columbam, voluit sibi offerri in holocaustũ. hinc Rodulphus Flauiacensis in hunc locum ait. *Voluit sibi offerri pro peccato Turturem, & Columbã, quia huiusmodi aues gemere, non cantare solent.*

Isa. 59. 11.

Rodulph.

Ità quidem, condonabit peccata Deus, vbi pœnitentium con-

A spexerit lacrymas. Misericordiã Dei exorabat Dauid, lacrymarumque profluuio diuinam pietatem ad se vocabat; dixitque Ps. 55. *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.* vti lacrymantem aduertit peccatorem Deus, non se auertit, sed lacrymas intuens, eas in suo conspectu ponit. expeto, non nè gloriosus est Deus? ità, & quidẽ ipsamet gloria, vndè Beati erimus: à gloria autem lacrymas B exulare, nulli dubium est. *Absterget enim Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum*, quod si abstergit, quid est, quod ait Dauid, *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo?* ac si diceret lacrymas meas, meque in illis, semper intueris. enodabo Dauidis enigmata ex Abrahę fide: Tẽtauit Deus Abraham; exquisiuit non taurorum victimas, sed vnigeniti Isaac sacrificium, accepit ligna in pyram, C imposuit Isaac sacrificando, & profecturus in montem, quo miserat eum Dominus, dixit seruis suis. *Expectate hic cum asino, ego, & puer illucusque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos.* quid ais, ò Abraham, nonnè firma est voluntas tua, promptaque ad Dei exequenda mandata? nonnè iussit Deus filij tui immolationem? non nè mactatus combustusque morietur, & ibit D in cinerem? cur ergo ais. *Reuertemur ad vos.* cogitare poterat Abraham, cur Deus filij mortem imperasset, quæ cum esset pęna, præsupponebat culpam. Et quæ culpa Isaac? vtique alicuius peccati venialis, ob quod, iusta pęna erat mors Isaac. vndè ait Tostatus in Genes. 22. q. 1. *Isaac non erat innocens, quia peccauerat veniali peccato.* poterat isthæc excogitare Abraham, simulq; locum,

Ps. 55. 11.

Apocal. 7. 17.

Gen. 22. 5.

Tostatus.

Peccatum veniale morte punitur.

ad quem Deo iubente procedebat ad sacrificium: hic locus vocatus fuit. *Dominus videt*. vndè sic sillogizare poterat; mors filij mei ex peccato veniali iustitiam desumit, sed vbi nam fiet sacrificium? in monte, qui dicitur. *Dominus videt*: ergo oculi Domini super filium meum erunt: ex oculis Domini, non nisi misericordia procedit, vndè Dauid aiebat, *Aspice in me, & miserere mei*, quasi diceret, dum aspicit miseretur: & D. Chrysologus de aspectu Christi ait. *Respicit ad veniam*: quod si ab oculis Domini misericordia, est, & venia; poterat Dei misericordiam ex hoc loco concludere Abrahā: & quia condonato peccato, non futura erat pœna mortis, ideò fidens dixit. *Ego & puer, illucusque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos*. parcit Deus, dum aspicit peccatores. ex quibus, quid lacrymæ pœnitentium in conspectu Dei positę indicent, liquet. Deus cum aspicit, inquit Chrysologus, aspicit ad veniam; quod si lacrymas respicit, dum plorat peccator, ponitque lacrymas in cōspectu suo, dicendū est ob lacrymas, descendere Dei pietatem, ac remissionem criminum in peccatores. accinit D. Augustinus in Psalm. 55. *Deus vitam meam annunciaui tibi*, inquit Dauid, *posuisti lacrymas meas in conspectu tuo*. & D. Augustin. *Exaudisti me, deprecantem te, sicut & in promissione tua, quia sicut repromiseras, hoc egisti; dixisti te exauditurum flentem, credidi, fleui, exauditus sum, inueni te misericordem in promittendo*. En, pietas Dei, lacrymis exibita. Sed non sisto, vlterius fodio, mysteria excauās, quæ in peccatorum lacrymis in conspectu Dei positis abscondūtur: Lacrymæ aqueæ sunt, & veluti specula, imaginem repræsentare, quæ eis obijcitur, habent ab ipsamet aquæ natura; quod si fōtes essent lacrymarum absque dubio redderent imaginem obiecti. quo supposito, pergo ad Christi gesta in passione. patiebatur in cruce, dumque vixit, sursum erectos habebat oculos, & caput, quod colligo, quia, dum mori voluit, caput inclinauit. dicente Ioanne cap. 19. *Inclinato capite, tradidit spiritum*. quid est, quod crucifigentes, improperantesque Iudæos non aspiciebat? videns enim eos, quibus benefecerat, crescebant eius tormenta, pensata ingratitudine. dicā, quod sentio. Verbum carnem assumpsit voluntate patiendi pro homine, ac redimendi à peccato: causa autem finalis, ob quam ad mortem se accinxit, non fuerunt homines, in quibus peccata potius iram, quam Dei pietatem merebantur, sed sua bonitas, & ostensio sui amoris; cum erat in cruce, equidem peccata hominum iustitiam potius Dei, quam misericordiam flagitabant. vt igitur redimeret eos Deus, causam tanti beneficij finalem respiciebat, Dei scilicet bonitatem, & amorem, vndè sursum oculos tenebat erectos, voluit tradere spiritum; ac versus pectus inclinauit caput, vt suum cor, amoremque suum respiciens, redimeret, & parceret peccatis. ex quibus concludo, quod etsi peccet peccator, si se, suamque bonitatem, qua parcit, respicit Deus, pœnitenti illicò parcit; mox ad peccatoris lacrymas progredior. ponit illas Deus in conspectu suo. *Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo*. lacrymæ ad instar speculi sunt; dum ergo sunt in

Marginalia: Ps. 118. 31 — *Aspectus Dei impertit misericordiam, & vitam.* — D. Aug. — Ps. 55. — Io. 19. — *Christus se respiciens, & Patrem, parcit.*

in conspectu Dei, Deus in ipsis, tanquam in speculo se intuetur; Deus, intuendo se, parcit peccatoribus,& redimit à peccato: quod si hoc efficiunt lacrymę; vtique propter lacrymas peccatorum adipiscimur remissionem; his accomodo. D.Chrysost. hom. ad Coloss. *Nihil ita purgat peccata, vt lacryma, & pulchram ostendit faciem, eamq; corpoream: cum enim qui videt attrahunt ad misericordiam.* videt lacrymas pęnitētium Deus in ijsque se se videt; adest enim Deus in illis lacrymis, cum dicat Apostolus. *Spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* intuetur se, intuetur suũ amorem, vndè parcit peccatoribus. Nec hic sistit lacrymarum vis, non enim tantum pro peccatoribus, sed pro innocentibus impetrant, etsi eæ, peccatorum sint. Turpauerat malitia Niniuen, cęloque abhominabilis erat nimis. & en, conditionatum Dei decretum, subuersionis eiusdem, subscribitur. vocatur preco Ionas Amathi filius, Propheta Dei, datur de ruinæ superuenturæ excidio prædicando mandatum, iuit tandem Propheta, Deique voces intonans, clamauit, & dixit. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur*; expauit Niniue, timuit subuersionem, accurrit ad cilicium, prædicauit ieiunium, sedensque in cinere, dignam mortē se existimabat, hocque habitu clamabat ad Dominum, qui clamor potius erat lacrymarum, quam vocum, vt placuit aliquibus, ait enim Poeta.

Ad Rom. 8.26.

Ion. 3. 4.

Interdum lacrymę pondera vocis habent.

Commota sunt Dei viscera ad lacrymarum spectaculum, pepercit Niniuitis, & cumulauit gratia.

P.Franc.de Franch.in Hos.

A nec in hoc mutabilitati subiacet Deus, etenim subuersionem indixerat, nisi pœnitentiam agerent. ità Rupertus Abbas in hũc locum. *Nec verò mutabilitatis est, quod pęnitent Deus, sapè dimittit, quod fuerat comminatus, imò maximè stabilitatis, & animi est incommutabilis: quia videlicet, illa intentione, vt pęnitentiam agant, solet cōminari peccatoribus; proindè, & hic cum dicit. Adhuc quadraginta dies,*

Rupertus.

B *& Niniue subuertetur. & in lege dicit, qui fecerit hoc, vel hoc, morte morietur; sed & in Euangelio, cum loquitur. omnes enim, qui acceperint, gladio peribunt. prudens lector sub audire debet; nisi conuersi fuerint, nisi pęnitentiam egerint, iuxta illud, nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit.* immutabilis igitur semper Deus, auditis lacrymarum vocibus, Niniuitis pepercit. Cōtemplatus est Dei pietatem Io-

C nas erga Niniuitas, & ait sacer Textus cap. 4. *Et afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est, & orauit ad Dominum, & dixit. Obsecro Domine, nunquid nō est verbum meum, cum adhuc essem in terra?* Sciebat Dominũ misericordem Ionas, prædicare crudelem nolebat; sed si non prædicabat crudelem, peccatores ad pœnitentiam, non accurrissent; prædicauit crudelem, & experti sunt misericor-

Ion. 4. 1.

D dem. quod notauit D.Hieronymus, dicens. *Si misericordem dicerem, atque clementem, & ignoscentem malitia, nullus ageret pęnitentiam, si crudelem, & tantum Iudicem nunciarem, sciebam hoc tua non esse natura.* Afflicto Ionæ apparuit Dominus, ac Niniuitis exhibitæ misericordiæ, reddens rationem, dixit. *Tu doles super hedera, in qua non laborasti, neque fecisti, vt cresceret, quę sub vna nocte nata est,*

D.Hier.

Ion. 4. 10.

&

& sub vna nocte periit; & ego non parcam Niniue, in qua sunt plusquã viginti millia hominum, qui nesciũt, quid sit inter dexteram, & sinistram suam, & iumenta multa. his pepercit Deus, retraxitque à morte manum post voces lacrymantiũ. peto, nunquid ante peccatorum pœnitentiam, innocentes hi non erant in Niniue? equidem, inquit Hieronymus, *Ignorãt*, inquit, *quid sit inter dexteram, & sinistram, vel propter innocentiam, & simplicitatem, vt lactentem mostret ætatem.* peto, num hi innocentes morti adiudicati essent? nõ dubito: nam cum obijt orbis diluuio, non deerant innocentes paruuli, quos cũ peccatoribus vna mersit vnda. Quis à morte innocentes liberauit? certè pœnitentium lacrymæ: visis enim his, ciuitati pepercit Deus. quod si lacrymæ peccatorum, etiam innocentibus vitę indultũ impetrant; concludendum est, tantam esse peccatorum vim lacrymarum, vt vel innocẽtibus, succurrãt. ꝙ tetigit Nicol. Acomitius apud Doctor peritiss. verbo lacryma, dicẽs. *Lacrymas Deus admittit; & natura, maximum mutua misericordia incitamentum in oculos deriuauit.* quæ verba ad hũc sensum, possunt admitti. lacrymæ mutuant misericordiam. lacrymantes peccatores, etiam innocẽtibus Niniuitis misericordiam mutuarunt.

D. Hier.

Pœnitentia, vel innocentes morti adiudicãdos liberat.

Nicolaus Acomit.

Hanc lacrymarum vim introspexit Hierem. Tren. cap. 2. cum ità Iudæorum populum alloquutus est. *Effunde sicut aquam cor tuũ ante conspectum Domini; leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium platearum.* Vbi Glosa. *Ille sicut aquam cor suum effundit in conspectu Domini,* *qui ex intimo affectu cordis lacrymas producit compunctionis; quia sacrificium Deo spiritus contriti.* Sed pro quibus hoc sacrificium Deo offertur? pro anima paruulorum, & innocentium; vel enim innocentibus, succurrit lacrymarum vis. Altus est in profundo lacrymarum pelago. D. Bernardus in Cant. in ipso enim vti piscis vitam reperit, vti homo gratiam, vti peccator indulgentiam, vti vulneratus medicinam, vti mœstus iucunditatem, & vti amarus suauitatem & clamat. *In lacrymis est odor vitę, sapor gratiæ, gustus indulgentiæ, sanitas redeuntis innocentię, reconciliationis iucunditas, & serena conscientię suauitas.* Stò in innocentiæ sanitate. & peto, cur infirmorum balneum, fit sanitatis medicina? Innocentia ipsamet sanitas est; lacrymam cordis sanguinem, D. Gregorius Nissenus agnouit; sanguine enim purgant Medici, restituuntque sanitati, & cor sanguinis lacrymarum purgatione, salutẽ adipiscitur. quid igitur est, quod ait Bernardus. *Innocentia sanitas.* Suppono in huius intelligentiam, nullum hominem concedi in puris naturalibus, sed, vel erit in gratia, & merito, vel erit in peccato. adultus in gratia per actus virtutum mœretur; in paruulis baptizatis sunt merita Christi; in non baptizatis peccatum originale. hic homo, qui habet liberum arbitrium ad exercitium, si peccat post multa acquisita merita; per quæ dicebatur innocens; iuxta illud Dauidis. *Quis requiescet in monte sancto tuo? innocens manibus, & mundo corde.* vbi innocẽtia amplectitur merita; equidem merita illa, infirmãtur, & mortificantur; quique per se erat innocens, & dignus cœlo; acce-

Tren. 2.

Glosa.

D. Bern.

Bona lacrymarũ.

Nissenus.

Ps. 23. 4.

accedente peccato, non amplius A ius habet ad beatitudinem. post hæc, agnoscit peccatum suum peccator, decretum Dei iustitiæ, contra se latum ruminat bonum, quod amisit, Deum, quem offendit, pensat; & tactus dolore cordis intrinsecus, educit de profūdo viscerum suorum lacrymas: ben, infundit gratiam Deus, & reuiuiscunt merita, sanitatique restituuntur, quæ erat infirma propter cęlorum Regnum. vndè hoc B factum est? ex lacrymis. lacrymæ igitur, nedum peccatoribus, vti peccatoribus, sed ipsismet innocentibus meritis propitiantur. O quis peccator lacrymarum vim perpendens, non educet è petra cordis sui fontem lacrymarum; quis non effundet aquam è visceribus suis, qua educta, sitiat ad aquam viuam, fontem scilicet perennem Christum; de quo, qui biberit, non sitiet in æternum. ad C hunc fontem anhelabat Dauid, cum effusis lacrymis, aiebat. *Factę sunt mihi lacrymę meę panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidiè, vbi est Deus tuus* die, ac nocte in cordis sui mēsa lacrymarum panem ponebat. indixerat etenim Deo bellum, vocauerat ad pugnam, cum peccauit. optabat pacem, quia autē panis, pacis symbolum est, & amicitiæ, vndè dicebat Pitagoras, *Panem ne frangas*, D scilicet amicitiam, & pacem nè violes; ideò ad indicandum, quod lacrymis mediantibus pacem, & amicitiam cum Christo inibat, lacrymas, panem, dixit. Sed aliud latet mysterium. Lacrymas vti panem manducat, quia nil ità sitim accendit, vt panis, quem comedimus: sitiebat auidè Deum fontem ex lacrymis Dauid, propter quod, dixit, *Panem*. firmauit

Ps. 41. 4.

Panis pacis symbolum.

Pitagoras.

Lacrymæ, cur panes dicantur.

Lacrymis pacem cū Deo init peccator.

P. Franc. de Franch. in Hos.

Diuus Augustinus, dicens. *Non dixit factę sunt mihi lacrymę meæ potus; sed panes factę sunt mihi lacrymæ meę. Vtique manducando lacrymas suas sine dubio plus sitit ad fontem*. Sitit homo lacrymarum pane satur, Dei fontem. Sed, ò Dei pietas, ò lacrymarum dignitas, non expectat Deus, vt sic sitiens, vadat ad se, sed fons, sed Deus ad lacrymis saturatū anhelat, & currit. Testis adsit Diuus Bernardus, qui mensa proposita orationis, abundantius lacrymarum comedebat panem. Quid tunc Deus Verbum? qui tāquam fluuius è paterno corde exit, fluxit ad Bernardum, circundauit brachijs, amplexatus est, strinxit, ligauit sibi. habes hoc in vita eiusdem. quid potu hoc dulcius, suauius qd? amabilius quid? cor amplecti potest? O quis est, qui non optat Christum, in quo omnis vita, & omnis dulcedo in suo fonte gustatur? Lacrymarum fōte obtinetur. simus proni ad lamentum, si fuimus ad culpas audaces; Deus enim, qui Turturis nomine frequenter gaudet, ad Turturem gementem accedere, putabit solatium.

D. Aug.

Qui lacrymatur Deum sitit.

T E X T V S.

VERS. IV.

Editio vulgata.

Veruntamen vnusquisque non iudicet, & non arguatur vir, populus enim tuus, sicut hi, qui contradicunt Sacerdoti.

Sanct. Pagn.

Verè nemo alterum iudicet, nemo arguat: siquidē populus, est quasi iudicans Sacerdotem.

Trans.

Transf. ex 70.

Vt nullus, neque iudicet, neque arguatur quisquam: populus autem meus, quasi Sacerdos, cui contradicitur.

Vatab.

Veruntamen, nemo contendat, nemo arguat cum populus tuus, similis sit cum contradicentibus cum Sacerdote.

Editio Chaldaica.

Nempè, quia dicunt, scriba, seù literarius non doceat, ne arguat, aut increpet Propheta, populusque tuus contentiosè agit cum docentibus se.

Paraphrasis Castri.

Enimuerò, nemo in disceptationem veniat cum populo isto, nemo illum sui officij admoneat; nam frustra, & quidem nitetur, cũ in ipsos certè Sacerdotes insurgant, quorum est legem docere, & vitia carpere.

COMMENTARIVM
iuxta literam.

Textus iste Dei iustitiam olet, & pietatem: iustitiam, cum iustum sit ingratis ea denegare, quæ sæpesæpius, respuerunt beneficia: misericordiam item, quia non est censor Deus, nec exactor eorum, quæ non præbuit. Nota erat Deo dura Israelitarum ceruix, & quia acquiescere nolebãt Sacerdotibus, irascitur: sed in ira non extinguit pietatem, & seruat in eo, quod non multiplicat beneficium correctionis, ne ob eius contemptum, crescat peccatum, vndè durioribus pœnis obstrin-

A gendus esset populus Israeliticus, quapropter inquit. *Veruntamen vnusquisque non iudicet, & nõ arguatur vir.* Item dicendo. *Veruntamen vnusquisque non iudicet, &c.* nota nequitiæ inficit omnes: eum enim iudicare spectet ad homines iustitia decoros, iuxta dicta Petri Rauenn. dicentis. *Nihil illud gloriosè lucet in Iudice, sicut amare, & exhibere iustitiam.* tollẽdo Deus, à quolibet iudicium, indicat neminem iustitiæ hospitẽ, (Petr. Rau.)
B sed latius innotescit nequitia, cũ subadditur. *Et non arguatur vir.* arguere enim, & corripere non potest crimine fœdatus, iustus esse debet, qui alijs ad iustitiæ viam ingressus parat, quod exoptabat Dauid, dum aiebat. *Corripiat me iustus.* nemo erat in populo illo, quem per Hoseã arguebat Deus, iustus, & propterea prohibet, ne quis arguat: sensus hic admitti- (Ps. 140 5.)
C tur à quibusdam, sed primus magis literæ consonus est, quod patet ex his, quæ sequuntur. *Populus enim tuus, sicut hi qui contradicunt Sacerdoti,* in quibus verbis, quam pertinaces fuerint in peccato, demõstrat Deus: nullo enim pauore, nullo metu à peccatis retrogredi volebant, potiusque vitam, quam peccandi voluptatem reijciebant, quod patet ex contemptu Sacerdotum: inobedien-
D tibus enim Sacerdotibus mors decernabatur. Deut. cap. 17. *Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo suo, & decreto Iudicis, morietur homo ille, & auferes malum de Israel. Cunctusque populus audiens timebit, vt nullius deinceps, intumescat superbia.* mori igitur potius volebat, quam non peccare: quis tanta pertinacia obduratos conuertisset? derelin- (Deut. 17. 12. Inobedičts Sacerdoti, morte punitur.)

quam

quantur igitur. Ex alijs versionibus elicitur, quam fuerint, tunc vita infames Sacerdotes; etenim illi, qui virtutibus, non minus, quam honore, præesse populo debebant, tanquã vnus erant de populo, implicati vitijs, & eo peiores, quo maiori ma[illegible] notabantur. quapropter, fidenter illis populus contradicebat. illius enim correctio facilè spernitur, cuius vita, verbis obsistit, quẽ sensũ affert Mõtanus, dicẽs. *Nemo est qui possit populũ obiurgare: siquidem ipsi Sacerdotes, quorũ est hoc munus, reprehendi possunt à populo de ijsdem criminibus, & populus potest litigare cum Sacerdote de ijsdem flagitijs in faciem ei cedens, dicens. Medice cura teipsum.*

Montan.

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS XVIII.

Ingratus ea sibi aufert, quæ adiumẽta virtutum esse possunt.

VERVNTAMEN, &c.

VTi primũ Deus, qui cor sibi vẽdicat hominis per peccatũ foras eijcitur, ille introducitur iniquus, qui sessionẽ Deo similẽ ambiuit, nec cessat ambire. peccauit Iudas, eiecitq; Spiritũ fanctũ è corde suo, & illicò intrauit diabolus, seditq; in eo. *Et post buccellã introiuit in eum Satanas:* quis Principẽ tenebrarũ à sede illa eijciet foras? qs hominis cor à manu rapuerit diaboli? is, puto, qui corripit peccãtẽ, vndè *Corripere,* idẽ est, *rapere cor.* & à quo rapitur? equidẽ ab illo, qui possidet, & si nõ alius, ni diabolus possidet, à diabolo cor peccatoris rapit, peccatorẽ arguẽs, & corripiẽs. quapropter à pximorũ correctione de-

Io. 13. 17.

Corripiẽs rapit cor peccatoris à diabolo.

A uiare crimẽ est pęna dignũ, supplicioq; obnoxiũ, dignũ flãmis. nescimus vtrũ ij, q modo peccãt, & secũdũ pręsentẽ iustitiã, pęnis addicti sunt inferni, secundũ ęternã prędestinationẽ, scripti sint in libro vitæ: ignoramus, nũ medium ad vitã consequendam correctio nostra decreta sit. quapropter, ne peccemus, corripiendi sunt proximi peccãtes. quod dixit D. August. lib. 6. de corrept. & gratia, c. vlt. *Quantũ ad nos pertinet, qui prædestinatos à non prędestinatis discernere nõ valemus, & ob hoc omnes saluos fieri velle debemus, omnibus nè pereãt, vel nè alios perdãt, adhibenda est à nobis medicinalis, & seuera correptio. Dei est autẽ eã facere vtilẽ illis, quos præsciuit, & prędestinauit cõformes fieri imaginis filij sui.* lima est correptio, quę rubiginẽ tollit peccati. vndè miror, cur Deus, qui omnes homines vult saluos fieri, & æternæ gloriæ corona potiri, hoc peccatoribus tollat mediũ. Scio nusquã Deũ media tollere peccatoribus, quibus possint cõuerti, & saluari, vti nec istis abstulit. sed expeto, cur hoc tollatur, q multũ conferre solet ad salutẽ? & Dei iudicia, ex ijs, quæ dixit Salomon Prou. c. 25. nõ curiosè, sed humiliter inuestigare conabor. *Ventus Aquilo,* inquit ille, *dissipat pluuias: & facies tristis linguã detrahentẽ.* scio, hic ventum in bonã partem accipi, signat .n. hominẽ, linguã proximorum vitam mordentẽ frẽnãtẽ. quid .n. detractor, ni nubes? cęlũ serenũ est vita iusti, nec cęlũ, ni nubes obtenebrat, vndè nubi cõparat Salomon detractorẽ. quod adnotauit Ferdinand. Quirinus in hunc locum, dicens. *Lingua detrahens cum nube imbrifera aptè confertur, quid sereno cęlo nitidius, ac splendidius? illud tamen nubes obducunt, & splendorem,*

D. Aug.

B

C

D

Prou. 25. 23.

Detractor nubes.

Ferdinan. Quirin.

rem, ac nitorem illius eripiunt. ast, eum audio Aquilonem, à quo panditur omne malum, in malam partem accipere hunc ventũ non grauor, tũ pręsertim, cum aliqui

Impij detractione iubilant.

ità legant. *Ventus Aquilo dissipat pluuias, & faciẽ tristẽ lingua detrahens*. ex detractione enim aliorũ vitę quędã hilaritas exurgit, & risus in facie improborũ, qua de re aiebat Lucianus apud Stobeum.

Lucianus.

Quosdã comperi studio detractionis, adeò suauiter titillari, vt si pennis confrices. sed non arctatur ventus hic, à quo omne malum est in terminis detractionis. Ingratũ ventus præsefert. Quis ignorat ventũ in terræ visceribus gigni, terra gremio portat ventum, sed ingratus filius vterum genitricis lacerat, vndè meritò ille adpingẽs vẽtum, ingratitudinis animã viuẽtem monstrauit, subscribens.

Vẽtus ingratitudinis symbolum.

Ingratitudo, ventus est homo ingratus. Christus venit ad nos, beneficiaq; sua promulgans se se dixit ostium.

Io. 10. 9.

Ego sum ostium, aperit se ostium Deus, & beneficijs cumulat peccatorem. væ nobis si hoc clauderetur ostium. ast quid solent vẽti? fores reseratas claudere: passim experientia negat vlteriorem probationem. Cum igitur vẽtus sit homo ingratus, & Deus sit ostium, quo aperto in nos cœlestia diffunduntur beneficia, & vẽti effectus est, apertum ostium claudere, vtique ingratus sibimet Christum ostium claudit, & beneficijs, quibus conuerteretur, priuat. accinit D. Laurent. Instin. lib. de humilitate, cap. 25. dicens.

D. Laur. Iustin.

Ingratitudo obstruit contra se ostiũ diuina bonitatis. bonus est Deus, & vti bonus, gratias, & beneficia sua cõmunicare optat: at claudit hoc bonitatis ostium ingratus, vndè Dei beneficijs se se priuat. hic vẽtus est, qui pluuias gratiarũ è cęlo in nos dimanantes dissipat, vndè colligit Deus in cœlestibus, nec vult, vt in ingratos fluãt. beneficium Dei est correctio, at ingratitudinis ventum parturiebat Israeliticus populus, vndè collegit ad se [illegible]ficiũ hoc Deus, & priuauit correptione, dicens. *Veruntamen non iudicet, neq; arguatur vir*. assentitur Franciscus Ribera, dicens.

Francisc. Ribera.

Vide quod nunc dicebamus, Deum ingratis adimere adiumenta virtutis aliquando, vt correptiones bonorum, quę multum ad correptionem valẽt, & idem D. Laurent.

Laur. Iustin.

Ingratitudo ijs, quę nondum accepit se reddit indignum, &c. & charismatũ cęlestium cõmunicatione se priuat.

ANVLVS XIX.

Peccator redargutionem non suscipiens mortuus, Dei non sentit inspirationes.

VERVNTAMEN, &c.

SIcut per creaturas, vti per vestigiũ, possumus Deũ cognoscere, hęq; infallibili indice mittunt nos ad Deum, ità, vbi surdas cõperimus hominis aures ad redargutiones suscipiẽdas, inuestigare possumus animã peccatricẽ, vndè Eccl. 21. habemus.

Eccl. 21.

Qui odit correptionem, vestigiũ est peccatoris, huius desperata est plaga, in vanum medicina applicatur, peccãs enim humor præualens omnia reddet inania, quod adnotauit Albert. Magnus in præsẽti textu, dicens.

Alb Mag.

Et nõ arguatur vir, vires s. babẽt in peccatis, quia redargutionẽ non suscipit. vir est, non in virtute, sed in vitio peccator, qui totus conatus aptat nequitiæ, nec quid in se remanet virium, quo non

Correptionem non audiẽs vestigium est peccatoris.

pu-

pugnet contra virtutem: desperata est huius salus, vnde ait Deus. *Veruntamen vnusquisque non iudicet, &c.* vbi Albertus. *Sanctus, scilicet impium, quoniam correptionem non suscipit, & ideò correctio desperata est, propter quod iudicium correptionis inutile est.* Oleum perdit, & operam, qui in sic peccantes sollicitus est, etenim veluti mortui, nec sensu aliquid ad Deum spectans, percipient. Diluuio peccata hominum cũ hominibus perdere volebat Deus, & quia proprijs lacrymis homo peccator noluit ad gratiam suscipiendam enecare, quod sæuiebat peccatum in anima, deleuit cœli aquis, quasi lacrymis, dolens hominis perditionem. vocauit ad se Noe, quem vti iustum ab excidio eruere volebat, dixitque ei. Genes. cap. 7. *Adhuc enim, & post dies septem, ego pluam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & delebo omnem substantiam, quam feci de superficie terræ.* Sistit hic Diuus Ambrosius, & inquirit, cur terrena puniat Deus, quæ nusquam à suis recesserant laudibus, laudant vel dracones, vel serpentes Deum, cum peccator floccipendit, & conculcat, erit nè pœna laudum præmium, obsequiorum merces? corona obedientiæ? at cur viuent membra, capite sublato? inquit D. Ambrosius: sed, nec hac contentus ratione, surgit ad altiorem interpretationem, duo sunt hominem componentia, corpus, & anima, hæc potentijs, illud sensibus constat, illa spiritualis substantia, terra non dicitur, nec terrena: corpus autem è terra terrenum sensus in se continens terram significat bestias continentẽ, mysticè igitur, cum morti dicantur terrea animalia, mors, vel sensuum peccantium figuratur. occidit animam peccati virus, sed nõ sistit, en ecat, & sensus. audiatur D. Ambros. oculis hanc mortem obijciens in cap. 6. Genes. lib. de Noe, & arca cap. 17. *Altior autem, & profundior interpretatio.* loquitur de morte terrenorum, *illud attexit, quod vbi anima mole passionum curuatur, graui, & quasi diuersarum cupiditatũ mergitur æstu; terrena omnes cogitationes, & concupiscentia in praeceps ruunt: quia peccator vnusquisque quo grauiora flagitia comiserit, eo fit insolẽtior, namque vsu, atque exercitatione improbitas augetur, & impunitate nutritur audacia Recedit itaque ab omni respectu honestatis, & in eo terrena omnia moriuntur peccati lathalis acerbitate, qua vera morte peccatorem, deleat. Nemo enim grauius moritur, quam qui peccato viuit, moriuntur in eo actiones singulę, moritur visus, qui peccatum annunciat, qui mulieri fallaci intendit, qui capitur alieni vultus decore, quem oculi meretricis ligauerũt, quem aspectus illaqueauerit fornicarię: an non videtur mori, qui sibi libidinis, telum impresserit? moritur, & auditus, cum infert crimina, cum sollicitãtis adulteri sermonẽ annũciat, &c. Moritur vox silentio, si non confiteatur Deo. moritur multiloquio, quia scriptũ est, ex multiloquio non deerit peccatum, & ideò, quia terrena omnia moriuntur diluuio, solus autẽ iustus in ęternũ manet.* hucusq; D. Ambros. nec immeritò, cur enim corpus viuet, cuius anima, animam perdidit, Deũ? O si mortem hanc qualibet morte acerbiorẽ pertimescerent homines, quomodo fugerẽt peccata, quomodo abhorrerent, vti naturę inimica delicta. quis autẽ ignorat mortuã aurẽ clamãtium vo-

Margin notes: Albertus. Gen. 7. 4. D. Ambr. Section letters: A B C D

vocem non audire? clamabat, & eiulatibus vociferabatur Dauid, dicens. *Absalon fili mi*, at non respondebat, quia mortuus non audiebat Absalon, quod si, vel in sensu mortuus est peccator, & mortuus non audit, equidem cõcludendum est ex hoc, ideò peccatorem dici mortuum, quia Dei voces ad pœnitentiam reuocantes, non auscultat, qua de re mortuam sciens obdurati peccatoris aurem Deus, inquit. *Veruntamen vnusquisque non iudicet, & non arguatur vir*. tetigit isthæc D. Hieronymus in Hoseam, dicens. *Prouocantur ad iudicium Dei filij Israel, qui babitabant in terra, vt causas Dominicæ indignationis audirẽt, & præterita peccata cognoscerent, propter quę bestibus traderentur, nũc quia in sceleribus perseuerãt, & impudenti Deum fronte contemnunt, audiunt, non necesse est, vt veniatis ad iudicium, quia tanta estis impudentia, vt nec conuicti, pudorem habeatis, & verecundiam*. sunt mortui peccatores, & sicut mortuus pudori, aut verecundiæ, nullatenus est affinis, sic peccator de peccato suo non erubescet, diuinis cõuictus inspirationibus, vndè reijciet. Quod si vitam aliquã peccatori concedimus, illa, quia tota veræ vitæ Deo contraria est, Deo grauatur, sustinere non valens. Paraliticus iacebat vinculis dolorum obstrictus seruus ille Centurionis. misit Dominus serui, ad omnium Dominum nuncios, vt potestate sua, doloribus imperaret, restitueretque saluti infirmum. *Domine puer iacet in domo paraliticus, & malè torquetur*. exhibet sui præsentiam Christus, qui magnus venerat de cęlo Medicus curaturus ægrotos. ast vetuit Centurio, dicens. *Non sum*

2. Reg. 19. 4.

Peccator mortuus, Dei voces non sentit.

D. Hier.

Matt. 8. 6

Peccator grauatur Deo.

A *dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus*. stupet D. Ambrosius, & scrutatur, cur illius non anhelet ad vultum Centurio, in quem desiderant Angeli prospicere? Cur venientem Dominum ad propria, non recipit miles. Proh, domi iacebat paraliticus, peccatoris symbolum; contraria sunt Deus, & peccator, grauatur contrarium contrario; ad indicandũ,

B ergo eam esse peccatoris insaniã, vt vel Christi aspectu grauetur, ideò accessum Christi in ædes suas noluit. ità D. Ambrosius lib. 5. in cap. 6. Lucæ. *Quia nec dum cogitationis præteritæ maculas abluisset, grauari se magis Domini dignatione putauit*. grauatur Domini præsentia peccator, non suffert Christum; quod vnusquisque in semetipso facilè experitur. quid est, quod proni seculares ad ea,

C quæ sunt mundi, diem putãt breuem? currunt ad spectacula, tota die risui, ineptijs, & inanibus, quę pungunt animam incũbunt: cum tamen, Sacerdotem eligunt ad sacra; eum aiunt meliorem, qui ictu oculi, sacra complet. non nè hoc est, quia Dei præsentia grauantur? trahuntur ad Dei verba audienda funiculo curiositatis, & heu, fastidiunt illicò voces Dei. O quam inquiunt, diuturna concio.

D quid hoc est? non nè, quia Dei præsentia grauantur? ità quidem, nõ sustinet Dominum; vndè nec resipiscit impius, currit in profũdum, & contemnit; & perditionẽ potius suam adamat, quam conuerti. Componit nubes, & peccatum Iob cap. 7. numerosa similitudine, diciturque ibi. *Sicut consumitur nubes, & pertransit, sic qui descendunt ad inferos, non ascendẽt*. impius est hic, qui descendit ad infe-

D. Ambr.

Iob. 7. 9.

inferos, cum peccat, nec immeritò, seruus etenim manet apud Dominum suum, peccat homo, fitque seruus diaboli, cuius domus infernus est, qua de re peccans ad infernum descendet, sed quid est, quod nubi peccator cōparatur? hic terrenis infigitur, limo profundi aglutinatur, sic Dauid peccator. *Infixus sum in limo profundi*, illa per aerem spatiatur, nubem Sol attrahit, peccator Deum Solem fugit, tenebrasque quærit. quid igitur est, quod nubi comparatur peccator? multa nubes habet, quæ peccatori aptantur. obscura est illa, obscurus est, & teter peccator. fertur quouis à vento nubes, & peccator afflatu diaboli, fertur in quodcūq; peccatum. hinc Diuus Gregor. lib. 8. mor. exponens prælibata verba, ait. *Sic nimirum, corda sunt hominum, quæ per accepta rationis ingenium ad alta emigrant, impulsa autem maligni spiritus flatu prauis desideriorum suorum motibus, huc illucque pertrahuntur*. Non obsistit vento nubes, nec peccator diabolo, sed quocunq; voluerit vertet illū. Altius tamen euolat sēsus huius scripturæ, ad quem adipiscendū ad Christum euolo Solem. *Orietur*, dixit Malachias, *vobis timentibus nomen meum Sol iustitia, & sanitas in pennis eius*. O Deus spes mea, amor meus in æternum. venis ad me infirmum, vt arripiam salutem, quis sanari non optat? sed sanitatem affers in pennis, quid est hoc? an fortè, vt arrepta sanitate in pennis, non amplius iaceam, sed euolem ad cœlum? non dissentio. & puto adhuc, ideò ad me venisse alatum, attulisseque sanitatem in pennis, vt in plumis his acciperem sanitatem, tuque pennis orbatus ab

Psal. 68. 3.

Peccator nubes, & cur.

D. Greg.

Malach. 4. 2.

Deus nobiscum esse vult.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A anima mea, amplius non euolares, id est ingēs tuum desiderium commorādi mecum. sed intueor Solem, & cogito, cur vt Sol aduentare voluerit Deus ad nos? & nō ob aliud puto, nisi vt voluntatem timentium se faceret. fuderat preces Zaccharias postulauerat à Domino, vt sedentes in vmbra mortis illuminaret. *Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent*. quia aut Sole tene-

B bræ fugantur, & illuminantur hi, qui in tenebris sunt, ideò, vt Sol venit Christus. ast nunquid nubes à Sole illuminatur? nunquid recipit Solis radios? O mittit fulgentissimos radios Sol, at nubes, nedum radios non recipit, & sustinet, sed euanescit, deficit. proprium quidem peccatoris, mittit Deus illuminationes, dirigere cupit in viam pacis, & iustitiæ, at peccatoris nubes potius perire,

C deficere, & euanescere vult, quā Dei Solis sustinere illuminationes. *Rectè autem*, inquit D. Gregorius, *Corda desperantium, nubibus comparantur, quia, & caligine erroris obscura sunt, & peccatorum multiplicitate condensa, sed consumpta pertranseunt, quia claritate extremi iudicij, irradiata, dissipantur*. irradiat Deus iudicij consideratione, vt abstineant peccare mali formidine pœnæ: ast non sustinet

D irradiationem obstinatus peccator, sed euanescit, dissipatur, obsistit, & perit. nubes erant Israelitę, deficiebant, ruebantque in profūdiorem peccatorum gurgitem correcti, vndè ne corripiantur, clamat Dominus, & inquit, *Veruntamen vnusquisque non iudicet, & non arguatur vir*. quasi dicat, quia correctionibus peiores sūt peccatores, ideò auferam illuminationem ab eis, & misericordiā hanc.

Luc. 1. 79.

D. Greg.

Iudicij meditatio vtilis.

Ruperť. hanc.hinc Rupertus. *Magnam nimis iram intendit, quia secundum multitudinē iræ suæ, non quæret, non iudicat, non arguit, vt auferat misericordiam suam ab eis, sicut in initio dixerat, quia non addam vltra misereri Domini Israel.*

ANVLVS XX.

Obedientia præstanda est Sacerdotibus, vti ducentibus in cœlum, & inobediens reprobatur.

VERVNTAMEN, &c.

Teodor. EXponit Beatus Teodoretus præsentem textum, ac reprobationem populi Hebræi cōponit cum ignominia Sacerdotis reprobati; vt indè intelligat, vndè exciderit, quantaque contumelia afficiendus sit: ait igitur Doctor. *Sacerdoti reprobato, & qui ex sua dignitate excidit similes eritis, mea prouidentia deserti, denudati, ac per multos dies in hāc meam disciplinam trademini, vna cum vestris Prophetis, mendacia enunciantibus.* in commento autem Teodoreti, duo notanda sunt, & infelicitas peccantium, & Dei pietas in puniendo. Infelicitatem, similitudo manifestat, cum enim puniūtur Hebræi, Sacerdotibus è dignitate lapsis, & eiectis comparantur. quis Sacerdote felicior, cui, vel Deus pars eius est? quis honoratior magis in veteri lege? huic totus mundus obsequens erat, & vel cœlum, famulabatur, quod si fuisset reprobatus, omnibus felicitatibus orbatus tradebatur ignominiæ, cōtumelijs, & opprobrijs. ait autem Seneca. *Infelicissimum infortunij genus est, hominem fecisse*

Seneca. *felicem.* non est infelicitatis cen-A trū, nisi in illis miserijs, quæ post pristinam felicitatem sunt, cum ergo Sacerdoti reprobato, pœnā peccantium, assimilat Deus, omnium edicit maximam. pietatem verò in illis verbis, licet conspicere, in quibus punitionem, & disciplinam vnit Sanctus Doctor, dicens. *Et per multos dies in hanc meam disciplinam trademini.* erudit Deus puniens, ac per præsentes tribulationes, amaras sensi- *Peccatoris infelicitas maxima.*

B bus, illas docet effugere, quæ æternitatem habent comitantē. Verum Ruperti expositioni inhęrentes, qui inobedientiæ, qua cōtumax Hebræus Sacerdoti obsistebat, pœnæ partum ascribunt, inquirunt, cur durius in eos animaduertit Deus, qui à Sacerdotis abeunt consilijs, declinat à doctrina? quibus Christi operibus respondendum cēseo. præclarius Sacerdotis munus obiturus erat

C Christus Sacerdos noster secundum ordinem Melchisedech, panem, & vinum transubstantiaturus erat in suum sanguinem, & corpus, cumque ad hæc tremenda accessit mysteria, cœpit prius lauare pedes Discipulorum. expendo, cur tractaturus manibus suum corpus, & sanguinem, cuius puritas superat Angelicam puritatem, manus prius lutulentis consignat pedibus Apostolorum? cur illos tenet pedes, qui

D immundi erant. *Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus?* officio Sacerdotis functurus erat Christus, idque posteros Sacerdotes docere volebat, ad quod à Deo propter populorum salutem instituebantur, quia autem eorū munus est, populū recta via ducere ad Deum, populique proprium se se obedientes exibere Sacerdotibus, in Io. 13. 10.

pedi-

pedibus autem obedientia designatur, & in manibus, ideò his actionibus Christus Dominus noster, & Sacerdotes, vt populum ad Deum ducant, & populum, vt Sacerdoti obediat sinens se ducere, docere voluit; si enim hac manu non ducetur, nec ignem vitabit æternum, nec cœlum assequetur, quo tendit Diuus Ioãnes Chrysostomus lib. 3. de Sacerd. dicens. *Manus Sacerdotum, qui fiet, vt citra illarum opē, aut gehennę ignem vitare quis possit, aut repositę in cęlo coronę pręmia assequi?* gestaturus erat se suis manibus Christus, vt autem doceret manus, quæ gestant Deum ducere ad vitam æternam, idcircò easdem manus, quibus tractaturus erat Sacramentum Altaris, pedibus accomodauit Apostolorum, fideles omnes significantium, qui dirigendi erant in vias pacis. manibus, inquã, Christus Sacerdos pedes apprehēdit, eaque membra sibi vēdicat, quibus obedientia exequutioni demandatur, & indicare voluit cūctis Sacerdotibus esse obtemperandum. Diuerso à Christo ad Apostolos primos orbis Sacerdotes. misit illos Dominus noster in orbem vniuersum, prædicaturos Euangelium suum, cuius obseruantia, salutem consequetetur, & Regnum Cœlorum, dixitque ad eos. *Euntes, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* Baptismus ianua est ad cœtera Sacramenta, portaque fidei, hanc primum intrare debent fideles, hæc tinctio serpētem semper venenosum, qui in aqua viuere, haud potest fugabat. obseruo Ecclesiæ ritum, quæ in baptismate dum homines, in suum recipit si-

D. Chrys.

Matth. 28. 19.

A num, crucis signo signat, dū enim ait Sacerdos. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sācti.* cruce baptizatum signat. quid est, quod non sine cruce ad Ecclesiam introducit Sacerdos? Accedit D. Ciprianus expositione in Symbolum Apostolorum, loquens de cruce, & ait. *Obedientię nobis in hac eadem cruce proponit exemplum.* signum obedientiæ est crux, quod si Sacerdos, vt ad Ec-
B clesiæ gremium hominem introducit, signat signo crucis, & hoc est signum obedientiæ, nobis obtemperandum esse Sacerdotibus indubiè hoc signum indicat. hinc Eusebius Emissenus. *Obtemperare Sacerdotibus Christianorū est.* quod etiam prædicauit Christus, cum de Sacerdotibus præstanda obedientia, populum commonefaciens, dicebat. *Super cathedram Moysi, sederunt Scribę, & Pharisei,*
C *quęcunque dixerint vobis, seruate, & facite.* Sciebat corruptos Sacerdotum mores Christus, sciebat vitam illorum minimè proponēdam vt speculum gregi, at vetuit inobedientiam, quia absens est à via mandatorum Dei, quam percurrere debemus, quisquis voces Sacerdotum surda pertransit aure. quapropter, ait Diuus Ioãnes Chrysostomus in præcitatū Euāgelij locum. *Cum igitur pręcepta*
D *emendationis gratia, tradere voluerit, quod pręcipuè ad salutem conducit, ne quis scilicet dogmata negligat, neuè in Sacerdotes insurgat, id summopere iubet, nec iubet solum, verum etiam facit, non enim à dicendi gradu corruptos deiecit, vt nullam audientibus occasionem inobedientię relinqueret, & maius illis iudicium prępararet.* obediendum est Sacerdotibus, qbus obediuit Christus, ne maius iudicium parturiat ino-

Crucis signo cur signentur fideles.

Eusebius.

Matt. 23. 2.

D. Chrys.

inobedientia. Ex quibus, cur durissimo iudicio tradantur Hebræi innotescit. non audiebant Sacerdotes, præceptisque eorum erant rebelles; quia autem inobedientes, vt inquit Chrysostomus, iudiciũ maius incurrunt, ideò huic iudicio durissimo derelinquuntur, & ait Deus per Hoseam. *Veruntamen vnusquisque non iudicet, & non arguatur vir, populus enim meus, sicut hi, qui contradicunt Sacerdoti.* annuit his Rupertus, dicens. *Qui ergo Sacerdoti contradicunt, secundum exemplum Adæ, qui Deo contradixit, dũ peccatum suum defendit, atque idcircò, sicut ille de paradiso, quicunque est à Dei Regno, & ab Ecclesia præsenti pellitur, hic idem populus in Assirios.*

Rupert.

SECTIO IV.

Magna est Sacerdotum dignitas, quæ vsq; ad Dei solium, vt Deitatis particeps euehitur.

VERVNTAMEN, &c.

SVblimem semper aduerti sacerdotalem dignitatem, at tũc augem eius sublimitatis concepi, cum Paulum Apostolum, ità de potestatibus sermocinantem audiui. *Omnis anima potestatibus sublimioribus, subdita sit. Non enim potestas, nisi à Deo, quæ autem à Deo sunt, ordinata sunt.* Rom. 13. Vbi Diuum Paulum de laica potestate agere dixerunt Commentatores, nam vt auctor est Iosephus apud Iudæos quædam surrexit secta Gaulonitarum à quodam Iuda Gaulonita orta, quæ negabat Cæsari censum, & obedientiã. hinc Hebræi à Christo expostulauerunt, num liceret

Rom. 13.

A tributum dare Cæsari: hac nota inurebãtur Christiani olim, propter quod præcipuè insurgebant in eos Tyranni illam extirpare conantes Religionem, quæ propter Deum, vniuersæ creaturæ subdita erat, scripsit hoc Clemẽs Alex. lib. 4. strom. percrebuerat hic rumor tempore Apostolorũ, ad quem debellandum præsentẽ scripsit Epistolam Diuus Paulus, vocatque secularem potestatem

Clem. Ale.

B sublimiorem. quis autẽ ignorat, qualibet laica potestate, sacerdotij dignitatem, esse magis sublimem? si igitur illa sublimior est, dignitatem sacerdotalem, magis sublimem sublimiori quauis asserere oportet. haurio ex Diuo Basilio in Constit. Monast. cap. 7. *Si igitur, inquit, qui mundo huic præsunt, & ex lege humana illis imperandi potestatem habuerunt. ijs diuina lex pietatis cultores, tantopere*

Dignitas sacerdotalis sublimioribus magis sublimis. D. Basil.

C *voluit esse subiectos, & quod maius est, quorum vita tota, tunc erat impietas, quam magna tandem, & à pietatis cultore præstanda obedientia est, qui à Deo constitutus præses sit, & imperandi potestatem à Dei legibus accepit, & quomodo defendi potest, cum Dei ordinationi non resistere, qui antistiti resistat suo.* vbi Basilius argumentatur à minori ad maius, si laicæ potestati subditi esse debemus? cur non Ecclesia-

D sticæ? cur non diuinæ? cur non sacerdotali, quod si illa sublimior, hæc sublimiori sublimior cẽsenda est. cui quia non obtemperauit populus Israeliticus reprobatur, & ait Rupertus. *Sacerdotis officium est, populum vice Dei arguere de peccatis.* vicem Dei supplet Sacerdos, en, quã sublimis, quam eminens est sacerdotalis dignitas, cui Deus vices suas cõmittit. In tãtam dignitatem euehit

Sacerdos locum habet in medio Trinitatis.

hit sacerdotale caracter hominem, vt ei locum det in medio supereminentissimæ Trinitatis. Instituit Christus Sacramentum Eucharistiæ, deditque potestatem Sacerdotibus panem, & vinum transubstantiandi in verum Corpus, & Sanguinem suum. Cum autem ad confectionem, tàm admirabilis Sacramenti accedit Sacerdos, inquit. *Hoc est enim Corpus meum*, quæ verba, tùm recitatiuè (recitat enim, quæ Christus recitauit) tum significatiuè, quia intendit conficere, quod conficit Christus, profert vt apud sacros Theologos non inferioris classis patet. Scio in his verbis sacerdotem, non suis verbis, sed vti sermonibus Christi, vt dixit Diuus Ambrosius de sacramentis cap. 4. *Quando peruenit Sacerdos ad conficiendum Sacramentum, iam non suis, sed vtitur sermonibus Christi*. at expendo, cur aliam formam, non tradiderit Christus, per quam nullatenus aliquid, vel secundum falsam imaginationem, posset quis tribuere sacerdoti illud pronomen. *Meum?* cur non dixit. Hoc est Corpus filij Dei, aut filij Beatissimæ Virginis. Sed *Hoc est Corpus meum*. An fortè, quia sacerdotalem eminentiam his verbis voluit innotescere? quæ quidem tanta est, vt sacerdotem, alterum constituat Christum, haud vereor, hæc asserere, cum Diuum Ciprianum Epistol. 9. ita, audiam de sacerdotibus loquentem ad quendam Papinianũ. *Nec hoc iacto, sed dolens profero, cum te Iudicem Dei constituas, & Christi, qui dicit ad Apostolos, ac per hoc ad omnes præpositos, scilicet sacerdotes, qui Apostolis vicaria or-*

A *dinatione succedunt. Qui audit vos, me audit, & qui me audit, audit eum, qui me misit*. Ecce Sacerdotes Christi quidam sunt. ad indicandam igitur dignitatem sacerdotalem, qui hoc insigniti caractere, alij Christi existimantur, consecrationis verba, cum illo pronomine, *Meum*, voluit instituere Christus. hæc tu intelligas Lector, secundum quandam piam expositionem,

Sacerdotes Christus dicũtur.

B non enim intendo in tam graui materia in literali expositione à sacris, & approbatis discedere Doctoribus, sed deuotioni dignitatis sacerdotalis, hæc apto, & aio, in illis verbis sacerdotalem dignitatem declarare mysticè voluisse, ac ad sui ipsius similitudinem extollere sacerdotem. Sed si hoc voluit, cur potius corporis, & humanitatis, quam Deitatis fecit mentionem? In hu-

C ius intelligentiam ad Christum gloria, & honore post Passionem suam sublimatum in cœlis euolare oportet. Ascendit Christus in cœlum ibique. *Sedet ad dexteram Patris*. vt fides nos edocet. Ibi est, qui noster est aduocatus, vt Æternum Patrem semper ad dexteram inclinet pietatis.

In Patris dextera Christi solium eleuatur. inquiro Spiritus sancti solium, & puto stare in

D Christi dextera, quod ex hoc conijcio, quia aqua illa ex Christi latere emanata, secundum omnium Doctorum opiniones, figura fuit Baptismatis, nec Baptismi aqua, sine Spiritu sancto est, quod si aqua è latere Christi dextro effluxit, & in aqua suam solet sedem instituere Spiritus sanctus à dextris Christi, Spiritum sanctum esse non incongruè affirmo. ex quibus Christum in

medio Patris, & Spiritus sancti sedem obtinuisse licet inducere: quod si sacerdos is est, vt personam induat, ac signet Christi, cum ad sacrosanctum altare sacrificaturus accedit; & Christi sedes est in medio Trinitatis, vtique sacerdos Christum induens cùm sacrificat, & consecrat in medio Trinitatis solia effert ibiq; quasi Christus fulget. quis locus hoc sublimior? quæ sedes eminentior? quæ dignitas altior? hanc dignitatem non capit mens, superat intellectum, & quidquid est, inferius dignitate sacerdotali, censendum est. Accurrit Diuus Bernardus. *Interim*, inquit, *deliciari, & gaudere debemus in Sacramento Altaris, in cuius confectione fidelis minister, inuenit seipsum in medio Patris, & Spiritus sancti, astantibus etiam ex omni latere supernis ordinibus*, est sacerdos consecrans in medio Patris, & Spiritus sancti, ipsique, vt serui astant superni illi Spiritus, immaterialesque substantiæ. O quæ dignitas maior hac? concipiat, qui potest, ego non valeo. vndè sequitur idem Diuus Bernardus serm. in Cœna Domini. *Quidquid de ascensu sacerdotis in illa hora, seu profectu cogitari potest, vel dici, longè infra dignitatem veritatis est.*

D. Bern.

Dignitas qualibet dignitate sacerdotali est inferior.

Inferior est cuiuslibet creati intellectus cogitatio dignitati sacerdotali, quæ nedum in medio Trinitatis sistitur, sed ipsammet Trinitatem inter nos repræsentat. Ascendit in Montem Dominum loquuturus Moyses, audiuit arcana verba, accepit legem, & regressus est ad populum, at mutata facie, tanto enim lumine coruscabat, vt filiorum Israel acies in eam intendere formi-

A daret. *Cumque descenderet Moyses de Monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat, quod cornuta esset facies eius ex consortio sermonis Domini*. vbi Abulensis, *nam sicut cornua de facie procedunt animalis, ità de facie Moysi procedebant radij magni fulgoris*. Erant radij hi, vt Sol, & magisquã Sol, fulgentes. peto, cur Moysi hoc impertitus fuerit lumen Deus? haud enim du-

Exod. 34. 29.

B bitandum est de hoc lumine, quod Paulus Apostolus 2. ad Corinth. cap. 3. gloriam vocat. *Quod si ministratio mortis formata in lapidibus fuit in gloria, ità vt non possent filij Israel intendere in faciem Moysi propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur, &c.* nec audiendus est imperitissimus ille Hebræus apud Abulensem, qui dicebat, ideò faciem Moysi dici cornutam, eo quod ex ieiunio

2. Cor. 3.

Facies Moysi, cur apparuerit cornuta.

C quadraginta dierum, & quadraginta noctium, in quibus panem non comederat, facies eius ita fuerat extenuata, vt ossa apparerent, talemque ex tali extenuatione deformitatem contraxerat, vt formidinem incuteret filijs Israel, quapropter videre formidabant. ineptissimus equidem discursus, si enim Moyses stans cum Domino defectum corporis passus fuisset,

D equidem fuisset mortuus, non enim viginti diebus, sine cibo viuere naturaliter fas est. quod si non passus fuit, cur extenuatio successisset? splendida igitur super Solem Moysis facies apparuit. Expeto autem, cur mox splendidus est Moyses, non nè alias alloquutus est cum Domino? quid est, quod nunc splendoribus facies eius ornatur? Respondet Abulensis.

Abulensis.

Iste

Iste fulgor faciei Moysi dabatur ad honorem legis, quam ferebat. Lex Moysem decorat, propter legem fulget, sed quis sit, cum legis tabulas affert, non iam amplius infringendas, docebor à sponsa; quærebat ipsa Deum dilectum suum, dumque per vicos ciuitatis vagaretur inuenta est à custodibus, *Inuenerunt me*, inquit, *qui custodiunt ciuitatem*, à quibus de sponso expetiuit. *Num quem diligit anima mea vidistis.* Cant.3. D. Bernardus prælatorum diligentiam erga subditos hic attendēs, tandem concludit, custodes istos esse Sacerdotes, & ait serm.6. in Cant. *Inuenerunt me custodes, non inuenti sunt, sed inuenerunt, diligentia ipsorum in hoc commendatur. pigri custodes, & mali fideles, nullam in hoc adhibent diligentiam, non eunt, non quærunt, si quem inueniant cauteriatam habentes conscientiam.* O vtinam talibus custodibus pigritantibus non plena esset Dei Ecclesia, non quærunt oues ad salutem, sed ad emungendas, à probis custodibus expetit Sponsa Iesum. *Num quem diligit anima mea vidistis?* nec immeritò à custodibus, hi enim erant Sacerdotes, & à Sacerdotibus Dei legem per quam Deus inuenitur requirere debemus, quapropter, inquit idemmet Sanctus Doctor. *Labia Sacerdotum custodire debent scientiam, ideò legem requirit ex ore eorum, legem videndi, & inueniendi dilectum. Num quem diligit anima vidistis?* quod si lex à Sacerdotibus, requirenda est, & Moyses fert legem, vtique Sacerdos contemplari potest, & dignitatis sacerdotalis intuitu datur splendor faciei. assentitur Sanctus Ephrem de sacerdotio, dicens. *Quis, & hoc ipso munere diuinus Moyses habitus dignus ascendit in Montem Sina ad Deum, accepitque legem, vnde quoq; facies eius glorificata est, vt videretur Sole pulchrior.* En, solifera facies Moysis è sacerdotio. Sed, cur splendida plusquam Sol Sacerdotis facies effulget? nunquid, quia caligat oculus, nec intendere potest in lumen solis? dignitasque sacerdotalis, tàm eminens sit, vt nullus penetrare possit? non dissentio. etenim, inquit idem Sanctus Ephrem. *Quid dicam? quid eloquar, aut quid de laudibus efferam sacerdotij, excedit quidem intellectum, & orationem, omnemque cogitationem donum altitudinis dignitatis sacerdotalis, & sicut arbitror, hoc est, quod Paulus, quasi in stuporem mentis actus innuit. O altitudo diuitiarum, sapientię, & scientię Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles diuinę vię eius.* verum vlterius progredior, & mysteriū ex Dauide fodere conabor. loquitur ille de Dei Sacerdotibus, & ait, *Moyses, & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.* Aaronem fuisse Sacerdotem, omnibus in sacra Scriptura patet. & de Moyse, & Samuele, variant Doctores. Treuetus ait, Moysen non fuisse Sacerdotem, & dicit, debere legi hunc versum cum distinctione. *Moyses*, deindè post virgulam, indicantem separationem dignitatis, *& Aaron in Sacerdotibus eius*, ità vt Aaroni conueniat esse Sacerdos, nō Moysi. Verum dicunt alij conuenire nomen Sacerdotis Moysi, quoniam Aaronē consecrauit Sacerdotē, & filios eius, nec fecisset, nisi Sacerdos; non enim, nisi Sacerdotes consecrare debent Sacerdotes, offerebat populi vota coram Domino, & ira-

Cant. 3. | *D. Bern.* | *Diligētia Prælatorū astruitur.* | *S. Ephrē.* | *Dignitas sacerdotalis aciem superat intellectus.* | *Ps. 98. 6.* | *Treuetus.*

tum placabat, ne vindicaret delicta, suntque multæ aliæ rationes, ob quas dicere possumus, & ex quibus dixit Dauid Aaronem sacerdotem. Samuel autem obtulit holocausta, benedixit hostiæ, vnxit Saulem, & Dauidem. tres igitur hi dicuntur Sacerdotes, sed nunquid alij hoc nomine insigniri non possunt? nunquid non fuit Melchisedech sacerdos? nunquid non sacerdos Abraham, qui proprium filium Deo sacrificare non verebatur, & sacrificium voluntate perfecit? quid est, quod tres nominantur? scio in tribus his sacerdotibus virtutum speculum fuisse propositum, quapropter, ait Vgo Cardinalis. *Moyses interpratatur lugens, vel assumptus de aqua, Aaron mons fortis, Samuel audiens Deum, vel exauditio Dei. Hæc tria debet habere quilibet sacerdos, vt sit Moyses lugens pro peccatis subditorũ, assumptus, & extractus de aquis voluptatis, & luxuriæ, item Aaron, id est mons fortis contra ventum superbiæ, ne moueatur vt puluis: item Samuel, id est audiens Deum, contra auaritiam, vt audiat Deum, dicentem, date, & dabitur vobis*. sed alio tẽdo, & in tribus his Trinitatem considero sacrosanctam. Moyses enim, qui lugens est, Patrem significat, mortem filij lugentem, ac dicentem. *Propter scelus populi mei percussi eum*. Aaron fortis, filium significat, qui dicitur. *Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio*. Samuel, qui Dei exauditio dicitur, significat Spiritũ sanctum, qui exaudiens nos facit nos orantes. *Spiritus sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus*. quod si Dauid sacerdotes nominans tres tantum nominat, Diuinam Trinitatem præseferentes, relinquẽs multos alios: equidem, hoc mysterio declarare voluit, tantam esse dignitatis sacerdotalis eminẽtiam, vt ipsam sanctissimam Trinitatem repræsentet. Vndè D. Ioannes Chrysostomus, inquit. *Sacerdotum trias electa est, Trinitatem indicantium, scilicet Moysis, Aaron, & Samuelis*. Ecce vti in sacerdotio Trinitas emicat. ex quibus ad splẽdorem faciei Moysis Solem superantem accedo, in luce nedum Deus, sed personarum Trinitas elucescit. Vndè ait Diuus Ioannes Chrysostomus serm. de sancta Trinitate. *Sicut dicit Ioãnes de Patre, Deus lux est, de filio autem erat lux vera*. & sancta Ecclesia de Spiritu sancto canit. *O lux beatissima*. In luce igitur, tres illæ sanctissimæ personæ, quæ vnus Deus sunt, significantur, quod si Moysis, vti sacerdotis facies luce insignitur, hæcque significat Trinitatem, ad quãdam similitudinẽ Trinitatis eleuatur sacerdotalis dignitas, dicat igitur Sanctus Chrysostomus. *Sacerdotum trias electa est*. Magna, & superexcelsa est sacerdotalis dignitas, quæ euecta ad Trinitatis sanctissimæ similitudinem, dignitatem etiam induit suo modo infinitam. Occidit Nabad, & Abiu filios Aaron Deus, eo quod igne alieno Deo gratias egissẽt, quod quidem vetitum erat, ac in tali punitione sanctificatus est Dominus, non enim minus clementia, quam punitione Deus sanctũ se ostendit. dolentes autem de fratrum morte Elcazar, & Ithamar hostiam pro peccato nõ comederunt, sicut sacerdotibus erat consuetum ex diuino præcepto, quaproter iratus Moyses, sic eos alloquutus est. *Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, qua sancta sanctorum est, & data* vo-

Margin notes: Vgo. — Sacerdos, quas virtutes debeat habere. — Isai 53. 8. — Ps. 23. 8. — Rom. 8 26 — D. Chrys. — In Sacerdotibus Trinitas repræsentatur. — Leuit. 10. 25. — A, B, C, D

vobis, vt portetis iniquitatem multitudinis. Leuit. cap 11. exponit textum hunc Cornelius à Lapide, & ait, sacerdotes institutos, vt populi peccata portarent ad ea expianda. *Vt scilicet, cum hostijs populi pro peccato, simul etiam populi peccata in vos, quasi recipiatis, vt illa expietis.* hoc noto, cur sacerdotibus datum sit, vt peccata populi portent, non nè vnusquisque suum portabit peccatum? non transit ad alium culpa. quid igitur est, quod de sacerdotibus, aiat Moyses. *Vt portetis iniquitatem multitudinis,* in huius loci intelligentiam, pergo ad sacros Theologos. disputant hi. Vtrum pura creatura potuerit satisfacere pro peccato generis humani, & D. Bonauentura lib. 3. dist. 20. q. 2. respondet negatiuè; ratio, quia satisfactio debet proportionari offensæ, & iniuriæ, quæ quidem offensa est infinita, ratione obiecti offensi, qui est Deus infinitus, non potest autem aliqua actio creaturæ esse infinita, quia nec entitas est infinita, & operatio sequitur essentiam rei, vndè excluditur pura creatura à satisfactione, quæ requirit satisfacientem infinitum, & ità Deum. satisfecit iam Christus Deus noster, & hæc satisfactio notatur in sacra Scriptura apud Isaiam c. 53. his verbis. *Et iniquitates eorum ipse portauit.* portare dicitur Christus hominum peccata, pro quibus delendis erat necessaria persona Diuina infinita, cum ergo eisdem terminis sacerdotes dicantur expiare peccata hominum. *Vt portetis iniquitatem multitudinis.* ac portatio peccatorum infinitam exquirat personam, concludendum censeo, dignitatem sacerdotalem, adeò à Deo euectam, vt

Cornel. à Lapide.

D. Bonau.

Pura creatura pro peccato satisfacere Deo nõ poterat.

Isai. c. 53. 11.

Dignitas sacerdotalis, quasi diuina.

A quodammodo dici possit infinita. Adsit Sanctus Ephrem loco citato. *Discamus,* inquit, *igitur fratres, quoniam magna est, & multa, & immensa, ac infinita ipsius sacerdotis dignitas.* ad quã infinitatem demonstrandam, portare dicitur sacerdos peccata multitudinis, & portare dicitur Christus iniquitates nostras, cum redimit, pro quorum redemptione Diuina, & infinita dignitas requirebatur.

S. Ephrē.

B Illuc ascendit sacerdotum dignitas, quo mens humana conscendere non potest, illius enim nomen, & quodammodo rem sumit, qui super omnes manens, fons est, & origo totius Trinitatis. quid digne de sacerdote loqui possumus, qui Pater filij Dei, quodammodo dicitur? Periturus Iesus corda discipulorum, prius visere voluit, quapropter semetipsum, dedit cibum, & potum sub C panis, & vini speciebus, ac in illa sacrosancta Cœna Apostolos ordinauit sacerdotes ad quam dignitatem, vt primum euectus fuit Ioannes Euangelista supra pectus Domini recubuit, de qua re ipse, dixit. *Qui supra pectus Domini in cæna recubuit.* expeto, cur Ioãnes illud grauet pectus, quod grauatum doloribus, vix viuebat? nunquid, ò Ioannes, tu es ille myrrhæ fasciculus, quem diui- D na Sapientia inter vbera sustentandum vaticinata est, cum dixit. *Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* ac vti myrrha seruare optas amans cor Iesu, vbi vita est, à morte? non dissentio: sed alio aduocor, & pondero dicta sacerdotis post completum sacrificium, inquit. *Ite Missa est.* quæ verba exponens Rupertus Abbas lib. 2. de diuinis officijs cap. 20. inquit. Hoc

Io. 13. 23.

Cãt. 1. 13.

Io Euang. Seruare optabat Iesu. cor à morte.

Rupert.

Hoc autem sacrosanctum altaris mysterium, ideircò Missa dicitur, quia ad placationem, & solutionem inimicitiarum, quæ erant inter Deũ, & hominem, sola valens, & idonea missio est. Missa, dicitur missio, quia à sacerdote mittitur sacrosancta hostia ad Patrem Æternum, vt propitius sit peccatoribus, detq; gratiæ augmentum iustis. O pergrandis sacerdotũ dignitas, quã explicabit sacra Theologia. declarant sacri Theologi, quid missio Diuinarum personarum importat, & aiunt, importare duo, scilicet emanationem, & manifestationem, ità Diuus Bonauentura præ alijs in 1. dist. 15. quæst. 4. & concludunt, personam non mitti, nisi ab ea, à qua emanat, vndè solus Pater mittit Filium, quia à solo Patre gignitur. hoc tu intelligas respiciendo totale missionis, nam si missio attenderetur secundum vnam partem, scilicet manifestationis, aliter esset dicẽdum. sed de his ad Theologorum disputationem. hoc suppono missionem compleri, ac dicere emanationem, & Patrem non posse mitti, quia non procedit ab aliquo, Filium mitti à solo Patre, quia à solo Patre gignitur, Spiritum sanctum à Patre, & Filio, quia ab his procedit. hostia, quæ mittitur ad Patrem in sancto sacrificio Missæ est Dei filius, mittens est sacerdos, ille etenim est, qui dicit. *Suscipe sancte Pater hanc immaculatam hostiam.* & tandem termino missionis totum explicat, dicens. *Ite Missa est.* quod si hostia, quæ mittitur ad Patrem, est Dei filius, & hic dicitur quodammodo mitti à sacerdote, nec alius potest mittere filium Dei, nisi Pater, dicendum est in tantam euchi dignitatem sacerdotem, vt Pater filij Dei, dum illum consecrat, dici possit. sed attendenda est missio hæc per quam diuinæ similis, mittit filium suum Pater ad hominem, qui à se, nec abit, vndè ait D. Thomas. *Verbum supernum prodiens, nec Patris liquẽs dexteram.* mittit filium Dei sacerdos ad Patrem, dum sacrificium complet, qui tamen, nec à sacerdote abit, accipit enim eum in pectus suum, ac in anima erigit filio Dei solium; vndè Pater filij Dei, Pater Christi, aliquo modo dici potest sacerdos. non abit ab his Rupertus Abbas de Trinitate, & operibus eius in Genes. lib. 6. cap. 32. vbi in Abraham immolante Isaac, Sacerdotem filium Dei sacrificantem, qui integer perseuerat, & viuus contemplatur, & ait. *Pulcherrimum, atque sanctissimum est persentiscere quemadmodum, & vsque hodie in monte visionis, id est in sancta Catholica Ecclesia, extra quam, nemo vnquam Deum videbit, offeratur iugiter idem filius Dei Patri, & tamen immortalis perseuerat, & impassibilis. etenim huic immolationi iure assimilatur sacrificium Patriarchæ pij, ac fidelis, quia videlicet, sicut illic, ita, & hic, non sanguis funditur filij trucidati manibus crudelium, sed viuus, atque integer permanens, Deo Patri filius idem, & manibus præsentatur, & ore sumitur fidelium.* & post aliqua, quibus luculenter comparat filium Dei immolatũ in sancto altaris sacrificio, Isaac, & sacerdotem Abrahæ, subiungit. *Cur sacerdos, vel Pontifex, cuius & in corde Christus, fide inhabitat, & ex ore eius prædicantis, concipitur in audientis anima: Cur inquam hic talis eundem Christum suum filium appellare dubitet?* En, vti Christus sacerdotis filius, dici potest. ex qui-

Missa placationem Dei intimat.

D. Bonau.

Mittantur à quibus personæ diuinæ

D. Thom.

Sacerdos filij Dei Pater quodammodo dici potest.

Pectus Christi, cur Euangelistæ Ioanni detur

quibus, cur pectus Christi detur A Ioanni Euangelistæ, innotescere potest. Consuetum erat antiquitus, filijs parentum imaginem supra cor, & supra pectus gestare. habes apud Valerium Maximũ, insignitus fuit Ioannes sacerdotali caractere in Cœna, & illicò supra pectus Domini videtur. *Qui supra pectus Domini in Cęna recubuit*. quod si parentum imagines in pectore micabant, & Ioannes statim sacerdos micat B in pectore filij Dei, sacerdotem Patrem filij Dei asserere non est incongruum. aiat igitur Rupertus. *Cur sacerdos eundem Christum filium suum appellare dubitet?* en, quo extollitur sacerdotalis dignitas, ei communicatur nomen Patris Dei. vndè meritò reprobantur illi, qui sacerdotem non audiunt, à Patre enim filij Dei auertunt aures.

Ast emicat filij Dei paternitas C temporális in compluribus, non vnus est, qui tam magna refulsit gratia. astat Abraham Pater gentium, & Christi, astat, non renuò. verum altiorem gradum scandit dignitas sacerdotalis, illa enim, vel maior Christi paternitate tẽporali iudicanda est. Commemorat Paulus Apostolus ad Hebręos cap. 7. decimarum oblationem ab Abraham factam Melchisedech sacerdoti, & ait. *Intuemini autem, quantus sit hic, cui, & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha, &c. cuius autem generatio non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham, & hunc, qui habebat repromissiones benedixit, sine autem nulla contradictione, quod minus est à meliore benedicitur*. Insurrexerunt quidam Reges cõtra Bara Regem Sodomorum, & alios Regulos, vt habetur Ge-

Heb. 7.

Dignitas sacerdotalis maior paternitate temporali Christi.

nes. 14. mouerunt castra, inierunt prælium, recexit Rex Sodomę victus in prædam, ascenderunt victores, ac inter cęteros Loth filiũ fratris Abrahæ adduxerũt captiuũ, & substantia nudauerunt. resciuit furtum Abraham, & Loth captiuitatem, ordinauit acies, instruxit milites, cucurrit festinus aduersus victores, vicit, deiecit, recuperauit prædam, redijtque triumphans, secũ asportãs Loth. occurrit ei sacerdos Melchisedech, cui dedit decimas ex omnibus Abraham, suscepitque benedictionem. *At verò Melchisedech Rex Salem proferens panem, & vinum, erat enim sacerdos Dei altissimi, benedixit ei, & ait. Benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cęlum, & terrã, & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt, & dedit ei decimas, ex omnibus.* hæc admiratur Diuus Paulus, considerat enim Abrahã, & quis hic? ille, cui paternitatis filij Dei facta est repromissio: ille, qui in Christi genealogia Pater Iesu dictus est. *Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahã.* hic Christi parens occurrit sacerdoti Melchisedech, & offert decimas. oblatio decimarum est inferioritatis recognitio, quod si D Abraham, cui facta fuit repromissio eminentissimi priuilegij paternitatis Iesu filij Dei, dãs decimas sacerdoti, minorem illo se fatetur, vtique concedendum est, eam esse sacerdotij dignitatem, vt vel Christi paternitatem temporalem superexcedat, adest Primasius in epist. ad Hebræos c. 7. dicens. *Nisi maioris dignitatis esset Melchisedech, quam Abraham, neque Abraham alienigenæ decimas dedisset*. Quid hac dignitate altius? non inuenio, tanta enim est, vt

Genes. 14. 18.

Mat. 1. 1.

vt inter eam,& Christum, nulla A videatur discretio. confunduntur veluti sacerdos, & Christus, ea etenim est sacerdotis immutatio propter Diuinum characterem, quo in ordine insignitur, vt in similitudinem Christi träsformetur. Captum Iesum in horto Gethsemani, non reliquit Petrus semper amans, sed sequebatur eum à lögè, vt videret finem, intrauit atriū, accessit ad ignem, vt quo igne in Christum Iudaei B militarent, intelligeret. ast igne magis vrens, accessit ancilla, quæ petram concutiens, rupit, negauit enim Christum, ac scissus reiecit illum, qui facit vtraque vnum. cantauit Gallus, pietatis, & misericordiæ præco, respexit discipulum Christus, qui oculorum tactu, dedit aquas, vndè pota eius anima æstum extinxit peccati. narrat Petri negationem. D. Lucas, non prætermittit Christi C intuitum, & ait. *Et conuersus Dominus respexit Petrum, & recordatus est Petrus verbi Domini, quod dixerat, quia priusquam gallus cantet, ter me negabis, & egressus foras Petrus fleuit amare* & sequitur. *& viri, qui tenebant illum*. aduoco Grammaticos, ac peto, istud pronomen. *illum*. quodnam pronomen est? respondent, relatiuum. Relatiuum pro quo accipitur? quid refert? antecedens. quodnam est antecedens istius. *illud* absque dubio, Petrus. ait enim Euangelista. *Et egressus foras Petrus fleuit amarè*, & sequitur, *& viri, qui tenebant illum*. igitur, istud relatiuum refert Petrum. sed nūquid Petrus tentus? Petrus colaphizatus? Petrus velatus? & illusus? quid est hoc? eruam huius enigmatici sermonis clariorem dilucidationem ex eodem Mel-

Luc. 22. 61.

chisedech Abraham benedicente. Benedixit regressum Patriarcham è bello Melchisedech, quia maior, inquir Apostolus. peto vndè hāc benedictionem ad Abraham attulit Melchisedech? equidem è cœlo, non enim hominis benedictione delectaretur ille, cui Deus merces erat: si igitur à Deo, hanc habet benedictionem Melchisedech sacerdos, erit sacerdos medius inter Deum, & hominem, concedit D. Chrysostomus homil. 5. de verbis Isaiæ, dicens. *Itaque medius stat sacerdos inter Deum, & naturam humanam, illinc venientia beneficia ad nos deferens, & nostras petitiones, illuc proferēs Dominum iratum reconcilians vtrique natura, nos, qui, offendimus eripiens ex illius manibus. Eoquod Deus ipsum regale caput Sacerdotis manibus subiecit, nos erudiens, quod hic Princeps est illo maior, siquidem id, quod minus est, benedictionem accipit ab eo, quod præstantius est*. En, vti benedictio sacerdotem indicat medium inter Deum, & hominem, inter cœlum, & terram. quod etiam notauit Clem. Alex. lib. 5. strom. vbi expendens, cur soli sacerdoti intra velum tabernaculi ingredi liceret, inquit. *Ille quoque locus medius, qui est intra velum, in quem soli permissus erat Pontifici ingredi statis diebus, & ex-* D *terius atrium quod patebat Hebræis, dicunt esse medium cœli & terræ*. En, sacerdos medius inter cęlum, & terram, inter Deum, & hominem. Regula autem Philosophorū est, quod medium participat ex vtroque extremo, erit igitur sacerdos non solùm terrenus homo, sed cœlestis, non solùm homo, sed aliquo modo, & participatiuè Deus: quis autem est Deus, & homo? Christus: quod si sacerdos, medius

D. Chrys.

Clemens Alex.

Sacerdos medius inter Deum, & hominē.

medius inter Deum, & hominē, vti medius ex vtroq; participat, quidā Christus dicendus est. quibus suppositis, intelligitur, cur Christus relatiuè declaratur, ꝙ relatiuum refertur, secundū Grammaticorum regulas ad Petrum. *Egressus foras Petrus, fleuit amarè, & viri qui tenebant illum, &c.* ordine altissimo sacerdotali insignitus erat Petrus, medius, vti sacerdos erat inter Deum, & hominē. participabat aliquid Dei, & hominis. & quia Christus Deus, & homo est, ideò Petrus sacerdos, vti Christus aspicitur, & relatiuū significans Christum, referet antecedens, significans Petrum sacerdotem quis ascendet in hunc altissimum apicē sacerdotalis dignitatis? quis aciem in Soles hos, Sole splendidiores figet? quis capiet Christū? quidam nāq; Christus est sacerdos. hinc ait D. Aug. in Ps. 37. *O venerabilis sanctitudo manuū, ò fęlix exercitium, Christus tractat Christum, id est sacerdos Dei filium, & quod datum non est Angelis concessum est hominibus.* Ast nūquid sistendum est hic? nunquid Spiritus sanctus Trinitatis persona tertia, vices suas sacerdoti, nō pręstabit? nunquid fructus Spiritus sancti, nō producet sacerdos, quasi Spiritus quidā sanctus? Notanda est abrasio capillorum sacerdotis, non substinet caput illud, quod inter sydera se se extollit mortua opera, non cogitationes superfluas, raduntur quapropter summitates capitum sacerdotum. sed præter hoc, altius in hac abrasione mysterium intueor, quod à Spiritu sancto descendēte in Apostolos, mox aperiā. Misit terra Christi humanitatē in cęlū, remisit Spiritū sanctum ad terras Christus, qui in linguis

Sacerdos, quadam Christus.

D. Aug.

Sacerdos quasi quidam Spiritus sanctus.

A apparuit igneis, seditque super Apostolorū capitibus. *Et apparuerūt illis dispertitę linguę, tāquā ignis, seditq; supra singulos eorū.* Act. c. 2. S. Ciprianus explicās partitionē linguarū, ait. *Dispertitę linguę secti li forma, & dissectę.* expēdo, cur apparēs, sedēsq; supra capita Apostolorū S. Spiritus in linguis apparuit dissectis? nunquid non Amor est Spiritus sanctus? & q̄d nisi vnitas, ab Amore? vnitus igi-

B tur, non dissectus esse debebat ignis ille, in quo apparuit Spiritus sāctus, qui Amor est. ast quis Dei opera calūniabitur? reuerebor, & scrutabor humiliter. hoc apud Arist. certū est. Hominē esse arborē inuersā, cuius radix capilli sunt, raduntur propterea capita sacerdotibus, quia ablata radice, nō amplius trahit arbor humorē, qui à radice surgit in ramos. & hoc signatur sacerdotes, nō inter

C homines, qui radicem habent in mundo, esse numerandos, vndè Elias Cretēsis, vocat sacerdotes. *Genus supra hominē* sed quid est, ꝙ Spiritus sāctus descēdit in caput Apostolorū, vtpotè sacerdotū, vti dixit S. Ephrē, & dū ibi sedet moratur in igne dispertito? puto, q̄a dispertitæ solēt arborū esse radices, quo signo ipsū succedere in locū radicis arbori hominis, qui est sacerdos, indicat. *Radix sapien-*

D *tię*, dicitur Eccl. c. 1. *cui reuelata est*, vbi quædā glosa, *Sapiētię radix est Spiritus sāctus.* En, vti Spiritus sāctus radix est. ꝙ si in capitibus Apostolorū, primorū s. sacerdotū, vbi radix inspiciēda est hominis videtur ad modū radicis dispertitę ignis, in quo venit è cęlo Spiritus sanctus, dicendū est Spiritū sanctū arboribus sacerdotū, qui capillorum radicem truncāt, succedere in locum radicum. ast,

Act. c. 2.

Homo arbor inuersa.

Elias Cretensis.

Eccles. c. 1

quid est radix arboribus? illud equidē, quo viuit, ex quo habet esse, vndè habet arbor fructum, & quidquid arboris est, à radice est quod si Spiritus sanctus, veluti radix est sacerdotis, esse sacerdotis, quodam esse Spiritus sancti, dici debet, virtus sacerdotis, virtus Spiritus sancti est, fructus sacerdotis, fructus sunt Spiritus sancti, & tandem sicut radix diffunditur per ramos, ità Spiritus sanctus per sacerdotes diffunditur, è Spiritu sancto enim sacerdotium sumit exordia. huc spectauit D. Chrysostomus lib. 2. de dignitate sacerdotis, dicens. *Sacerdotis aspicito dignitatem, agitur in terra, sed officium cęlestibus negotijs continetur, non enim homo, non Angelus, non Archangelus, nō aliqua alia creatura, non virtus, sed ipse Spiritus sanctus hoc munus instituit.* radicem, initiumque habet sacerdotis munus, sed à Spiritu sancto, ab ipso vti à radice sumit alimētum, ab ipso sunt fructus. fructus Spiritus sancti est peccatorum remissio, & hanc per sacerdotem habemus, fructus Spiritus sancti est gratia, & hęc per sacerdotem ministerialiter cōfertur, Spiritus sancti fructus est ipsiusmet gratiæ augmētum, quod à sacerdote ministrante sacrum Eucharistiæ Sacramentū in nos peruenit. O magnum Sacramētum, sacerdotalis ordo, cuius radix est Spiritus sanctus, qui in ipso refulgens simul cum Patre, & Filio, quandā Trinitatem esse in sacerdotis Deitate demonstrat. O quid dixi Deitas? nunquid alius dabitur prÿter Deum Deus? etiam, non quidem essentialiter, sed eminentissima participatione. Nil cōmune instituit Ecclesiasticus ordo, totū plenū est mysterijs, scatet sacramentis.

D. Chrys.

A contemplor aliud ex his. Accedit ad altare celebraturus sacerdos, inchoat Missam, ac alta voce, ea, quæ profert, fidelibus communicat, accedit ad initia consecrationis, ac premens omnia sub silentio, secretè cum Deo agens, videtur silere, conficit sacrum Christi Corpus, consecrat vinum in Sanguinem, & ad vlteriora pergens, ferè semper sub silentio cum Deo agit. exquiro; B cur sacrosancta illa mysteria, fidei apices, non exponit populo? cur vocis exaltatio, non exaltat mysteria, attentas reddens aures, & mentes fidelium? Dicam, quod sentio, doctrina Christi suffultus. furebant aduersus Iesum Iudæi, & negantes esse Deum, vti blasphemum, lapidibus obruere volebant. accurrit ad deitatis probationem Christus, & dixit. *Si non facio opera Patris mei, nolite crede-* C *re, si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite.* impediebat Sacramentum nati hominis agnitionem æternæ natiuitatis, non poterat homo explicare Deum: quid explicabit? quid proloquetur? opus. vndè dixit Diuus Hilarius 7. de Trinit. *Et quia sub Sacramento assumpti Corporis, & nati ex Maria, hominis, & Dei filius, non intelligebatur: fides nobis intimatur ex gestis, cum ait. Si au-* D *tem facio. & si mihi non vultis credere, operibus credite. Cum enim sacramentum nati hominis intelligentiam diuinæ natiuitatis impediat, cum diuina natiuitas omne opus suū, sub ministerio assumpti hominis exequitur. faciēs igitur opera Patris, demonstrare debuit, quod esset operibus credendum.* opera explicant, quod verba exprimere nō possunt, certiusq; testimoniū opus est, quam verba. quo testimonio etiam vti-

Io. 10. 37.

Opera Deum loquuntur.

Hilarius.

tur

tur Sancta Mater Ecclesia, quæ A primo fidei confessionem in suis exquirens, recitat in Missa Symbolum Nicenũ, quod tamen, cum in honorem Martyrum celebrat, omittit: nõ enim opus est verbis, vbi opus clamat, magisq; opera, quam verba, quid homo sit, explicant. quibus suppositis ad sacerdotum silentium, vbi accedũt ad conficiendum Corpus, & Sãguinẽ Domini regredior. Magna est sacerdotis dignitas, quam exprimere deberent, cum ad tãtum B opus accedunt. sed quid? silent, cum consecrant, vt facto, quid dignitas sacerdotalis sit declarent, opera enim melius loquuntur, & fidelius, quam verba: sed quod opus illud est? equidẽ filius Dei, Deus est ille, qui per verba sacerdotis, est sub illis speciebus, quod si sacerdotis opus ministerialiter est Deus, & opera testimonium de persona præbeant, dicendum C est, sacerdotem quandam induere diuinitatem. quod cõfirmauit D. Laurentius Iustinianus lib. de triũph. Christi agone c. 4. dicens, *Secundum sacerdotij qualitatem, ità eorum oblatio.* dignitas sacerdotis ex oblatione agnoscitur, videtur ex opere. quod si ista oblatio, est Deus, quandam diuinitatem olet sacerdotium; ad quod manifestãdum, vti puto, Christus noluit Apostolis conferre potestatem D conficiendi corpus suum, antequam ipse per semetipsum se se consecraret, nullius etenim opus hoc est, sed Dei solius: vndè sacerdotalis potest colligi dignitas. *Transiturus*, inquit D. Laurẽtius Iustin. ibidem, *etenim de hoc mundo, cęnam fecit, non sicut Herodes funestus, vt innocẽtis sanguinem funderet, sed vt corporis, & sanguinis sui sacramenta conficiendo mini-*

Symbolum Nicenum non recitatur in Missis Martyrũ, quia opere scilicet moriendo illud confessi sunt.

Sacerdos quandam induit Diuinitatẽ.

D. Laur. Iustin.

strauit principibus populi sui, & primis aulæ cœlestis. Ad quod peragendum non Patriarchas, non Prophetas, non Angelos, non Archangelos, non vel supremum cœlestium legionum, misit, sed ipse per se implere curauit. & inferius. *Nihil hoc Sacramento verius, nihil certius credi potest, cuius institutionis Deus auctor est, nempè cum Dei filius in assumpta humanitate summi, & æterni sacerdotij fungeretur honore*, propter sacerdotij honorem (quasi diceret) hoc diuinũ, altissimumq; Sacramentum instituit, vt operibus sacerdotij, quid dignitas sacerdotalis sit aduertant, & inuestigẽt homines. Trãsubstantiat panem, & vinum in Corpus, & Sanguinẽ Christi, qui Deus est, Deus igitur potest nominari sacerdos. Ibat sacrificaturus Christus se victimã Æterno Patri sacerdos, astitit ante Herodem, à quo sæpius interrogatus, non respondit; non enim saluti suæ, sed curiositati, prospiciebat, qua de re, nec meruit Deum audire. attendant, qui ad conciones confluunt curiositatem satiaturi, nõ audient Deum loquentem, sed longè erit ab eis, ac veluti ingratos Dei beneficijs, qui se, per hæc hominibus communicat, derelinquet. tetigit hoc D. Gregor. lib. 10. mor. cap. 17. dicens. *Quia Herodem vidit, non perfectum, sed signa, vel scientiam velle mirari, requisitus ab eo tacuit, & quia constanter tacuit ab eo irrisus exiuit, ingratos foris reliquit, magis eligens à superbiẽtibus despici, quam a non credentibus, vacua voce laudari.* illudit Christum Herodes, ac veste alba indutum, remisit ad Pilatum, ità Matth. c. 26. *Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo, & illusit indutum veste alba.* peto, cur albam vestem admi-

Sacerdos nominari potest Deus.

Christus, cur Herodi non respondeat.

D. Greg.

Matth. 26

serit Deus, cum vti sacerdos se victimam præparabat Patri? nunquid, quia non sine Regno sacerdotium? & Reges candida vtebātur veste, vt testatur Iosephus de bello Iudaico, qui ait, Regem Archelaum veste alba indutū, processisse ad templum? non dissentio. Regale namque sacerdotium, dicitur. Sed progredior vlterius, edoctus à Platone lib. 17. de legibus, qui ait, Deos antiquitus candida delectatos vestibus, quapropter, & albis induebant, & hoc indumento delectationem gloriæ exprimebant. & Tullius lib. 2. de legibus, inquit *Color candidus præcipuè Deos decet, vndè supremo Deorū Ioui, pileum dabāt albū.* ast, quid exteros consulo? adest Christus, qui vbi testimoniū Diuinitatis à Patre accepit. *Hic est filius meus dilectus,* in vestimētis albis apparuit, cum in monte transfigurationis, vestimenta eius facta sunt candida, sicut nix. ex quibus, cur Christus cum exinaniuit semetipsum, cum à Iudæis, vt iniquus reputatus est, cum venditus, alba veste voluerit contegi, facilè colligitur: in sua passione Christus, vt victima fuit illusus, consputus, flagellatus, crucifixus. & erat ibi simul sacerdos. in oblatione victimæ, sacerdotij dignitatem patefacere satagebat. quid igitur? vestibus voluit indui albis, in cuius monumentum, etiam sacerdotes nostri alba induuntur, procedentes ad altare, quod si albæ vestes Dei indumenta sunt, absq; dubio Deitatem olere sacerdotes, sentiendū est. Hinc Exod. 22. dicitur. *Dijs non detrahes, & Principibus populi non maledices.* vbi interlinealis Glosa. *Idest sacerdotibus, Doctoribus, qui Ecclesiæ principantur.* & Dionisius Areopagita

Sacerdos Rex.

Plato.

Candida vestis Reges, & Deos demonstrabat.

Tullius.

Matt. 17.

Exod. 22.

Glosa.

A inquit, loquens de sacerdotibus. *Inuenies, quod Theologia Deos etiā vocat cœlestes, & quæ super nos sunt substantias, & amicissimos Deo, & beatissimos viros.* & D. Gregorius in registro epist. 75. *In diuinis eloquijs aliquando sacerdotes Dij, aliquando Angeli vocantur.* sed stupēda sunt Diui Gregorij Nazianzeni verba Apolog. 1. dum sacerdotalem dignitatem magnificat, ait enim. *Quis ille est qui veritatis antistitem, ac propugnatorē vnius diecula spatio, velut simulacrum ex argilla fingit? illum, inquit, qui cum Angelorum classe, atque ordine futurus est, qui cum Angelis Deum celebrabit, qui ad supernum altare sacrificia transmittet, simulque cum Christo sacerdotio fungetur, qui figmentum instaurabit, imaginemque Creatori sistet, & superno mundo opificem aget, vt quod maius est dicam. Deus erit, aliosq; Deos efficiet.* quid hac excellentius dignitate, quæ Deum quadam altissima participatione habentem efficit? & potestatem cōmunicat faciendi Deos? Deus fit, qui Deum mā. ducans transformatur in Deum, etenim, vt ait D. August. Corpus Christi manducans, non mutat in se Christū, sed mutatur in Christum. *Non ego mutabor in te, sed tu mutaberis in me:* hunc cibum, hoc Christi Corpus, à quo habemus? à sacerdote: per sacerdotem igitur efficimur Dij. vndè benè Nazianzenus. *Deus erit, aliosque Deos efficiet.* Non licet supra Deum creaturam erigere, quæ etsi altissima sit semper infra Deum est: verum parcat Deus audaciæ meæ, sed glorificetur ipse in operibus suis, qui talem hominem voluit in terris constituere, qui participata dignitate, videatur celsior. Ad dignitatem sacerdotalem, aio voluit

Dionisius Areopag.

D. Greg.

Nazianz.

Sacerdos alios Deos efficit ipse quidam Deus.

voluit euehere hominem, eamq; vel ipse honorare voluit, propter humilitatem suam, quam in forma hominis assumpsit, veluti subiectus. Variabant circa Christi personam hominum sensus, erãtque tot sententiæ, quot capita. Voluit, & sensum Apostolorum aperire Christus Dominus, vnde interrogauit eos, dicens. *Quem dicunt homines esse filium hominis?* cui cum respondissent, non infimam de ipso vagari opinionem: habebatur enim vti Ioannes Baptista, vel Elias, vel Hyeremias, aut vnus ex Prophetis. Nũ ipsi cum eisdem sentirent, vocibus ipsorum, audire voluit, sciens omnia Christus. dixit propterea. *Vos autem, quem me esse dicitis?* dixerat prius. quem me dicunt esse homines, quia iuxta Diui Hieronymi interpretata, qui de Christo, vti de filio hominis tantum loquuntur homines, filijque hominum dicuntur, qui autem altius de Christo sentiunt, vti de Deo, dicuntur Dij. *Pulchrè autem interrogat, quem dicunt homines esse filium hominis? quia qui de filio hominis loquuntur, homines sunt, qui verò diuinitatem eius intelligunt, non homines, sed Dij appellantur.* quod patet, quia vbi ad Apostolos accederet interrogans de ipsorum sensu, dixit. *Vos autem, quem me esse dicitis?* quod adnotans idemmet D. Hieronymus. ait. *attende autem, quod ex contextu sermonis Apostoli nequaquam homines, sed Dij appellantur.* Dij sunt Apostoli, Deo adhærentes, qui enim adhęret Deo, vnus spiritus est. scrutor autem, cur sapientia Æterni Patris, cui nihil est occultum, sed omnia sunt aperta, apertam Petri confessionem voluit audire? ad quid multiplicantur verba, vbi

Matt. 16. 2. 16.

D. Hier. Qui filium hominis Deum sentit. Deus quodãmodo est.

D. Hier.

Apostoli Dij.

A intellectus benè sentit, adhæretque voluntas? responder Rabanus. *Non autem quasi nesciens de se sententiam discipulorum, vel extraneorum inquirit, sed ideò discipulos, quid de se sentiant interrogat, vt cõfessionem rectæ fidei digna mercede remuneret.* beneficijs hominem cumulare optat Dei bonitas, quę semper se cupit diffundere, vndè confessionem exquisiuit, vt remuneraret. sed quæ merces confessioni fidei datur? quod præmium? quæ dignitas? audiamus.

B dixit Petrus. *Tu es Christus filius Dei viui.* respondit Iesus. *Beatus es Simon Bar iona, quia caro, & sãguis, non reuelauit tibi, sed Pater meus, qui in cęlis est, & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non praualebunt aduersus eam, & tibi dabo claues Regni Cęlorum* dignitate sacerdotali cõ-

C fessionẽ munerat, sed antequam intentum attingam, oro sacerdotem, vt penset Dei verba. prius dixit Beatum Petrum, & deindè sacerdotalem promisit dignitatẽ. *Tibi dabo claues Regni Cęlorum.* cur hoc? nisi quia sacerdos, ità debet versari in terris, ac si esset Beatus. quid peragit Beatus, semper Deũ obiectum suum, in quo Beatus est, intuetur; non oculos, non mentem, ab illa superna ineffabi-

D lique Deitate auertit. sic, sacerdotis munere functurus, sit vti Beatus. mox ad propositum. & peto, nunquid aliquid Petro additum est, cum dignitatem contulit sacerdotalem Deus? quis negabit? non enim vacua sunt honore Dei dona. nunquid maior effectus est? non dissentimus, quandoquidem euehit ad altiorem gradum dignitas, & potestas. peto insuper, qui nam erãt Apo-

stoli?

Sacerdos debet ità se in terris gerere, ac si esset beatus.

stoli? quo dono insigniti, antequam ad sacerdotalem eueherētur dignitatem? ait Diuus Hieronymus. Dij. *Dij appellantur.* quod si tunc Dij. & demum maiores efficiuntur Dei dono, hocque nō est, nisi dignitas sacerdotalis, cōcludere licet ad tantam celsitudinem, benedictum Deum sacerdotem euchere, vt si dari posset quid Deo melius, quod quidem impossibile est, hoc esset sacerdos. non datur Deo maior; verum Deus se se ad extollendum sacerdotem humiliat: quod dixit D. Hieronymus expendens, cur leprosum mundatum, de quo D. Matth. cap. 8 miserit ad sacerdotem. *Vade ostende te sacerdoti*, vbi sic ait. *Mittit autem eum ad sacerdotes primum, propter humilitatem, vt sacerdotibus deferre videatur.* en, vt se se humiliat sacerdoti Deus, detulit, ac si sacerdote esset inferior. quid dignitate hac admirabilius? quid superexcedētius potestate hac? cui se totum, veluti seruum dat Deus, & sua.

D. Hier.

Matth. 8.

Nō abigo à Domini Iesu verbis. Dignitatem sacerdotalem promittit Petro, & inquit. *Tibi dado claues Regni Cælorum.* premo, cur in dignitate sacerdotali, claues Regni Cœlorum traduntur? non nè cœlum Dei est ità Dauid. *Cælum cæli Domino, terram autem dedit filijs hominum*, non nè in cœlo habitat Dominus, illudque eius tabernaculum est? quis negabit? cur igitur cœli claues, alius tenebit à Deo? O stupēdam sacerdotij potestatem. Præliantur cum milites, obsidentque cum ciuitatem, oppugnant, vexant, & vndique agrediuntur. valdè obstant ciues. ast, cum se se victos, ac militum oppugnantium vires sentiunt, tunc cedunt, & in subiec-

Matth. 16 19.

Ps. 113. 16

A ctionis signum, claues afferunt eorum Duci, quibus, & se, & suā ciuitatem eius esse profitentur. quis ignorat militiam esse vitam hominis super terram? dixit Iob. *Militia est vita hominis super terrā.* expugnare contendimus ad possidendum Deum, & cœlum. vallat Deus cœlum præceptis, superamus, ac tandem sacerdoti dat claues Regni cœlorum, quod si clauium traditione, possessio

Iob. 7. 1.

B datur ciuitatis, & obsequiū, imò famulatus ciuiū protestatur habitantium in ea, equidem sacerdoti dans Deus claues Regni cælorum, & cælum dat, & se se velut seruum serui sui sacerdotis declarat, huic obedit, dum ea, quæ ligat in terris, ligat in cælis, quæq; in terris soluit, soluit, & in cælis.

Sacerdotis potestatem contēplans Sanctus Ephrem loco citato in hæc prorumpit. *O miraculum stupendum, ò potestas ineffabilis,*

C *ò tremendum sacerdotij mysterium.* miraculum est, sacerdotalis dignitas. venerari debemus miracula, vti Dei opera. Veneremur ergo, & toto corde humiliemus nos ante conspectum sacerdotū. quod si omnibus hoc præceptum est, nos specialiter Capuccinos attingit, quibus Beatissimus noster Pater, virtutum norma, sanctitatis speculum Idea Euangelij,

D semetipsum præbuit Ducem in honore sacerdotum. voluit reuereri, nosque suos filios, & hæredes ad eorumdem coegit honorem. dicam tandem cum Beato Ephrem. *Cuncti ergo honoremus, cuncti hac venerandi sacerdotij sublimitate decoratos prædicemus Beatos, certò scientes, quod si quis amicos Regis amet, hunc ipsum multò amplius à Rege amari.* amari cupimus à Deo amemus sacerdotes.

TEX-

TEXTVS. | COMMENTARIVM iuxta literam.

VERS. V.

Editio vulgata.

Et corruet hodie, & corruet etiam Propheta tecum, & nocte tacere feci matrem tuam.

Sanct. Pagn.

Et corrues tempore hoc, & corruet etiam Propheta tecum, vt corruit quis nocte, & succidam matrem tuam.

Transf. ex 70.

Et infirmabitur per diem, & infirmabitur Propheta tecum. Nocti assimilaui matrem tuam.

Vatab.

Corrues igitur hoc tempore, & corruet etiam Propheta tecum, vt corruit quis nocte, succidamque matrem tuam.

Editio Chaldaica.

Et corruetis hodie, corruentque etiam pseudopropheta, qui apud vos sunt, veluti qui de nocte ambulant: & pudefaciam synagogam vestram.

Paraphrasis Castri.

Breui corrues, & captiua duceris cum pseudoprophetis, qui te seduxerunt, ò plebs Israelitica, & in illa tenebrosa nocte captiuitatis, ità os tuũ obstruam, vt nihil habens, quod respondeas Deo in tui excusationem.

NVllibi adęquatius totum orbem adpictum dicebāt veteres Sophi, quam in figura Pan, cuius alibi explicatio exaratam reliqui. hoc noto in præsentiarũ, huic effinxisse capreæ pedes, quæ velocissima est, ac auditus acutissimi. quo prefeferre volebant, orbem obedientia conseruari, pe-
B des enim veloces, aurisque non surda perfectum indicant obedientem, ac super pedes stat, regiturque quiuis, cum enim minores maioribus obediũt, & maiores Deo, tunc orbis machina bene stat. quod si obedientiæ pedes nutant, ruit totum. quod perspicuè in præsenti textu indicatur, vbi post negatam obedientiã sacerdotibus, post spretos Dei ministros, quibus nefas erat ne-
C gare obsequium, & obedientiam, ruit Regnum Israel. & sequitur Propheta. *Et corrues hodie.* & corrues. idem sonat, ac captiuaberis amisso Regno, vti exponit Vgo, & Diuus Hieronymus inquit. *Et quia tales estis, ideò hodie corruetis, id est ducemini in captiuitatem, & perdetis Regnum Israel.* additur. *Hodie*, in quo breuitas notatur euersionis Regni Israelitici, ità vt idem sit. *Hodie*, ac propè diem,
D seu breui tempore, sic exponunt Albertus, Vgo, Lyra, Dionisius, addit etiam D. Hieronymus, captiuitatem non futuram fraude, aut insidijs, sed apertè, sicut ea, quæ clara luce fieri solent: *Quod autem dicit, hodie, aut præsens tempus significat, aut non fraude, & insidijs, sed clara in captiuitatem luce ducemini.* vbi etiam notatur imbecillitas, quæ ob peccatum Regno Israelitico obtigerat, nulla enim

enim opus erat arte illud distrahere,& conculcare. sequitur textus. *Corruet etiam Propheta tecum.* hunc locum aliqui expositores ad pseudoprophetas trahunt. alij verò de veris intelligunt. secundus intellectus magis placet, & sensus est, vel quod post captiuitatem,nullum haberent Prophetam,vti enim ait Vgo Cardinalis, ante captiuitatem decē tribuum Prophetas plures habuerūt, post captiuitatem verò nullos habuisse leguntur. vel sensus est. ità, ò popule Israelitice,eris sine consilio, & prudentia, vt nihil venturi tibi innotescat, nihil præuidebis, quod Prophetarum est, ac prudentium,sed corrues,sicut in nocte;quia tanta ignorantia futurorum euentuum, & malorum opplebimini, vt nulla sit spes euadendi, sed corruetis quemadmodum, qui corruit nocte, non videns offendiculum,vt vitet. subiungit Propheta. *Nocte tacere feci matrem tuam.* hic versus variè interpretatur. nam alij construunt, vt iam dictum est, legentes. *Et corruet etiam Propheta tecum nocte.* alij noctem iungunt, cum *Tacere feci*, vterque sensus est probabilis. & hic secundus iuxta lectionem septuaginta interpretum,ità dispungitur. *Nocti assimilaui matrem tuam*, scilicet Synagogam, vel Samariam, hoc est,similem reddam nocti præ tristitia,& confusionę. Ex editione vulgata,non diuersus elicitur sensus,idem est enim. *Tacere*, ac tanta premi confusione, & dolore, vt nullam habeant ad se se excusandum rationem, & taceant,vbi loquendi esset necessitas.

A

B

C

D

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS XXIII.

Mortem sibi parat, & incurrit homo peccans.

ET CORRVES, &c.

AVdet semper peccator,illius audacis filius,& assecla, qui dixit,*Ponam sedem meam ad Aquilonem,similis ero Altissimo*, Isai.14. fortis sibi est, & strenuus semper ad peccandum,tantaque fortitudine erigitur peccator, vt vel Deus peruersè fortis dici possit, vti adnotauit D.August.in Ps.73. dicens de primis parētibus. *Fortes esse voluerunt, qui se Deos futuros de cibo vetito crediderunt. factus est Adam fortis,cum audiret, Ecce factus est Adam, quasi vnus ex nobis. Fortes & Iudai de iustitia sua præsumentes, ignorantes enim Dei iustitiam, & suam quarentes constituere iustitiam, tanquam fortes, iustitia Dei non sunt subiecti.* fortem agnoscit in sua audacia peccatorem Diuus Augustinus, nec vsquam est imbecillis,ni peccatum suum,pœnitens agnoscat.En publicani imbecillitas,nec audentis oculos, aut caput ad cęlum leuare,de quo idem D. Augustin *Videte hominem digessisse fortitudinem suam, & remansisse infirmum, inopem,longè stantem,nec oculos suos ad cęlum leuare audentem sed percutientem pectus suum,& dicentem. Domine propitius esto mihi peccatori, iam infirmus est, iam infirmitatem confitetur, nō est fortis* quod si fortis est peccator, nec corruit fortis,sed stat, viribusque aduersarij resistit strenuè. quid est,quod ait Propheta. *Et corrues hodie.* cum pec-

Isai. 14.

D. Aug.

Peccator fortis est, pœnitens imbecillis.

peccator fuerit populus Iſraeliticus. Accurro in huius textus intelligentiam ad Euãgelicam doctrinam. Proponebat ſuam innocentiam Chriſtus Phariſeis, dicens. *Quis ex vobis arguet me de peccato.* (Io.8. 46.) fortè his verbis indicare volens, ideò veniſſe, vt ipſos, & omnes à peccatis redimeret, non enim futura erat Redemptio pro peccatoribus, niſi ab homine ſine peccato. Aſt impij illi, etſi ſe ſe Deũ manifeſtaſſet Chriſtus, blaſphemauerunt, dicentes. *Nunc ſcimus, quia dæmonium habes.* arreptiſque lapidibus obtuere conabantur vitæ auctorem Deum. *Tulerunt lapides, vt mitterent in illum.* admiratur veſaniam Hebræorum Diuus Chryſologus ſerm. 131. obſtupeo ipſe Dei permiſſiones, lapidari non venerat, ſed crucifigi. quid eſt, quod lapides incurrit, etſi non lapidandus? quid eſt, quod ad lapides alumnos ſuos, non lapidaturos Chriſtum, mittit diabolus? O ex peccato mortem certam. (Lapides tulerunt Iudæi ad ſuam necem.) Blaſphemi lapidibus decernebantur in lege veteri, lapidibus obruendum erat os loquentis blaſphemias: blaſphemauerant hi Deum, dicendo. *Dæmonium habes.* quia autem hi ſaxis perire debebant, ideò neſcientes quid agerent, lapides attulerunt ad ſe necandos, ità Chryſologus. *Tulerunt lapides, vt mitterent in illum. Ipſi ſibi lapides prouiderunt, non vt Deum occiderent, ſed ſe, vndè occiderētur miſerabiles attulerunt.* mortem ſibi parat peccator, vt primum peccat, mortem incurrit. Teſtis adſit Iudas ille proditor, humiliauit ſe ante illum Ieſus, inclinauitque ſe, vt erigeret, lauit pedes, vt reuocaret ad puritatem, terſit linteo, vt in ſe ſumeret delicti pœ-

A nitentiam, at dum pedes tergebat, inquiunt ſacri Contemplatiui Doctores, Iudam Chriſti pectus, & cor planctis calcaſſe. peto, cur in tantam veſaniam Iudas abierit? cur admiſſam à Iuda ſuſtulerunt Angeli? cur non puniuit cœlum? proh, puniebat ſe Iudas, cum cor calcabat Chriſti. (Iudas, cur Chriſti calcat.) ad quod intelligendum, adfero cuiuſdam adinuentum. hominem quidam adpinxit, ſub cuius plan-
B tis erat quodam cor, cum hac inſcriptione. *Vide mortuum.* adinuentum autem in eo fundatur, quod cum cor ſit vitæ principiũ, & finis, principio vitæ calcato, & fine, non eſt amplius quod viuat homo. ex quibus Iudæ impudẽtia enucleatur. erat in peccato, prodere volebat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quia autem qui in peccato eſt, mortem incurrit, ideò impudens, & veſa-
C nus Chriſti cor, pectuſque calcat, ex quo mortem ſuam enunciat, quapropter exclamat Diuus Chryſoſtomus ſerm. 3. in Epiſtola ad Rom. *Improbitas mors anima eſt.* (Chryſoſt.) hinc Dauid, vt primum ſe peccatorem agnouit, dixit ſe ſine corde, & conſequẽter mortuum. ità Pſalm. 39. *Multiplicatæ, ſcilicet iniquitates, ſuper capillos capitis mei, & cor meum dereliquit me.* (Pſ. 39.) Vbi Lorinus. *Viui ſine corde non po-
D teſt, niſi diuino miraculo.* excors eſt impius quandoquidem occidit peccatum animam. Vndè capi poteſt, cur de peccatore Iſraelitico populo, aiat prophetia. *Et corrues.* corruere idem eſt, quod ruere corde, quaſi dicat, peccas, non obediendo Sacerdotibus, cõtemnendo Dei leges, paruipendendo Deum tuum viuum, & verum. ruet cor tuum, abſcederque à te. & non viues, pe-

peribis hodie, & in æternum, cum Prophetis tuis, qui mendaces sunt. quo retendit Rupertus, dicens. *Ruina primitias perpessi sunt, quando Elias pro Domino zelatus illos, scilicet 450. Prophetas, occidit. itaque te ruente hodie, quia cęcus es, ruet etiam Propheta tecum, nihilominus cęcus.* vbi ruinam mortem intelligit Rupertus.

ANVLVS XXII.

Correptionem reijciens peccatum, & mortem æternam incurrit.

ET CORRVES, &c.

AD cœlestia eleuatus Ioannes Euangelista, vidit Dominum Christum in medio candelabrorum aureorum. *Et conuersus*, inquit Apoc. c. 1. *Vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum, similem filio hominis vestitum podere.* candelabra septem hæc electorum vniuersitatem designāt, electi enim aurei sunt charitate præfulgidi nocte, dieque splendentes. ità Haymo super hūc locum. *Et bene in medio septem candelabrorum aureorum vidit Ioannes similem filio hominis, qui Christus est, qui Ecclesiæ suæ præsidet, & præsidendo eam protegit in medio electorum suorum est, secundum illud Matth. 18. Vbi fuerint duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* est in medio electorum Christus, qui vt Deus omnia replet, adestque omnibus; est in medio, non in parte, qui nō accipit personam, nec. n. acceptator personarum est Deus; est in medio, quia in totam influit

Apoc. 1.

Christus in medio candelabrorum, & quare.

Matth. 18

A Ecclesiam, vt cor in corpus influit. sed cur in medio candelabrorum? nunquid non candelabris, digniores sunt electi, qui fulgent, sicut Sol in conspectu Dei, suntque sicut cœlum? cur quæso vti candelabra vidit Ioānes? nemo est in hac vita, qui non peccet, nemo mundus à sorde, nec infans, cuius vnius diei vita est, solet extinguere, vel tepefacere flammam peccatum.

B quid igitur Christus? in medio stat candelabrorum, vt emungat, ea, quæ vel tapefacere, vel extinguere solēt charitatis flammam, & correptionis emunctorio culpas radit. ità Antiochus Brondus in hunc locum. *Quemadmodum is, qui in medio candelabrorum reperitur, pręsto est ad ipsa candelabra emungenda, sic Christus in medio fidelium suorum est, tanquam promptus, & paratus ad*

C *eosdem suos fideles correptione, & supplicio emungendos, vt candelabra, ne lumen fidei extinguatur, nec spes hebeat, nec charitas refrigescat, nec minus disciplina corruat.* vel per se correptionis medicinam propinat Deus, vt sanati restituatur peccator infirmus, quam si ablegat à se, proh morietur. Vocauit ad se Moysen Deus, vt mitteret ad Pharaonem, præfecit vt Deum, deditque virgam, in qua signa facturus esset. ast notanda sunt, quæ

D circa virgam obtigerunt, dixit Deus Moysi. *Quid est, quod tenes in manu tua?* cui Moyses. *Virgam*, dixit Dominus, *proice virgam, quam proiecit illicò Moyses, versaque est in colubrum.* Exod. cap. 4. quid est, quod non prius in colubrum vertitur virga, quàm proijciatur? quid est, quod manu substentata semper virga

Antioch. Brondus.

Deus ad nostri correctionem præsto est.

Exod. 4.

ga

ga est, proiecta, coluber? accurro Salomonem, qui de correptione verba faciens Prouer. 29. ait. *Virga, atque correptio tribuit sapientiam.* correptionis symbolū virga est, hæc vt proijcitur, cùm vilipēditur in colubrum vertitur mortiferum. quo indicatur, proijciētem correptionem, eamque vilipendentem mortis æternæ futurum reum. accedit Leonardus Vtinensis serm. 21. de correptione. *Vbi deest correptio abundat peccati corruptio, vndè qui odit correptionem amare videtur corruptionē, ideò qui hic nō corrigitur in inferno damnatur. Proiecit Moyses virgam, & versa est in colubrum, coluber occidit, virga non, virga correptionis vertitur in colubrum, quia qui hic non corrigitur à serpentibus infernalibus in futuro cruciabitur:* hęc ille. erit in flammis, qui à correptione declinat. Dederat spiritum Iesus mūdi Saluator, ast adhuc odij spiritus feruebat in suis crucifixoribus, quapropter sæuierunt in mortuum. cum vnus militum lancea latus dextrum perfodit, à quo, vt inquit Ioānes. *Exiuit sanguis, & aqua.* contemplor aquam, quam contemplatus est, qui vidit, & testimonium perhibuit: & inquiro, cur fons aquarum ex arido Christi corpore effluxerit. O Dei pietas semper mihi intenta, ad me venit aqua illa, ad me dirigitur peccatorem, me instruit, me docet, cuius doctrinam, vt percipiamus, noto prodigium mortem Christi comitans relatum à Luciano Antiocheno oratione de catholic. fide, Andricomio in descriptione Ierusalem, Eusebio Cæsariense, & alijs, dicentibus in sinistro latere Christi Iesu crucifixi, in saxoso Caluariæ Monte cum petrę

Prou. 29.

Virga symbolum correctionis.

Leonard. Vtinens.

Io. 19. 34.

A scissę sunt, apertum fuisse foramē, cuius latitudo homini capiēdo, non arctabatur, profunditas autem erat immensa, ità vt facilè inferni os apertum suspicari posset quiuis, eo fortius, quia indè igneus fumus ascēdebat, nec immeritò, latroni etenim, qui cor suum Christi inspirationibus, nō aperuit, infernus debebatur, in cuius signum foramē illud apertum est. ast quid inferni puteo, cū

B aqua è latere effusa Christi? multum per omnem modum, ad nostram instructionem. Aqua vultū hominis homini repræsentās, cuius adiutorio solēt homines sordes tergere, correptionis symbolum est, ac correptioni aptat locū Prou. c. 27. citatus Vtinēsis. *Quomodo in aquis resplendet vultus perspicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.* Sciebat Deus correptionem hominibus

C necessariam, vt à peccato recederent, nec latebat aquam symbolū correptionis, effudit propterea aquam, vt se se inspiciētes homines in correptionis aqua, maculas tergerēt peccatorum. sed, en, à sinistris Iesu infernus aperitur. vt hinc sciamus declinantem, ac auertentem se à correptione, nō alio tēdere, quam ad inferni hiatum ad mortem, ad flammas. vndè Salomon. Prouer. 29. *Viro, qui*

D *corripientem se, dura ceruice contemnit repentinus superueniet interitus.* & item Prou. 15. *Qui increpationes odit, morietur .s. morte ęterna.* sēsata similitudine, spernentis correptiones mortem explicat. D. August. ser. 59. de verbis Domini, dicentis. *Prorsus tales sunt homines lęthargicis similes, qui in lucē oculos tēdere pigrescūt, et his, qui eos excitare volūt molesti sūt: Recedite à me, ait lęthargicus, quare? dormire volo.*

Prou. c. 27.

Prou. 29.

Prou. 15.

D. Aug.

lo sed ille; morieris. indè ille, amore somni mori volo, respondet; sed charitas desuper, nolo. mori vult, qui excitari non vult. & quidem morietur, & post mortem flammis tradetur. quapropter Israeliticus populus pro eo, quod audire noluerit corrigentem se ruinæ traditur æternæ iniquitatis, & ait Propheta. *Et corrues hodie* Rupertus Abbas. *me non iudicante, me non arguente, pro eo quod sis, ò popule, sicut ij, qui contradicunt sacerdoti, corrues hodie. Subauditur iniquitate, quæ ruina hodie fit* dimittitur ruinę peccatorum, correctionem respuens, quæ in ruinam terminat inferni.

ANVLVS XXIII.

Peccatum occultum nullum erit, omnia manifestabuntur.

ET CORRVES, &c.

NOn est, cum ruit peccator, etenim cum ruit, cessat ab opere bono, nec nisi nox, opus vitat, dicente Domino. *Venit nox cum nemo potest operari.* quæro quapropter, cur. *Hodie.* dicatur in prophetia? & clara lux, iuxta sacrorum Doctorum expositiones, hoc aduerbio indicetur. ast, astat pro Propheta Tertullianus, qui, vbi Euangelicum illud dispungit

Io. 9. 4. lib. 5. de pœnitentia. *Nihil occultum, quod non reueletur.* ait. *Quantascunque tenebras factis superstruxeris, Deus lumen est.* nil latet in tenebris, vbi accedit lux, sed vbi non lux Deus? vbiq; igitur dies, nihilque obscuri peccatoris obteget peccatum, quapropter, non noctis tempus, sed diei hora, ruinæ peccatorum taxatur. Si adest peccatum, non erit occultum, in cinerem vertuntur operimenta, vbi peccati cōbustio exardescit. clamat vbiq; criminum sanguis, & quid occultum, vbi silentium, vacat? principium, radicemque beatitudinis excauauit Dauid, cum dixit. *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Ps. 31. 1. sed difficilia proposuit mentibus, & vndè facilè delirant hæretici, qui non tolli aiūt peccata, sed tātum operiri, quod impium est, & hæreticum; etenim peccata per gratiam totaliter auferūtur, & Agnus Dei tollit, non operit peccata mundi. quid igitur est, quod ait Dauid tectum, nec asserit ablatum peccatū? *Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* diuersas huius loci afferunt expositiones sacri Doctores, quas, qui legere cupit vnitas, adeat Lorinum. ipse Theologiæ inhærens, respondeo, Deo omnia manifesta, nec quidquam oculos eius posse latere eorum, quæ sunt (dimitto scientiam possibilium, vtpotè ad hunc locum non adducendam, loquor enim de his, quæ sunt) si igitur Deum latent, dicēdum est, ea non esse, itaque idem est dicere peccata esse tecta, ac non esse. & hanc puto germanam huius loci expositionē, sed quia alio tendo, adeò Diuum Chrysologum. D. Chrys. hic serm. 171. premens verba illa Domini Saluatoris. *Ab intus enim de corde hominum procedunt cogitationes malæ, adulteria, fornicationes, furta, auaritia, &c.* Matth. 15 inquit, *Nouus est hic ordo bellandi, de homine contra hominē gentes exeunt bellaturæ, non contentæ in occulto vincere prosternere in abdito, quasi quæ famam quærunt hominis de ruina.* non latet in corde progenita cordis cognitio, prodit in publi-

publicum, famam venatur, clamat vbique de homine triumphum. non tacet peccatum, quia autem lingosum est peccatum, nec scit tacere, ideò ille dicitur Beatus, cuius tecta sunt peccata, idem est enim tectum esse peccatum, ac non esse, quia si est occultum, tectumq; esse, haud potest. etenim, vt inquit Salomon. Prou.
Prou.10. 10. *Qui autem deprauat vias suas, manifestus erit.* clanget tuba peccatũ accusabitur homo, petetque ruinam; iã nõ erit latebras inquirebat à patre Prodigus ille adolescens, cum in regionem lõginquam peregrè fuit profectus, at
Lucæ 15. 19. rediens dixit. *Pater peccaui in cælum, & coram te.* aias adolescens, si longè eras à patre, cum luxuriosè viuendo, tua consumebas, si oculos patris refuga vitabas, cur ais, regressus. *Peccaui coram te?* Proh celabat se se, & quantum poterat tenebris obuoluebatur, nè patris incurreret lumen. ast clamabant, quæ tacere nesciunt peccata, accusabãt facinorosum, & diffamando, ruinam quærebãt.
Chrysolog. ità Chrysologus serm. 2. *Peregrè profectus est iste in regionem longinquam, fugit, sed accusatores suos, sed testes suos Diuini Patris oculos non refugit.* clamant peccata, accusant delinquentem, produnt, tradunt iudici, insistunt pro tortore. nec vsquam noluit crimẽ esse notum, perdoctè, vt assolet Salomon. inquit,
Prou. 10. *Qui nititur mendacijs hic pascit ventos.* Prou. cap. 10. non vnicus est sacrorum Doctorum sensus in Salomonis assertis. nam D. Aug. lib. 3. contra Cresconium cap. 9. per mendacia intelligit ementitas, falsasq; narrationes, cum Diuo Augustino, sentit etiã Iansenius. alij tamẽ, per mẽdacia diuitias sumunt, & coniungi, hęc

A ita possunt, qui innititur mendacijs, hoc est diuitijs per illicita, & falsa acquisitis. *Hic pascit ventos.* O quam difficulter seruantur diuitiæ, quam incertæ sunt, vento comparantur, qui nullatenus teneri potest, nec nouum est in sacra Scriptura, diuitias mẽdacium appellari, nam cap. 19. Prou. dicitur. *Melior est pauper, & iustus, quam vir mendax.* vbi opposita Prou. 19.
librat Salomon, & quidem diues,
B pauperi opponitur. Mendacium sunt diuitiæ, quia sicut mendaciũ inconstans est, ità diuitiæ: pascit ventos diues, diuitias seruans, quia citò diuitiæ euolabunt, ventis enim velociores sunt diuitiæ, quapropter dixit Gregorius Nazianzenus in oratione habita ad ciues. *Potius ventis, aut lineis in aqua descriptis fidendum est, quam diuitijs.* Diuitiæ ventis velociores.
ast pro mendacio nõ ineptè sumi potest peccatum: quis
C enim ignorat, peccatum contra Deum pugnare, Deoque ità oppositũ, vt si Deus annihilari, destruique posset annihilaretur, destrueretur que peccato. Deus autem veritas est, nec veritati, nisi mendacium opponitur, quapropter per mendacium omne peccatum intelligi non est absonum. sed quid peragit, qui peccatis innititur? pascit ventos, cur quæso pascere ventos, & inniti peccatis
D aglutinauit Salomon? tritum est Senecæ illud. *Natura dedit nobis ventos, vt omnia in terris fierent cõmunia.* Seneca.
nil occultum tenent venti, communicant omnia: cum ergo peccans ventos pascat, ventique omnia communicent in terris: concludendum est peccatum, peccatique diffamationem simul, pariterque incedere. attexuit hęc D. Basilius Seleuc. orat. 3. dicens. *Tales dæmonis sunt machinationes,*

cùm

cùm voluptates augeat, & accusat perdendum in modum ad ruinam impellit. & ruentes publicis ignominia notis consignat. En, vt ventus peccata publicat, facitque, quæ erant occulta, communia, ignis est culpa, effert illicò in aerem fumũ, ad sydera signa mittit impietatis, vndè dixit Prodigus. *Peccaui in cælum*, cui nam, quæ in cœlis sunt possunt abscondi? oculis omnium, proponuntur spectanda, ità non erit occultum, quod perpetratur peccatum. peccauit Adam, & statim nuditas, pudor, timor instruxerunt contra illum aciem, quid hæc, nisi peccati præcones? tales signauit Procopius, dicens. *Timor inuasit ob delictum, latebras quæsiuit propter nuditatem, satis manifestam accusationem hæc verba demonstrant, siquidem nuditas, timor, pudor, delictum prodebant.* Inueni Adamum, eiusque peccatum, quidque in aliorum peccatis eueniat edoceor. Arborẽ vetuit Deus, pomi furtum peccati erat consumatio, inquirunt sacri Doctores, quæ nã illa arbor fuerit, plerique ficum cõcedunt. expeto, cur potius ficus vetita fuerit, quam alia arbos? cur non malum, cur non vua, aliusque quiuis fructus? hauriam mysterium ex ijs, quæ aliquando sentit D. August. apud Petrum de Vega Ps. 2. perpẽdit ipse lacteum fici liquorem, ac dixit lacrymas, quas vbi decerpitur fructus, emittit, quasi deplorans pia Mater amissum partum. *Vt crederem ficum plorare cum decerpitur.* accessit ad ficum Eua, rapuit, vndè lacrymata est arbor. sed quid lacrymæ sunt? peccati fructus. peccauerat Magdalena, vndè fleuit. quod si lacrymæ peccatum produnt, equidem concludendum est, non occultã-dum, sed palam educendum peccatoris peccatum, vti enim ait D. Basilius Seleuc. *Dæmon ruentes, id est peccantes, publicis ignominia notis consignat.* abstulit furto ficum Adam, lacrymata est ficus, & lacrymis, quæ pondera vocis habent, publicauit crimen, & hinc est, quod vbi peccatum describitur peccatorũ in nostra prophetia Hoseæ, non nox, sed dies inducitur, & inquit. *Et corrues hodie*, vbi Ribera. *Manifesta luce ducitur in captiuitatem, & omnibus spectantibus diabolo traditur, dum concupiscentijs suis, relinquitur, & in reprobum sensum datur.* En, vt traditur reprobo sensui peccator, & peccat, non est occultus, sed spectaculum omnium fit. imò ipse se se inuerecundus tandem prodit. vndè sequitur idem Doctor. *Neque iam peccata abscondit, sed perfricta fronte peccat.* & Hieronym. Guadalup. *Docet hic locus timendum esse occulta patrare delicta, solet enim Deus illa euulgare.*

Procopius. Basilius Seleuc. Guadal.

ANVLVS XXIV.

Proximo compatiens, Deo vnitur, fitque Regni cælestis particeps, & hæres.

ET CORRVET, &c.

Corruit populus, nec stat Propheta, patitur peccator, & cum illo iustus. nunquid Domine occides iustum cum impio? luetque ea, quorum non est debitor? Propheta tibi obsequẽs est, nusquam tuũ præteriens mãdatum? quid est, quod ais. *Et corrues hodie, & corruet Propheta tecũ?* possem his Dei prouidentiam commendare, prout in similibus commẽdauit. Diuus August. qui lib. 1.

D. Aug. lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 8. sic discurrit. *Ipsa verò temporalia bona, & mala, vtrisque scilicet bonis, & malis, voluit esse communia, vt nec bona cupidius appetantur, quæ mali quoque habere cernuntur, nec mala turpiter euitentur, quibus & boni, plerumque afficiantur*. O quam benignus est Deus, quam peccatorum cauet honori. Si mala malis tantum irrogaret, en, ipsa pœna peccator agnosceretur, at quid Deus, flagellat iustos, vt qui B iustus sit, quiuè peccator, homines ex flagellis coniectare non possint. sequitur Diuus August. *Interest autem plurimum qualis sit vsus, vel earum rerum, quæ prosperę, vel earum, quę dicuntur aduersę. Nam bonus his bonis temporalibus, nec extollitur, nec malis frangitur. Malus autem ideò huiuscemodi infelicitate punitur, quia felicitate corrumpitur* & infersus. *Hęc cum ità sint, quicumque boni, malique pariter afflicti sunt, nō ideò ipsi distincti non sunt, quia distinctum non est, quod vtrique perpessi sunt, manet enim dissimilitudo passorum etiam in similitudine passionum, & licet sub eodem tormento, non est idem virtus, & vitium, nam sicut sub vno igne aurum rutilat, palea fumat, & sub tribula stipulę cominuuntur, frumenta purgātur, nec ideò cum oleo amurca confūditur, quia eodem pręli pondere exprimitur, ita vna, eademque vis irruens bonos probat, purificat, eliquat, malos vastat, damnat, exterminat*. Hæc August. vndè non culpanda erunt Dei iudicia, cū iustus, cum impio affligitur; iustus enim ad coronam per pręssiones eleuatur, impius, vel ab hoc seculo initium dat pœnis æternis. ast in prophetia, cum corruere dicitur Propheta, potius compassioni, quam passioni textus aptatur, ait enim

A Albertus Magnus hic. *Prophetę enim boni peccato populi corruent propter compassionem, quia non recedunt ab eis*. sic corruebat Dauid audiens mortuum Absalonem, cum Reg. 2. c. 8. eiulans, clamabat. *Quis mihi det, vt ego moriar pro te, Absalon fili mi*. sed aduerto, cur specificè Propheta nominetur, cum de compassione proximi agitur? vt aliquid mysterij, quod sub hoc nomine cōtegitur, hauriam, percurram sacrorum voluminum agrū. En, vix agrum nominaui. & Cananeam video in agro adhærentem Christo, vt cōtemplatus est Vgo Cardinalis. Egressus ex Iudæis Iesus, secessit in partes Tyri, & Sidonis, ità Matth. cap. 15. *Et egressus indè Iesus, secessit in partes Tyri, & Sidonis*. tunc, ait idem Euangelista, mulier Cananea se se iunxit Christo. *Et ecce mulier Cananea à finibus illis egressa, clamauit, dicens, miserere mei Domine fili Dauid*. nescit derelinq̄re tribulatos Deus, latere nescit, cum vulnera tribulationum, dant voces suas. erat cum Iudæis ad quos venerat, ast vbi tribulatam persensit Cananeam, reliquit Iudæos, iuit ad angustiatam. ità Vgo. *Egressus de obseruantia legalium, venit ad angustiatos*: Vel contemplari hic licet, quam lætus angustijs accurrat Iesus, vt sibi imponens, auferat à nobis. Sidon interpætatur. *Venatio mœroris*. Venit Deus à delicijs cœli, assumpsit carnem, descendit ad prædam, quæ pręda dolores sunt, opprobria sunt; his pro me pascitur, his satiatur, vt totum ipse hauriat amaritudinis, & mihi dulce mel lætitiæ propinet. huc spectat Vgo in prædictum Euangelij locum. *Secessit voluntate in partes Tyri, & Sidonis, Tyrus fortitudo, vel tribu-*

2. Reg. 8.

Matth. 15

Iesus ad tribolatos vadit.

Vgo.

tribulatio; *Sidon venatio mœroris*. *Venit enim fortis in tribulationibus, venari in Siluam nostram pœnam, & huiusmodi*. *Vndè tribulationem, & dolorem inueni*. sed quid est, quod egresso Iesu, statim iungitur mulier Cananea, quæ non vero Deo, sed Idolis seruiebat? Audiamus orationem eius. *Miserere mei* inquit, *Domine fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur*. Miserere mei, inquit, non filiæ meæ, versa erat in filiam, compassione. quapropter, inquit Vgo Cardinalis. *Magnus affectus, quia malum filiæ, dicit esse suum*; *& in hoc notatur compassio*. compatiebatur filiæ, compassionisque virtute fulgebat anima eius, & illicò, cũ Christo incedit, occurrit Christo, imò Christus ad illam egreditur. vt hoc indicetur cõpatiẽtes proximis in angustijs, proximos fieri Christo. hinc ait D. Gregorius apud Bedam in scintilla. *Quantum plus per compassionem proximi affligimur, tantum altius Deo appropinquamus*. appropinquat Deo viscera cõpassionis induẽs, & ità coniungitur, vt Dei fiat cohæres, vt Dei frater. Prædicat isthæc lucidius Apostolus ad Rom. cap. 8. vbi inquit. *Hæredes sumus Dei cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, vt simul glorificemur*. spõdet Dei hæreditatem, dicit cum Christo, vt fratres hæredes. sed quid est, quod tantam nobis impertitur gloriam? compassio. *Si tamen compatimur*. quod dispungens. D. Ambrosius enarrat. in Ps. 118. ait. *Vides, quia vbi hæreditas Christi est, ibi debet esse compassio* compatimur Christo, cũ proximo compatimur, non nè Christum caput nostrum est, nosque eius membra? qui igitur membro Christi compatitur, Christo cõ-

Accipere tribulatio. nes nostras venit Christus.

D. Greg.

Ad Rom. 8.

D. Ambr.

A patitur. quid plura? si membra nos, non sumus Christi, charitate compatiẽdo, efficimur, nec à gloria abibimus Christi, vt membra Christi. *Neque enim aliter Redemptoris nostri, membra efficimur, nisi inhærendo Deo, & compatiendo proximo*. inquit D. Gregorius apud Bedã loco supra citato. Et hinc, cur Propheta dicatur, qui ob proximi compassionem ruit, venor. Propheta diuinat futura. B quid autem est diuinare, nisi participare aliquid diuinitatis? sed nihil diuinum, non iungitur Deo, nihil Deo adiunctum, non glorificatur, vndè qui proximo compatitur, & Deo iungitur, & beatus erit.

D. Greg.

ANVLVS XXV.

Non est, cur nostra vita innitamur, breuis enim est, & vmbratilis.

C

ET CORRVES, &c.

DEus, cuius natura bonitas, celer ad auxilia accedit, tardus ad punitionem, quapropter capreæ velocissimæ, comparauit sponsa, cum dixit. *Similis est dilectus meus, capreæ, binnuloque ceruorum*. quem textum commentans. Vatab. inquit. *Per hoc subitũ Christi auxilium detegitur*. quam autem D obesus sit, ac marmoreus ad puniẽdum, indicatur non obscurè in nostri Hoseæ prophetia, vbi inundationem peccatorum legimus. *Mendacium furtum, &c. inũdauerunt* patiens est Deus, nec illicò punit peccatorem, qui Dei abutens misericordia, cataractas rumpit obstinationis, & adijciens peccatis peccata, parturit inundationem. Vsque ad vesperam Adam punire distulit, seditque super

Christus celer ad nostri auxilium.

Cant. 2. 9.

Cur super asinam sederit, & pullum Iesus.

super asinam, & pullum, cum festinabat ad hominis Redemptionem, mutat equitatus, qui negotiorum interualla non sustinet, quapropter expendendũ est, cur vel diem differre nõ videtur puniturus Israelem, & ait. *Et corruet hodie*. si inundauerunt peccata, cur vnica die, non differtur punitio? Vado, vt textum enucleem, à Deo puniente, ad Deum creantem: formauit de limo terræ hominem, vt Dei operationes in se met videns impressas, ad Dei similitudinem operaretur. Tractabat lutum Deus, ac molle lutum, vestigia manus Dei suscipiebat, quo facto, instruere voluit hominem Deus, ea debere operari, quæ manus diuina, operata est, hæc ædificauit, non destruxit hominem, ædificemus igitur & nos interiorem hominem, quousque cœli culmina tangat. Inspirauit in formatum lutum spiraculum vitæ. ità Genes cap. 2. *Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ*. in spiraculo vita datur, quod cogitans Alexander Monachus, apud Iacobum Gretter. de cruce, ait. *Spiraculum hominis, anima erat, sed hoc tanquam enigmate, declaratur*. Enigma propositum homini est in illo spiritu. quodnam enigma? quænam enigmatis huius enucleatio? citò pertransit spiratio, momentanea est, in instanti transacta est, ità hominis vita breuis est, & momẽtanea, citissimè euolans. vndè Isidorus Pelusiota lib. 2. Epist. 165. *Vmbra, & insomnium, & fumus, optimè vir, & quidquis eorum, quæ quam ocissimè auolant, hominum vita, meritò appellata est*. non vnica similitudine, hominis vitæ breuitas explicari potest; accipe quidquid fragile est, quidquid instabile, momenta-

Operetur Dei operationes homo.

Genes. 2. 7.

Alex. Monach.

Isidor. Pelusiota.

Vita hominis, quã breuis.

A neum, instantaneumque quodquis, his similitudinibus, vitæ volatus, aliquatenus exprimitur. Nascimur, lacrymisque vitæ initia consecramus, & quidem infausto nũcio: quid est, quod dum illucescit Sol, luctus occupat lumina? Diuus Augustinus de vita hominis agens lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 14. inquit. Mala homini augurantur in hoc planctu. quæque, vel nesciens sibi infantulus B ferè prophetat. adest ipse dicens. *Quæ quidem, scilicet vita, quæ non à risu, sed à fletu orditur hanc lucem, quid malorum ingressa sit, nesciens, prophetat quodammodo*. quis putabit vitam, illam, quæ ingressus est ad angustias? sed plura cęlant lacrymæ istæ. luctibus funera celebramus, & lacrymis plangimus, ideircò vix nati, lacrymamur, q a nõ vitã, sed mortẽ ingredimur. q perbellè exprexit Diuus Ambro- C sius lib. 2. de vocatione gentium cap. 8. dicens. *Vitę huius principium, mortis exordium est, nec prius incipit augeri vita nostra, quam minui, cui si quid adijcitur spatij temporalis, non ad hoc accedit, vt maneat, sed in hoc transit, vt pereat*. funera sua deplorat infantulus, vix natus mori incipiens. Lacrymamur vix nati, damusq; ex oculorũ nubibus aquas, vt luctuosũ hiemem vitam dicamus, nec hic ter- D minum accipit lacrymarũ enigma. Dixerunt antiquitus, maris parentes, lacrymas, plorante etenim Saturno, mare fluxit, traho de texta nucleum. ingreditur infantulus vitam hanc lacrymans, quod si ex lacrymis mare, vitam hanc, velut quodam mare ingreditur. firmat Lipsius ex centur. 2. ad Belg. Epistol. 33. dicens. *Est mare, quodam hac vita, fluctus in ea assidui, sæpè tempestates* quis au-

D. Aug.

Lacrymemur, cur vix natus infans.

Lipsius.

tem, vel ad momentum, super mare ambulabit? impossibilis est in mari consistentia, non sistit igitur vita hæc, sed cum esse videtur, non est, fugax semper, volatilis assiduò, socia mortis inseparabilis. vndè sic lamentatus est Thomas Morus.

Nugamur, mortemq; procul, procul esse putamus,
Thomas Morus. *At medijs latet hac abdita visceribus,*
Scilicet ex illa, qua proximum nascimur hora.
Prorepunt iunctio, vitaque, morsq; pede.

Et Diuus Bernardus nescit hanc vitam nomine vitæ appellare, aitque magis mortem, ità serm. 17. in Psalm. Qui habitat. *Nec enim vita, qua viuimus, magis mors est, nec simpliciter vita, sed vita mortalis, moritur homo, dicimus, quando morti certissimè appropinquat, quid verò agimus, ex quo primum incipimus viuere, nisi morti appropinquare, & incipere mori.* de vitæ humanæ breuitate agens. Iob. 14. Iob cap. 14. dixit. *Breues dies hominis sunt, & numerus mensium eius apud te est.* contraria videtur aglutinare Iob, cùm de hominis vitæ breuitate agit. ait enim breuem, & numerum mensium apud Deum constituit. quid in Deo, nisi æternum? æterna igitur erit hominis vita. at quis ni stultus, dicet æternam? inquirendum est propterea, quid sibi velint patiētis eloquia, cum ait. *Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est.* sensum autem verborum, aliundè eruere conabor. Diuus Bernardus in suis sententijs, explicans locum Canticorum. *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto.* inquit. desertum hūc præter humanam vitam, de qua ascendebat anima, dicere nihil. *Est enim, quasi quodam desertum, vita ista mortalis.* sed, cur desertum? en, in ipso nomine, quid vita sit explicat. non dicitur vita nostra deseribilis, sed deserta, quasi antequam veniat, sit præterita, non est in deserto via, quia nec viuētes in vita ambulamus. O vitæ humanæ breuitas, quam inexplicabilis es. audiatur Diuus Bernardus. *Est enim quasi quodam desertum vita ista mortalis, de qua dicitur, terra deserta, inuia, & inaquosa.* Ecce, vt inuia vita est, nec vestigium in illa ponimus, etenim momētauea est, & morimur, cum nascimur. *Est quippè desertum.* sequitur Bernardus. *Momentanea, scilicet vanitas.* Ex quibus, cur mēsium numerum apud Deum ponat Iob, cum vitam hominis dicit breuem, colligere possumus. numerat annos apud Deum. Dauid, & ait. *Quoniam mille anni, ante oculos tuos, tanquam dies externa, quæ præterijt* Ps. 89. 4. En, quid anni nostri sunt apud Deum, tanquam quid præteritum. quod si cum ait, Breues dies hominis Iob, vitæ eius dies apud Deum ponit, diesq; nostri apud Deum, velut transacti computantur, dicendum est, vitam nostram adeo breuem, vt nec existentem cogitare possimus, qua de re, dixit Bartholomeus Simoneta. *Vita fuit nunquam, post condita secula mundi.* peccauit post conditum mundum Adam, & heù vita abijt, inchoauit mortem, vndè ità breuis vita nostra dicenda est, vt nec dicatur existere. Non stetit Iob, nec terminum fecit sermonibus suis, cùm de vitæ humanæ breuitate dicere cœpisset. Sed varijs similitudinibus oculis nostris opposuit, dixitque. *Contra* Iob. 13. 15

fo-

folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. vitam suam, & cuiuslibet hominis, dicit folium. peterem, cuius arboris folium homo sit? & curro ad terrestre Paradisum, vt ibi, in quo cunctas plantauit arbores Deus, adinueniam. Creauit Deus hominem, fecitque talem, vt posset, si vellet non mori; si non peccasset, semper vixisset homo, tandem sine morte ad gloriam vehendus. Scio arborem vitæ plantatam à Deo in Paradiso, vnde coniectare possum arboris vitæ, folium esse hominem. at folium leui vento raptum, ait Iob. ergo raptum ab arbore. hæc autem arbor, non est alia, quam arbor vitæ, dicas igitur hominem, ideò dici folium ab arbore separatum, quia non in vita, dum viuere videtur est, sed absque vita viuit, estque in morte. vndè Petrus Galatinus apud doctissimũ Gretterũ verbo vita, ait. *Homo est quasi folium, quod à Paradiso ab arbore vitæ cecidit, quodque vento tentationum rapitur, ac desideriorum flatibus leuatur, ac suorum peccatorum pondere ad inferna trahitur*. ab arbore vitæ casum fecit homo, arboris folium. quis vitam concedet folio ab arbore exciso? en, quam breuis est vita nostra, quæ nec vita dicenda est. ad innuendum igitur vitæ breuitatem, dicitur in prophetia. *Hodie*. & si punitio protrahatur. vndè Albertus. *Significat autem, quod nec in hac die, vita securi sumus*.

†

P. Franc. de Franch. in Hos.

A

ANVLVS XXVI.

Peccantium pœna adeò grauis est, vt elinguis sit homo ad eam dicendam.

ET CORRVES, &c.

VBi dolores, & pœnæ militant, ibi eiulatus, quærimoniasque esse necesse est. vndè dixit Seneca lib. 1. de tranquillitate vitæ. *Sequitur pars, quæ solet* B *non immeritò contristari, & in sollicitudinem deduci, vbi bonorum exitus mali sunt, vbi Socrates cogitur in carcere mori. Rutilius in exilio viuere, Pompeius, & Cicero clientibus suis præbere ceruicem, Catus ille virtutum viua imago, incumbens gladio simul de se, ac de Republ. palam facere. Necesse est, tam iniqua præmia fortunam persoluere*. vbi iniustæ pœnæ feruntur, quis non eiulabit? sed nec à C dolorum expræssionibus abstinebunt, qui dignè pœnas luunt, etenim pœna semper inimica naturæ, vndè miror, cur punita plebs Israelitica, captiuitati, tortoribusq; tradita, nõ quęratur, non eiulet. Sed taceat, & inquiat prophetia. *Nocte tacere feci matrem tuam*. adhibo in huius Textus intelligentiam, Prophetam Ionam. fugiebat iste à facie Dei Israel, abscondi se se volebat ab D eo, à quo, vel non entia fuggere non possunt, quapropter pœnam incurrit in cursu, præparauit enim piscem grandem Deus, in quem tanquam in carcere inclusit Ionam, ità Ionæ c. 2. *Et præparauit Dominus piscem grãdem, vt deglutiret Ionã, & erat Ionas in vẽtre piscis tribus diebus, & tribus noctibus*. erat ibi cõpeditus Ionas, & quia ad Deũ tribulationis mittũt cõpedes, talesq; passus obseruat *Ionæ 2.*

ad meritum Deus, cucurrit ad A Deum affectu, orabatque in ventre piscis. audiamus Prophetam. *De ventre inferi clamaui*. quid ais, ô Propheta? nunquid inferi venter, & piscis idem sunt? & vbi flāmæ? vbi dœmonum horribilis visio? vbi dānatorum stridor? quid est, quod ais, ventrem piscis infernum? puto ideò dixisse infernum, quia à Deo fugiens peccator meretur infernum Ionas autem in pœnam suæ fugæ, piscis B vtero datus est, vbi non desperauit, sed in tribulationibus positus, inuocauit Dominum, non enim peccatorem in vitæ termino repræsentabat. colligo isthæc ex Remigio Altissiodorensi com. in Ionam, vbi ait *Receptus Propheta in vtero piscis, id est ceti, postquam se incolumem sensit, & de Dei misericordia, non desperans, totum se ad obsecrandum conuertit, sciens Deum maximè in tribulationibus affuturum*. vt puniret Ionam, qui pec- C catoris Ieroglyphicum esse poterat misit in vterum piscis. sed quid est, quod piscis eligitur, cū punitur peccator? quid est, quod in piscē mittitur ad pœnam peccatoris enunciandam? ex piscium natura scripturę venabor sēsum, Piscis silentij hieroglyphicum est, vndè Prouerbium. *Pisce taciturnior*: & quia contrarijs solent aliquando vitia puniri, viri Rada- D manthum, eo quod loquacissimi erant, ac arcana ausi sunt prodere; apud infernos pœnas luentes, inter pisces viuunt. Vndè Claudianus. *Qui iusto plus esse loquax, arcanaque sueuit. Prodere piscosas fertur victurus in vndas. Vt nimiam pensent æterna silentia vocem*. Ex quibus, cur piscis occurrat, cum peccator punitur capi potest. Piscis mutum animal est, fari nescium, cum ergo piscis occurrit, & punitur peccator, ea esse peccatoris tormenta sentiendum est, vt eloqui nullus possit. *Silentium*, inquit Lorinus in Psal. 106. *est, cū præ mali grauitate attonitus quis, non habet, quid loquatur*.

Peccator à Deo fugiēs dignus est inferno.

Lorinus.

Non longè est ab his Dei decretum contra peccatores, quod publicauit Ioannes Apoc. c. 14. inquiens. *Si quis adorauerit bestiā, aut acceperit characterem eius in fronte sua, aut in manu sua, bibet de vino træ Dei, & cruciabitur igne, & sulphure in conspectu Sanctorum, & fumus tormentorum eorum ascēdet in secula seculorum*. nedum opera, sed cogitationes punientur peccatorum, quapropter puniētur, nedum qui characterem bestiæ in manu portant, sed etiam in fronte, hoc est in cogitatione. sed id, quod sequitur, non videtur ritè inductum. ait enim Ioannes. *Hic est patientia Sanctorum*. quid pœnis peccatorum, cum patientia Sanctorum? non Sanctis, sed sufferentibus tormenta, signanda est patientia. quid est, quod ait. *Hic est patientia Sanctorum?* adeo Dauidem, vt de Sanctorum instruar patientia. *Obmutui, inquit, & non aperui os meū, quoniam tu fecisti*. Sanctorum patientia, mutas reddit linguas, ità Cassiodorus. *Habuus opprobrio obmutui, non ago contentiosè contra illos, vel murmure contra Deum, quia tu fecisti, dans mihi patientiam*. En, vti Sanctorum patientia silentio fulcitur. quod si enumeratis peccatorum pœnis illicò Sanctorum patientia astat, & hæc silentio, taciturnitateque vestitur. equidem dicendum est, tantas esse peccatorum pœnas, vt elinguis sit quilibet ad eas enarrandas. vndè Lorinus. *Silentium est,* cum

Apoc. 14.

Ps. 38. 10.

Cassiodor.

sum pro grauitate mali attonitus quis, non habet quid loquatur. Ex quibus, cur nocte mater synagoga taceat, innotescit. hæc peccatis plena, pœnis tradita est, quia autem pœnæ peccatorum non explicantur, nisi silentio, idcircò ait Propheta. *Nocte tacere feci matrem tuam. Subdit hic*, inquit Albertus Magnus, *de pœna, & quod acerbitas obmutescere faciet, vt est primo Reg. 2. Impij in tenebris conticescent*.

ANVLVS XXVII.

Impius obmutescet, nec excusare sciet peccatum suum, & confundetur. dicetque se talibus supplicijs dignum.

ET CORRVET, &c.

POstquam ruinam Prophetarum, siue Pseudoprophetarum, vt multis placet, vti dictum fuit in explicatione Textus, prædixerat Propheta, vbi, quàm floccipendendus sit plausus populi, docet nos Hieronymus Guadalupus, dicens. *Corruet Propheta tecum. docet hic locus floccipendenda esse populi iudicia, ecce, quos vocabat populus Propheta è falsos certè*. O quot sunt, qui iudicijs gaudent hominũ, appellari à populo Sancti totam reputant sanctitatem, quibus dicetur, recepistis mercedem vestram, & cum damnatis erit eorum portio in æternum. Postquam inquam. hæc prophetauerat Hoseas, ait. *Nocte tacere feci matrem tuam*. quid est, quod lingosus peccator tacet? O videbit peccata, reminiscetur Dei beneficia, quibus Deus eum trahere ad salutem conabatur, cumq; ante oculos, vtraque apertè vi-

A debit, confundetur, seq; dignum pœnis iudicabit, nec aliquid excogitabit, vndè se possit excusare. ità Castro. *Nocte tacere feci matrem tuam, scilicet, ego obstruam os plebis Israeliticæ, vt nesciat modum, quo se excusat, & euadat supplicium*. quod etiam dixit Dauid, cum de iniquis loquens Psal. 106. sic ait. *Et omnis iniquitas oppilabit os suum*, Ps. 106. obstruet os iniquitas, quia excusationem non amittet peccatum,

B & sententiam à iustitia, minimè alienam iudicabit. hinc ait doctissimus Lorinus. *In iudicio reprobi nihil responsabunt, electi pro illis non intercedent, vtrique pronunciatam sententiam æquissimam iudicabunt, quamuis reprobi nolentes, inuitique*. Lorinus. Aufugiet Dei sententiam voluntas, ac rectam iudicabit intellectus, non enim aliquid relinquet Iudex irreuelatum, vndè sententiæ iustitia patescet. Excusationẽ

C igitur non inueniens peccator tacebit. & confundetur, hoc enim taciturnitas etiam secum fert. sit mat Ribera. *Nocte tacere feci matrem tuam, confusam scilicet, & conuictam se talibus supplicijs dignam*.

SECTIO V.

Beatissimæ Virginis magnitudo doloris, in acerbissima filij sui passione adducitur, vt compatiendo ei adhærere mereamur.

D

ET CORRVES, &c.

ANticipauit cursum nox patiente Christo, vt somnum daret crucifigentibus, & afflictãbus Saluatorem Iesum, & requiescerent à tormentis, vndè ab hora sexta vsque ad horam nonam, tenebræ factæ sunt super vniuersam

ſam terram, at hac nocte Beatiſſi- A ma Virgo Mater noſtra, cui ſępiſſimè dicimus. *Monſtra te eſſe Matrem.* (*Hymnus.*) ſtabat iuxta crucem, & tacebat, eo enim dolore viſcera eius cruciabātur, vt nec loqui poſſet: vndè ait D. Bernardus ſerm. de lamentatione Mariæ, in perſona Virginis loquens. *Volebam loqui, ſed dolor verba rumpebat, quia Verbum, iam mente conceptum, dum ad formationem procederet oris, ad ſe imperfectum reuocabat dolor inti-* B *mus cordis.* Doluit Virgo, eiuſque dolor tantus erat, vt filius ſuus cariſſimus ad illum leuandum, matrem ad plāctum inuitauerit. premit Sanctus Ambroſius verba Chriſti pendentis in cruce, (*S. Ambr. de ob. valen.*) occurritq; illis, quibus filius matrem alloquutus eſt, cum dixit. *Mulier ecce filius tuus.* (*Virgo à Chriſto imitata ad planctum, vt leniret dolorem.*) ac cur mulierem appellauerit, curque filium alterum pro ſe tradiderit; deuoto ſequitur affectu; quem, vt C ſapidius guſtemus, ſupponēdum eſt, lacrymas à natura homini datas ad ſubleuandum dolorem; quapropter dixit Eripides in Troiade. (*Euripides*) *Afflictis hominibus ſuaues ſunt lacrymæ.* & Samnites Rex Ægypti Cambiſis Perſiæ Regis captiuus, vbi filios conſpexit inter cæterorum mancipiorum ſortem, non fleuit, quia vt dixit, leuamen non ſuſcipiebat dolor ille. Stabat iuxta crucem Maria, maximoq; do- D lore cruciabantur viſcera eius. quid Chriſtus? voluit ſubleuare Matris dolorem, quo etiam ipſe cruciabatur, & ei dixit. *Mulier,* quaſi diceret. Mulierum lacrymę propriè ſunt, vt dixit Plato de Republ. dialog. 3. (*Plato.*) *Lacrymæ mulieribus tribuendæ ſunt.* Plange igitur ò Virgo, ò mulier, leua dolorem tuum. Salutauit Mariam Chriſtum, dixitque. *Mulier ecce filius tuus.* quia, vt dixit Antonius Stobeus. *Si quis triſtantem aliquem ſequutus ei dixerit, ſalue, neceſſario eum lugere iubet.* ſalutauit propterea hoc verbo, *Mulier,* Mariam Chriſtus, vt ſic ad lacrymas moneret, leuaretque dolorem. vndè dixit D. Ambroſius. (*D. Ambr.*) *Paſcunt frequenter lacrymæ, & mentem alleuant, fletus refrigerant pectus, & mœſtum ſolantur affectum, durum quidem funus videtis, ſed ſtabat, & ſancta Maria iuxta crucem filij, & ſpectabat Virgo ſui Vnigeniti paſſionē. Stantem illam lego, flentem non lego.* *vndè dixit ei Filius, mulier ecce filius tuus.* quo dicto ad lacrymas, vt leuaretur excitauit. en, qui dolor fuit Virginis de filij paſſione. lacrymæ ad leuamen neceſſariæ erant, & luctus luctum ſolatur.

Magnus equidem dolor, & talis, vt tota in dolorem verſa videretur Beatiſſima illa Virgo, quæ ſua natiuitate gaudium annunciauit vniuerſo mundo. Non diſcedo à cruce, vbi Beatiſſima ſēper Virgo Maria Vnigeniti ſui ſpectabat mortem. *Stabat,* inquit Ioannes, *iuxta crucem Ieſu Mater eius.* (*Io. 19. 25.*) peto, vt quid iuxta crucem admittat Matrem Chriſtus? nolebat mater Agar ſpectare morientem ſiti filium, Chriſtus ſiti moritur, & tamen ante oculos Matris, perit, quid eſt hoc? leuo ad crucis titulum oculos meos, & aſpicio ſcriptum. *Ieſus Nazarenus Rex Iudæorum.* (*Io. 19. 19.*) in cruce flos dicitur Chriſtus, florem enim ſonat Nazarei nomen, maximo Sacramento; flos enimuerò, vt ait Pierius eſt futuri boni prænuncius, Chriſtus ergo ſe ſe florem in cruce voluit manifeſtare, quia in cruce nūcius nobis exiſtebat futuri boni, & ineffabilis gloriæ, ſcilicet æternæ. at nec hic ſiſtit Naza-

reus,

reus, non complentur floris allegoriæ. flos gaudij, riſuſque ſymbolum eſt, vndè de pratis florentibus dixit Poeta. *Prata rident.* & Rutilius lib. de quatuor temporibus anni, lætitiæ nunciaturam concedit floribus, dicens. *Vere nouo lætis decorantur floribus arua.* cum igitur Deus crucifixus floris inſigniri voluerit titulo, Deus gaudij contemplandus eſt in cruce. hinc eſt, quod ſacri Doctores lætabundum ad crucem acceſſiſſe aſſeuerant, & cruci dant ſplendorem, quandoquidem ſplēdor, & Solis radij lætitiam adducunt, vndè vel auiculæ in letitiæ ſigna dulciſſimè concinunt, adueniente Sole, quis autem de crucis fulgentiſſimis radijs dubitabit? dicēte D. Auguſtino ſerm. in feria 6. paſſionis. *Conſideraſti quanta ſit virtus crucis Chriſti, Sol obſcurabitur, Luna non dabit lumen ſuum, crux verò fulgebit, & obſcurabit luminaria cęli, delapſiſque ſyderibus, ſola radiabit, vt diſcas, quoniam crux Luna lucidior, & Sole praclarior, quorum ſplendorem fulgore diuinis luminis illuſtrata, radiabit.* Splendidus eſt Chriſtus in cruce, quia gaudij Deus ibi eſt, & ſacri riſus. at dices, quid Chriſto in cruce, gaudij Deo, & Mariæ ſtanti lacrymoſæ iuxta crucem? aſſequar myſterium, ex Romanorum geſtis, ex quamplurimis tēplis, quæ effictis erexerunt Dijs Romani, duo fuerunt dicata, vnū gaudij, riſuſque Deæ, alterum Ageroni Deæ luctus, & planctus, & mœſtitię omnis, quæ iuxta ſe ſe ità ordinata erant, vt nequaquam ad gaudij Deam poſſet fieri acceſſus, niſi per Deam mœſtitiæ, iuxta enim gaudij Deā, erat Dea mœroris. ſeligo ex ſuperſtitionibus veritatis medullā. erat Chri-

Rutilius. D. Aug.

A ſtus in cruce floridus, & flos, lætitiæ, gaudij, & riſus Deus, at ſtabat iuxta crucē Maria, nec ad Chriſtum, niſi per Mariam concedebatur acceſſus, quod ſi ad gaudij Deam, non erat additus, niſi per Deam mœroris, & triſtitiæ, equidem cōcedendum eſt, quod dum Deus gaudij apparebat Chriſtus in cruce, Maria iuxta crucē ſtans, erat tota mœror, totaque dolor, mœſtitia tota, & vt ità dicam Dea B mœroris, & luctus, quapropter inquit deuotiſſimus Bernardinus Buſtenſis ſerm. de compaſſione Mariæ. *Maria in compaſſione filij ſui dicere poteſt, ſubmerſum eſt cor meum in memetipſa, quoniam amaritudine plena ſum.* plenus gaudio, imò ipſum gaudium, dicitur Deus, plena amaritudine, & ipſa amaritudo, quaſi amaritudinis Dea, poteſt dici Virgo, dum conſpicit morientem filium ſuum. Is C verè fuit dolor Beatiſſimæ Virginis Mariæ, vt ſuo modo poſſit dici infinitus. expendo Ioelis prophetiam. hic cap 2. mortem filij Dei prædicens, doloreſque Beatiſſimæ Virginis Matris, inquit. *Sol vertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem.* vbi per Solem, verſum in tenebras, ſacri Doctores intelligunt filiū Dei mortuum, & per Lunam verſam in ſanguinē, Mariam, nedum Martyrem, ſed pluſ-D quam Martyrē, qua de re inquit præcitatus Doctor. *Inquit Diuus Hieronymus ad Euſtachium, quod licet ipſa benedicta Virgo, non fuerit corporaliter martyrizata, tamen tāta pęna, & anxietas eam cruciauit tempore paſſionis filij ſui, vt fuerit pluſquam Martyr, & hoc prænunciatum fuerat Ioel 2. Vbi dicitur Sol vertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem? Sol enim Chriſtus, qui eſt Sol iuſtitię verſus eſt in tenebras per* mor-

Maria in cruce quaſi Dea mœroris. *Bernard. Buſtenſ.* *Ioel. 2.*

mortem, & Luna, id est Virgo Maria, versa est in sanguinem, per compassionem. parū fuisset Beatæ Virgini sanguinem pro suo filio effundere, versa est tota in sanguinem, nil enim fuit in ipsa, quod non pateretur, vertereturque in sanguinem. ast quid est, quod sanguis Virginis dolorem patefacit? cur sanguis in testimonium adducitur tristitiæ, afflictionisque Beatissimæ Matris Mariæ? Vado, vt dolores Mariæ aliquatenus percipiam, & explicem, ad tristitiam, doloresque Christi. Secessit in hortum Gethsemani, passioni suæ daturus initia Christus, tristitia vsque ad mortem affectus est, orauit Patrem, vt à se calix ille transiret, sudauit sanguinem. *Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram,* vbi Caietanus. *Deficiente aquositate sanguinis, quę est materia sudoris, non nihil quoque sanguinis emisit, erat enim corpus exaustum, & magnitudo passionum, pellens violenter sudorem, pepulit simul aliquid sanguinis, deficiente sudoris materia.* O Deus mi dulcissime, sanguinē pro me effundis, & cur ad cor tuū, sanguis non accurrit? hic enim est effectus mœstitiæ, & timoris, tuque mœstus es, & paues? an forte ego terra, cor tuum sum, vndè vsque ad terrā sanguis tuus currit, cùm factus est sudor sanguinis decurrentis in terrā? quærunt sacri Doctores, num iste sudor fuerit naturalis, vel supernaturalis, & respondet D. Hilarius lib. 10. de Trinitate fuisse supernaturalem, licet sanguis fuerit naturalis. *Sudorem Christi, nemo infirmitati audebit deputare, quia & contra naturam est sudare sanguinem, nec infirmitas est, quod potestas, nec secundum naturę consuetudinem gessit.* Sciò quamplures Doctores contrarium substinere, sed in his, quæ ad moralia spectant, non disputo. quęro, cur supernaturalem Christus, voluit sudorem? respōdeo illum assumpsisse ad demonstrandum maximum, quo affli-ctabatur, dolorem, cum accessit ad passionem, doluit pro peccatis totius generis humani, qui quidem dolor fuit vehementior, & intensior, quam qui excogitari possit, nam ex parte materialis obiecti, Christus doluit pro omnibus peccatis hominum simul sumptis, & perfectissimè percepțis, & ex parte obiecti formalis, nempè offensionis Dei, nullius cognitio assequi ità poterat ingratitudinem hominū, vti Christi, vndè sūmè doluit: addo, quod dolor offensi, nascitur ex amore eiusdem, & quia Christus amabat Deum amore infinito in genere, ideò dolor eius in genere, fuit infinitus actiones autem supernaturales, Dei arguunt infinitatem, vt igitur Christus demonstraret, se infinitè in genere scilicet, doluisse in passione pro nobis assumpta, ideò voluit sudorem sanguineum esse supernaturalē, vt actionibus supernaturalibus, quæ infinitam respiciunt potentiam, suum ferè infinitū dolorem manifestaret. hoc ex Beda dicere voluit Gabriel tract. de passione art. 4. *Sanguis quidem ille, naturalis fuit, sed effusio eius cum sudore fuit miraculosa, vt tali signo insolito à seculis non audito, insolitam anxietatis suę, & doloris magnitudinem demōstraret Christus.* Sanguinis igitur operimentū, sudorq; sanguineus, quādam infinitatem doloris, manifestat, quod asserit D. Bernardinus Senensis feria 6. in die Veneris sancti, dicens. *Christus tantum*

Marginalia: Lucæ 22. 44. — Homo terra est Christi cor. — Sudor sāguineus fuit supernaturalis, & quarè. — A, B, C, D — Gabriel. — D. Bernardin.

tum dolebat, quantum amabat, quia infinitè, & ſic conſidera, quod in eius anima, fuit infinitus dolor. & inferius. *Et vide ſi erat magnus dolor, quia factus in angonia, guttę ſanguinis emanauerunt vſque ad terram*. aſpice ſanguineum ſudorẽ, & dic infinitum dolorem, ſed quid Maria in filij paſſione, nedũ ſanguineum effundentem ſudorem, ſed totam verſam in ſanguinẽ intuitus eſt Ioel, cum dixit. *Luna vertetur in ſanguinem*. concludе igitur, Beatiſſimæ Virginis dolorẽ quãdam infinitatem attigiſſe. firmat D. Bernardinus Senenſis ſer. citato, dicẽs. *Dolor Virginis erat maior, & plusquam omnes creaturę mũdi poſſent portare, in tantum quod ſi ille dolor foret partitus, & diuiſus inter omnes creaturas mundi vitales, caderent mortuę, quia quanto plus amabat Chriſtum Virgo Beata, tanto plus dolebat, & amor ſuus, quem ipſa portabat Chriſto eius vnigenito filio erat infinitus, ergo & dolor erat infinitus*. tu ſẽper intelligas de infinito in genere, non de infinito ſimpliciter. O quis explicabit dolorẽ infinitũ. O Virgo, cur vltimũ diem non clauſiſti? cum moriente Chriſto, tu ſuperſtes remanſiſti? aſcribo omnia Dei potentiæ vitã tuam in tanto dolore ſeruantem. Tanto enim dolore concuſſa es, vt meritò omnium dolorum effecta fueris receptaculum.

Beata Virgo infinitè ferè doluit in morte filij.

A B C D

Aſpicio Chriſtũ mortuũ, video lãcea vulneratũ. ſed cũ vulneratur Chriſtus anima non erat in corpore eius, erat tamen anima Beatiſſimę Virginis, cor illud cuſtodiens, vnde vulnerata eſt, quapropter D. Bernard. Beatiſſimam Virginẽ alloquẽs, dicebat. *Cũ impius crudeli lancea filij tui latus aperuit, ipſius anima ibi nõ erat, ſed tua planè auelli nõ poterat, tuã ergo animã pertranſiuit vis doloris, vt te non immeritò, pluſquã martyrem prędicemus*. vulnerauit lancea Chriſti cor, ex quo illicò sãguis decurrit, & aqua. Peto, cur aqua illa ex Chriſti pectore emanauerit? & myſterium aliud ex infinitis, quæ hic latent, piſcabor à mari. Dauid de ſe afflictionibus obruto, ait. *Veni in altitudinẽ maris, & tẽpeſtas demerſit me*. certè nuſquã in mari paſſum legimus Dauid, nuſquam vndis merſum, quid igitur eſt, quod ait. *Veni in altitudinem maris, & tempeſtas demerſit me?* ex cuiuſdam afflicti ſymbolo, Dauidis penetrabo enigmata. adpinxit hic mare, & hac inſcriptione circundauit. *Anguſtia quęlibet*. nec à veterum ſenſibus abſcedit, enimuerò Æſchilus in ſupplicijs, calamitatem dixit mare. *Calamitatis verò, vt abyſſus, vel ſine fundo pelagus, non valdè meabile*. & Euripides in Hippolyto, inquit. *Malorum verò miſer pelagus intueor. Tantum, vt non aliquando enatare poſſim*. caueas infidũ mare, quis ſyrtes vndas, quis vitabit & mortem, cùm audio igitur mare, omnem calamitatem, anguſtiam omnem coniecto: ex quibus ad aquam ex Chriſti latere effuſam redeo, aquæ cum fluunt currunt ad mare. vti dixit Salomon. *Omnia flumina intrant in mare*. dum igitur aqua à latere Chriſti, vti fluuius exit, dicẽdum eſt, eam fluxiſſe ad mare. ſed quo tetendit? equidem nõ aliò, quam ad Beatiſſimam Virginem, quæ ad dextrum latus Chriſti ſtabat, aqua igitur illa ad Beatam fluens Virginem, illã in paſſione Chriſti mare voluit oſtentare, quod ſi marę omnium malorum, anguſtiarum omnium dolorum, quorumlibet hieroglyphicum eſt, cõ-

D. Bern. *Pſ. 68. 3.* *Aeſchilus.* *Euripid.* *Mare calamitatũ ſymbolum.* *Eccl. 1. 7.*

cludere licet, Beatissimam Virginem tanto dolore in filij sui morte concussam, vt omnium angustiarum,& calamitatum,rectè potuerit dici receptaculum. *Maria*, inquit Arnoldus tract. de 7. verbis Domini,*tantarum procellarum salsuginem ebibebat* en, vti salsum mare erat. & Deuotus Bustensis, ait.*Pijssima Virgini,dicere possumus illud Thren. 2. Cui assimilabo te,vel cui comparabo te filia Ierusalem,cui adęquabo te, & consolabor te filia Sion. Magna est,velut mare contritio tua.*& inferius in persona Virginis loquens,ait. *Amaritudine plena sum* . en, vt omnis angustia, dolor omnis, potest dici Beata Virgo in filij sui passione.huc etiã spectat Martinus del Rio in opere Mariano de passione lection.4. dicens.*Mari cõparat,cui tunc Maria myrrha pelagus,& quidam amaroris Oceanus fuit, nec aptior vlla similitudo occurrebat.Nam quę maris ad exiguos lacus, vel riuulos proportio, ea caterorum dolorum ad Iesu, & Maria dolores fuit. Mari cõparat, quia sicut in mari, nulla est guttula,qua non de salsugine amaritiem contraxerit,sic in anima Virginis, nullus angulus, aut particella fuit,quę non de filij dolore cruciatum acerbum hauserit. Mari comparat, quia sicut in mari fluctus fluctui succedunt, & omnes tandem vasto eius alueo absorbentur,sic in Deipara lugentis pectore, dolor dolori, męror mestitudini succedebat, & mox cuncta in hac abysso, quàm tristis,tàm sancti cordis absumebantur.*

Maria mare dolorum.

Tantam amaritudinem ingressa est anima illa sanctissima, quãtam intellectus nullus capere, aut excogitare potest, nil enim doloris, nil angustiæ penetralia viscerũ Beatissimæ Virginis, pro filij morte non introiuit,nil amaritudinis gustata non est. Non abigo à Christi latere lãcea trãsfosso, & inquiro, cur vel in mortuum sæuiunt efferi illi? cur vel mortuum patitur vulnerari Pater Æternus? scio,vt aliàs dixi ex D. Augustino, hæc omnia disposuisse Deum;& harum dispositionum scrutor occulta, quæ ex Diui Bernardi doctrina haurire conabor.contemplatur Beatissimus Patriarcha latices illos sanguinis ex manibus, pedibusque Christi pendentis in cruce manantes, & vbi aduertit è paradiso quatuor manasse fontes, concludit, Christum idcireò è manibus, & pedibus sanguinem voluisse effundere, vt se paradisum in cruce manifestaret.ità serm.de nat. *De fontibus Saluatoris quatuor*, inquit, *fontes istos, adhuc in carne viuentibus nobis in semetipso Christus exhibet. fortassis, & propter hos quatuor fontes,quatuor in locis vulneratus est Christus,adhuc viuens in cruce, &c.* & ibimet. *Putas poterit inueniri quartus fons, vt paradisum recuperemus, quatuor fontium irrigatione amenissimum? nam si terrenum paradisum,denuò nobis reddendum non speramus, quòmodo Regnũ Cęlorum sperabimus? &c. Paradisum habemus multò meliorem, & longè delectabiliorem, quam primi parentes habuerunt:& paradisus noster Christus Dominus est*. quatuor fontes sanguinum adhuc viuens dedit Christus in cruce, vt se paradisum ibi manifestaret.Quis autem ignorat ad paradisi ianuam gladium posuisse Deum? quia igitur paradisus erat Christus,ideò gladiũ ad sui pectoris ostiũ vocauit. ante hunc paradisum stabat Beatissima Virgo, vt inquit Ioannes Euãgelista:postulo,cur Mater ante paradisum ponitur? qui lancea

Maria dolorem nullus intelle. aut penetrabit.

D Bernar.

Christus in cruce Paradisus

cea velut paradiſus primò creatus cuſtoditur. Vado ad eiectum Adamũ.tranſgreſſus eſt Dei mãdatum Adamus, pepulit illum de paradiſo Deus, nec longè collocauit, ſed inquit ſacer Textus. *Collocauit eum ante paradiſum voluptatis*. Luſtrant ſacri Doctores Dei geſta circa Adamum,& aiũt, idcircò ante paradiſum collocaſſe, vt continuò, & graui angeretur dolore, ità D.Chryſoſtomus, Teodoretus,Ambroſius,&Diuus Laurentius Iuſtinianus,ait lib. de caſto connubio cap 12.*Solent quicunq; ab humana dignitatis ſunt collapſi faſtigio, toties mœrore ſauciari, atque alta ab imo pectoris eructare ſuſpiria, quoties reuoluunt animo, quid fuerint,& quid ſint*. ad anguſtiarum igitur fomentum, Adam ante paradiſum collocatus eſt. quod ſi Chriſtus eſt paradiſus cuſtoditus,& Maria ad ſimilitudinẽ Adami,ante hũc paradiſum, collocata eſt dum. *Stabat iuxta crucem*,quique ante cuſtoditum gladio paradiſum collocatur, ad cumulum ponitur dolorum, equidem Beatiſſimam Virginem ante conſpectum ſui filij pendentis in cruce, omnem dolorem ingreſſã fateri debemus. hinc ait Martinus præcitatus *Maria quoque dolorem,nos nec verbis explicare,nec cogitatione complecti poſſumus, nec vllum exemplum idoneum illi explicando,in ſacris literis reperitur*. Paradiſus eſt Ieſus in cruce, & ſpinis coronatur,& à paradiſi ſpinis, velut à tot gladijs tranſuerberatur Mater,à paradiſo Maria affligitur, qua de re Ioannes Epiſcopus Crotonenſis ſer. de planctu Virginis. ait, *Igneum gladium ad paradiſi ianuã collocauit Dominus, peccantibus primis parentibus, quibus denegaretur ameni illius loci in-*

Gen. 3.24.

Adam,cur ante paradiſum collocatus.

Maria in paſſione à Chriſto paradiſo affligitur.

A *greſſus,quo effecti fuerant indigni,at in noſtro hoc myſtico paradiſo, qui quondam fuerat voluptatis,tot exortæ ſunt ſpinæ, quot caput Ieſu cruentabant, & cum nullum eſſet peccatũ, propter quod iſta mereretur Virgo alma,nihilominus, tot in pectore eius,collocati ſunt gladij, quot fuerũt ſpinæ*. en, vti ante paradiſum poſita vniuerſitati figitur dolorum immaculata Virgo.

Ità quidem omnium dolorum B poſſeſſionem, ingreſſa eſt Beata ſemper Virgo Maria, patiente Chriſto. vidit ipſam Ioãnes Euãgeliſta in cœlo, prout exponunt Andreas Cęſarienſis, Pannon, & alij,retulit nobis, ac dixit cap. 12. Apoc.*Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta Sole,& Luna ſub pedibus eius, & in capite eius corona ſtellarum duodecim, & in vtero habens,& clamabat parturiẽs, & cruciatur,vt pariat*. Viſio,non abſonè C Beatæ Virginis Chriſto compatienti accomodanda. In cœlo videtur,quia ſemper cõformis erat cęlico decreto, nec vel in modicum à Patris Æterni beneplacito ſecedebat; amicta erat Sole,quia ſemper amoris radijs combuſta, amabat,& dolebat;coronata ſtellis, quia in noctem tribulationis tota commutata erat, dolores, & cruciatus, quos in filij ſui natiuitate perpeſſa non eſt,amariſſimos D guſtauit. vndè ait D Damaſcen. lib.4.de fide,dicẽs.*Dolores partus, quos effugit pariens, illos tẽpore paſſionis ſuſtinuit ex materna compaſſione viſcerum,iterum reparturiens*. hoc ſcrutor, cur Lunã calcat pedibus?& myſterium, quod in hac viſione compaſſioni Virginis accommodata, clauditur,aſſequor, ex cuiuſdam ſymbolo ingenioſo. Adpinxit hic Lunam. ſubſcripſit. *Crucis,dolorisq; Regina*. habet autẽ

Apoc c.12

D. Damaſcen.

Maria dolores partus in paſſione filij ſuſtinuit.

fundamentum inscriptio, tum in A eo,quod Luna nocti præest, noxque tribulationum symbolũ est, & dolorum, in sacra Scriptura, tum etiam in effectibus Lunę,qui in Oceano videntur, hi autem prospecti,tum nobis,tum in antipodis efformare cernuntur crucem ex fluxu, & refluxu aquarũ, quod quomodo fiat longum est explicare, qui longiorem de hoc discursum desiderat, accedat Ludouicum ab Alcasar in hunc lo- B cum Apoc. cum igitur ex Luna fit crux in aquis Oceani, eademque sit noctis Regina. rectè dicitur. *Crucis, dolorisque Regina*. ast, quinam erunt Regis prouentus? quæ facultates? equidem illæ, quas habet à Regnis,quod si Regnum Lunæ sunt dolores,& cruces. O partus sustinet dolores, Beata Virgo, dum contemplatur morientem filium. Sed quid,tunc vti Regina calcat,quasi possessio- C nem capiens? Lunam. quod si luctus,dolores,cruces,angustiæ sũt Lunæ facultates: concludendum est Beatissimam Virginem in passione filij sui omnium dolorum, angustiarum, afflictionumq; possessionem ingressam.dic mihi obsecro, ò Beatissima Virgo, quos dolores ingressa es, cum vidisti natum tuum crucifixum? audio te,nec explicare potentem. *Aspiciebam ego infelix,& misera Deum* D *meum, & filium meum in cruce pẽdentem,& morte turpissima morientem,tantoque dolore,& tristitia,vexabar in mente, quod non posset explicari sermone*. ità apud D. Bernardum serm. de lamentatione Virginis. En, vti omnium dolorum pelagus, ingressa est Virgo. en, vt omnium angustiarum, & inexplicabilium possessione dotata est.

Ast, vix Lunæ memini, & Lunam sępesępius in sacra Scriptura appellari Virginem Mariam, cum Christus appellatur Sol,aduerti,& iam dictũ fuit, cum Ioele superius: vndè scrutor, quid de Sole Christo dicant Sancti Doctores, dum contemplantur in cruce, communis vox est, tunc passum fuisse eclipsim, aspiciebãt enim eum, & non erat illi aspectus,neq; decor, quapropter inquit Virgo Maria apud D. Bernardum sermon. citato. *De vultu illius pulchritudo effluxit omnis, & qui erat præ filijs hominum speciosus forma, videbatur omnium indecorus. Videbam, quod contemplabatur illud propheticum in eo, Vidimus eum, & non erat ei species, neq; decor*. En, pulchritudo Solis patiens eclipsim, sed cum patitur eclipsim Sol,tunc omnes eius radij terminantur in Luna. Eclipsis enim Solis tunc est,vt aiunt Philosophi, cùm Solis radij à nobis auferuntur, propter interiectum, & interpositionem Lunæ. Erat Sol Christus in cruce. Maria Luna, stabat iuxta crucem. quod si tunc eclipsim passus est Sol,iuxta Ioelis prophetiam. *Sol conuertetur in tenebras*. & cũ patitur eclipsim Sol, eius radij recipiuntur in Luna, vtique omnes radij passionis Christi in anima Beatissimæ Virginis terminabantur,in illius anima sanctissima terminũ recipiebant spinæ, claui, spura, euulsio capillorum,flagella,colaphi, opprobria,crux,lancea. O, quis tot exprimit dolores. *Christus*, inquit D. Bernardinus Senensis ser. cit. *videbat Matrem suam, dum penderet in cruce totam transformatam, & esse ità crucifixam, sicut erat ipse Christus, quia erat vnita cũ Christo,& è contra. adeò quod totus dolor*

Christus in cruce vt Sol patiẽs eclipsim omnes suos dolores terminat in Maria.

Diu. Bernardin.

Vir-

Virginis Mariæ reuerberabat in Christo, & totus dolor Christi reuerberabat in Maria. & inferius. *Omnes dolores mundi, si essent simul cõiũcti, nõ essent tot, & tãti, quãti fuerũt dolores Virginis Mariæ reuerberati, & recepti cum illa crudelissima passione Christi* reuerberabant dolores, passionesq; Christi in Maria, & compassio eiusdem in ipsa afflictionibus angustabatur Virgo, & Christus de Mariæ doloribus dolebat, adeò, vt magis Matris doloribus, quam suis affligeretur, testis adest Beatissima Virgo apud D. Bernardum, dicens. *Ipse me videns fuit in cruce eleuatus, & ligno durissimis clauis affixus, stabam & ego videns eum, & ipse videns me, plus dolebat de me, quam de se.* Vndè tres dolores, erant in Beatissima Virgine, dolor, qui erat in Christo, qui dolor erat maximus, anima enim Virginis magis in Christo erat, quam in se. dolor directus de Christi doloribus, & dolor reflexus, ipsa namque dolebat, quod Christus de proprijs Mariæ doloribus dolebat. O Virgo, quis tot dolores leuabit. quis afferet solamen? vndè doloribus tuis farmacum habebis. O benedicta in æternum, nõ recipit medicinam plaga cordis tui, quæ omnem plagam ritè epilogat. Contemplor Mariam iuxta crucem lacrymantem, de qua Ioannes. *Stabat iuxta crucem.* & peto à Domino Iesu crucifixo, cur Matrem sibi assistentem velit? cur in medium tot satellitum, & perfidorum adducit pudorosissam, & verecundam Virginem? O Sancta Dei Mater, ades ibi, vt omnem dolorem passam intelligat orbis, tibique compatiatur. De pœnis, quibus consignata est Hierusalem loquitur sæpissimè in

Mariæ tres dolores in cruce filij sustinebat.

A Threnis Propheta Hieremias. & aliam eloquitur in Threnorum cap. 2. de morte filiorum, & inquit. *Matribus suis dixerunt, vbi est triticum, & vinum, cum deficerent quasi vulnerati in plateis ciuitatis, cum exalarent animas suas in sinu Matrum. Cui comparabo te, vel cui assimilabo te filia Ierusalem, cui exæquabo te, & consolabor te Virgo filia Sion.* loquitur hic, ad literam Propheta de fame occupante Ierusalem, cũ paruuli à Matre petebant cibum, & potum, nec eis porrigere poterant præ inopia. O tunc deficiebant paruuli, quos Matres in sinum colligebãt, mori videbant, ac vel paruula aquæ guttula acerbissimæ morti obiare non poterant, cùm talia ante oculos spectacula proponebantur, tantus erat amantium matrũ dolor, vt vel Prophetis diuino spiritu plenis defuerint similitudines, & comparationes ad exprimẽdum. *Cui comparabo te?* Percussit Deus primogenita Ægypti. & hanc mortem vocauit omnem plagam. videbant parentes proprijs oculis filiorum mortem. Proh tanto dolore percutiebantur, vt omnium plagarum diceretur epilogus plaga hæc, quæ filios, qui sunt cor, & viscera Matrum tangebat, ità explicant aliqui Doctores, verba illa Exod. cap. 9. *In hac vice inducam omnes plagas meas super cor tuum.* Omnis plaga est, filij mortem proprijs spectare oculis. vndè Hieremias, inquit. *Cui comparabo te.* & Teodoretus explicans, ait. *Dicit se non inuenire existimationem, & pondus huius afflictionis.* nec immeritò, quia omnis plaga est. Heù, quam hæc omnia cõpleta sunt in Christi morte. Aderat ibi Mater, quæ. *Stabat iuxta crucem.* videbat, non solùm

Thren. 2.

B

C

Mors filiorum omnis plaga.

Exod. 9.

D

Teodoret.

solùm quasi vulneratum, sed to- A
tum vulneratum, quia à planta
pedis vsque ad verticem capitis,
non erat in eo sanitas, siti æstua-
bat, petiuit potum dicens. *Sitio*.
Io.19. 28. O pijssima Mater, en, siti moritur
tuus filius, accurre ad fôtes aqua-
rum, refrigera filium tuũ, siti mo-
rientem. O nõ prius erit ab aqua
regressus, quã mors filij mei. mo-
ritur Iesus. & inclinato capite in
sinu Matris suæ expirare videtur,
en prophetia Hieremiæ in perso- B
na Virginis adimplera. quod si
tanti doloris nulla afferri potest
similitudo, cõparatio nulla, quod
si omnem plagam complectitur
plaga, & dolor hic, dicas omnem
dolorem, plagam omnem, & in-
comparabiles afflictiones passam
Virginem sanctissimam in filij sui
dilectissimi morte. aiat quapro-
Diu. Bernardin. pter D. Bernardinus. *Omnes dolo-
res mundi, si essent simul coniuncti,
non essent tot, & tanti, quantus fuit* C
dolor gloriosa Virginis Mariæ. Ibi
dolor Dei Matrem manifestauit,
doloris sigillũ Mariæ Virgini im-
pressum fuit, vt omnis oculus ex
dolore, veram Dei Matrem agno-
sceret. Non discedo à Beatissima
Virgine, quæ iuxta crucem stat, &
peto, cur iuxta crucem eam vo-
luerit Christus? dicente Ioanne.
Stabat iuxta crucem Iesu Mater. &
Guilelm. Neub. præter id, quod excogitat. Gui-
lelmus Neoberg. in Cant. expo- D
nens verba sponsi ad Mariam di-
ctis. *Statura tua assimilata est pal-
ma*. vbi inquit, Mariam, ideò pal-
mam, quia palma crucis symbo-
lum est sæpesæpius in sacra Scri-
ptura, & Maria sibimet crux erat,
vndè crucifixa stabat, non enim,
nisi stantes videntur crucifixi. O
qui dolor, sibimet erat tormen-
tum, & torta, crux, & crucifixa,
vndè ait præcitatus Doctor. *Sed
tamen, vbi ad hoc ventum est, vt ba-
iulans sibi crucem Iesus, exiret in
eum qui dicitur Caluariæ locum, tol-
lebat, & ipsa crucem suam, & seque-
batur eum crucifigenda cum eo. Pla-
nè ille foris, & illa intus patiebatur
crucem. Stabat illa iuxta crucem sui
Iesu, atque eo ipso sibimet quodam-
modo erat in crucem Erecta stando
iuxta crucem filij, ipsa sibi quodam-
modo per affectum maternum facta
erat crux, sic ergo cum staret iuxta
insignem illam palmam, statura eius
assimilata est palmę* prętcr id, aliud
penso mysterium, quod crucre
conabor ex prophetia annosi Si-
meonis. Nato Domino Iesu ex
Maria, transactisque diebus Pu-
rificationis, iuit Maria in templũ,
vt faceret secundum consuetudi-
nẽ legis pro eo, obtulit duas tur-
tures, siue duos pullos columba-
rũ. O Beatissima Virgo, duos of-
fers in sacrificium, cur nõ vnum?
si vnus Christus pro populo Deo
Patri erat sacrificandus? heù, co-
iecto ex columbis turturibusque
his, dolores tuos, sacrificiũ tuum,
non diuisum à filio tuo, etenim,
vt ait Arnoldus Carnotensis, tu Arnoldus.
Christo moriente, ò Virgo, in san-
guine cordis tui, teipsam macta-
tam offerebas hostiam. *Omninò*,
inquit ipse, *hic erat vna Christi, &
Mariæ voluntas. Vtrumq; holocau-
stum, ambo pariter offerebant Deo,
hæc scilicet Maria in sanguine cor-
dis, hic in sanguine carnis*. accepit
tunc Simeon puerum Iesum in-
ter brachia, aspexit Matrem, &
& dixit Luc. 2. *Tuã ipsius animam* Luc. 2.
*pertransibit gladius, vt reuelẽtur ex
multis cordibus cogitationes*. O Vir-
go, vides hunc filium tuum, heù
crucifigetur, & tuam ipsius ani-
mam pertrãsibit gladius, transfi-
getur ipse, sed in ipso nonnè ani-
ma tua gladio doloris trãsuerbe-
rabitur,

rabitur,& penetrabitur, ità planè anima enim tua puer iſte eſt. ita explicat hûc locum Magiſter Hiſtoriæ Scolaſticæ cap 9. *Tuam ipſius,id eſt animam ipſius,quæ & tua eſt,quam ſcilicet, quaſi tuam diligis.* & clarius Barradius in hunc locum. *Rectius ſic interprataberis. Tuam ipſius animam pertranſibit gladius, hoc eſt Chriſtum,qui tua eſt anima.* ſed faceſſit negotium, id quod ſequitur. *Vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* quæ nā cogitationes reuelandæ erāt?quę corda velabant?nō defecturi erāt hæretici,qui Mariam Christi Matrem erant negaturi, non enim mulierem Matrem Dei permiſſuri erant. Quid Matrem alicuius manifeſtat? amor, & dolor. Dubius erat Salomon, cuius nam mulieris erat filius ille, adductus

3. Reg. 3. coram ſe in iudiciū, vtraq; enim mulier ſuum contendebat, dixit Salomon, vt diuideretur. En,ſubitò commota ſunt viſcera matris,& ex dolore agnouit matrem Salomon. Moriturus erat Chriſtus in cruce transfodiendus ſpinis,lacerandus clauis, diuidēdus lancea, ad Creatoris ſui conſpectum vnaquaq; creatura, vel inſenſibilis oſtendit dolorem; Sol obtenebratus eſt, aer reiecit lumen,terra tremuit. Angeli pacis amarè flebant, vndè Diuus Bernardus.

D. Bern. *Mirarer ſi omnes Angeli in illa Beatitudine, vbi flerè eſt impoſſibile, nō fleuiſſent.* ponderanda verba,quę quantū ponderis habent. dimitto ſtaterę ſublimium Theologorum. omnia dolent, triſtātur omnia de Chriſti filij Dei morte, quæ nam erit creaturarū iſtarum mater? ſi eſt, dolore agnoſcitur, quæ eſt? Beatiſſima Virgo, plus omnibus ergo doluit, & quia plus omnibus doluit, ideò ex

A eius dolore mater Dei, non obſcurè patuit. gladius igitur doloris reuelauit tenebras non credentium matrem Dei. dolor patefecit matrem,& dicitur. *Tuam ipſius animam patefecit gladius, vt reuelentur ex multis cordibus cogitationes.* adeſt Euthim.in Luc.cap.2. *Suſpicabātur hanc nō eſſe illius matrem, ſicut enim multi ad ea reſpicientes, quę hominis ſunt, dicebāt hominum eſſe tantum, filium Marię;*

B *ità rurſum alij attendentes ad ea, quę Diuinitatis erant, ſuſpicabātur, quod eſſet tātum Deus, nec eſſet mater eius, tunc autem intuentes eam amare dolentem, ac plurimum lugētem, naturęque cedere. credebant, quod mater eius erat,& detegebant, ſiue prodebant cogitationes cordium ſuorum,quę à ſuſpicione proceſſerāt.* Attendamus nos, & videamus, ſi eſt dolor,ſicut dolor Mariæ,nulla creatura tantum doluit, illa igi-

C tur Dei Mater eſt. Quæ tanto dolore afflictata eſt, vt inter mortuos eſſet deputanda, ſed quia mortuus non dolet,viua dolebat, vti mortua, doloremque mortis ſentiebat, ac ſi infinities mortua, & ſemper viua. Filij ſui dilectiſſimi paſſionem memorans, Beatiſſima ſemper Virgo Maria, dicebat. *Faſciculus myrrhę dilectus meus inter vbera mea commorabitur.* quem locum commētans Al-

D phonſus Orzco, inquit. *Faſciculus myrrhę,& nō oneroſus fax Chriſtus Ieſus dilectę Matri, etiam in paſſione fuit.* peto, cur vti myrrhā inter vbera,& ſuper cor Virginis habitare voluerit paſſus Deus? intelligemus ſacrum abſconditū, ex alio quo extulit pręconio Beatiſsimam Virginem Spiritus ſanctus. laudauit capitis comas, ac dixit. *Comę capitis tui,ſicut purpura Regis iuncta canalibus.* per comas,

Maria Mater Christi patuit ex dolore.

Maria dolores mortis paſſa eſt in cruce.

Cant.1.13

Alphonſ. Orzco.

Cant.7.5.

P.Franc.de Franch.in Hoſ. hic

hic allegoricè intelligi cogitationes, non est, qui dubitet. vndè D. Gregorius in hūc locum, inquit. *Caput sponsæ mens vocatur, comæ capitis cogitationes sunt mentis*. peto, cur cogitationes Virginis in Christi passione (hoc enim sonat iuxta sacrorum expositorum mētem) *Iuncta canalibus*, quapropter inquit Guilelmus in hunc locum Cant. *Quot vulnera filius accipiebat in carne, tot pia mater accipiebat in corde, rubebat caro filij sanguine passionis, rubebant materna illa cogitationes, vt ità dicam, sanguine compassionis*. peto, inquam, cur purpureæ dicātur? & ex antiquorum moribus enucleabo scripturam. Persi, vt inquiunt antiquorū morum Scriptores, mortuos suos purpura vestiebant. cum igitur cogitationes Virginis purpura vides indutas, dicas Mariam Virginem, ità in cunctis cogitationibus pro morte filij dolore penetratam, vt mortua in cunctis, vel cogitationibus videri posset. ità quidem, vti mortuā Beatissimam Virginem conspicere licebat in sui vnigeniti filij passione, quod confirmo ex Sanctæ Ecclesiæ institutis, filio eius sanctissimo, passo, & mortuo diem Veneris dicauit. Virgini Sabbati diē. cur quæso non diem Iouis, ipsa enim toti mundo attulit iuuamen? præter multas quas sacri Doctores afferunt rationes, hæc mihi arridet. Solet sancta Ecclesia, diem mortis Sanctorum celebrare, ac illis sacrum custodire. Diem Veneris Christo dat, quia tunc mortuus, & sepultus. hic etiam dies Beatissimæ Virgini debebatur, tunc enim lancea animam eius transfixit, ast impedita erat filij morte, transferenda, propterea erat celebratio mortis, & sepulturę Beatæ Virginis, secundum rubricam translationis festorum, & quia subsequens dies, erat dies Sabbati, propterea Sabbatum, dicauit Virgini, tum etiam, quia Sabbato sepulta, quodammodo est Virgo, vt dicemus: quod si illos dies dicat Sancta Ecclesia Sāctis, in quibus moriuntur, equidem tātos dolores fuisse Virginis dolorosissimæ, dicēdum est, vt mortua fuerit putanda. assentitur aliqualiter Bernardinus Bustēsis de compassione Mariæ in initio. *Datur*, inquit, *Sabbatum Marię ratione sepultionis, quia per totam diem Sabbati Corpus Domini, in sepulchro sepultum iacuit. die enim Veneris in sero Beatissima Virgo suo benedicto filio, vt infra videbimus, cùm immēso dolore, & lacrymis sepulturam impendit, & quando illud sacratissimum corpus perfectè in sepulchro reconditum fuit, tā inceperat nox Sabbati; licet initium sepulturę incepisset in fine ipsius diei sextę, & sic ad memoriam istarum exequiarum, ad eius honorem Sabbatum fuit dedicatum. quia sicut corpus filij sui illa die fuit tumulo clausum, ità cor Virginis fuit dolore conclusum*. Sepultū fuit cor Virgineum in tumulo doloris, vndè mortē gustabat, & quia diem mortis Sanctorum celebramus, ideò dies sabbati, Virgini dicatus est. & cur nō mortua existimari debebat Virgo. Nunquid non dixit ei Christus. *Mulier ecce filius tuus?* haud mea mater amplius es, quia morior, & mortuo filio, nō amplius remanet maternitatis relatio, hic filius, non nè anima Virginis erat? haud negādum est. iam fuit probatum, anima, ergo tunc Virginis Matris ab ipsa separabatur; vbi hæc separatio est, non nè mors triumphat? igitur mors de Maria, doloribus trium-

Margin notes: *Guilelm.* — *Persi mortuos purpura induebant.* — *Io. 19. 26.*

D. Bern. triumphabat. hinc clamat D. Ber- A nardus ſer. de aquę ductu in fine. *An, non tibi pluſquam gladius, fuit ſermo ille, re vera pertranſiens animam vſque ad diuiſionem animę, & ſpiritus? mulier ecce filius tuus.* ecce vti animā diuiſit à Maria ſermo ille. *Mulier ecce filius tuus.* ecce, vt dolores mortuam oſtendunt ſanctiſſimam illam, ac gementē turturem. ſed quid tunc ait ipſa? *Faſciculus myrrhę dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* ſu- B per cor, tunc ſtabat Chriſtus, vt myrrhæ faſciculus. Myrrhæ hoc proprium eſt præſeruare, ſi ergo ſuper cor, prę ſeruabat cor, in corde autem vita eſt, ergo vitā Virginis præſeruabat patiens Chriſtus. & ità dolore penetrata Virgo, mortua, viuebat, & viuens moriebatur. Adſit Alphonſus citatus. *Faſciculus myrrhę fuit, nè dolore maximo cōfecta exhalaret animam, virtutem affatim ei largitus eſt.* O qui dolores erant hi? cogi- C tet qui poteſt, deficit mea mens, & ſolum ijs aſſociari opto, vt plāgam, ſi non dolores Chriſti pro me paſſi, ſaltē Virginis dolores, quæ Chriſto compaſſa, pro me orét peccatore impijſſimo. aſt firmemus dicta ex Diuo Bernardo: ità deuotiſſimus hic Doctor, loquitur ſer. de lamentatione Virginis. *Quaſi mortua viuens, viuebat moriens, moriebatur viuens, nec* D *mori poterat, quę viuens mortua erat.* enigmata videntur iſthæc, aſt rectè enigmata, vbi dolor tantus, ac talis erat, vt clara eloquutio ad exprimendum non adinueniatur. Adeò excęſſerunt in Virgine dolores, adeò afflicta erat pijſſima Virgo, adeò pallida, vt mors, vt vel ſolus eius aſpectus mortem filio gignerit. O Virgo, peperiſti tota gaudijs perfuſa filium ad vitam, en gignunt item tui dolores, & conſignat morti. Acceſſit ad Pilatū Ioſeph, & audax morte filij Dei factus, qui prius timore non audebat ſe in aperto prodere, petijt corpus Ieſu, vt pia ſepulturę compleret officia. Tunc, inquit ſacer Textus, miratum Pilatum, tàm cito obijſſe Chriſtum. ſed non miror, tàm cito mortuū, ò Iudex impiè, quādoquidem voluntati Iudæorum odio iniquo perſequētium Chriſtum tradidiſti. Miror citius non mortuum. ſed ideò diſtulit mortem, quia amori eius nōn ſat erat breuiter pati: at hoc difficultatē acceleratæ mortis inculcat magis: ſi enim Chriſtus ad amorem ſuum erga homines manifeſtandum, exaltari voluit in cruce, cur ſaltem per diem totam, non perſeuerauit patiens? memini alibi dixiſſe, toto crucis tēpore Chriſtum cœlum aſpexiſſe, vt ſacrificium de ſe Patri mente, oculiſque offerret; alloquutus eſt Matrem, ſed dixit mulierem, non Matrem. aſt tādem inclinauit caput, inquit D. Vincentius, vt Matri diceret. *Vale.* O tunc piam vidit, intuituſque eſt Matrem, ac tantum doluit, vt illicò ſpiritum tradiderit. aitque Ioannes. *Inclinato capite, tradidit ſpiritum.* firmat Angelus Monachus Ciſtercienſis, dicens in ſermone de planctu Virginis. *Maria Virginis conſpectus, adeò dolore plenus fuit, vt Chriſto pepererit mortem.* poterat Chriſtus ſua poteſtate, ſi voluiſſet, amplius viuere in cruce amor noſtri vires ad tormenta miniſtrabat. aſt ad doloris Matris oſtēdēdam magnitudinē, tunc voluit mori, quādo caput verſus Matrē inclinauit, fortè indicando dolorem Matris tantum, doloris Chri-

Myrrha; tur ſit Virgini Chriſtus.

Marc. 15. 44.

Io 19.

Mater viſa plena dolore mortem Chriſto peperit.

sto infixisse, vt ex illo obijsset. nec temerè, sed piè, hoc affirmatur, etenim vt supra dictum fuit, Christus magis de Matris, quam de suis doloribus dolebat. Tandem aio, tot, tantosque fuisse Virginis sanctissimæ dolores, vt tota dolor fuerit, tota angustia, nihilque ei colluceebat solaminis. Miratur Hieremias Propheta tenebrosum mundum, cum crucifixo Domino factæ sunt tenebræ super vniuersam terram, dicente

Matt. 27. 45. Euangelista. *Ab hora sexta vsque ad horam nonam, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram.* & ait (prout mysticè exponitur ab aliquibus Doctoribus Hieremias)

Thren. 2. 1. *Quomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion.* quādo Deus iratus in peccatum generis humani, pœnas sumpsit de filio suo, qui iniquitates nostras portauit, tunc complens tenebris mundū obtexit Virginem Beatissimam caligine, & tenebris. inquiro, cur tenebris obuoluitur illa, quę collucebat, vt Sol die, nocteque, vt Luna? Adagio, totum expeditur. cùm aliquis ità tribulationibus coangustatur, vt nullibi, etsi quærens, reperiat solamen. dici solet. *In omnibus obscuritatem inuenit.* contexit caligine Virginem Deus, operuitq; tenebras, vt hinc sciamus nos, Beatissimam Virginem, ità afflictionibus vallatam, vt nullibi inueniret solamen. sursum ad Patrem erigebat oculos, sed heù hic filium in tormentis dereliquit, vndè audiens à filio

Marc. 15. 34. suo. *Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me*, acerbissimè cruciata

D. Bern. est, testis adest D. Bernardus, qui ser. 4. in Cœna Domini, ait. *Deus Deus meus, quare dereliquisti me. In isto modico Domina mea, mater tua, Virgo incorrupta, Virgo intemerata, Virgo ante partum, Virgo post partum, mater tua, imò martyr tua, martyr non ferro carnificis, sed acerbo dolore cordis, quam amarè flebat, quam amarè dolebat. Dereliquit in tormentis Pater filium, & martyrizabat matrē.* Spiritus sāctus amorem augebat, vt cresceret vis doloris, pari etenim passu, amor, & dolor incedunt. omnesque creaturæ lugētes ad maiorem luctum matrē inuitabant, qui luctus, vno verbo exprimitur. *Stabat iuxta crucē* quātū doluit Virgo? *Stabat.* quando loca videbat, vbi filius suus fuerat, quātū doluit? *Stabat.* stò Virgo plena doloribus, doloresq; tuos contemplor, & lugeo.

Quis ob Dei matris immensos non lugeat dolores, quandā sympatiam habent oculi, & plorare solemus, alijs plorantibus. plorat Virgo nostra, & tota liquefit, dum filium suum in patibulo pendentem conspicit. Adest ipsa suos dolores D. Anselmo attestās, & ait. D. Ansel. *Aspiciebam Dominum, & filium meum in cruce pendentem, & tanto dolore vexabar in mente, quod non possum explicare sermone. manabat sanguis ligno, manibus, pedibusque confixis, de vultu eius effluxerat pulchritudo omnis, qui tamen erat speciosus præ filijs hominum, quia iniquorum erat fędatus sputis iste erat dolor mihi maximus, quia videbam me desertam ab ipso, quem Virgo cōceperam.* dicebant Dauidi. *Vbi est Deus tuus?* nec poterat continere lacrymas, vndè lacrymosam vitā viuens, aiebat. *Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi, vbi est Deus.* Ps. 41. 4. Lacrymis sustentabatur ille, cui nubes operuerat Deum, dumque non collucebat Sol, lacrymosus hiems circumdederat cor eius, si talis dolor occupauerat Dauidis animam,

mam, ſi tales lacrymæ negabant A ſolamẽ, dum ei dicebatur. *Vbi eſt Deus tuus?* quę lacrymæ exuberabãt in Virginis oculis, cùm Magdalena dicebat, ò Mater dilectiſſima, vbi eſt Filius tuus, heri viuum vidiſti, nunc vbi eſt? ò Virgo sãctiſſima, ſepulta eſt vita tua, gelidum ſaxum ſeruat theſaurum tuum. heù heù, ò Mater occurramus, cuſtodiamus filium tuũ ſanctiſſimum, nè veniant prædones, & furentur mortuum: noſter the- B ſaurus eſt, non alijs eſt dandus. O Maria, vbi eſt Filius tuus? O hæc audiens Virgo, tota in lacrymas liquefiebat. ſed auſcultemus Beatiſſimam Matrem apud D. Anſelmũ de Beata Virgine loquẽtem, dum adhuc viuẽtem lacrymatur Filium. *Videbam mori, quem dilexit anima mea, & tota liquefiebam præ doloris anguſtia, dabam gemitus, & ſuſpiria, flebam dicẽdo, & plorabam per talia verba O fili care, ò benignè* C *nate, ò amor vnice, fili mi dulciſſime da mori tecum, & nè derelinquas me, nihil mihi dulcius vere, quam tecum mori amplexata cruce, & nihil amarius certè, quàm viuere ſine te. Tu mihi Pater, tu mihi Filius, tu mihi ſponſus, tu mihi theſaurus, tu mihi omne bonũ, nunc orbor Patre, viduor ſpõſo, doſolor prole, omnia perdo, vno te perdito.* vidit tandem mortuum, & orbata eſt Patre, Filio, Sponſo, omniq; bono. quæ igitur anguſtię D erant, vbi omne ceſſit bonũ? Beatiſſima Virgo, Mater es tanti filij. reus ego ſum, peccatis meis Filiũ tuum occidi, aufer à te gladiũ doloris, qui penetrauit viſcera animæ tuę, transfige cor reum, quod impiè tuum innocentiſſimum filiũ crucifixit. O ſi hoc gladio perirem, nulla vita mihi hac morte carior eſſet, infer mortem, & beneficiũ, quę Mater es Dei, & ſemper pijſſima.

TEXTVS.

VERS. VI.

Editio vulgata.

Conticuit populus meus, eo quod non habuerit ſcientiam, quia tu ſciẽtiam repuliſti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi. Et oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorum tuorum, & ego.

Sanct. Pagn.

Succiſus eſt populus meus, eo quod eſt abſque ſcientia, quia tu ſacerdos ſcientiam repuliſti, repellam te, nè ſacerdotio fungaris mihi, & quia oblitus es legis Dei tui, & ego obliuiſcar filiorum tuorum.

Tranſ. ex 70.

Aſſimilatus eſt populus meus, quaſi non habens ſcientiam, quia tu ſciẽtiam repuliſti, & ego repellam te, nè ſacerdotio fungaris mihi. & oblita es legis Dei tui, & ego obliuiſcar filiorũ tuorum.

Vatab.

Succidetur populus meus, eo quod ſit abſque ſcientia, quia tu, ò ſacerdos ſcientiam ſpreuiſti, ſpernam te, nè ſacerdotio fungaris mihi. & quia oblitus es legis Dei tui obliuiſcar, filiorum tuorum, & ego.

Editio Chaldaica.

Inſaniuit, & ſtultus factus eſt populus meus ob penuriam ſciẽtiæ, quoniam tu ſcientiã religionis meæ auerſa es, procul etiam remouebo, nè miniſtres coram me: & quoniam legis Dei tui oblita es, longè abijciam filios tuos etiam, & ego.

Paraphrasis Castri.

Conticesces, & meritò quidem præ pudore, quod Dei cognitionem nolueris habere, vt ei inseruires. Igitur, quia tu dimisisti studia legis meę, ego quoque dimittam te, ne quisquam è tuis sacerdotibus ministret. Oblita es legem meam, qui sum Deus tuus, & ego vicissim obliuiscar misereri filiorum tuorum.

COMMENTARIVM iuxta literam.

Repetit easdem pœnas Propheta in hoc textu: quamq; prius appellauit matrem, nũc appellat populum, declaratq; quid sit nox superiori textu adducta, dicens. *Eo quod non habuerit scientiam.* scientia enim lùmen est, quo intellectus illustratur ad viã mãdatorum Dei percurrendam. hãc petebat Dauid, cùm aiebat. *Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me.* & est eadem ratio, quam adduxit superiori textu, ob quam punitur Israeliticus populus, ibi enim ait, nõ obtemperasse sacerdotibus, ob quod ruiturus erat. hic quia non haberet scientiam, quæ à sacerdotibus solet hauriri. labia enim sacerdotis, vt inquit Spiritus sanctus, custodiunt sciẽtiam, vndè ait. *Conticuit populus.* hoc est, *succidetur.* vt vertit Vatablus, id est in captiuitatem ducetur, nec abs re eandem comminationem duplicat Deus, auersionem enim à malis desiderat & pœna spina est, quæ viam præcludit. similibus vsus est Ezech. c. 6. vbi minitans pœnas, inquit. *Et extendam manum meam super eos, & faciam terram eorum desolatam, & destitutam à deserto Deblatha in omnibus habitationibus eorum, &*

Ps. 118. 66

Malach. 2. 7.

Ezech. 6. 14.

Auersionẽ à malis optat Deus.

A *scient, quia ego Dominus.* & superius, eandem desolationem minatus fuerat, quod notat Teodoret. in Ezech. dicens. *Et sciens crebras calamitatum prædictiones idoneas esse ad molliẽdos nos, qui maximè aduersarij sumus, rursus alijs verbis futura mala prædicit.* Non amãt Deum peccatores: timoris stimulus adhibendus est, vbi amor est hebes, vt enim dicitur Eccles. 1. *Timor Domini expellit peccatum.* B quia autem timoris parens pœnę comminatio est, ideò ad comminationẽ pœnarũ descendit Deus, clamoremque multiplicat, vt tinniant audientium aures, & expauescant. ait igitur Deus. *Conticuit populus,* scilicet Israeliticus, hoc est obmutuit, & humiliatus est, propter captiuitatis graue iugũ. ponitur hic, præteritum pro futuro ad certitudinem pœnarum manifestandam, adeò enim sunt C certæ in peccatis perseuerãtium pœnæ, vt futura præteritis, quæ quin fuerint, fieri nõ potest, ęquiparentur. sequitur textus. *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi* non est in hoc textu explicando vnisonus expositorũ sensus. Rabbi Abraham opprobrio sacerdotum accomodat, ipsi enim à veritatis via auerterunt populũ, nec vera docuerunt de Messia. Principes etenim D Sacerdotum seduxerunt populum, vt Barrabam dimitteret, Iesum verò ad mortem postularent. at non mihi placent Rabbini. & puto inhęrẽdo lectioni vulgatæ, populũ loquutũ fuisse Prophetam, & quia populus sacerdotes suos, noluit audire, eisque obedire, quapropter repulerunt scientiam, ideò puniuntur etiam carentia sacerdotum. Deus enim cùm sua auxilia vili habẽtur, subtra-

Teodoret.

Eccl. 1.

trahit. itaque ſenſus prophetiæ A
eſt. Tu Sacerdotes repuliſti, &
Prophetas, qui ſcientiam Dei te
docebant, idcircò priuabo te ſa-
cerdotibus, nec ex te ſacerdos
meus erit.vndè obliuio legis ori-
tur,& ait. *Et oblita es legis Dei tui.*
loquitur ad populum, vt ad ma-
trem,& deindè vt ad filios.itaque
per matrem, & filium idem po-
pulus intelligitur, & indicatur
perſeuerantia in peccatis. Obli-
uio autem legis,vt inquit Figue- B
rius in hũc locum, tripliciter po-
teſt cõtingere, vno modo parui-
pendendo ea, quæ legis ſunt, nec
opere cõplere, idẽ enim eſt legis
obliuiſci, ac eius adimpletionem
proijcere.alio modo non adhibẽ-
do diligentiam, vt ea ſciãtur, quæ
neceſſaria ſunt neceſſitate medij
homini creato ad beatitudinem,
& tertio,legis Dei quis obliuiſci-
tur ex conſuetudine inueterata
peccandi, cùm enim conſuetudo C
ſit altera natura, aſſuetus pecca-
tis tranſit in conſuetudinem pec-
catoris, qui nedum legem Dei
non ſeruat, ſed contrarius eſt. Et
notanda eſt ſemper Dei pietas,
qua ad conuerſionem peccatoris
contendit. inducitur mater obli-
ta legis, & ipſe ait, ſe velle filio-
rum obliuiſci.vbi primò notabis,
obliuionem non poſſe cadere in
Deo, ſed ſumi hic obliuionem
tranſumptiue, vt ex ijs, quæ no- D
biſcum,& noſtra ſunt,conſidere-
mus pœnas à Deo infligendas.
explico autem ſic obliuionem. ſi
quis cibo careret, & ab vno tan-
tum expectaret, hicq; illius obli-
uiſceretur, equidem fames mor-
tis tributum exigeret.Creatus eſt
homo ad paſtum beatitudinis,
qui à ſolo Deo eſt, dicitur Deus
obliuiſci,quia homo carebit Bea-
titudine, & morti æternæ trade-

P.Franc.de Franch.in Hoſ.

tur. ſed redeo ad Dei pietatem,
in ira effulgentem: magis dolet
mater de filij ſui pœna,quàm de
propria, & ſæpè, quæ extorquere
non poteſt propria pœna, extor-
quet pœna filiorum, quod ſatis
apud Iuriſtas experientia liquet.
Deus igitur,qui extrahere vult à
via mala peccatores,filiorum pę-
nam exponit, vt ſi non propriæ
pœnæ retrahunt peccantem, ſal-
tem retrahat filiorum tormẽtum.
ſed,quod Æthiopi lauacrum,hoc
fuit cõminata pœna Hebræis,vn-
dè adhuc ſine ſacerdorio ſunt, &
in captiuitate,in qua vſq; ad pro-
xima iudicij tempora perſeuera-
bunt,perſeuerantes etiam in ob-
ſtinatione, torquentur.

ANVLVS XXVIII.

*Exempla malorum maiorum, mino-
res ad ſimilia trahunt opera,
vndè pereunt.*

CONTICVIT,&c.

PReſſus malis, moleque pec-
catorum grauatus populus,
vt in tribulationũ mare deijcia-
tur,tacet,non eiulat,non clamat,
nõ loquitur: mirum quidem, nec
taciturnitatis cauſam aſſequerer,
ni prius dixiſſet prophetia. *Nocte
tacere feci matrem tuã* Tacet Ma-
ter,ſilet filius,non enim aliud pa-
reret exemplum prauum, niſi fi-
lium omninò ſimilem, vniuoca
cauſa eſt malum exemplum ma-
iorum, effectum parit in indiui-
duo, non in ſpecie diuerſum. vn-
dè Plautus in pſeudulo inquit. *Plaut.*
*Probum eſſe Patrẽ oportet, qui gna-
tum eſſe probiorem,quam ipſe eſt,po-
ſtulat. Id nè tu mirarıs,ſi patriſſet
filius.* & Claudian. *Scilicet in vul- Claudian.*
gus manant exempla regentum. im-
probus

probus filius, ex improbis crescit A parentibus: nec subditus calcabit virtutum itinera, vbi maior tendit per vitiorum abrupta. mala etenim arbor, fructum bonum non emittet, & trahet ad mores mos prauorũ. Habemus iniquorum voces Sapientiæ 2. sic resonantes. *Nemo expers sit luxuriæ nostræ, vbique relinquamus signa lætitiæ nostræ.* adibo sacram Sponsam, quæ in Deo suo docet nos omnia. dixit adolescentulis, qua- B lis esset suus dilectus, hoc eloquio. *Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus*, alij legunt. *Vexillifer ex millibus.* vexillum dat sponso suo, nec alio spectauit, nisi ad proba, quę de se dabat, exempla, quibus omnes ad sui conabatur adducere imitationẽ. vndè Ecclesia à Domino creata, dicebat Sapientiæ 8. *Dominus creauit me in initio viarum suarum.* in vijs suis creauit nos Deus: C quid est in vijs? explicat D. August. lib. 1. de fide, & symbolo, dicens. *Quo pertinet illud, Dominus creauit me in initio viarum suarum, viarum enim eius principium, & caput Ecclesiæ Christus, homine indutus, per quem viuendi exemplum nobis daretur.* factus est Deus homo, ac seductos posuit in via mandatórum suorum, suis instruendo exemplis, quæ exempla spectans sponsa, dixit. *Vexillifer ex millibus.* D sub vexillo etenim congregari solent milites, signaque erecta reuocant ad se, quo spectauit Vatablus, dicens. *Sub signis habens exercitum decem millium.* en, quid faciunt ducum vexilla, signaque erecta, vocant, congregantque sub illis decem millia, per quæ vniuersitatem gentium intelligere possumus. ex quibus patet ad malorum signa intellectum aditus *Relinquamus*, inquiunt, *signa lętitiæ nostræ.* signa vocat exempla, sub signis autẽ multi congregantur: concludamus igitur, ex hoc mala exempla prêsertim superiorum, quales sunt illi, qui signa efferunt, vexilliferique sunt, subditos trahere ad similia. firmat Vgo Cardinalis in Ps. 60. *Vexilla sunt praua exempla. Sap. 2. nemo expers sit luxurię nostrę, vbique relinquamus signa lętitię nostrę.* ac si dicat, quibus signis, alij ad similia peragenda trahuntur.

Sap. 2.

Cant. 5. 10.

Sap. 8.

D. Aug.

Mala exẽpla sũt vexilla.

Vgo.

Video terram corruptam, & Deum iratum, enimuerò, nec locus Spiritui sancto, vel paruulus erat, vbi tota creatura, caro facta erat: ô quid facit peccatum, vel animam reddit carneam, vndè ait Deus. *Nõ permanebit Spiritus meus in homine, quia caro est.* expeto, vndè tantum ingrauatum est malũ? quæ pestis, paucis exceptis infecit omnes? vbi primorum scientia? vbi farmaca naturæ adiutricia? quid est, quod luxuria impediri non potest, fœdum malum, & abhominabile? indicatur nõ obscurè in ipsamet. Genes. c. 6. vbi dicitur. *Videntes filij Dei, filias hominum, quod essent pulchrę, acceperunt sibi in vxores, ex omnibus quas elegerant.* Lippomanus explicat, quinam sint hi filij Dei, & ait fuisse filios iudicum, ac virorum prępotentum, virorum, inquam, qui facilè alijs præerant, peccauerũt hi, & illicò, ità peccauerunt homines omnes, vt non amplius vigeret in eis spiritus, sed quod caro præcipiebat, hoc inuiolabile decretum erat, primorum præcessit malum exemplum, & en, omnes peccauerunt, quia vbi Princeps, siuè Prælatus vitiorum vexillum erexerit, nõ remanebit, non militans. accedit ad hęc Lippo-

Gen. 6. 3.

Genes. 6.

Lippom.

po-

pomanus, dicens. *Per filios Dei filij iudicum, ac virorum præpotentum intelliguntur, qui ex more lingua hebrea Dij nuncupantur, vndè editio Chaldaica, qua veridica est, filios Principum legit. Filij ergo iudicum, & potentum, propter patrum auctoritatem, nullum facinus, eo tempore non audebant, opprimebant siquidem inopes, & eorum puellas construpabant, corruptis autem Principibus, facilè reliqui deprauati sunt, in quos Principum impuritas deriuabat.* & B noto hos vocari Deos, non enim Dei filius, nisi Deus. quod valdè pendendum censeo: cur enim filij Dei illi, qui diaboli opera cōplebant, & diabolo adhærentes vnum veluti quid cum diabolo erant, quæ societas lucis ad tenebras, diaboli ad Deum? Deus ille est, in quo viuimus, mouemur, & sumus, dicitur propterea Deus Princeps peccans, quia in illius peccato totus populus mouetur, viuit, & est. An fortè quotidie isthæc non de se spectaculum faciunt experimēta? si quis gulosus superior, non nè abibit abstinentia? si ambitiosus humilitatem fugient omnes, si à Dei cultu euanescit, vagi, vaniq; sunt, qui subduntur, & ex eorum exemplo in mortem ruent æternam. Cogitauit diabolus affligere Iob. quia autem in filiorum morte moritur parēs, & hac percussit plaga sanctum virum: edebāt simul fratres, sororesque cōcussit diabolus aerem, excitauit validum ventum vndequaque, ruitque domus, & sepeliuit cōuiuantes: cucurrit ad Iob nuntius, dixitque. *Filijs tuis, & filiabus vescentibus, & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruēs*

In peccato principis totus populus est.

Iob 1. 18.

A *oppressit liberos tuos, & mortui sunt.* Expendo, cur filiorum mortem non distulerit in alterum diem diabolus? cur guttatim non affligebat Iob, vt dilatæ, non ablatæ plagæ, cruciarent durius? ò quanti animā facit Deus, vel per diabolum instruit: occidit Iob liberos diabolus in domo primogeniti, vbi bibebant, & comedebāt: vt hinc nos intelligeremus, ibi animam subditorū mori, vbi mala superiorum exempla diffundūtur. audiatur Gregor. in hunc locum. *Sed neque hoc prætereundum puto, quod filij in maioris fratris domo conuiuantur, cum pereūt. dictum nāmque est superius, quod conuiuia peragi sine culpa vix possunt. vt ergo nostra non illorū loquamur, sciendum nobis est, quia omne, quod à minoribus voluptuosè agitur, à maiorū disciplina cohibetur. cùm verò maiores ipsi voluptati deseruiunt, nimirum* C *minoribus lasciuiæ fræna laxātur, quis enim se sub disciplinæ constrictione retineat? quando & ipsi, qui ius constrictionis accipiunt se se voluptatibus relaxant? Dum ergo, in maioris fratris domo conuiuantur, pereunt, quia tunc contra nos vehementius hostis vires accipit, quando, & ipsi, qui pro custodiæ disciplinæ prælati sunt, ventri seruire cognoscit, tāto enim adferiendum licentius occupat subditos, quanto & hi, qui inter-* D *cedere pro culpa poterant, voluptati vacant*, apertus est locus Satanæ sagittis, cùm malo exemplo Prælati, subditi ad conuiuia, voluptates, commessationes, ebrietates alliciuntur. nō erit innocens subditus sub reo Prælato, peribit, vt noxius, vbi noxia sunt superiorum exempla. inuehebat contra Phariseos, Scribasque, qui primatu gloriabātur inter Hebrços Christus, minitansque væ æternum

D.Greg.

num

Matt. 23. num, dicebat Matth. 23. *Vę autem vobis scribę, & Pharisei hyppocritę, qui clauditis Regnum Cęlorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes, finitis intrare*. stat hic D. Thomas, inuestigatque, quid sit, quod homo homini Regnum Cœlorum claudit? nunquid aliquid à peccato claudet animæ Cœlorum Regnũ? nunquid peccatum, erit homini homo? nullo *D. Tho.* modo. quid ergo sibi vult. *Nec introeuntes finitis intrare*. respondet B Sanctus Doctor in Apoc. 3. *Dicebat, quod claudebant Regnum Cęlorum per malum exemplum.* En, malum exemplum superiorum, ruina est, mors est subditorum, superiorque malus est velut peccatũ in subditi anima, quapropter Christus, qui Prælatos ouiũ suarum præposuit curæ, probum inculcauit exemplũ. ad exemplum accepit peluim, misit in eam aquam, ac *Cępit lauare pedes discipulorũ.* premit Christi gesta Thomas Beauxamis, & ait per peluim conscientiam indicari, quæ aqua impletur, quæ effusa alios mundat: docere quapropter hoc excẽplo voluit Apostolos suos, quos Ecclesiæ præfecit, probum de se præbere exemplũ, & id, quo mũdarentur subditorum animę. *Misit aquam in peluim i peluis est conscientia, quam & abũdare illa oportet aqua, vt in cęterorum lotione effũdatur, per exemplum.* effũdamus igitur de nostris conscientijs flumina bonorum operum, vt fiat iste fons nobis, & alijs, fons aquæ salientis in vitam æternam. per hãc enim aquam, nostra aliorũq; anima, quæ ad instar nauis est, tranabit, appuletque Regna Cęlorum. etenim exemplum alios ad similia inuitat. vndè inquit Prophetia, post taciturnitatẽ Ma-

Prælatus malus est veluti peccatum in subdito.

Io. 13. 5. C

Thomas Beaux.

D

A tris, scilicet superioris, conticuisse populũ, scilicet subditos. quo tetendit Rupertus, dicens. *Tacente autem matre, quę docebat, necessariò conticuerunt, scilicet simul tacuerunt, & filij, qui docebantur*.

ANVLVS XXIX.

Intendit saluti peccatorum Deus, nec quemquam perire vult.

CONTICVIT, &c.

Diuidũt peccata inter Deum, & hominem. absit, vt Dei possessio sit peccator: nil quandoquidem commune vult habere cum diabolo Deus, qui misit Filium suum in terras, vt Satanæ opera destrueret. habeo Tertullianum, qui luculenter peccatorem à portione separat Dei: ait etenim lib. 9. de spectaculis. *Quid non Dei est, quod Deum offendit? sed cum offendit, Dei esse desijt, & cum desijt, offẽdit. Ipse homo omnium flagitiorum auctor, non tantum opus Dei, verum imago est, & tamen, & corpore, & spiritu desciuit à suo institutore*. totus homo Dei opus est, & secundum animam etiam imago. ast, vel suam non agnoscere vult Deus imaginẽ, cùm peccati limo deturpatam, conspurgatamque aspicit. hinc mirandũ, cur peccatis deditum populum, totumque in criminibus, suum dicat in nostri Hoseæ prophetia, & audimus. *Conticuit populus meus.* si diaboli seruus, sub diaboli iugo cruciatur peccator, cur suum appellat Deus? pondero in huius intelligentiã Christi Iesu preces in horto Gethsemani. Secessit ab Apostolis oraturus Patrem, ac in faciem suam procidens, hæc ex cordis visceribus verba promebat.

Tertull.

Peccator definit esse Dei.

Marc.14. 36. bat. *Abba, Pater omnia tibi poſſibilia ſunt, ſi poſſibile eſt, transfer calicem hunc à me, veruntamen, non ſicut ego volo, ſed ſicut tu* habes hāc orationē ex Matth.26. Luc.22. Marc.14. & Io.18. contēplatur Chriſti preces. D. Baſil. lib.4. in Apolog Eunomij, & ait præcatū Dominū nō pro ſua morte, quā libenter ſuſtinebat, ſed pro ipſis, qui inferendo morte Chriſto, graui ſe cōculcabāt ſacrilegio. *Si inuitus moriebatur, nō amplius humiliās ſeipſum, obediēs factus eſt Patri vſq; ad mortē, neq; ſeipsū dedit, vt ait Apoſtolus, pretiū Redēptionis pro peccatis. Si verò volens, quę vtilitas erat huius dicti, Pater ſi poſſibile eſt trāſeat à me calix iſte? de his igitur, qui in ipſum peccaturi erāt, vt nè peccarēt, & non de ipſo, hoc accipiendū eſt, pro quibus etiā crucifixus dicebat, Pater dimitte illis* plus de noſtris peccatis dolet Chriſtus, quā de ſua morte, orabat propterea, nè ipſi peccarent. aſt obſtitit orationi Chriſti peccator, & peruerſa volūtate noluit, quod petebat Chriſtus, adimplere, ſed potius, vti diaboli fetuus, ea, quæ diaboli ſunt cōpleuit. Tu ſēper intelligas petitionē Chriſti, cū nō adimpletur, ſecūdū motū volūtatis ſimplicis, nam, vt ait D. Thom. in 3. q.21. Oratio Chriſti fuit ſēper exudita, cū procedebat à voluntate rationis, vndè in Chriſto duę voluntates, ſiue duo actus volūtatis conſiderādi ſunt, vnus, qui dicitur actus voluntatis rationis, & eſt, cum orās, nil aliud petebat, niſi quod Deus volebat, & tūc ſēper Chriſti oratio exaudita fuit; alius actus volūtatis, dicitur volūtatis ſimplicis, vel ſecū. dū motū ſenſualitatis, & tūc, quia oratio non fuit abſoluta, ſed potius ſm aliquā velleitatē, orās .n. homo ſecundū hūc motū volun-

A tatis, illud, quod petit vult, ni aliud obſtat: cū ſic orauit Chriſtus, non fuit exauditus, nō enim petebat abſolutè, & oratio volūtatē rationis comitē nō habebat: benè tamen ſemper fuit exaditus orans ſecundum motum voluntatis rationis, quia ſic orans, voluntas rationis, id petebat, quod fieri ſecundum Dei decreta, ac ſtabilita omninò debebat. In hac igitur petitione, nō fuit Chriſtus

B exauditus, vt iam explicatum eſt, quia crucifixerunt, & peccauerunt. Sed notandum eſt. quod ſequitur. *Fiat voluntas tua*. Peto Domine, nunquid voluntas Dei ad hominis peccatum concurrit? peccatum illorum, non remouēdum erat, nè ſcilicet fieret. fortè nè Dei complebant voluntatem, cùm ſic peccabant? quid eſt. *Niſi poteſt hic calix tranſire, fiat voluntas tua?* Adibo Sanctos Archāgelos, vt inſtruar de verbis, his

C Domini Ieſu. Aduenerat plenitudo tēporis, illa .ſ. in qua Deus hominis conſortium optans hominem aſſumpturus erat, ac charitate flagrans, venturus erat ad nos. miſit Gabrielem Archangelum ad Virginem, nunciauit ſpōſalitium cum ſancto Spiritu, certiorē reddidit de partu filij Dei, dixitque. *Vocabis nomen eius Ieſum*. expendit Diuus Chryſolo- Luc.1.31.

D gus, cur nomen è cœlo traxerit Angelus? cur non reliquit imponendum Virgini longiori gratia plenæ, quam Angelus quiuis? O voluntas Dei fuit. Gaudebat de Virginis puritate Deus, appretiabat Virginis eſſe Filius, Maternitatem Mariæ, vt fulgentiſſimam gemmam inter ſuos condiderat theſauros, poterant propterea aliqui, hanc eſſe Chriſti ſummam facultatem excogitare.

quid ipse, qui quasi salutem peccatorũ super omnia existimabat? voluit notificari Iesus, id est Saluator, vt hinc coniectarent omnes, salutẽ nostram esse sui aduẽtus summam totam, hancq; super omnia appretiare. fauet Chrysologus, dicens ser. 142. *Virgo, concipitur ex te auctor tuus, tua ex te oritur origo, in tuo germine, est genitor tuus, in tua carne est Deus tuus, & ipse lucem mundi per te cępit, qui dedit lucem mundo*. sed nunquid, hoc est summum quo Deus gaudet? absit, vnde sequitur Doctor. *Monita ergo per Angelum Virgo, nè præsumas hunc vocare filium tuum, sed mox vt genueris, inuoca Saluatorem, & vocabis nomen eius Iesum*. placet maternitas, sed nõ hac voluit extolli, sed salutis peccatorũ nomine. Saluare vult peccatores Deus, veniam gestit impendere. Memini diuitis illius, Deum præseferentis, qui habebat villicum Dei bona dissipantis. fortè nõ dissimilis erat villicus hic Prodigo filio, imò peior multò, ille enim filius portionem, quam vti propriam receperat à Patre, dissipabat, hic Domini substantiam. hũc vocauit ad se Deus, ex Domino, Iudex, dixitque ei. *Quid hoc audio de te redde rationẽ villicationis tuę.* dicerem ipse Domino Deo: quid dicis de te Domine, nunquid nõ omnia scis, & noscis in te, etiam mala, etiam peccata? cur ergo ais. *Quid hoc audio de te?* scit peccata nostra Deus in se, quod intelligas, non quod mala sint in Deo, quod enim non est, vti est peccatum, nec habet causam, nisi defectiuam, nõ potest esse in Deo, qui est ipsum esse perfectissimum. vndè ait D. Bonau. in 1. sent. dist. 36. q. 1. art. 3. Deum cognoscere quidẽ mala, sed per ideam boni, nam per rectũ cognoscimus obliquũ, & per lucẽ tenebras, & priuationes per entia: in Deo autẽ est idea boni, & quia per bonũ agnoscitur malũ, ideò Deus in se, hoc est per boni ideã, quã habet in se, cognoscit peccatũ, quod nullatenus potest habere causam in Deo. cũ ergo omnia noscat Deus: quid est, quod cũ ad iudiciũ vocat villicũ, petitq; rationẽ villicationis, ait. *Quid hoc audio de te*. certũ est, iudicẽ, vt ritè condẽnet, debere habere sciẽtiã delicti, quæ quia in nobis non potest esse sẽper oculata, ideò à testibus fide dignis Dei attestatione exquiritur, cũ in iuramẽto Deus vocatur in testẽ, sciẽtia remanet apud Iudicẽ, & dicitur illa perfecta cognitio, quod si hæc deest, nec ad iudiciũ procedet Iudex. quid Deus, vocat ad iudiciũ, ac dicẽdo audiuisse delicta villici, idem dicere videtur, ac nõ plenè esse informatũ, non habere probationes luce meridiana clariores, vt differat iudiciũ, emẽdetq; se villicus, sibi prouideat, & veniã obtineat. O quã ad nostram salutẽ tẽdit Deus, sibi detrahere videtur, vt nobis parcat, dicit audita, quæ cognita sunt. adduco Chrysolog. ser. 125. *Et vocauit eũ, & ait illi, quid hoc audio de te? Cognita, velut audita imputat, quia in reũ nõ vult accelerare sententiã, & conuictũ penès se, velut accusatũ conuenit, qui iudiciũ gestit venia sic prępire*. anhelat ad peccatorum veniam Deus, saluare vult, quos creauit ad vitã, nõ ad mortẽ. vndè capio, quid sibi velit Christi oratio. *Verũtamẽ, ô mea volũtas, sed tua fiat*. petit fieri volũtatẽ Dei, sed quęnã est Dei volũtas? equidẽ sanctificatio nostra. ità Paulus Apostolus 1. ad Thessalon. cap. 4. *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra*. &

Chrysolog. | *Luc 16. 2.* | *Peccata quomodo dicatur esse in Deo, siue ab eo cognosci.* | *D. Bonau.* | *Chrysolog.* | *1. Thes. 4*

Tim.2.4. & alibi. *Deus vult omnes homines saluos fieri*. cum ergo, ait, fiat volũtas tua, præcatur, vt saluet peccatores. *Voluntas Dei*, inquit Cassianus, *est omniũ salus*, quibus suppositis, assequi videor, quid prætendant Dei verba, cùm peccatores vocat populum suum, dicẽdo. *Conticuit populus meus*. qui Dei est, saluatur. quapropter, vt ostẽdat voluntatem suam esse saluãdi etiam peccatores, illos vocat populum suũ. alludit Figuerius. *Populus meus, &c. Non quod ipsum, populus coleret, cùm esset idolatra, sed quia fuerat populus Dei, & adhuc eum curabat, & reuocare operam dabat, mittendo ad ipsum Prophetas, qui ad pœnitentiam eum prouocarẽt*.

Cassian.

A

B

ANVLVS XXX.

Dei legis obseruantia applicanda sũt corda nostra, vt in viam tendant salutis vsque ad Deum, mortemque viteut æternam.

CONTICVIT, &c.

POenam populi, carentiæ sciẽtiæ ascribit prophetia, inde succiditur, vt ait Sanctes Pagn. vndè in scientia non stabilitur. Magnum portentum: quid enim scientia in hominũ cordibus, nisi vanitatis fomentum? vndè inquit Apostolus, *Scientia inflat*. & Sanctus Isidor. Pelusiota in hoc gloriabatur, quod se nihil scire contendebat. ità lib.3. epist.241. *Tu quidem fortasse me multorum sermonum, ac sensuum apparatum habere arbitraris, at ego illud probè scio, me nihil scire. quod si quid laude dignum à me offeratur, Deo id ascribendum est, qui vt auditorum vtilitati consulat, rudes, atque ineruditos homines, per sępè sapientia, &*

1.Corinth. 8.1.

Isidorus.

P.Franc.de Franch.in Hos.

eruditione instruit. non est laudabilis apud Deum sapientia, vndè nec ea gloriantur Sancti, qui contemplantur ineruditos homines eligisse Deum, vt fortes, gnarosque confunderet. quid igitur est, quod scientiam repellẽtes castigantur? ast non hæc, humanarum scientia rerum est, quæ reijcitur. Legis Dei est, quæ scientia scientiarum ritè dici potest. hanc qui repellit, punitur à Deo: etenim eam abs se ablegat, quæ ducit ad vltimũ finem, dirigitq; in viã salutis. Loquutus est Dominus ad Iosue, vt habetur cap.1. dixitque. *Confortare igitur, & esto robustus valdè, vt custodias, & facias omnem legem, quam pręcepit tibi Moyses seruus meus, nè declinas ab ea ad dextram, vel ad sinistram, vt intelligas cuncta, quæ agis. Non recedet volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus, ac noctibus, vt custodias, & facias omnia, quę scripta sunt in eo. tunc diriges viam tuam, & intelliges eam*. in cuius intelligentiam, sciẽdum est ex Philosophis, habitum scientiarum nõ inducere necessariò iudicium rectum, potest enim quis habere habitum bonũ, & actualiter operari malum, quia habitus non repugnat actui. habitus etenim dicit quandam cognitionem vniuersalem, qui autem scit secundũ propositionem vniuersalem, potest errare, sed qui scit, & iudicat bonum in particulari, non errabit. ideò ait Deus. *Non recedet volumen legis huius ab ore tuo, sed meditaberis in eo diebus, atque noctibus*. actuale exercitiũ vult legis, quod si actualis cõsideratio dirigit absque errore in finem, vtiq; lex cõsiderata, & attẽta diriget in finem absq; errore, quapropter cõcludit Deus. *Tũc diriges viã tuã, & intelliges*

Iosue 1.7.

C

D

O o 2

ges eam. vndè Tostatus in hūc locum. *Dicitur enim via alicuius recta, si rectè tendit illud, quò ambulans peruenire intendit*. & inferius. *Finis autem operationis nostrę est felicitas, quæ in Deo est*. En, vti legis meditatio, ac obseruantia in Deū nos conducit. Attendi, cur legem daturus Deus, scripsit illam in tabulis lapideis, dixit enim Moysi Exod. 34. *Pręcide tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba, quę habuerunt tabulę, quas fregisti*. pręcide tibi, inquit, quia vt inquit Lyra ad vtilitatem nostram nobis data fuit lex. *Tibi, hoc est, ad vtilitatem tuam*, inquit Lyra in hunc locum: quod primò noto, est hanc legem secundo habitam significasse legem Euangelicam, quam attulit nobis Dominus Iesus Christus, in morte enim eius omnia sepulta sunt legalia antiqua, & noua lex incœpit, quod notauit Glos. moral. *Per duas tabulas, quę fractę sunt, significatum fuit vetus testamentum, quod per nouum euacuatum est, modo qui sequitur. Nam à tempore publicationis Euāgelij ceremonialia sunt mortifera, iudicialia verò non obligant, nisi de nouo fuerint instituta, moralia verò remanent, in quantum continent dictamen iuris naturalis, & hoc notatur cū subditur, & scribam super eas*. datio legis Euangelicæ in secundis tabulis Moysi datis obumbratur. exquiro, cur in lapide, legem scripserit Deus qui nō lapideus, sed caro factus est nobis, vt totus esset dulcedo? eruam mysterium, tùm ex sacris Theologis, tùm ex hominum vsu. mouet quæstionem Diuus Thomas, Vtrum sit necessaria, præter physicas disciplinas, alia doctrina supernaturalis, vt Deum assequamur. & respōdet affirmatiuè, nam

Exod. 34.

A vnicuique agenti propter finem necessaria est distincta cognitio sui finis, alioquin erraret; hæc autē distincta cognitio habetur per doctrinam supernaturalem reuelatam, igitur doctrina supernaturalis est necessaria. vbi est notandum per doctrinam supernaturaliter habitam, non solùm intelligi articulos fidei, sed etiā Theologicos discursus integratos ex principijs fidei, per quos, quid B agendum, quid relinquendum, quo tempore, & qualiter, nobis manifestatur, non enim scire articulos fidei, est agere propter finem, sed scire modum operandi, & operari, est in fine dirigi, & tendere. ast hęc relinquo Theologis. hoc tātum suppono, necessarium esse nobis, cognoscere quid agēdum sit, vt in Deum tendamus; hoc autem docet lex Euangelica, in qua, vel implicite, vel ex- C plicitè, non solùm articuli fidei docentur, sed etiam manifestatur diuina lex, per quam in Deum ferimur. Lex igitur index est in Deum, vndè capio, cur in lapidibus scripserit, & vel legem Euāgelicam figurauerit in secundis lapidibus Deus. Antiquitus, nec in desuetudinem abijt, viatoribus lapides ponebantur in biuio, vt scirent, qua eundum esset, nè deuij errarent, quod adnotauit Al- D ciatus embl. 8. vbi aceruum lapidum signat, in quo erat Mercurius ad indicādum viatoribus semitas. quod si lapides sunt ad rectam signandam viam, & Dei lex in lapidibus est sculpta, vtique viam, qua ad Deum tendere possumus, in lapidibus sculpta lex signat. firmat D. Bernardus Epist. 11. ad Cartusiens dicens. *Lex Domini immaculata cōuertens animas, sola videlicet est, quę ab amore sui*, &

Doctrina supernaturalis est necessaria, & quarè.

Alciatus.

Lapides ponuntur, vt indicia semitarū.

D. Bern.

& mundi auertere poſſit animum, & ad Deum dirigere. Vocabat ad ſe animam Deus,& aiebat. *Surge amica mea, ſpecioſa mea, & veni, columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.* in dies magis perfectã poſtulat perfectiſſimus Deus animam noſtram,vt maiori glòria donata aglutinetur ei magis, quapropter aiebat D.Greg. Niſſenus hom.5. in Cant. *Neque enim ei, qui verè ſurgit, vnquam deerit,ſemper ſurgere, neque ei, qui currit ad Dominum,vnquam conſumatur amplum,& latum campi ſpatium ad diuinum curſum conficiendum,oportet enim ſemper ſurgere,& excitari, & per curſum, appropinquando, nunquam ceſſare:quamobrẽ quoties dicit,ſurge,& veni, toties ad id,quod eſt melius aſcenſioni, ea,quæ deinceps ſequuntur, adijciuntur à Verbo,adeò, vt ſemper videatur eſſe gloria, quod accipitur, & quod ſemper inuenitur, & licèt ſit magnum, & excelſum, credatur eſſe minus eo, quod ſperatur.* parua ſunt,etſi magna dona Dei,reſpectu Dei, vſq; ad eum vult peruenire animam, vndè excitat ad petram,& ait. *Veni columba mea in foraminibus petræ.* at quæ nã ſunt petræ foramina? quid Deo, cum petra? regredior ad legis tabulas Moyſi datas. in his ſculpſit legem Deus digito ſuo, facilè autem quiſquis ſuadetur in ſculptura literarum, quædam foramina remanſiſſe in petra;& lex ſculpta, foramen petræ erat. & en, myſterium,ad ſe inuitabat animam Deus,ſed dum ad ſe pellieiebat, mittebat ad petræ foramina, quod ſi foramina hæc petræ, præter legem Dei,nil repræſentant, vtique dicendum eſt, per Dei legem nos ad Deum rectò tendere itinere. fauet Ludouicus Pontanus in Cant.lib.5.

Cant.2.13

D.Greg. Niſſen.

Ludouicus Pontan.

A exhort.25.S.6.dicens. *In his deducitur vltima,nec contemnenda expoſitio foraminum petræ, & cauernæ maceriæ,ad quæ ſponſa inuitatur, vt in ipſis maneat: intelligendo per petram, legem ipſam Dei,cuius decem potiſſimum præcepta, quæ decalogi dicuntur,in petra digito Dei exarata ſunt, ipſa verò præcepta ſunt velut foramina in hac fortiſſima petra excauata.* & inferius, *Surge amica mea,& veni. Subaudi ad me ipſum,* B *quod ſi ſcire vis, qua via venire debes: eſto vt columba in foraminibus petræ, & in cauerna maceriæ, nam volans ad obſeruantiam præceptorũ, & in ijs iugiter commorans, mihi columba grata eris, & ad me peruenies.* per legem in petra ſculptam ad Deum peruenimus.lex via eſt. ſed meminiſſe debemus,in petra eſſe legem, quia qui in lege peccauerũt, per legem peribunt: via erit ad cœlum,ſi obſeruabitur,ſin C autem ſuſpendetur in collo trãſgreſſoris, vt demergatur in profundum maris, eiectus à participatione ſummi Dei. lex quidem data eſt, vt ad perfectas deducat actiones, vt adnotauit Teodoretus in Epiſt. Pauli ad Romanos, vbi Apoſtolus ad opera impellens,ait. *Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deum,ſed factores* & Teodoretus. *Non enim lex,ideò nobis data eſt, vt aures demulceat, ſed* D *vt ad bonorum actionem deducat.* quod ſi hæc deerũt, dãnatio erit, & maledictionis radix,quod prędixit idem Apoſtolus ad Galata ſcribens. *Maledictus omnis,qui non permanſerit in omnibus, quę ſcripta ſunt in libro legis.* permanere oportet in legis libro, non attingere, & claudere, ſicut faciunt hi, qui vno die ſeruant Dei mandata,altero lacerant, mox peracta pęnitentia,pœnitentiam de pœnitentia

Lex Dei ad Deum nos dirigit

Qui in lege peccaue runt pereũt per legem.

Epiſtol.ad Rom.2.13

Teodor.

Ad Galat. 3.10.

tia exigunt, permanere potest: alioquin, vt transgressores æterna ferientur maledictione. vndè Teodoretus in hunc Diui Pauli locum.ait. *Lex iubet, vt omnia impleantur, quæ in ea dicta sunt, eos autem qui fortè transgrediuntur, maledicit*. Zelotes est Deus, non relinquit impunitos legis laceratores. speculũ sit Dei vindictę populus Israeliticus. Manna illum pascebat Deus in deserto, panẽque cœli fastidiens, concupiuit carnes, pluit illis, vt puluerem, circa propria tabernacula, nè vel in quæritando laborarent. quid mali auguror, cum Deum iniquis tot tẽporalia beneficia exhibet? attendamus, quid aiat Dauid Ps. 77. *Et pluit super eos, sicut puluerem carnes*. O quid ait, carnes sicut puluerem. quid caro puluis, nisi mors? vel hinc propriam ruinam poterat prędicere Hebręus, & cõuerti. ast quid peccatorem à peccato auertet? sequitur. ***Et sicut arenam maris volatilia pennata, & manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis, nõ sunt fraudati à desiderio suo. Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, & occidit.*** stupet hic Saluianus lib. 6. de prouidentia, & inquirit, vndè ira exarserit Dei? adhuc nulla lege prohibebantur, non desiderare carnes. cur igitur occiduntur? ***Interdictum nondum fuerat, nè desiderarent***, inquit Saluianus, vt quid ergo puniuntur. scio ob incredulitatem potentiæ Dei punitos, dixerant enim. ***Nunquid poterit parare mensam populo suo.*** ast aliọ adducit Saluianus, & ait, hac punitione indicasse Deum, quid contrà legis trãsgressores esset acturus, si enim illos puniuit, qui non rectè concupierunt, etiam si adhuc lata lex scripta non esset. quã sperabit misericordiam legẽ datam abijciens? Adest Doctor. ***Sed legali, vt reor obseruantiæ proficere Deus voluit, vt rebellem concupiscẽtiam coerceret, quo facilius cunctus populus agnosceret, quantum vitare debuisset, quæ Deus scriptis cęlestibus interdiceret, quando etiam illa eum admissa lęderent, quæ necdum lege vetuisset.*** en, vti in prauorum vindictam tendit Deus; en, vti signa punitionis contrà transgressores suæ legis anticipat. quia igitur Dei scientiam, idest Dei legem abiecerat populus Hebræus peccator, ideò æternę captiuitati traditur post temporalẽ, & ait Deus. ***Conticuit populus meus, eo quod non habuerit scientiam.*** vndè ait Vatab. ***Ad silentium, hoc est, æternum, redactus est populus meus, eo quod non habuerit scientiam, scilicet timorem legis Dei.*** vt exponunt Expositores.

Trãsgressor legis, maledicitur. — *Ps. 77.* — *Vatab.*

A B C

ANVLVS XXXI.

Magnum bonum sacerdotalis dignitas, & facilè paradiso comparabilis.

CONTICVIT, &c.

Abit à legis obseruantia populus, infert Deus pœnam, priuatque sacerdote. & quænam D pęna peccãtibus obstinatius propria est, ni Deĩ priuatio, & à Regno cęlesti exclusio? nunquid tale bonum est sacerdotium, vt etiã Deo, Regnoque cœlesti sit comparabile? scio equidem, illud bonum esse, vt eius comparatione alia bona non sint, quapropter nec lugẽda, cũ amittũtur, etsi luctu digna, cessat, quiuis dolor cędit lamẽtus omnis, vbi sacerdotale bonũ corruit. pręceperat Deus Io-

Iosue cap.20. fieri ciuitates refugij, in quibus casu homicida, asylo fruebatur, eratque illic, quousque summus Sacerdos morti solueret tributum. *Separate vrbes fugitiuorum, de quibus loquutus sum ad vos per manum Moysi, vt confugiat ad eas, quicunque animam percusserit nescius, & possit euadere irã proximi, qui vltor est sanguinis.* & inferius. *Et habitabit in ciuitate illa, donec stet ante iudicium, causam reddens facti sui, & moriatur Sacerdos Magnus, qui fuerit in illo tempore.* Speculantur ius hoc sacri Doctores, variasque adducunt iuris causas. alij aiũt, in summi Sacerdotis morte figurari mortẽ Christi Sacerdotis, & Pontificis nostri, quia autem, tũc per eius sanguinẽ vniuersa peccata, quoad sufficientiã dimissa sunt, ideò vnusquisque liber censetur, si velit. Rabbi Salomon apud Lyram in cap.35. Num. ait. *Effusio sanguinis abbreuiat vitam, & est horrida coram Deo, officiũ autem summi Sacerdotis, est orationibus, & sacrificijs, impetrare prolongationem vitę, & ideò ipso viuente homicida, non debebat ad terram propriam redire.* Cõtrarij sunt homicida, & Sacerdos, non possunt contraria simul esse, & ideò abscondatur homicida viuente Sacerdote. quod magnũ terrorem incutere debet homicidis, etenim quis saluabitur sine Sacerdote? quod si contrarij sunt non saluabitur homicida. Pœniteat igitur de peccato suo, lauetque homicidij maculã lacrymis, vt possit esse simul cum Sacerdote, & saluari. adderem ipse, non ante summi Sacerdotis occasum egressum ex ciuitatibus refugij concedi homicidis, quia Sacerdos Sol est, iuxtà tradita à Diuo Ambrosio, nec feræ, nisi post So-

Iosue 20.

Rabb. Salomon.

Sanguis Christi nos liberat.

Homicida difficulter consequetur salutẽ.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A lis occasum è suis egrediuntur cubiculis, ad indicandum igitur homicidas feras esse, & inter bestias esse collocandos, ideò non ante Solis, sacerdotis scilicet occasum, è suis tanis egredi licebat. ast in sacerdotij laudem, aliam excogitauit rationem. Rab. Moyses Maymonius apud Glosam Iosue cap.20. quam refero. *Quod is, qui imprudẽs fecit homicidium? exulet, ideò fit, vt tranquilletur interea* B *animus vindicis sanguinis, dum non videt eum, qui facinus fecit. pendet autem ipsius in patriam redditus ex morte eius viri, qui cum cęteros mortales omnes dignitate pręcellat, atq; ab omnibus Israelitis summè ametur, consentaneum est, eius acerbo casu sedari dolorem, quem sanguinis vindex ex cognati sui cęde conceperat. Quippè sic comparatum est hominum ingenium, vt quisque habeat infortunium, si par, aut maius alteri* C *accidisse videat, minus doleat de suo. Nullius autem hominũ grauior calamitas apud nos certè existimatur, quàm Pontificis Maximi mors.* Magnum bonum est frater, filius, aut cõsanguineus, quorum subsidijs subleuamur, & viuimus: si moriũtur, & immatura morte hominũ malitia priuamur. O qui dolor occupabit cor. at sacerdote pereunte cessat is dolor, vti maiori occupatus. Sacerdos igitur om- D nibus bonis, quæ in hac vita maximi pẽdemus, præpõderat. quod etiam dixit Sanctus Ignatius epistol.10. ad Senienem. *Sacerdotium est omnium bonorum, qui in hominibus consistunt apex, quod si quis inhonorauerit, Deum inhonorat, & Dominum Iesum Christum primogenitum omnis creaturę.* Verum non hic sistit sacerdotale bonũ: id est, vt Paradiso comparatum, non grauetur Paradisus. Eligere volebat

Homicida fera.

Rabb. Moys.

Mors Sacerdotis maximum malum.

Sacerdos omnibus bonis, huique vita facilè maior.

Sanctus Ignatius Martyr.

lebat sacerdotem Deus ex populo Israelitico, iussit afferri ex singulis tribubus virgas in tabernaculum fœderis. floruit virga Aaron, publicauitque sacerdotem, ita Leuit. cap. 17. *Quas cùm posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonij, sequenti die regressus, inuenit germinasse virgam Aaron in domo leui.* pretiosissimi flores hi sunt, & facilè tales, vt ab ijs diuersa virtutum odoramenta hauriant sacri Doctores, in ijs enim sacros flores à tribulatione partos, intuetur Capponus, dum ait, quod germinat ex radice Charitatis tribulationis virga, patientiam, charitatem, compassionem: quod si folia, cùm floribus vides admixta, verba, quibus instrui debet fidelis populus, in sacerdote considera. In tabernaculo in flores erumpit virga: & per hoc denotatur hominem, tunc proficere cum ab exterioribus se abdicat, absconditque se in tabernaculo non manufacto Christo Domino nostro, vnde miror quosdam sæpesæpius perfectionis gradus, nō posse ascendere, & voce querula eiulare, qui tamen claustra custodire nesciunt. non est in platea spiritus Domini, à qua veritas exulat, nec loquitur Deus eor ni, in solitudinem ductum cessa igitur vagari, si Deum vis amare, & ab ipso amari. sed hactenus de his. eruamus profundiora, in virga hac, quæ non ducens humorē e terra, erumpit in flores, quæque in signum sacerdotij Aaron datur. D. Ambrosius perpetuam sacerdotalem gratiam libenter in virentibus folijs, & suauiolentibus floribus admittit, dicēs lib. 3. epist. *Et aduertamus, quia in sacerdotibus, non humana operatur gratia, vna ex multis, quas per tribus*

Leuit. 17.

Qui se ab exterioribus abdicat proficiscit.

A *Moyses acceperat, & reconderat. floruit, atque ita diuini iudicij munus spectandum in sacerdotibus populus aduertit, ac destitit parem sibi humano iudicio vendicare gratiam, qui ante parem sibi prærogatiuam competere arbitrabatur. Virga autem illa, quid aliud ostendit, nisi quod nunquam sacerdotalis marcescat gratia.* sed auolo ab hac gratia ad gloriam, & aio in floribus his, sacerdotij insignibus, Deū veluti Paradisum voluisse indicare sacerdotem: Flores, vt alibi tetigi ex antiquis, felicitatis symbolum sunt. flores vidit noster Beatus Didacus, cùm paradisum vidit, dixitque propè mortem positus. *O quot flores habet paradisus.* ver sempiternum paradisus est, & ver flores faciunt. cum igitur sacerdoti dantur flores, ijque demonstrant paradisum, sacerdotale officium, sacerdotalemque dignitatem paradisum asserere quodāmodo, non erit absonum. firmo ex D. Chrysostomo homil. 4. de verbis Isaiæ, dicente. *Sacerdotij ius è supernis descēdit.* vbi postilla glosat. *Sacerdotium cæleste Regnum est.* O quam sublime bonum, est sacerdotium, verè omnium bonorum apex, cuius dignitas, & eminentia indè patet, quia obstinati peccatores eo priuantur, peccatorumque pœna, priuari gloria, est, vndè ait prophetia. *Quia tu scientiam repulisti, hoc est legem meā; Et ego te repellam, nè sacerdotio fungaris mihi.* priuat sacerdotio ob pœnam trāsgressionis legis, quia *Cæleste Regnum est sacerdotium.* Regnum Cœlorum agnosco Sacerdotem, quia sicut illud stipatum Angelis, sic sacerdos, cuius officium videntes Angeli admirantur, vndè D. Bernardus sacerdotum dignitatem clamans ser. ad

Sacerdotalis gratia, nunquam marcescit.

B

C

Chrysost.

D

D. Bern.

Pa-

Pastores in Synodo congregatos, ait. *Quanta est prærogatiua ordinis vestri, prætulit vos Deus Regibus, & Imperatoribus, prætulit ordinem vestrũ omnibus ordinibus, imò, vt altius loquar, Angelis, & Archãgelis, Thronis, & Dominationibus, sicut enim non Angelos, sed semen Abrahæ apprehendit ad faciendam Redemptionem, sic non Angelis, sed hominibus, solisque Sacerdotibus Dominici Corporis, & Sanguinis commisit consecrationem. Omnes enim, sicut ait Apostolus sunt administratorij spiritus in ministeriũ missi propter eos, qui hæreditatem capiunt, sed longè excellẽtius est officium vestrũ, quod admirabile est, non solùm in oculis vestris, sed etiam Angelorum.* circumspectant Angeli sacerdotem, & admirantur. In Paradiso Deum habemus, & à sacerdote Deum: cum hac tantùm differentia, quod ibi manifestius, hic admirabilius: ibi enim Christus, vti est videtur, nec circa quãtitatem, cæteraque naturalia corporis sui miracula prospectantur, præter ea, quæ ad gloriam spectant, quæ etiam pro illo statu quodammodo naturalia dici possunt: vbi autem percipimus à sacerdote, cumulo miraculorum ornatũ procedit. Quis igitur sacerdotij defectum, vt maximi boni priuationem, non lugebit?

ANVLVS XXXII.

Imbuantur sacerdotes scientia, vt sacerdotio digni sint, populum docendo.

CONTICVIT, &c.

QVoniã ex Expositoribus aliqui, propheticum dictum sacerdoti dant, & aiunt, propterea sacerdotes sacerdotio priuatos, quia insipiens cor eorum despiciebat scientiã, inducunt sciẽtiam sacerdotibus necessariam: & maximo iure, ipsi enim Dei legem promulgatam, edocere debẽt populum, quod ab inscijs fieri neutiquam potest. Curabat Israeliticum populum, vtpotè peculiariter suum Deus, & vel loca assignabat, constituit iam Aaron, & Moysi sacerdotibus (sacerdos enim, adhuc fuit Moyses, vt iam alibi dictum est) dixit Num.3. *Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis, idest ad orientalem plagam Moyses, & Aaron, cum filijs suis, habentes custodiam sanctuarij in medio filiorum Israel.* In Oriente dat sacerdotibus locum Deus, tum quia nusquam in culpæ occasum debẽt declinare, tum quia Oriẽs opus persuadet, quiq; sacerdos, siue Episcopus est, operi destinatur. Vigiliæ custos assistet oculus, qui nec occasum pati debet, non enim dormire, haud dormitare debet, qui Israel populum, scilicet, Dei custodit. sed pendo, cur in medio populi sacerdotes à Deo collocantur? & erudior à D. Ioanne Chrysostomo. cor est in medio. cunctus fidelium populus vnum corpus est, cuius Christus est caput, sacerdos stat in medio, vt cor, assentitur D. Chrysostom. hom.38. in cap.21. Matth. dicens. *Cor autem, & stomachus sacerdotes intelliguntur.* sed cur, cor voluit manifestare sacerdotẽ Christus? qui vt ex eodem D. Chrysostomo liquet, idcircò, vt intrauit Ierosolymam, illicò secessit in templũ, quia filius Dei erat, & filius ad Patrem primo tendere debet. & etiam, quia in templo erãt sacerdotes, qui cor Ecclesiæ sunt. *Cùm intrasset Iesus Hierosolymam,* inquit,

Num. 3.

Sacerdos nõ peccet, & operetur.

Chrysost.

Sacerdos populi cor.

Vt viseret Patrẽ, & Sacerdotes templum adijt Christus.

quit Matth. *Commota est vniuersa Ciuitas, dicens, quis est hic? &c. & intrauit Iesus in templum.* vbi Chrysostom. *Hoc erat proprium boni filij, vt veniens, ad domum curreret Patris, & illi honorem redderet, qui genuit eum.* hinc nos Cappuccini ex nostris Constitutionibus, antequam claustra ingrediamur, mittimur in templum, vt illum agnoscamus parentem, qui nos ad vitam genuit, Deum. erubescãt illi, qui Patrem suum vocãt in terris, ac pro eius amore, tot implicant se negotijs, vt Dei obsequijs cedant, nec rem habent, nec nomen Capuccinorum mœrentur. ast hactenus de his. Iuit nec non Christus in templum, vt sacerdotes manifestaret cor. Auscultemus Chrysostomum. *Hoc erat boni Medici, vt ingressus ad infirmam ciuitatem saluãdam, primùm ad originem passionis intenderet: nam sicut de templo omne bonum egreditur, sic & de templo omne malum procedit. Quemadmodum Medicus, quando primùm ingreditur ad infirmũ, statim de stomacho eius interrogat, & eum cõponere primum festinat: quia si stomachus sanus fuerit, totum corpus validum est: si autem dissipatus fuerit totum corpus infirmum est. Ità si sacerdotium integrum fuerit, tota Ecclesia floret, si autem corruptum fuerit, omnis fidei marcida est. Cor autem, & stomachus sacerdotes intelliguntur.* hucusque D. Chrysostomus. Inquiro vlterius, cur cor in Ecclesia sint sacerdotes? & suppono, populũ fidelem imbui deberi sapiẽtia, quæ Christus est, ipse enim est sapientia Patris, hęc autem sapientia vndè est? ait Dauid. *Eructauit cor meum verbum bonum.* in corde est, & à corde exit Verbum, & Sapiẽtia, qua instruendi sunt fideles, quia autem

Matt. 21. 10.

Chrysost.

Ps. 44.

A à corde debet esse sapientia, ideò cor manifestauit sacerdotes Christus: vt hoc instruantur, quod sicut à corde procedit sapientia Dei, ità ab ipsis, vt à corde debet procedere diuina sapiẽtia ad populos erudiendos, & sicut in corde sapientia est, ità ipsi Dei sapiẽtia pleni esse debent. vndè subiũgit Chrysostomus. *Cor autem, & stomachus sacerdotes intelliguntur, quia in rebus spiritualibus per eos totus populus gubernatur.*

B *& sicut cor sapientia locus est, ita sacerdotes sunt receptacula sapientia spiritualis.* Vidit Dei sedem Ioannes Apostolus, aitque cap. 4. Apoc. In medio, & in circuitu sedis vidisse quatuor animalia plena oculis. *Et in medio, & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante, & retro.* animalia hæc, Apostolos, eorumque successores, sacerdotesque præseferre complures ex

Apoc. 4. 6.

C Doctoribus sacris, & Sanctis affirmant, ità Sofronius, cui assentitur Galfridus, D. Ambrosius, alijque. hæc animalia, Leo erant, vitulus, homo, atque Aquila, in quibus quatuor virtutes Cardinales, quibus Prælatus, & sacerdos ornari debent, emicant. Legat, qui distinctius voluerit Diuum Hieronymum, & D. Ambrosium in textus tum Ezech. tũ Ioannis explicatione. quod noto

D in presentiarũ sunt, animalia visa, plena oculis. monstruosum est, plenum oculis corpus. cur ergo oculi tot sacerdotibus concedũtur? Iob in tribulationibus positus, præterita virtutis opera memorans, ait. *Oculus fui cęco, & pes claudo* Ex Hebręo sic legitur. *Oculi fui cęco, & pedes claudo.* hacque phrasi ignorantię tenebras expulisse, manifestat. *Plerique intelligũt.* ait Pineda in hunc locum, *ignorãtia*

Iob 29. 15

Pineda.

tia tenebris, & prauitate morum, atque operum laborantes, quos illuminabat, & ad rectam viam reducebat. quibus adhæret Origenes in Cant. super Iob, dicens. *Vsurpatus est oculus, tanquam dux via, ad intelligendum, pes autem, quasi dux via morũ* En, quid præsefert oculus, scientiam scilicet, & doctrinam cum igitur sacerdotes oculis pleni ostenduntur Ioanni, sacerdotes omni doctrina, quæ ad animarum salutem conducit, debere esse instructos, instruitur. qua de re Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 151. inquit. *Dei sacerdos quando ad Deum appropinquat, animalium illorum multis oculis praditorum in morem, omni ex parte oculus esse debet, eorum instar. nihil nesciens*. eruditus esse debet, vt sit cœco oculus ad cœlicam viam absque errore calcandam. quo spectauit D. August. serm. 64. ad fratres in heremo, dicens. *In his igitur, grandis necessitas est omnibus sacerdotibus, vt viam salutis populo demonstrent, per quam vitam aeternam acquirere possint*. Propria debet esse sacerdotibus scientia, proprium diuina intelligere, & populo communicare. Igne alieno, quod quidem vetitum erat, obtulerunt incensum Deo Nabad, & Abiu sacerdotes filij Aaron, quique ignis Dei non erat, nec Deo potuit sacrari, sed à Deo exiens combussit, deuorauitque sacerdotes Dei iussis non munitos. tunc Moyses loquens ad Aaron, dixit. *Hoc est, quod loquutus est Dominus. sanctificabor in his, qui appropinquãt mihi: & in conspectu omnis populi glorificabor*. Leuit. cap. 10. quin sacerdotes hi per legis direptionem à Deo abierint, negandum minimè est. vt quid igitur, ait Deus per Moysen, *sanctificabor in his, qui appropinquant mihi*. vt scripturæ huius aliquatenus intellectum assequar, ad Dei subleuor essentiam, ipsa enim, vt humano intellectui conceditur, perspecta, quid illi sit, appropinquare, vicinumque esse, perspicietur. Inquirunt sacri Theologi, quænam sit Dei essentia, quæque sit differentia, veluti constitutiua essentiæ Dei. dixi differentiam, veluti constitutiuam, non quod in Deo detur aliqua differentia, quasi ex genere, & differentia constaret, qui est incompositus, sed vt nos finiti, de Deo infinito aliqua modo nostro intelligamus. Aureolus igitur in 1. distin. 35. art. 3. asserit vltimum Dei cõstitutiuũ, in quo esse Dei cõsideratur, præscindendo ab attributis, quæ sunt veluti pullulãtia ab essentia, esse actuale intelligere, ità vt actuale intelligere Dei non sit attributum ab essẽtia aliquo modo distinctum, sicut distinctum attributum dicimus volitionẽ, misericordiam, iustitiam, &c. sed veluti essentiæ Dei vltima differentia essentialis, cuius sentẽtia multos habet asseclas, & præcipuè doctissimum Suarium. ex istorum igitur mente, Deus sic posset definiri. *Natura diuina est substantia completa, viuens, spiritualis, de cuius essentia est actualis intellectio*. Hæc sententia quantum veritatis attingat, dimitto Theologis, mihi equidem non multũ placet, quia non minus de Dei essentia est actualiter velle, quàm intelligere, & tamẽ negatur vltimum Dei constitutiuum esse actualiter velle, nec dicẽdum, quod velle præsupponit intelligere, quia similiter dicerem, intelligere præsupponit essentiam, & nihil cõstituitur in esse à sua operatione. addo dif-

Marginalia: Origenes. Isidorus. D. Aug. Leuit. 10. Aureolus. A B C D

differentiam constitutiuam Dei, A debere implicitè saltem, explicare totam Dei essentiam, cumque essentia Dei ad nullum certum genus perfectionum sit limitata, deberet etiã differentia non contrahi ad aliquod genus perfectionum, sed esse illimitatam, quod quidem non facit. *Actualiter intelligere*, quod ad actualem intellectionem arctatur. Ast in concionatorum gratiã admitto opinionem Aureoli, & Suarij, concedẽdo B actuale intelligere Dei, esse Dei essentiam. & ex his induco, illum debere dici Deo propinquiorem, qui ea, quæ Dei sunt, scientia repletus, semper intelligit. quod si sacerdotes, vocat Deus, appropinquantes sibi. *Sanctificabor in his, qui appropinquant mihi.* dicendum est sacerdotem, ideò Deo appropinquatum dici, quia sicut Dei essentia, actualiter intelligere est, ità ipse scientia C plenus, ea, quæ Dei sunt intelligere debet. En, quã plenus scientia debet esse sacerdos. vndè ait Vgo Cardinalis. *Sanctificabor in his, qui appropinquant mihi, multitudine scientia.* Ponderare deberet isthæc Episcopi, qui passim alijs committẽtes examen promouẽdorum ad sacerdotiũ, non attendentes, quæ deberent, sacramenta Ecclesiæ committunt tenebris obscuratum habentibus intelle- D ctum, vndè medicamina applicare nescientes, animas enecant, seque animarum, imò Christi reddunt reos, homicidasque. sciẽtia necessaria est sacerdotibus, quia, vt inquit Albertus Magnus, referens D. Augustinum super Epist. Iacobi. *In officio sacerdotis, non potest non peccare, qui non habet scientiã.* filij Heli, vt inquit sacra Scriptura, ideò peccabant, quia Dominum nesciebant, & officium sacerdotale. Carebant Iudęorum sacerdotes scientia, ideoque illos sacerdotio priuat Deus, & ait. *Quia tu scientiam repulisti, & ego te repellam, nè sacerdotio fungaris mihi.* vbi Hieronymus Guadalupus adducẽs Diuum Chrysostomum lib. 2. de dignitate sacerdotali. *Sapientissimum oportet esse sacerdotẽ, & perspicacem in omnibus, & mille, vt dici soles, ex omni parte oculos habentem, quippequi, non solùm sibi, sed etiã populo viuit.* & Rupertus Abbas. *Quod si, adhuc murmurat, & dicit, quarè sic factum est mihi? dico illi, quia tu scientiam repulisti, repellam te, nè sacerdotio fungaris mihi. itaque sacerdotio nequaquam fungi, & conticescere paria sunt; quia videlicet, sicut in functione sacerdotis pollet eloquij libertas, sic è contra in defunctione, vel depositione sacerdotij cadit loquendi auctoritas.*

Intelligere actualiter, an Dei explicet essẽtiam, siq; Dei saluti definitio.

Vgo.

Alb. Magnus.

D. Chrys.

Rupertus.

ANVLVS XXXIII.

Deus ni deseratur neminem deserit.

CONTICVIT, &c.

Textus, qui sequitur scilicet. *Et oblita es legis Dei tui.* diuersis luminibus patesit à sacris Doctoribus, qui lucis mundi obtinerunt à Deo officium. Rupertus Abbas sic, ait. *Obliuio pro contemptu ponitur, hic, quemadmodum, & illic, cum dixisset psalmista, & mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum, continuò subiunxit, obliti sunt Deum, qui saluauit eos. causa enim similis, imò eadem, vel maior præcesserat, vt diceret hic, & oblita es legis Dei tui, quia videlicet, tunc vnum in deserto fecerunt vitulum, nunc autem duos, alterum in Dan, & alterum in Be-*

Rupertus.

Ps. 115. 20

Bethel. vide quid adorādum proponit diabolus vitulum. duo pręcipuè vitulus habet, moritur ni in matris vtero vngulas abſoluat perfectas, exiens à matris vtero pedes habet, vt ambulet, vitulum effętarunt hi, qui neſcit viuere, ni ambulet, neſcit etenim ſiſtere peccatum, ni plures circumeat, & inficiet. alterum, quod lego apud Geſnerum Tigurinum eſt, quod caro vituli recentia vulnera non patitur intumeſcere. aufert tumorem vulnerum diabolus, ne doleat peccator, & ad medicinā ſacramentalem properet, & iſti adorabant vitulum, & legis Dei obliuionem patiebantur, non intumeſcebant prima vulnera, vituli carne delinita, vndè in vulneribus ſteterūt, nō amplius Dei curantes legem. Albertus Magnus conſiderās taciturnitatem, quæ in tenebris eſſe ſolet, iuxtà

1.Reg.2.9. illud Regum. *Impij in tenebris conticeſcent.* cauſam tenebrarum harum aſcribit defectui legis Dei. lex enim Dei lux eſt illuminans corda, quia ergo, legis Dei oblitus erat populus, ideò cōticeſcebat, hoc eſt in tenebris erat. *Oblita es legis Dei tui, quæ ſcilicet, incorruptum lumen facit in corde*. Hieronymus Guadalupus, vim faciens in particula illa. *Tui*, declarat, cur illius populi, qui Deum contemnebat, dicatur Deus, & inquit. *Legis Dei obſeruatio Deum ipſum noſtrum facit: non eſt contentus Deus cuncta, quæ fecit nobis dare, ſe dat in præmium regnantem*. & hoc parit ſuæ legis obſeruatio, quæ ſita in amore, obſeruatu nedum facilis, ſed dulcis, & ſuauis eſt. verum peccator tantum bonum cōtemnens, legem contemnit, Deique obliuiſcitur. Aſt alloquar te Deū meum, & ſi puluis, ſim, & cinis:

Legis Dei obſeruatio Deum facit noſtrū.

A nunquid paria homini patieris? Homo, vel in ipſo ſuo nomine, portat obliuionem, & inter duo. O, quam literam Arithmetici vocant zerum, ſcilicet nihil, tenet M, quæ vna tribus virgulis ſignata, te Deum vnum, & trinum, poteſt præſeferre, quo ſignificatur hominem non te habere in numero, zeroque te includere, & ſignare. Pro nihilo habet te homo Deus meus, qui omnia es, nec ſi-

B ne te aliquid eſt, aut eſſe poteſt. hanc humani animi ingratitudinem, & obliuionem Dei teſtatus eſt Dauid Pſalm. 105. dicens. *Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem*. vbi D. Hieronymus, *Nullificauerunt*. & Lorin. .ſ. *Sponſum, qui eſt totus deſiderabilis*. Dei obliuiſcitur homo, tanquam nihil eſſet, vndè Hebræus, vbi nos dicimus. *Quid eſt homo*. legit. *Quid eſt Enos*. quod idem eſt, ac oblitus. Tu au- Pſ.105. Lorinus.

C tem Deus contra, nuſquam hominis obliuiſceris, vt mater portas in brachijs, depinxiſti in manibus, & ſi illa infantis ſui obliuiſcetur, neutiquam excidet à mēte tua homo. vt quid ergo ais. *Obliuiſcar filiorum tuorum, & ego?* dicam, quod ſentio, à peccati effectibus obliuionem Dei inueſtigans. Peccat homo, & illicò in nihilum dicitur redactus. *Ad nihilū*, ait Dauid, *redactus ſum, & neſciui*. Pſ.72.21

D peterem, vt quid peccator dicitur ad nihilum redactus, qui verè, & realiter ab eſſe non recedit? quid eſt, quod ſe proclamat verſum in nihilū, ſiue annihilatum. Vado in huius textus intelligentiam ad Theologos, quærunt iſti, vbi nam fuerit Deus ante mundi creationem? & aiunt fuiſſe in ſemetipſo. & poſt mundi creationem, & conſeruationem, non poteſt non eſſe in mundo. cuius ratio

tio est; quia creaturæ ratione suæ creationis, dependent à Deo immediatè, quæ immediatio, secundum Theologos, est immediatio virtutis, & suppositi, & eadē immediatione virtutis, & suppositi, vt dictum est, easdem res conseruat: cum ergo Deus conseruando res, conseruet immediatè, certè, est in omnibus rebus. scio Theologos, nedum ex hoc capite probare præsentiam Dei in rebus, sed etiam ex alijs, imò dicunt hanc rationem esse insufficientē, & depopulantur D. Thomā. at sufficiens est, si enim Deus conseruaret res, & crearet, non immediatè immediatione virtutis, & suppositi, sed ageret in distans per suam operationem, tūc operatio ista aliquā imperfectionem prædicaret in Deo, vel enim diceret in essentia limitatum, vel limitabilem, quod quidem esset imperfectio, itaque Deus in quibusuis rebus creatis, ità est, vt nō possit non esse. tunc autem Deus deficeret ab hac existentia in rebus, cum res deficeret, & prius natura deficeret res, quam Deus ab hac præsentia deficeret. quod tu ità intelligas, fingendo aliquid aliud à Deo posse annihilare, sicut moraliter loquendo, dicimus de homine peccatore, qui per peccatū annihilat seipsum, nam si stamus in rigorosa Theologia, quantum ad rerum existentiam, prius natura esset absentia operationis Dei, quam defectus, siue rei annihilatio, cum enim res sit per Dei actionem, nō potest non esse, agente Deo. à rigorosa igitur Theologia, ad moralia descēdendo, ac præsupponendo hominem quodammodo annihilare se per peccatum. dicimus peccatorem, vbi peccat se se quodāmo-

A do annihilare. vndè Dauid aiebat. *Ad nihilū, redactus sum, & nesciui.* in nihilo Deus nō est, qui cū quid non erat, erat in se: ergo cū homo dicit se ad nihilum redactum, indicare vult Deum non esse in se, abijsse à se. ast ad hoc nihilum deducitur à se homo, ergo prius homo Deū derelinquit reducendo se ad nihilum, quàm derelinquatur à Deo, & tota ratio, cur homo derelinquitur à

B Deo est, quia homo annihilando se se quodāmodo per peccatum, tollit locū, vbi Deus inhabitat. hoc idem voluit docere D. Augustinus cum Deum, animā animæ nostræ, vt alibi dictum fuit in primo tomo, agnouit. anima nusquam à corpore abiret, ni corpus corrumperetur, negaretque animæ locum, itaque prius corpus animam linquit, quā linquatur, & ideò corpus deserit, quia ante-

C cedenter deseritur à corpore: dixit propterea D. Augustinus Deū animā animæ nostræ, etenim non prius animam deserit, quam ab anima deseratur: quibus acquiescens D. Augustinus inquit, Psal. 145. *Incipe quærere, & agnoscere eum à quo factus es, non enim deseret opus suum, si ab opere suo, non deseratur.* homo est, qui primus est in Dei desertione. secedit Deus, qui abit eiectus. Ps. 145.

D Descensum Dei ad terras describens Propheta Amos cap. 9. inquit. *Ascendet sicut riuus omnis, & sicut fluuius Aegypti.* sicut fluuius ad nos venit Deus, qui maculas peccatorū abstergere vult, & dealbare stolas nostras in sanguine suo, & notanter dicit, ascēdet sicut fluuius, non descendet, & si proprium fluminum sit descendere, quia cum de venia agitur, tūc ascēdit exaltandus Deus, Amos 9.

vndè

Isa.30.18 vnde. *Exaltabitur parcens vobis*. A venit Deus, sicut fluuius Ægypti, sed quo tendit fluuius hic? ad mare; quod est cor peccatoris, vt dulcedinē suæ pietatis infundat. sed quid accidit? illudmet, quod Nilo, Ægypti fluuio. vadit impetu ad mare fluuius hic, ast cum vicinus est ingressui, tunc arenis suis mare opponens argines, cogit ad regresſū. derelinquit fluuius mare, quia prius à mari derelinquitur, imò eijcitur: sic Christus, vadit ad peccatorem, sed à peccatore reijcitur, vndè abit. huc spe- B ctare videtur Sāctus Isidorus Pelus. lib.3. epistol. 271. dicens. *Etsi gratia sit, non tamen temerè, ac citra discrimen vllum effunditur, sed mēsuras ab ijs, qui eā accipiunt sumens, tantum influit, quantum fidei vas, sibi oblatum inuenerit, &c. ob eam proindè causam ad quosdam se confert, atque apud eos permanet, à quibusdam autem recedit.* quasi dicat, C quia gratiæ locus non datur, quia obsistitur, ideò nos noster fluuius Ægypti Christus recedit. Accesserat Deus ad animam iacentem in noctis tenebris, peruenerat ad ianuam, cùm pulsans, introitum efflagitabat, ast illa somno potius indulgens, quam Dei vocibus, inquinationem pedum putabat, post Deū ire: quod multi faciūt, qui Deo seruire erubescunt, ac indigna nobilitatis stemmata, pu- D tant, seruitutem Dei fateri, abstinendo à ludis, à spectaculis, commessationibus, & ebrietatibus. O quò peruenit mundus, leges eius triumphant, vbi Dei victæ ducūtur in ludibrium. at tandem surrexit sponsa (vtinam, & hi surgerent) aperuitq; Deo, qui iam declinauerat. *Pessulum ostij mei aperui dilecto meo, at ille declinauerat.* Cant 5 6. peto, vt quid declinauerat ille,

P.Franc.de Franch.in Hos.

Isid.Pelus.

cuius cursum ad spōsam, nec tenebræ impedierant? declinauerat Deus, quia otium, somnolētiam, pigritiam, accidiam, puluerem q; vti fortem arginem opposuerat, vndè alio declinauit, noluit ista Deum recipere, nec Deus in foribus inuentus est, vt ipsam reciperet. hinc ait D. Ambrosius ser. 12. in Psalm. 118. *Noli ergò bono amatori facere moras, citò recedit, & tu somno corporis tui videris exclusisse pulsātem. excludit enim, cum accidiosus es, cùm piger, cùm somnolentus.* Peccauit Adam, & illicò Deus, *Ecce Adam, quasi vnus ex nobis factus est.* adhæsit diabolo, & factus est quasi vna ex diuinis Personis. quid ais Domine? te annihilas peccatorem æquans tibi Creatori? Non desunt in his elucidandis verbis varię Patrum expositiones. addo hāc, ex moribus nostris. Æquales paribus modis, cœremonijsque secum agūt. dereliquit Adamus Deum. Quid Deus? En Adam voluit esse sicut vnus ex nobis, paremque nobiscū sortem ingredi. Agamus cum illo sicut, & nobiscum fecit. Dereliquit nos, derelinquamus eū. Non grauabor moralis Senecæ doctrina fulciri. *Sacer*, inquit epistol.41. *intra nos spiritus sedet, bonorum, malorumque nostrorum obseruator, & custos, hic prout à nobis tractatus est, ità ipse nos tractat.* derelictus, derelinquit. Ex quibus, cur populi Israelitici oblitus fuerit Deus, sapio. Oblitus fuit Dei: Deus autem, qui eiectus refugit, nec prius derelinquit, quam derelinquatur, parque pari refert. ipsius obliuiscitur, aitq; *Et oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum, & ego.* Rupertus Abbas. *Oblita ergo es legis, idest contempsisti legem Dei tui, par pari refero, quia* obli-

D. Ambr.

Gen.3.22.

Seneca.

Rupert.

obliuiscar filiorum tuorum, id est contemnam filios tuos; & ego, quemadmodum, & superius dixi, quia non addam vltra misereri domui Israel. sed obliuione obliuiscar eorum. & Figuerius. *Obliuio nostra Dei obliuionem præcedit, qua nostri, ipse obliuiscitur, quia priores ipsi Deum offendimus, & ex nostris peccatis ira Dei oritur.*

SECTIO VI.

Deo per amorem aglutinata, ad Sanctum Eucharistiæ pastum, accedere debet anima fidelis.

CONTICVIT, &c.

SAcerdotibus, qui Eucharisticum panem animabus porrigunt fidelium, priuatur populus, eo quod secum sciẽtiam non habuerit. Nunquid scientia ad illud accedendum Sacramentũ necessaria est, ad cuius intellectum, sola fides sufficit? nunquid scientia efferet triũphum, vbi intellectus in obsequium fidei, ducitur captiuus, & ligatus? quid est, quod deficiente scientia, tanti sacramẽti ministratores deficiunt? scientia talis proprietatis esse solet, vt hominem scientificum, denominet, ipsam scientiam, vndè Seneca. *Eruditio ipsa, est eruditus.* & Verbum Patris omniscium, sapientia dicitur. Proprium sapientiæ est esse in intellectu, eiq; vniri. quis intellectus, nisi Christus filius Dei, qui à Theologis dicitur Intellectus Patris? requiritur proptereà in nobis scientia, vt in scientiam versi, Christo filio Dei, Patris intellectui amore vniamur, nè priuemur sacerdotibus, à

Seneca.

A quibus panem cęli habemus: qui Deo per amorem vnitus non est, tanti sacramẽti munere indignus est, reddit se dignum vnitus Deo: quapropter non permanẽte sciẽtia, sacerdotes abeunt, existente existunt. etenim amore Dei exardescẽte, ad amoris sacramẽtũ accedẽdũ est. vndè dixit D. August. lib. de subst. dilect. c. 3. *Per dilectionem ergo copulauit sibi Deus creaturam rationalem, vt ei semper inhærendo, ipsum pro quo beatificanda*

D. Aug.

B *erat, bonum, ex ipso quodãmodo per affectum sugeret, & de ipso per desideriũ biberet, & in ipso semper gaudium possideret.* & vlterius. *Suge, ò Apicula, suge, suge, & bibe, & in dulcoris sui inenarrabilem suauitatem immergere, & replere, quia ille desicere nescit, si tu non incipias fastidire. adhære ergo, & inhære, sume, & fruere: si sempiternus fuerit gustus, sempiterna quoque beatitudo erit.*

C amore adhærendũ est Deo, prius quã suauitas cibi illius supersubstantialis gustetur. Amor ad amoris Sacramentum digna pręparatio est. Institurus erat admirabile Eucharistiæ Sacramentum Dominus Iesus, erexit vexillum amoris, cùm surrexit à cœna legali, cæpitque lauare pedes Discipulorũ, qua de re, inquit Ioannes c. 13. *Misit aquam in peluim, & cępit lauare pedes discipulorũ.* obstitit

Ioan. 13.

D Magistro humilitatis Christo Petrus, lauari nolebat: ast dixit Iesus. *Si non lauero te, non babebis partem mecum.* O Deus, totus charitas, & amor, quanto ad effusionem tui sãguinis properas ardore, Figuris delectaris, vbi vel paululum decretum diuinũ impedit è corpore tuo sanguinis fluenta, lauacrum, quo mundandus erat mundus, præsefer ebat lotio isthæc, vndè tu mittis, non alius

Chriſti deſiderium in ſui ſanguinis effuſionem.

alius aquam in peluim, tu lauas
pedes diſcipulorum, totum figu-
rantium orbem. hoc attendit au-
ctor Gloſæ cùm in iſthæc proru-
pit. *Sanguinem in terram fudit, vt*
veſtigia credentium mundaret, quæ
terrenis peccatis erant ſordida. piè
quidem, ſed ad alia aduocor, ac
Cardinali Toleto acquieſco, qui
inquit, propterea Chriſtum pe-
des diſcipulorum lauiſſe, quia
corporis ſui epulo illos ſaginatu-
rus erat, lauarant manus, vt pro-
babile eſt, ante cibum legalem,
lauat, mox daturus Euchariſtiam,
pedes. *Videtur hæc comminatio.* ità

Tolet.

Toletus in hunc locum. *Niſi la-*
uero te, non tàm ad inobedientiam,
quàm ad ablutionem ipſam referen-
da, ea igitur de cauſa in commenta-
rio produxi, quod mihi ad ſenſum le-
gitimum facere viſum eſt, vt non de
Regni ingreſſu, nec de gratiæ priua-
tione dictum ſit, non habebis partem
mecum, ſed de priuatione ſumptionis
corporis, & ſanguinis Chriſti, ad
quam ablutio, & munditiem ordina-
batur. ablutio illa, tinctioque in
aqua, ad Euchariſticum epulum
præparatio erat. ſed peto, cur ex
aqua ad ſui corporis, & ſãguinis
ſumptionem vocat fideles Deus?
dicã, quod ſentio, edoctus è Me-
dicis. aiunt ipſi. *Manus, & pedes*
feneſtræ ſunt epatis. per manus, &
pedes calorem euaporat epar. ſi
hic impeditur, incenditur cor,
æſtuat, & exardeſcit, & quidem
cõtrario impeditur, ſcilicet aqua,
quæ humida, & frigida eſt, calori
contraria. Lauerunt iam manus
Apoſtoli accedentes ad legalem
cœnam, impeditus erat calor,
nè egrederetur per manuũ fene-
ſtras. Lauit Chriſtus pedes, vt ſi-
militer egreſſus non pateret per
feneſtras pedum, & ità totus ca-
lor circa pectus retentus incen-

Lauit Chriſtus diſcipulorum pedes daturus Euchariſtiam.

A debat cor. Quid autem in cordis
accenſione ſignificatur, niſi exæ-
ſtuãs amor? vt igitur doceret nos
Chriſtus exæſtuanti amore acce-
dendum eſſe ad ſanctiſſimum Eu-
chariſtiæ epulum, ideò pedes la-
uit. Apoſtoloſque ex aqua addu-
xit ad ſuum ſanguinem. Fauere
his videtur Riccardus Victorinus *Riccard.*
tract. de quatuor gradibus vio-
lentæ charitatis, dicens. *Supra*
modum autem, imò ſupra naturam
B *ignis inualeſcit in aqua, quia amoris*
incendium, magis exæſtuat ex alte-
rutra contradictione, quàm inuale-
ſcere poſſet ex mutua pace. incen-
ditur ex aqua calor. accenſionem
amoris requirit Deus in accedẽ-
tibus ad Euchariſtiam. vndè ca-
lorem fouit, lauans pedes in ſi-
gnum fomenti amoris. lauit di-
ſcipulorum pedes Chriſtus, cum
ad ſacram ſui corporis ſaginam
vocabat, quia amorem ex aquis
C egredientem dixerunt antiqui, &
hoc facto Amores deſiderabat
Apoſtolos ſuos, cum ad Eucha-
riſtiæ Sacramentum inuitaturus
erat, nulla etenim magis digna
præparatio excogitari poteſt ad
tantum Sacramentum, quam
amor. Hinc Diuus Ioãnes Chry-
ſoſtomus homil.83. in Matth. aie- *Chryſoſt.*
bat. *Nemo nauſeans accedat, nemo*
remiſſus, ſed excitati, ac incenſi, ac
feruentes omnes accedant. En, incẽ-
D ſio amoris à Domino concupita
lotionis pedũ opere, vbi in aquis
operatur Deus, vel in fluenti-
bus vndis inualeſcere ſolet ignis,
amoris flãmam in aquis accendit
manus diuina, dũq; aquas ſtillat
fœtum gignit fulguris. Inuitabat
ad poculum ſanctiſſimi cruoris
ſui Dominus Ieſus, cogebat ad
paſtum ſui corporis, cum aiebat
Cant.c.5. *Comedite amici, & bibi-* *Cant. 5.*
te, & inebriamini chariſſimi. hunc

locum exponit Diuus Gregorius Nissenus oratione 10. in Cantic. vbi adamussim ista, illis Euangelij, concordare, inquit, *Comedite, & bibite*, quæ dixit discipulis suis Iesus porrigens Corpus, & Sanguinem suum in cibum, & potū. audiatur Nissenus. *Postquam verbum, seù sponsus sponsam suam bisce verbis compellauit, dicens, Veni, seù descendi in hortum meum. iam deinceps proximis suis, idest amicis, & charissimis suis mysteria Euangelica apponit, cum ait, comedite amici, & inebriamini charissimi, nam ei, qui mysticas illas voces intelligit, nullum apparebit discrimen, inter hoc loco posita verba, & institutam ibi discipulorum causa, mysteriȳ celebrationem, etenim consimilibus illic, & hic verbis sponsus vtitur, nempè, comedite, & bibite*. hæc D. Nissenus amicos vocat Christus ad sui conuiuium, quod non est obiter transeundum, etenim sibi contrarius esse videtur. Docebat aliquando Dominus Iesus inuitantes ad conuiuium, retrahensque à mundana curialitate, vt inquit Diuus Bonauentura in Lucam, dixit. *Cùm facis prandium, aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque cognatos, neque vicinos, &c.* Luc. 14. Si amicos ad conuiuium inuitari prohibet Deus, quid est, quod ad suum conuiuium, amicos vocat? sed nunquid hic, non est ille, qui à sui Corporis conuiuio amicos deturbauit cum ingressus ad conuiuantes, reperijt hominem, qui fortè, vt amicus præsumpsit, non vestitum veste nuptiali? hunc expulit, & dixit, amicum. *Amice quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* quid igitur est, quod amicos ad Eucharisticum pastum vocat ipse, suis contrarius dictis, & ait.

D. Gregor. Niss.

Luc. 14.

Matth. 22 12.

A *Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi?* ast amicos hic vocat, non eos, qui secundum carnem sunt, sed secundum spiritum, & qui hi? qui amant; amicus, etenim, ab amore dicitur. vndè idē est amicus, ac valdè amās. quod si amici vocantur ad conuiuium Corporis Christi, & amicus ab amando dicitur, amore pleni esse debent, quicunque ad esum Christi corporis accedunt.

Amicus dicitur ab amore.

B accinit Paschasius Abbas lib. de corpore, & sanguine Christi cap. 10. dicens. *Hic cibus, non nisi solis amicis, & fratribus porrigitur, vndè sponsus sic adhortatur in Cantic. Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi, quia profectò talis esca, & potus, nunquam dignè sine ebrietate Spiritus sancti, id est amore degustatur*.

Corpus Christi ab amātibus gustatur.

Iniabat ad hoc epulum sponsa, cum aiebat. *Fulcite me floribus,*

C *stipate me malis, quia amore langueo.* non quilibet amor erat hic, quo æstuabat sponsa, sed is, qui ordinarios gradus dilectionis transcendebat, quapropter in lāguore exprimitur: languor naturalis corpus inuadit, & vexat, ciborum fastidium generat, debilitat vires, & ad negotia peragenda ineptum reddit, sic languor spiritualis diuini amoris, inuadit animā, quidquid est carnis, vel mūdi fa-

D stidit, & nihil illi satisfacere potest, præter Deum, in quo requiescit, reficitur, & satiatur: vndè, & circa seipsum amans languet, quoniam quantò magis proficit in amore Dei, tantò magis deficit in amore sui. hunc amorem exprimebat spōsa, cùm aiebat, quia amore langueo. ast quid est, ꝙ ait *Fulcite me floribus, stipate me malis?* mala floresq; petit, quia amore lāguet. exponit Psell. in Cāt. quid pe-

Cant. 2. 5.

Psellus.

petierit ſponſa in hoc pomo, & ait. *O puræ virginis prudentiam admirabilem, ſapienter enim ipſum verbum, pomum, dixit eſſe, nam omnis profectò anima humana, licet virtutum præſtantia ad Angelos accedat, flos tantummodo, & lilium conuallium videtur. At Chriſtus Agricola ſponſus noſter, cum carnem humanam induens verè pomum euaſerit, tres noſtros, eoſque præcipuos ſenſus oblectat, viſum, odoratum, atque in primis guſtum; aſpectu enim ſanè, quàm decorus eſt, quippè cum ſit omnium, qui in terra nati ſunt ſpecioſiſſimus, reſpicienteſque ſe clariſſimos reddat; olfatu autem periucundus, eſt enim vnguento plenus, imò vnguentum ipſum, quod deſcendit in barbam Aaron. Guſtatu verò, quam ſuauiſſimus. guſtantibus enim ſe vitam tribuit, nam qui dignè manducat corpus eius, vitam verè æternam poſſidebit*. Malũ, quo fulciri peroptabat ſponſa Chriſtus in Sacramẽto Euchariſtiæ erat. Sed cur primò ſe amore lãguentem clamat? Adſit mihi, propitiuſque ſit Ioſeph ille Patriarcha, Chriſti Dei typus. Præfecerat iam eum Pharao Ægypto toto, cùm fame pulſi ad eum acceſſerunt ignotum fratres ſui, quibus iterum acceptis fecit conuiuium, parauitque menſam. ità habetur Geneſ. c. 43. *Quos cùm ille, ſcilicet Ioſeph, vidiſſet, & Beniamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ dicens, introduc viros domum, & occide victimas, & inſtrue conuiuium, quoniam mecum ſunt comeſturi meridie.* Fuit, vt ſacri Doctores exponunt, conuiuium hoc illius ſacratiſſimi conuiuij figura, in quo ſemetipſum fratribus ſuis, hoc eſt Apoſtolis appoſuit Chriſtus edendum. hoc torquet tantum, cur cùm illud nocte factum ſit. *In qua nocte tra-*

Malũ est Christus in Sacramento Altaris.

Geneſ. 43.

A *debatur*. inquit Apoſtolus, hoc meridie perficiatur, explicat tamen myſterium Vgo Cardinalis in Epiſt. 1. Diui Pauli ad Corinth. cap. 11. inquiẽs. *Ioſeph Chriſtus inuitauit fratres ſuos in meridie ad conuiuium, id eſt in feruore charitatis, in cœna, quando imminebat paſſio ſua, quam ex feruore charitatis ad nos ſuſtinuit. In quo etiam ſignificatur, quod accedens ad Sacramentum debet habere feruorem charitatis.*

B accenſum debet eſſe cor ſupernorum amore, cum ad deguſtandum cœleſtem cibũ accedit anima, quod nedum in Ioſeph conuiuio, ſed in Agni Paſchalis edulio eiuſdẽ Euchariſtiæ typo ſcrutatur idemmet Vgo loco citato. Præcepit Deus Iſraelitis, vt Agnũ comederent, ad cuius eſum talem exquirebat præparationem. *Sic autem comedetis illum, renes veſtros accingetis, & calciamenta habebitis in pedibus, tenentes baculum*

C *in manibus, & comedetis feſtinanter*. Exod. cap. 12. nihil eſt, quod myſterium non redoleat, nolebat agnũ comedẽtes diſcintos Deus, quia caſtitatis virtutem, cingulum præſefert, erat cingulum hoc veluti rete, quo ab aquis trahimus ad littus piſces, nõ amplius victuros; nec enim viuere peccatis debet, qui ad vitam, qui Chriſtus eſt accedit: ſuſtentatur à ba-

D culo, qui firmus cupit eſſe, nec firmum propoſitum amplius non peccandi huic deeſſe debet. aſt, quod in præſentiarum attendendum eſt, ſunt calcei, ſine quibus, nec agnus comeditur, calcei claudunt terrenis pedem, at aperiunt ad cœlum, quia cor manducantium Euchariſtiam, terrenis affectibus clauſum debet eſſe, totumq; ad cœleſtia apertum, nec nõ dilatatũ. refero Vgonem.

Vgo.

Ferueat charitate accedẽs ad Euchariſtiam.

Exod. 12.

Sit mortuus mundo, qui accedit ad Euchariſtiam.

Manducantes Eucharistiã, sint clausi terrenis.

Sic autem comedetis eum, renes vestros accingetis. Per hoc cingulum munditia castitatis significatur, vel per cingulum, propositum abstinendi à peccato significatur, quod stringit, & arctat corpus, nè defluat in peccatum: cingulum sacerdotale, quasi rete de maculis factum erat, quia sicut piscis in rete abstrahitur ab aquis, sic homo per propositum firmum à delictis peccati. secundum est, vt habeant calciamenta in pedibus; per quæ pedes, id est affectus, & intellectus ab omni inquinamento peccati conseruentur: & significatur, quod cor debet esse clausum ad inferiora, & apertum ad superiora. En, superorum amor à corde proficiscens, cùm ad esum agni itur, in figurã, quod charitatis in eo esse debet ardor, qui ad Eucharisticam mẽsam accedit. ex quibus, cur petat Eucharistiam sponsa sub typo mali, cum amore languebat, capitur. sciebat ipsa animã amore ardentem, dignam esse Christo, cibo, quia autem flãma æstuabat charitatis, ideò Eucharistiam petebat: nos docens, non nisi amore flagrãtes, accedere debere ad sãctam Eucharistiam. accinit Ludouicus Pontanus in Cant. *Ad vos loquor, ô sacerdotes Dei Altissimi: lãgueo præ amore dilecti mei, in hoc Sacramento absconditi, linquor animo, deficio: venite sub petras, accurrite fidi comites sponsi, flores, & poma languenti admouete. Sed qui flores? quæ poma? ipse dilectus qui in hoc sacramenti vase inclusus, est mihi flos, est mihi pomum, est mihi vnguẽtum, ipso me fulcite, ipso me stipate, ipso me confortate.* audacter anima Christum poscebat in Sacramẽto, quia languebat amore. digna enim præparatio ad hanc mensam amor est, charitas est.

Pontanus.

Resurrexerat iam Christus, ast ad mortem perrexerant duo illi discipuli in Emaus ruentes, quãdoquidem vitam ab se relegauerant, non credentes Christum à mortuis surrexisse, Christus autem, qui semper bonus, imò bonitas ipsa, vitam, quam habebat, effundere cupiebat, iunxit se peregrinum, à fide peregrinantibus, interrogauit, qui nam erant ad inuicẽ sermones? & omnia sciẽs, ab ipsis scire voluit, quod non ignorabat; cæpit à Moyse, & Prophetis, illis interpræteri scripturas, quæ de sui aduẽtu, vita, morte, & passione loquebantur, pendebant ipsi ab ore, fingentemq; vlterius progredi, tenuerunt. expeto, vt quid tot verba miscuit, vbi sola manifestatio festinos reddebat ad fidem? non nè ad prædam, descendit Dei filius? non nè horum animas prædari volebat peregrinus? non nè festinus prædabatur, vndè dixit Isai. 8. *Accelera, festina, prædare?* quid ergo est, quod tot miscet sermones, prolongatque colloquia vsque ad vesperam? Adeo sacram sponsam morum Dei reuelatricem. *Surge,* inquiebat, *Aquilo, veni Auster perfla hortum meum, & fluent aromata.* Cant. c. 5. hortum hunc, animam Dei sponsam fatentur sacri Doctores, vndè D. Ambrosius in lib. 3. de Virginib. ait. *Hortus Verbi anima vernantis affectus est, & in pomiferis virtutis est fructus.* ad se hortum vocat Austrum anima: vndè exquiro, cur ventum hunç accersat sponsa? in cuius intellectum, supponendum est, quod statim sequitur, cum vocans Christum ait. *Veniat dilectus meus in hortum suũ.* vocat ad se dilectum, nec mirandum prius seipsam vocare hortum suum, deindè Christi, nam,

Luc. 24.

Isai. 8. 3.

Cant. 5.

D. Ambr.

Sotomay. vt benè Sotomayor in hunc locũ, omnia bona sponsæ de more legitimarum nuptiarum, seu iure nuptiali, etiam bona esse sponsi constat, & communia amborum, sed tamen magis propria sponsi esse, quam sponsæ, quoniam vir caput est mulieris, imò inquit Plato dialog. 5. de Republic. *In quacunque Ciuitate complurimi ad idem secundum eadem, hoc dicunt meum, & non meum, & optimè gubernatur.* non carebat optimo gubernio sponsi, sponsæque Republica, vndè suam, & non suã sponsa dicebat: ad se vocauit ipsũm, quæ sponsi erat, dixitque dilectũ, quia teste Ghislerio concupiscebat sub speciebus panis, & vini. *Ita illum in se descendere vult, vt qui est panis cælestium spirituum, eorundemque dilectus, descendens fiat suus, & panis, & dilectus.* cũ Christum sacramentatũ postulat, tunc Austrum vẽtum accersit, Austroque præparatur. cur ità? Auster ventus est à meridie veniens, & calidus est, significatque charitatis feruorem à Spiritu sancto in animam infusum. firmat D. Gregorius in hunc locum Cant. dicens. *Quid enim per Aquilonem, qui in frigore constringit, nisi immundus spiritus designatur, qui reprobos omnes, dum possidet à bono opere torpere facit. Per Austrum verò calidum, scilicet ventum, Spiritus sanctus figuratur, qui dum mentes electorum tangit, ab omni torpore relaxat, & feruentes facit.* consentaneum est D. Gregorij commẽtarium Riccardo de Sancto Victore, atque etiam auctori quicunque tãdem fuerit, illius officij, quo vtebatur sollemniter Ecclesia in festo Sanctæ Mariæ Magdalenæ, cùm ait. *Flauit Auster, & fugauit Aquilonẽ, quando lauit cor Mariæ pænitentis*

Plato.

Ghisler.

Auster ventus calidus, & quare à sponsa desideretur.

D. Greg.

A *imber sancti Spiritus, liquefecit, & refecit resolutam illam, mentis verbum missum cælitus.* Flauit Auster, tota amore liquefacta est Magdalena, quæ teste Christo. *Dilexit multum.* Quod si Eucharisticum cibum petens sponsa, vocabat, vt dignè præpararetur in horto animæ suæ locus dilecto, Austrum, Austerq; nil præter amorem immittit, ac feruere facit animam, vtiq; amor ad Sacramẽtum amo-
B ris accipiendum digna præparatio est. Fauet Paraphrasis istius textus apud Ghisler. *O vtinã surgat Spiritus sanctus, veniatque in mè miseram, & instar calidi Austri cor meum calefaciat æstu charitatis, &c. Fluant aromata lacrymæ contritionis, quæ mihi saluberrima sunt medicina lacrymæ amoris, ac deuotionis fragrantissimo odore me perfundentes, vt ab earum suauitate allectus, in me iam hortum suum effectam in*
C *Eucharistia Sacramento ipse veniat Christus.* amorem sternit, in quo Eucharisticus cibus apponendus est. Huc etiã spectare credo Dei, vel in orbis principio operationes. Plãtauit paradisum, animam præseferentem, nec enim, nisi paradisus anima iusta est. dixit iam D. Ambrosius in lib. de fide resurrect. *Anima ornata virtutũ floribus hortus est, vel in se paradisum habet germinantem.* in huius me-
D dio lignum vitæ plantauit, sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ typum, vt post multos adnotauit eruditissimus Sotomayor in c. 2. Cant. dicens. *Arbor enim nunc vitæ, Christus in Ecclesia est, cuius imago in paradiso arbor fuit: idcircò scire conuenit, quod veritas hic complетur, quam prius figura promisit, nam si homini illa semper Dei seruanti mandatis, edere licuisset, nunquam mori potuisset, sic itaque ex*

Ghisler.

D. Ambr.

Anima paradisus.

hoc

hoc ligno corporis vitali, atque viuifico, quicunq; spiritualiter comedunt, si mandata obseruauerint, nunquam in spiritu mortales erunt: vndè, & lignum vitę iure dicitur. hoc obseruandum, lignum istud vitæ, non alibi dignè plantari, quàm in medio paradisi animæ. sed quid nam in medio? non nè cor? quid cor, nisi fons amoris? cùm ergo ibi collocet, plantetque lignum vitę Deus, vbi fōs scatet amoris, amorem aptum locum esse ad percipiēdum sanctissimum lignum vitæ, Corporis, & Sāguinis sui, manifestat. huc tetendit D. August. sermon. 26. super Ioannem apud Algerum de sacram. lib. 1. c. 20. *Hic est panis de cęlo descendens, vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur, sed quod pertinet ad virtutem sacramenti, non quod pertinet ad visibile sacramentum, qui manducat intus non foris, qui manducat corde, non qui premit dente*. En, vti in corde amoris fonte dignum habitaculum sanctissimæ Eucharistiæ præparatur. hoc idem notauit D. Gregorius apud eūdem Algerum, ibidem, vbi agni sanguinem in vtroque poste ædium Hebręorum, obseruauit, dixitque *Sanguis Agni super vtrumque postem ponitur: quando non solùm ore corporis, sed ore cordis bauritur*. pręparet domū amor, ac Deus amoris Eucharisticus delitiabitur. sed quid ista, dices lector, cum alloquio Christi ad discipulos Emaus pergentes? multum per omnem modum: coacturi erāt Christum, vt cùm ipsis maneret, inuitaturi erant, præparaturique mensam, in qua Christus cœlestem cibum eis daturus erat, vti sensit D. Augustinus lib. 3. de cons. Euangel. cap. 15. dicens. *A Christo facta est permissio, videlicet impedimenti, in oculis discipulorum, vsque ad Sacramentum panis, vt in vnitate Corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici*. præparaturus erat suos ad tanti sacramēti perceptionem. quid igitur? lōgiorem miscet sermonem, qui sermo ignis est inflammans, iuxtà illud Dauidis. *Eloquium Domini inflammauit eum*. Psal. 104. quem flammam, vel ipsi testātur, dum aiunt. *Non nè cor nostrum ardens erat*. quod si sermone suo cor inflammante præparat eos, quibus sui corporis epulum daturus erat Deus: equidem sentiendum est, amorem dignam esse præparationem in anima ad Eucharistiam. ad hoc tetendit Dionisius Cartusianus commentās Diuum Dionisium Areopagit. lib. de Ecclesiastica Hierarch. cap. 3. *Ex introductis instruimur, quam firmissima fide, deuotissimo cultu flammigera charitate, electissima illa primitiua Ecclesia tractauit, celebrauit, sumpsit Eucharistię Sacramentum, cum quanta etiam charitate, concordia, puritate, & reuerentia, nos illud suscipere teneamur*. Inflammauit discipulorum corda Deus daturus sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quia amore languēs anima hoc sanctissimo cibo refici digna est. Amorem expetit Deus, vbi se se in hoc superaugustissimo Sacramento animæ præparat.

De hoc supersubstantiali cibo loquens Zaccharias Propheta, cap. 9. dixit. *Quid bonum, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines*. Omnia Dei bona, in hoc vno frumento, & vino adunantur, hoc est, quod virgines animas generat, quæ minimè diuisæ, quæ solius Dei sunt cogitant. adduco Re-

Lignū vitæ, cur in medio paradisi.

D. Greg. apud Algerum.

D. Aug.

Psal. 104. 19.

Cur Christus discipulis Emaus pergentibusq; longiorem ducit sermonem.

D. Cartus.

Zacch. 9.

Remigius. Remigium Altiſiodorenſem in BB.Veter.PP.tom.1. *Secundum ſacratiorē ſenſum, Dominus, & Saluator eſt, qui de ſe dicit: Niſi granū frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolū manet, de hoc frumento mola paſſionis confractio, & igne mortis decocto, factus eſt nobis panis, qui de cęlo deſcendit, & dat vitam mundo, ipſe quoque, qui eſt panis, & vinum, quod lætificat cor hominis, hoc vinum bibitur ab illis virginibus, quæ ſecundum Apoſtolum ſunt ſāctæ corpore, & ſpiritu, & inebriata dicunt cum ſponſa, Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. hoc vinum germinauit virgines, quia quos amor Chriſti inebriat, omnia mundi oblectamenta ſpernunt, & quaſi ebrij, & inſenſibiles mundo fiunt, ac ſolum Chriſtum diligunt, & dicunt cū Apoſtolo. Itaque nos ex hoc neminem nouimus ſuper terram.* O Deus oro te per tuam pijſſimam miſericordiam, vt virginibus his, infelicem animam meam aſſocies, vt te ſolum ſapiat, te diligat, ſpernenſq; quæ ſuper terram ſunt, in te ſolum verum Deum, & perfectiſſimum amorem, incenſa charitate, tota feratur. Pulcher & bonus in hoc Sacramēto dicitur Deus noſter, quia non poteſt non amari pulchritudo, docens ex hac pulchritudine, nō niſi amore præparatos, dignè ad eam peruenire nos poſſe. quibus accinit Michael Aiguanus in Pſalm.95. dicens. *Si autem hoc Sacramentum conſideres, videbis in ipſo magna fieri, vt puta, quod ad verbum ſacerdotis, panis fit corpus Chriſti, & vinū ſanguis, quod idem corpus Chriſti in diuerſis locis continetur, quod Chriſtus totus in tota hoſtia exiſtens, ad diuiſionem hoſtiæ non diuidatur, & ſimilia. Confeſſio, & pulchritudo in cōſpectu eius,*

Virgo, cur à Sacramento generetur.

Pulcher, cur dicatur Chriſtus in Sacramento.

Aiguan.

P.Franc.de Franch.in Hoſ.

A *cuius eius certè ſpecioſi forma præ filijs hominum, ipſius, in quem deſiderant Angeli proſpicere. Audi cui places. Ama, vndè placeas.* eſt pulchrū bonum Deus in hoc Sacramento, vis tantæ pulchritudini placere, optas eius pulchritudine frui, placeas ei. Quomodo placebis? *Ama, vndè placeas.* non enim ad tantam pulchritudinem, & ad ſui corporis cœnam admittit, niſi Amantes. In parabolis turbas B inſtruens Dominus noſter Ieſus Chriſtus, aliā de homine, qui cœnam magnam præparauit attulit, dixitque. *Homo quidā fecit cęnam magnam.* ad quam, cùm multos inuitaſſet, noluerunt, ſecularibus negotijs implicati, ire, vt habetur Luc. cap.14. cumque hoc ex ſeruis cœnæ Domiuus reſciuiſſet, dixit ſeruo ſuo. *Exi citò in plateas, & vicos, & pauperes, ac debiles, & cęcos, & claudos introduc huc.* non C patitur moram Amor, vndè, *citò*, dixit, quod notauit Stella in Lucam, dicens. *Vide eius bonitatem, non enim quomodocunque eos vocat, ſed ſine vlla mora, nunquam Deus eſt piger, vt nobis benefaciat, ſed potius diligentiſſimus, valdeque ſollicitus, vt nos vocet, gratiamque ſuam concedat.* citò vocat ad cœnam, de qua agens Gloſa moral. ait. *Homo Chriſtus fecit magnum conuiuium, quando inſtituit Euchariſtiæ Sacra-* D *mentum.* Scrutor, cur ad conuiuium, in quo Dei pulchritudo nobis exhibetur, vocantur claudi, cæci, debiles, pauperesque, vt digni? quid paupertatis, cū ineffabilibus ſacramenti diuitijs? cęcitatis cum obiecto perſpicaciſſimi intellectus? quis cœcus non ruet, dum altiſſima, quæ omnem ſenſum ſuperāt, imò intellectum, proponuntur? altiſſimę fidei illuminatione munire ſe oportet, qui ad

Luc. 14.

Amor Chriſti nō patitur moras.

Did. Stel.

ad hanc mēsam accedit. quis debilis fortem hunc cibum digerere valebit? quisque claudus ascēdere valebit ad solium, in quo lux habitat inaccessibilis. Quid est, quod summa Sapientia hos tanta cœna dignos dijudicat? D. Bonauentura in defectibus his corporis, virtutes animi pensat, & inquit, locum istum Lucę exponēs. *Defectus virtuosos sonant, vt dicantur pauperes, quantum ad propriam reputationem, vt illos intelligamus pauperes, qui non confidunt de nimia opulentia. debiles, qui non confidunt de virtute sua, cęcos, qui non confidūt de sua scientia, claudos, qui non confidunt de sua rectitudine.* virtutem signant defectus hi. & addo altissimam virtutem charitatis præseferre: quis ignorat, pauperem esse amorē, quippe qui nudus adpingitur? debilem, quia puer? & cœcum, qui velo circundat oculos? claudus, nec non charitatis imago est, & amantis Deum, quod docuit D. Gregorius in claudicatione Iacob lib. 4. moral. in illis verbis Iob cap. 3. *Ibi cessauerunt impij à tumultu, & facti sunt fessi robore.* vbi Pontifex, inquit. *Humana mens, dum occulta loquutionis diuina aspiratione tangitur, à statu sua fortitudinis infirmata, ipso quo absorbetur desiderio liquatur, & indè se apud semetipsam fessa inuenit, vndè vltra se cōspicit fortitudinem, quam conscendit.* Et inferius. *Hinc Iacob, qui Angelum tenuit, vno mox pede claudicauit, quia, qui verò amore Dei sublimia respicit, is in hoc mūdo duplicibus incedere desiderijs nescit, vno enim pede innititur, qui solo amore Dei roboratur.* En, vti Dei amatorum symbolum sunt pauperes, debiles, claudi, & cœci, quod si hos ad mensam sanctissimi Corporis sui vocat Deus, hos-

Defectus, quandoq; signat, virtutes.

D. Greg.

A que, vt dignos admittit, consentaneum est asserere, Dei amatores, hac mensa dignos, nobilissimamque præparationem ad accipiendum corpus Christi esse amorem. quod indicat Stella citatus, dicens. *Venire ad hanc cęnam, est integra fide, & charitate formata Christum amplecti, qui vitam præstat æternam.* Amans sit, qui ad has nuptias sedere dignè vult, rubricetur charitate, qui

B pulcher ad pulchrum ire contendit, etenim charitate exardescere oportet eum, qui hunc sacratissimum fructum cupit gustare. Instituit semetipsum Iesus hominū cibum, deditque discipulis suis, dicens. *Accipite, & manducate, hoc est corpus meum.* certum est ex fide, in sanctissimo Sacramento Altaris, esse totum Christum, scilicet corpus, sanguinem, animam, & Diuinitatē. alia quidem, ex vi

C verborum, alia per concomitantiam, vt loquuntur sacri Theologi: quique aliquid horum à Christo diuidit, non est ex Deo, prout ait Suarez in 3. par. Diui Thomæ q. 76. disp. 51. art. 2. dicit enim. *Hic optimè accomodari potest illud Ioannis. Omnis spiritus, qui soluit Iesum ex Deo non est, soluit enim quicunq; alicubi separat, aut humanitatem, à diuinitate, aut corpus à sanguine.* quod si diuinitas est in di-

D uinissimo Sacramento Altaris, & diuinitatē affectat anima nostra, quid est, quod non ait. *Hæc est diuinitas mea.* sed, *Hoc est Corpus meum.* dimitto doctrinales discursus, pergo ad morales, & varijs scripturis fultus, latēs mysterium eruere conabor. Nō Christus solum, ad hanc sublimiorem inuitat cœnam, sed excitat Angelos suos, seruos fideles, vt vocent, inuitentque fideles. dixit iam Ioannes

Did. Stel.

Matth. 26.

Quar: Eucharisticus cibus dicatur corpus, & non diuinitas.

Apoc. 19. nes Apoc. 19. *Vidi, inquit, vnum Angelum ſtantem in Sole, & clamauit voce magna, venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei.* propè Chriſti corpus in epulum datum, eſt Angelus, alioquin non diceret. *Venite,* ſed potius. *Ite,* hoc diſpungo, cur Angelus in Sole ſtat, cùm de cœna agitur corporis Chriſti? quid eſt, quod velato Domino in Sole sūt Angeli? corpus Soli oppoſitū vmbram producit. Et en, myſterium, dixerat Chriſtus. *Hoc eſt Corpus meum.* tūc Angelus vocat ad hoc corpus, & ſtat in Sole, corpus oppoſitū Soli format vmbram, vt ſciamus accedentes ad manducationem huius corporis, prius ſtare debere in vmbra. exequebatur adamuſſim, hunc cibum deſiderans ſpōſa, vndè aiebat. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi, et fructus eius dulcis gutturi meo.* Cant. 2. ſed, cur in vmbra prius vult eſſe accedentes ad corpus ſuum Chriſtus, quam illum deguſtēt? ex cuiuſdam ſymbolo pateſcet. depinxit qdā, ſub vmbra arboris mali Amorē, cū hac inſcriptione. *Valdè ſuccenſus Amor.* vmbra amoris æſtū ſignat, vmbrā etenim quærimus, cū flagramus ardoribus. & en, myſteriū, corpus ſuū, dicit tātum Chriſtus. *Hoc eſt corpus meū.* etſi ibi diuinitas, anima, & sāguis ſit. Angeluſque vocans ſtat in Sole, corpus Soli oppoſitum, facit vmbram, vt indicet accedētes ad illū, prius debere eſſe ſub vmbra: iacentes ſub vmbra, ſuccēſi amoris ſymbolū ſunt, concludendum igitur ex his eſt, accedentes ad ſacratiſſimam Cōmunionem amore Dei ſuccenſos, accedere debere. fauet Sotomayor ex D. Ambroſ. in Cant. c. 2. *Dicit ergo cōgregatio Religioſa in vmbra eius concu-*

Cant. 2.

Cur vmbram quærat ſponſa, vbi Euchariſtiā deguſtat.

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

A *piui, & ſedi, dicit Eccleſia, quæ vidit Chriſtum, quæ ſponſum recipit, quæ cibo eius paſcitur, in vmbra eius cōcupiui, & ſedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis.* & alibi. *in vmbra eſt amore exæſtuans.* benè exæſtuat amore anima iſta, benè inflāmata amore, ſubſtinere non valens, corpus, refrigeriū ex vmbra expetit, cùm ad Euchariſticum fructū accedit. quandoquidē amantium fructus cibus eſt Chriſtus in B Sacramento. hoc agnoſcebat D. Chryſoſt. cū fideles eūtes ad hoc ſacratiſſimum epulum, ſic hortabatur hom. 83. in Matth. *Igitur accedat nemo cū nauſea, nemo reſolutus, omnes accenſi, omnes feruentes, & excitati.*

Sotomay.

Simus ſuccenſi, totiq; in amorē verſi, cū ad illū accedimus, qui cū dilexiſſet nos, dilexit in finē, deditq; nedū ſua, ſed ſemetipsū. Perſeuerabāt in oratione Sancti C Apoſtoli poſt Chriſti aſcēſum in cœlū, expectabātq; promiſsū Spiritum sāctum, qui completis diebus Pētecoſtes in linguis igneis, deſcendit. *Stetitq; ſupra ſingulos eorum.* non vacua myſterijs Spiritus ſancti opera ſunt, vndè ſcrutari oportet, cur in linguis igneis ſuper Apoſtolos deſcenderit? vt autem pietas aſſequi valeat, ſupponendum cenſeo id, quod Lucas affirmat, nempè Apoſtolos à D cœnaculo non diſceſſiſſe, cùm Spiritum sāctum à filio Dei promiſſum expectabant, ait enim. *Erant omnes pariter in eodem loco.* qui locus cœnaculum erat, iuxta ea, quæ dicuntur cap. 1. *Et cum introiſſent cœnaculum, aſcenderunt, vbi manebant Petrus, & Ioannes, &c.* In cœnaculo orabāt Apoſtoli, ibi acceperunt Spiritū S. quia inquit D. Bernardinus Senēſ. ſer. de ſeptem donis Spiritus ſancti. illis

Acta Ap. 2. 3.

D. Bern. Senenſ.

Rr da-

Spiritus sanctus illis datur, qui citus sunt coelestia.

datur Spiritus sanctus, qui coelestibus vti dulcissimo cibo, vtūtur. *Quia Spiritus sanctus datur animis, qui se ex imis attollunt, & se rerum sublimium contemplatione, vt cibo oblectant.* In cęnaculo erant Apostoli, in quo cęnaculo magna illa, mysticaq; cęna, ad quam à Christo vocati fuerant, vt suo corpore satiarentur, figurabatur. Huc accedit Spiritus sanctus in linguis igneis. sed quid cœnę sanctissimę Eucharistiæ, cum aduentu Spiritus sācti in igne? meminisse oportet Christū Apostolos vti serpentes desiderasse, cum dixit. *Estote prudentes, sicut serpentes.* prudentiā serpentis in tutando capite, præcipuè intuemur, cumq; illud tutatur, vertit se se in girum: sophique duo in circumuoluto serpēte figurabant, & annum, & æternitatem. annum quidem, quia incipit à capite, & desinit in caudā, & statim reincipit: æternitatem vtro, quia in circulo principio, fineq; carente signatur æternitas, vndè quidam amans, primo serpentis symbolo, apponens ignē, scripsit. *Prater ignes meos.* alter verò æternitatis symbolum pendēs serpentem circumuolutum, scripsit. *Sic ignis meus.* quo symbolo ęternitas amoris signabatur. eruo de testa nucleum. prudentes, vti serpentes erant Apostoli, ideoq; in girū versos pensare debemus: super hos, vt ignis descendit Spiritus sanctus, quod si ignis serpēti appositus ęternitatem signat amoris, vtique in amore æterno eloqui voluit in linguis igneis Spiritus sanctus Apostolos vertendos. Sed vbi nam? in cœnaculo, Christi cœnam significante. quod si amore feruidos, & veluti æternos in amore in cœnaculo signat Spiritus sanctus Apostolos, vndique amore Dei feruentes esse debere, qui ad Christi cęnam accedunt, prædicare voluit. hinc Algerus lib. 1. de Sacramēt. cap. 8. inquit. *Ad horam quippè apparuerūt illa, quæ Spiritum sanctum significando monstrarent visibiliter inuisibilem. Columba propter amorē sanctum, ignis autem propter charitatis lumen, atque feruorem.* & cap. 11. explicans ad quid amor iste ordinabatur, inquit. *In quo notandum est, quod Augustinus, & Gregorius idem dicunt. In Sacramento visibiliter ore corporis sumi, quod in ipsa veritate spiritualiter ore cordis hauritur, non quod substantialiter aliquid verius credatur corde, quam sumatur ore, sed pura veritate sumi veritas dicitur, quando quod spirituale est, spiritualiter, inuisibile inuisibiliter, salutare salubriter, quod est, sicut est, sumitur, interius amando.* En, ad quod Spiritus sancti amor est in nobis, vt interius .s. amādo sumamus pretiosissimum cibum superexcellentissimę Eucharistię.

Serpēs annū, & æternitatem signat.

Algerus.

Huius amoris exemplum edocere voluit nos, qui seipsum dedit, & manducauit Christus, cùm ad cęnam peruentus, dixit. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducarem vobiscum, antequam patiar.* vbi, quam ad bona anhelet Deus contēplabitur omnia, patet enim ex Theologis, in Deo non posse esse affectum desiderij, quantum ad se, quia desideriū est boni non habiti, & futuri. Deo autem nihil deest, potest autem desiderium esse in Deo respectu aliorū, & ità Deus desiderat nostrā salutē, quā assequimur, eius voluntatē perficiēdo, de qua loqbatur D. Chrys. homil. 1. in Epist. ad Corinth. dicens. *Secundum propositum voluntatis suæ, inquit, quia vehementer vellet fieri, hoc ipsius erat desiderium,*

Luc. 22. 15.

rium, quaſi enim quis dicat, hæc ipſius erat voluntas. cùm ergò deſiderabat Deus Paſcha, Euchariſtiam nobis deſiderabat, in vtilitatem noſtram, ſemper ſunt deſideria Dei. ait autem Tertullianus, Chriſtũ deſideraſſe hoc Paſcha,in qua ſemet erat ſumpturus in cibum,vndè venatur Chriſtum eſſe Deum, ſi enim Deo,reſpectu ſui eſſent deſideria,nil præter ſe deſideraret,vndè inquit lib.4.cõtra Marcionem. *Affectum ſuum oſtendit Chriſtus, dicens,concupiſcentia cõcupiui, Paſcha edere vobiſcum, antequam patiar, &c. Profeſſus itaque, ſe concupiſcentia concupiſſe edere Paſcha,vt ſuum: indignum enim erat, vt quid alienum concupiſceret Deus, acceptum panem, & diſtributum diſcipulis corpus ſuum illum fecit.* deſiderauit nobis ſe, ſed Chriſtus, vt homo, deſiderauit etiam ſibi guſtum illius cibi, ſed quid eſt, quod repetit deſideriũ, feruenſque manifeſtat affectum, dũ ait. *Deſiderio, deſideraui.* proh, omnis Chriſti actio noſtra fuit inſtructio:in noſtrum ſemper cedebant exemplum opera Chriſti,& præcipuè in hac cœna, vbi dixit. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci,ità, & vos faciatis.* affectum ſuum demonſtrauit, & amorem ad hunc cibum, vt hanc dignam præparationem ad corpus ſuum oſtenderet,nobiſque ſuaderet,accenſos ad hanc ſacratiſſimam mẽſam accedere debere. fauet Thomas Beauxam. homil. 7. de manducatione corporis Chriſti, dicens. *Porrò vim habet hæc repetitio,vt ſumma dilectionis teſſeram, iſtam cænam oſtenderet,qua, & idem requirat à nobis, vt ſummo deſiderio, & affectu eam deſideremus.hoc enim inquit Chryſoſtomus amantium maximè eſt.* toto

Tertull.

Io. 13. 15.

Thomas Beaux.

P.Franc.de Franch.in Hoſ.

A vitæ ſuæ tempore amauit Chriſtus, deſiderioque hanc cœnam deſiderauit.deſiderium, amorẽq; hunc manifeſtauit, vt nos nõ diſſimiliter operaremur. Sed ò,quo anguſtia deuenit temporum, itur ad Euchariſtiam,tanquam ad cõmunem menſam,& ò,vtinam,vel vt communis cibus amaretur panis iſte cęleſtis, vt illo ingluuies ſatietur hominum, laborant, impedunt quid vis cari ſibimet eſt,
B nullamq; prætermittunt diligentiam, vt omnia ad votum ſuccedant: & ad menſam Euchariſticã vix loti accedunt, ad ſacrificia properant ſacerdotes non Spiritum ſanctum implorantes,vt deſcẽdere dignetur,& præparet,ſed ſcurrilibus vacantes,calicem appręhendunt, & conſcendunt altare, totamque præparationem communicantes, habent in oculis, cùm in ſcortantium aſylum
C Dei templa cõuertunt. O Deus, ò Chriſte Ieſu mi dulciſſime, & omnis dulcoris ambroſia, fortè, idcircò inſtituto hoc Sacramento ad paſſionem acceſſiſti,triſtiſq; illicò factus es vſque ad mortẽ, quia noſtram præuidebas ingratitudinem, ac ex tunc quærulus dicebas, heù dedi vobis cibum memet,vt in veſtris cordibus ſeruarer occidẽdus à Iudęis,ſed heù triſtis eſt anima vſque ad mortẽ,
D quia tã fœdi ad vitã acceditis, vt vitę, mortis triſtitiã afferatis, frigidi acceditis,imò frigus ipſum ad ignẽ,vndè ignis calorẽ cupitis cũ igne extinguere. Eia Chriſtiani, excutiamus torporem, ſurgamus feruidi, eamus ad cęnaculũ, funiculos iaciamus orationis in cęlũ,trahamus Spiritũ ſanctũ, vt ipſo ſuccenſi ardenter ad cibum amãtium accedamus, cęna enim hæc eſt ardenter amantium.

Rr 2 TEX-

TEXTVS.

VERS. VII.

Editio vulgata.

Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiā cōmutabo. Pag. Idem.

Transf. ex 70.

Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiam ponam.

Vatab.

Secundum multitudinem eorum, ità peccauerunt mihi, propterea gloria eorum in ignominiam commutabo.

Editio Chaldaica.

Quantum multiplicaui eis fruges, tàm multiplex fuit eorum studium peccandi aduersum me. honorem suū in ignominiam commutauerunt.

Paraphrasis Castri.

Quo enim plures sacerdotes esse cœperunt, eo plures in peccata induxerunt, ad idola pertrahendo, sed hāc quam ipsi imagini faciunt gloriam, ego in ignominiam commutabo.

COMMENTARIVM iuxta literam.

Dilexit Deus populum Israeliticum, exaltauit ex eis sacerdotes, vtrosq; quamplurimis cumulauit beneficijs, omnes peccauerunt: quæ considerantes huius textus expositores, alij populo toti Israelitico, alij aptant

A sacerdotibus, vndè dispungentes textum. ità explicant aliqui, quot fuerunt filij Israel, tot aras erexerunt idolis. & hanc expositionē, sequūtur Haymo, Albertus, Vgo, Dionis. Figuerius ex Diuo Hieronymo, qui ait. *Quot homines habuit Israel, tot Aras extruxit dæmonibus, in quorum victimis, peccauit Israel.* vbi D. Hieronymus, vt puto, non intelligendus est, quod vnusquisque publicam aram dæ-

B monibus erexerit, hoc enim in sacra Scriptura nullibi legitur, nec est verisimile: Non tamen à veritate satis aberrat, vnumquēque domi aliquod idolum adorasse, cui altariolum dicauerat, & preces offerebat, vnusquisq; pro sua inclinatione. sed aiūt alij hyperbolicè loquutum D. Hieronymum. alij tamen non de erectione altarium, sed de peccatorum multitudine textum exponunt: &

C aiunt in tanta multitudine non inuenitū, nō peccantē. ità Theophilatus, Cirillus, Teodoretus, & Lyra, qui sic ait. *Sicut à me sunt multiplicati, sicut stellæ cæli, & arenę maris, sic flagitia eorum, & ingratitudines, sub numerum cadere non possunt.* Tertiæ autem classis Doctores, vt sunt Rupertus, Montanus, Vatab. cum alijs, de sacerdotibus Deo dicatis intelligūt prophetiam, vno excepto Ruperto,

D qui falsis sacerdotibus, & non legitimis, totum accomodat, dicēs. *Quidquid extra rationem, numerūque, vel ordinem legitimum effluit, vel supercrescit, rectè multitudo, siuè multiplicitas vocari debet. cōstat autem, quia diebus illis, turba sacerdotum, vltra statutum sanctæ legis ordinem, terminumq; excreuerat, scriptum est enim: & fecit Hieroboam phana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filijs*

lijs Leui, quia quicunque volebat implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum. Notanda sunt Ruperti excogitata, quæ facilè accomodari possunt aliquorum auaritiæ, qui non discutiētes merita, sed manus respicientes, assumūt nō idolis, sed vero Deo, ministros indignos, moribus abiectos, vilesque in conspectu Dei. Sentio tamen prophetiam totam cātare de sacerdotibus legitimis, & ità respondet præcedenti versui. vbi dicitur. *Quia tu scientiam repulisti, ego repellam te, nè sacerdotio fungaris mihi, &c.* vbi de suis sacerdotibus loqui Deum patet, ex illo verbo. *Mihi.* mox subiungit aliam causam, vndè pœnæ iustitia magis perspicua redditur, & inquit. *Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi.* & sensus est, Disperdam sacerdotes, & ex populo Hebræorum, nō assumam mihi in sacerdotes, tum quia legem meam repulerūt, tum etiam quia quo magis multiplicantur, eo plura peccata coaceruant, & sacerdotio priuatis, totam gloriā, quam ex sacerdotis honore hauriebant, commutabo in ignominiam, cum captiuos mittam inter hostes.

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS XXXIV.

Multiplicitas in Spiritu sancto minimè congregata, iniquitatibus agglutinatur.

SECVNDVM, &c.

FRuctus benedictionis Dei, multiplicatio filiorum est, nec enim sine Dei benedictione

P. Franc. de Franch. in Hos.

A multiplicatio, vndè Genes. *Benedixit eis, & dixit crescite, & multiplicamini, & replete terram.* ast vix peperit benedictio, & à benedictione elongati sunt filij Israel, peccatorum typus, vndè fœtus dœmonum, peccata exorta sunt, quamobrem, inquit Hoseas. *Secundum multitudinē eorum, sic peccauerunt mihi.* Odibilis est malorum multiplicatio, quæ semen est criminum, radix impietatis, ac

B fermentum semper corrumpens. hinc D. August. serm. 2 ad fratres in heremo. *Scias, quod sicut multum nocet discordia inter bonos, ità valdè dolendum est, dum vel valdè pax est inter malos, tunc enim augentur omnia pessima, quæ fieri, & cogitari possunt inter homines, quando mali pacificè viuunt, quando verò discordant, tunc mundus aliqualiter tranquillatur.* Multiplicati homines, qui terrenis inhiant, à cœlestibus *Concordia malorum pessima.*

C auersi, nil nisi peccatorum venenum diffundunt, nec erit innocēs multiplicatio in Spiritu sācto nō congregata. hæc de se in medium protulit Canticorum puella. *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol.* D. Ambrosius serm. 12. in Psal. 118. his occurrens eloquijs, ità refert. *Nolite aspicere me, quoniam fusca sum, quia non respexit me Sol.* inuoluta equidem lectio. Solis enim exustio ni- *Cant.* *D. Ambr.*

D gredinem inducit, non perit albedo, Soli radijs non exiccata, quod si, nec respexit Sol spōsam, quid est, quod se fatetur fuscam, ac ad similitudinem carbonis denigratam? denigratio hæc, præter peccati tincturam, dicit nihil, ità Origenes apud Sotomayorem in Cant. cap. 1. *Neque enim,* inquit, *nigredo animę nascendo, sed negligenter, ac malè viuendo conquiritur.* hæc, vbi Sol Christus, non respicit, *Origenes. Sotomayor*

Manducantes Eucharistiã sint clausi terrenis. *Sic autem comedetis eum, renes vestros accingetis. Per hoc cingulum mundities castitatis significatur, vel per cingulum propositum abstinendi à peccato significatur, quod stringit, & arctat corpus, nè defluat in peccatum: cingulum sacerdotale, quasi rete de maculis factum erat, quia sicut piscis in rete abstrahitur ab aquis, sic homo per propositum firmum à delictis peccati. secundum est, vt habeant calciamenta in pedibus; per quæ pedes, id est affectus, & intellectus ab omni inquinamento peccati conseruãtur: & significatur, quod cor debet esse clausum ad inferiora, & apertum ad superiora.* En, superorum amor à corde proficiscens, cùm ad esum agni itur, in figurã, quod charitatis in eo esse debet ardor, qui ad Eucharisticam mẽsam accedit. ex quibus, cur petat Eucharistiam sposa sub typo mali, cum amore languebat, capitur. sciebat ipsa animã amore ardentem, dignam esse Christo, cibo, quia autem flãma æstuabat charitatis, ideò Eucharistiam petebat: nos docens, non nisi amore flagrãtes, accedere debere ad sãctam Eucharistiam. accinit Ludouicus Pontanus in Cant. *Ad vos loquor, ò sacerdotes Dei Altissimi: lãgueo præ amore dilecti mei, in hoc Sacramento absconditi, linquor animo, deficio: venite sub petras, accurrite fidi comites sponsi, flores, & poma languenti admouete. Sed qui flores? quæ poma? ipse dilectus in hoc sacramenti vase inclusus, est mihi flos, est mihi pomum, est mihi vnguẽtum, ipso me fulcite, ipso me stipate, ipso me confortate.* audacter anima Christum poscebat in Sacramẽto, quia languebat amore. digna enim præparatio ad hanc mensam amor est, charitas est. — Pontanus.

A

Resurrexerat iam Christus, ast ad mortem perrexerant duo illi discipuli in Emaus ruentes, quãdoquidem vitam ab se relegauerant, non credentes Christum à mortuis surrexisse, Christus autem, qui semper bonus, imò bonitas ipsa, vitam, quam habebat, effundere cupiebat, iunxit se peregrinum, à fide peregrinantibus, interrogauit, qui nam erant ad inuicẽ sermones? & omnia sciẽs, ab ipsis scire voluit, quod non ignorabat; cæpit à Moyse, & Prophetis, illis interpretari scripturas, quæ de sui aduẽtu, vita, morte, & passione loquebantur, pendebant ipsi ab ore, fingentemq; vlterius progredi, tenuerunt. expeto, vt quid tot verba miscuit, vbi sola manifestatio festinos reddebat ad fidem? non nè ad prædam, descendit Dei filius? non nè horum animas prædari volebat peregrinus? non nè festinus prædabatur, vndè dixit Isai. 8. *Accelera, festina, prædare?* quid ergo est, quod tot miscet sermones, prolongatque colloquia vsque ad vesperam? Adeo sacram sponsam morum Dei reuelatricem. *Surge*, inquiebat, *Aquilo, veni Auster persla hortum meum, & fluent aromata.* Cant. c. 5. hortum hunc, animam Dei sponsam fatentur sacri Doctores, vndè D. Ambrosius in lib. 3. de Virginib. ait. *Hortus Verbi anima vernantis affectus est, & in pomiferis virtutis est fructus.* ad se hortum vocat Austrum anima: vndè exquiro, cur ventum hunc accersat sponsa? in cuius intellectum, supponendum est, quod statim sequitur, cum vocans Christum ait. *Veniat dilectus meus in hortum suũ.* vocat ad se dilectum, nec mirandum prius seipsam vocare hortum suum, deindè Christi, nam, vt

B — Luc. 24.

C — Isai. 8. 3.

Cant. 5.

D. Ambr.

D

Sotomay. vt benè Sotomayor in hunc locū, omnia bona sponsæ de more legitimarum nuptiarum, seu iure nuptiali, etiam bona esse sponsi constat, & communia amborum, sed tamen magis propria sponsi esse, quam sponsæ, quoniam vir caput est mulieris, imò inquit *Plato.* Plato dialog.5.de Republic. *In quacunque Ciuitate complurimi ad idem secundum eadem, hoc dicunt meum, & non meum, & optimè gubernatur.* non carebat optimo gubernio sponsi, sponsæque Republica, vndè suam, & non suā sponsa dicebat: ad se vocauit ipsum, quæ sponsi erat, dixitque dilectū, *Ghisler.* quia teste Ghislerio concupiscebat sub speciebus panis, & vini. *Ita illum in se descendere vult, vt qui est panis cœlestium spirituum, eorundemque dilectus, descendens fiat suus, & panis, & dilectus.* cū Christum sacramentatū postulat, tunc Austrum vētum accersit, Austro- *Auster vētus calidus, & quare à sponsa desideretur.* que præparatur. cur ità? Auster ventus est à meridie veniens, & calidus est, significatque charitatis feruorem à Spiritu sancto in animam infusum. firmat D.Gre- *D. Greg.* gorius in hunc locum Cant. dicens. *Quid enim per Aquilonem, qui in frigore constringit, nisi immundus spiritus designatur, qui reprobos omnes, dum possidet à bono opere torpere facit. Per Austrum verò calidum, scilicet ventum, Spiritus sanctus figuratur, qui dum mentes electorum tangit, ab omni torpore relaxat, & feruentes facit.* consentaneum est D. Gregorij commētarium Riccardo de Sancto Victore, atque etiam auctori quicunque tādem fuerit, illius officij, quo vtebatur sollemniter Ecclesia in festo Sanctæ Mariæ Magdalenæ, cùm ait. *Flauit Auster, & fugauit Aquilonē, quando lauit cor Maria pœnitentis*

A *imber sancti Spiritus, liquefecit, & refecit resolutam illam, mentis verbum missum cœlitus.* Flauit Auster, tota amore liquefacta est Magdalena, quæ teste Christo. *Dilexit multum.* Quod si Eucharisticum cibum petens sponsa, vocabat, vt dignè præpararetur in horto animæ suæ locus dilecto, Austrum, Austerq; nil præter amorem immittit, ac feruere facit animam, vtiq; amor ad Sacramētum amo-

B ris accipiendum digna præparatio est. Fauet Paraphrasis istius textus apud Ghisler. *O vtinā surgat Spiritus sanctus, veniatque in mè miseram, & instar calidi Austri cor meum calefaciat œstu charitatis, &c. Fluant aromata lacryma contritionis, qua mihi saluberrima sunt medicina lacryma amoris, ac deuotionis fragrantissimo odore me perfundentes, vt ab earum suauitate allectus, in me iam hortum suum effectam in* *Ghisler.*

C *Eucharistia Sacramento ipse veniat Christus.* amorem sternit, in quo Eucharisticus cibus apponendus est. Huc etiā spectare credo Dei, vel in orbis principio operationes. Plātauit paradisum, animam præfeterentem, nec enim, nisi paradisus anima iusta est. dixit iam D.Ambrosius in lib. de fide resurrect. *Anima ornata virtutū floribus hortus est, vel in si paradisum habet germinantem.* in huius me- *D.Ambr.* *Anima paradisus.*

D dio lignum vitæ plantauit, sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ typum, vt post multos adnotauit eruditissimus Sotomayor in c.2. Cant.dicens. *Arbor enim nunc vitę, Christus in Ecclesia est, cuius imago in paradiso arbor fuit: idcircò scire conuenit, quod veritas hic completur, quam prius figura promisit, nam si homini illa semper Dei seruanti mandatis, edere licuisset, nunquam mori potuisset, sic itaque ex*

hoc

hoc ligno corporis vitali, atque viuifico,quicunq; spiritualiter comedunt, si mandata obseruauerint, nunquam in spiritu mortales erunt:vndè,& lignum vitę iure dicitur. hoc obseruandum, lignum istud vitæ,non alibi dignè plantari,quàm in medio paradisi animæ.sed quid nam in medio? non nè cor? quid cor, nisi fons amoris? cùm ergo ibi collocet,plantetque lignum vitę Deus,vbi fōs scatet amoris,amorem aptum locum esse ad percipiēdum sanctissimum lignum vitæ,Corporis,& Sāguinis sui, manifestat. huc tetendit D.August. sermon.26. super Ioannem apud Algerum de sacram. lib. 1. c.20. *Hic est panis de cęlo descendens,vt si quis ex ipso manducauerit, non moriatur, sed quod pertinet ad virtutem sacramenti, non quod pertinet ad visibile sacramentum, qui manducat intus non foris, qui manducat corde,non qui premit dente*. En, vti in corde amoris fonte dignum habitaculum sanctissimæ Eucharistiæ præparatur. hoc idem notauit D. Gregorius apud eūdem Algerum, ibidem, vbi agni sanguinem in vtroque poste ædium Hebręorum,obseruauit,dixitque *Sanguis Agni super vtrumque postem ponitur: quando non solùm ore corporis,sed ore cordis hauritur*.pręparet domū amor,ac Deus amoris Eucharisticus delitiabitur.sed quid ista, dices lector, cum alloquio Christi ad discipulos Emaus pergentes?multum per omnem modum: coactuti erāt Christum, vt cùm ipsis maneret, inuitaturi erant, præparaturique mensam, in qua Christus cœlestem cibum eis daturus erat, vti sensit D.Augustinus lib.3. de cons. Euangel. cap.15.dicens. *A Christo facta est permissio,videlicet impedimenti,in oculis discipulorum,vsque ad Sacramentum panis,vt in vnitate Corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici*.præparaturus erat suos ad tanti sacramēti perceptionem. quid igitur? lōgiorem miscet sermonem, qui sermo ignis est inflammans, iuxtà illud Dauidis.*Eloquium Domini inflammauit eum*. Psal. 104. quem flammam, vel ipsi testātur, dum aiunt. *Non nè cor nostrum ardens erat*.quod si sermone suo cor inflammante præparat eos, quibus sui corporis epulum daturus erat Deus: equidem sentiendum est, amorem dignam esse præparationem in anima ad Eucharistiam. ad hoc tetendit Dionisius Cartusianus commentās Diuum Dionisium Areopagit. lib.de Ecclesiastica Hierarch.cap.3. *Ex introductis instruimur,quam firmissima fide,deuotissimo cultu flammigera charitate, electissima illa primitiua Ecclesia tractauit, celebrauit, sumpsit Eucharistię Sacramentum, cum quanta etiam charitate,concordia,puritate,& reuerentia, nos illud suscipere teneamur*. Inflammauit discipulorum corda Deus daturus sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quia amore languēs anima hoc sanctissimo cibo refici digna est.Amorem expetit Deus, vbi se se in hoc superaugustissimo Sacramento animæ præparat.

De hoc supersubstantiali cibo loquens Zaccharias Propheta, cap.9. dixit. *Quid bonum,& quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum,& vinum germinans virgines*. Omnia Dei bona,in hoc vno frumento,& vino adunantur,hoc est, quod virgines animas generat, quæ minimè diuisæ, quæ solius Dei sunt cogitant. adduco Re-

Ligni vitæ, cur in medio paradisi.

D. Greg. apud Algerum.

D. Aug.

Psal. 104. 19.

Cur Christus discipulis Emmaus pergentibusq; longiorem ducit sermonem.

D. Carthus.

Zacch. 9.

Remigius. Remigium Altiſiodorenſem in BB.Veter.PP.tom.1. *Secundum ſacratiorē ſenſum, Dominus, & Saluator eſt, qui de ſe dicit: Niſi granū frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolū manet, de hoc frumento mola paſſionis confracto, & igne mortis decocto, factus eſt nobis panis, qui de cęlo deſcendit, & dat vitam mundo, ipſe quoque, qui eſt panis, & vinum, quod lætificat cor hominis, hoc vinum bibitur ab illis virginibus, quæ ſecundum Apoſtolum ſunt ſācta corpore, & ſpiritu, & inebriata dicunt cum ſponſa, Introduxit me Rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. hoc vinum germinauit virgines, quia quos amor Chriſti inebriat, omnia mundi oblectamenta ſpernunt, & quaſi ebrij, & inſenſibiles mundo ſiunt, ac ſolum Chriſtum diligunt, & dicunt cū Apoſtolo. Itaque nos ex hoc neminem nouimus ſuper terram.* O Deus oro te per tuam pijſſimam miſericordiam, vt virginibus his, infelicem animam meam aſſocies, vt te ſolum ſapiat, te diligat, ſpernenſq; quæ ſuper terram ſunt, in te ſolum verum Deum, & perfectiſſimum amorem, incenſa charitate, tota feratur. Pulcher & bonus in hoc Sacraméto dicitur Deus noſter, quia non poteſt non amari pulchritudo, docens ex hac pulchritudine, nō niſi amore præparatos, dignè ad eam peruenire nos poſſe. quibus accinit Michael Aiguanus in Pſalm.95. dicens. *Si autem hoc Sacramentum conſideres, videbis in ipſo magna fieri, vt puta, quod ad verbum ſacerdotis, panis fit corpus Chriſti, & vinū ſanguis, quod idem corpus Chriſti in diuerſis locis continetur, quod Chriſtus totus in tota hoſtia exiſtens, ad diuiſionem hoſtia non diuidatur, & ſimilia. Confeſſio, & pulchritudo in cōſpectu eius, P.Franc. de Franch. in Hoſ.*

Virgo, cur à Sacramento generetur.

Pulcher, cur dicatur Chriſtus in Sacramento.

Aiguan.

A *cuius eius certè ſpecioſa forma præ filijs hominum, ipſius, in quem deſiderant Angeli proſpicere. Audi cui places. Ama, vndè placeas.* eſt pulchrū bonum Deus in hoc Sacramento, vis tantæ pulchritudini placere, optas eius pulchritudine frui, placeas ei. Quomodo placebis? *Ama, vndè placeas.* non enim ad tantam pulchritudinem, & ad ſui corporis cœnam admittit, niſi Amantes. In parabolis turbas B inſtruens Dominus noſter Ieſus Chriſtus, aliā de homine, qui cœnam magnam præparauit attulit, dixitque. *Homo quidā fecit cęnam magnam.* ad quam, cùm multos inuitaſſet, noluerunt, ſecularibus negotijs implicati, ire, vt habetur Luc. cap.14. cumque hoc ex ſeruis cœnæ Domiuus reſciuiſſet, dixit ſeruo ſuo. *Exi citò in plateas, & vicos, & pauperes, ac debiles, & cęcos, & claudos introduc huc.* non C patitur moram Amor, vndè, *citò*, dixit, quod notauit Stella in Lucam, dicens. *Vide eius bonitatem, non enim quomodocunque eos vocat, ſed ſine vlla mora, nunquam Deus eſt piger, vt nobis benefaciat, ſed potius diligentiſſimus, valdeque ſollicitus, vt nos vocet, gratiamque ſuam concedat.* citò vocat ad cœnam, de qua agens Gloſa moral. ait. *Homo Chriſtus fecit magnum conuiuium, quando inſtituit Euchariſtia Sacra-* D *mentum.* Scrutor, cur ad conuiuium, in quo Dei pulchritudo nobis exhibetur, vocantur claudi, cæci, debiles, pauperesque, vt digni? quid paupertatis, cū ineffabilibus ſacramenti diuitijs? cęcitatis cum obiecto perſpicaciſſimi intellectus? quis cœcus non ruet, dum altiſſima, quæ omnem ſenſum ſuperāt, imò intellectum, proponuntur? altiſſimę fidei illuminatione munire ſe oportet, qui ad

Luc. 14.

Amor Chriſti nō patitur moras.

Did. Stel.

ad hanc mēſam accedit. quis debilis fortem hunc cibum digerere valebit? quiſque claudus aſcēdere valebit ad ſolium, in quo lux habitat inacceſſibilis. Quid eſt, quod ſumma Sapientia hos tanta cœna dignos dijudicat? D. Bonauentura in defectibus his corporis, virtutes animi penſat, & inquit, locum iſtum Lucę exponēs. *Defectus virtuoſos ſonant, vt dicantur pauperes, quantum ad propriam reputationem, vt illos intelligamus pauperes, qui non confidunt de nimia opulentia. debiles, qui non confidunt de virtute ſua, cęcos, qui non confidūt de ſua ſcientia, claudos, qui non confidunt de ſua rectitudine.* virtutem ſignant defectus hi. & addo altiſſimam virtutem charitatis præſeferre: quis ignorat, pauperem eſſe amorē, quippequi nudus adpingitur? debilem, quia puer? & cœcum, qui velo circundat oculos? claudus, nec non charitatis imago eſt, & amantis Deum, quod docuit D. Gregorius in claudicatione Iacob lib. 4. moral. in illis verbis Iob cap. 3. *Ibi ceſſauerunt impij à tumultu, & facti ſunt feſſi robore.* vbi Pontifex, inquit. *Humana mens, dum occulta loquutionis diuina aſpiratione tangitur, à ſtatu ſuæ fortitudinis infirmata, ipſo quo abſorbetur deſiderio liquatur, & indè ſe apud ſemetipſam feſſa inuenit, vndè vltra ſe cōſpicit fortitudinem, quam conſcendit.* Et inferius. *Hinc Iacob, qui Angelum tenuit, vno mox pede claudicauit, quia, qui verò amore Dei ſublimia reſpicit, is in hoc mūdo duplicibus incedere deſiderijs neſcit, vno enim pede innititur, qui ſolo amore Dei roboratur.* En, vti Dei amatorum ſymbolum ſunt pauperes, debiles, claudi, & cœci, quod ſi hos ad menſam ſanctiſſimi Corporis ſui vocat Deus, hoſque, vt dignos admittit, conſentaneum eſt aſſerere, Dei amatores, hac menſa dignos, nobiliſſimamque præparationem ad accipiendum corpus Chriſti eſſe amorem. quod indicat Stella citatus, dicens. *Venire ad hanc cœnam, eſt integra fide, & charitate formata Chriſtum amplecti, qui vitam præſtat æternam.* Amans ſit, qui ad has nuptias ſedere dignè vult, rubricetur charitate, qui pulcher ad pulchrum ire contendit, etenim charitate exardeſcere oportet eum, qui hunc ſacratiſſimum fructum cupit guſtare. Inſtituit ſemetipſum Ieſus hominū cibum, deditque diſcipulis ſuis, dicens. *Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum.* certum eſt ex fide, in ſanctiſſimo Sacramento Altaris, eſſe totum Chriſtum, ſcilicet corpus, ſanguinem, animam, & Diuinitatē. alia quidem, ex vi verborum, alia per concomitantiam, vt loquuntur ſacri Theologi: quique aliquid horum à Chriſto diuidit, non eſt ex Deo, prout ait Suarez in 3. par. Diui Thomæ q. 76. diſp. 51. art. 2. dicit enim. *Hic optimè accomodari poteſt illud Ioannis. Omnis ſpiritus, qui ſoluit Ieſum ex Deo non eſt, ſoluit enim quicunq; alicubi ſeparat, aut humanitatem, à diuinitate, aut corpus à ſanguine.* quod ſi diuinitas eſt in diuiniſſimo Sacramento Altaris, & diuinitatē affectat anima noſtra, quid eſt, quod non ait. *Hæc eſt diuinitas mea.* ſed, *Hoc eſt Corpus meum.* dimitto doctrinales diſcurſus, pergo ad morales, & varijs ſcripturis fultus, latēs myſterium eruere conabor. Nō Chriſtus ſolum, ad hanc ſublimiorem inuitat cœnam, ſed excitat Angelos ſuos, ſeruos fideles, vt vocent, inuitentque fideles. dixit iam Ioannes

Marginalia: *Defectus, quandoq; ſignat, virtutes.* — *D. Greg.* — *Did. Stel.* — *Matth. 26. 26.* — *Quare Euchariſticus cibus dicatur corpus, & non diuinitas.*

Apoc. 19. nes Apoc.19.*Vidi,inquit,vnum Angelum ſtantem in Sole, & clamauit voce magna, venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei*.propè Chriſti corpus in epulum datum,eſt Angelus, alioquin non diceret.*Venite*,ſed potius.*Ite*,hoc diſpungo, cur Angelus in Sole ſtat, cùm de cœna agitur corporis Chriſti? quid eſt, quod velato Domino in Sole sūt Angeli?corpus Soli oppoſitū vmbram producit. Et en, myſterium,dixerat Chriſtus.*Hoc eſt Corpus meum*.tūc Angelus vocat ad hoc corpus, & ſtat in Sole,corpus oppoſitū Soli format vmbram,vt ſciamus accedentes ad manducationem huius corporis, prius ſtare debere in vmbra. exequebatur adamuſſim, hunc cibum deſiderans ſpōſa, vndè aiebat. *Sub vmbra illius, quem deſideraueram, ſedi, et fructus eius dulcis gutturi meo*.Cant.2.ſed, Cant.2. cur in vmbra prius vult eſſe accedentes ad corpus ſuum Chriſtus,quam illum deguſtēt? ex cuiuſdam ſymbolo patefcet.depinxit qdā, ſub vmbra arboris mali Amorē,cū hac inſcriptione. *Valdè ſuccenſus Amor*. vmbra amoris æſtū ſignat, vmbrā etenim quærimus, cū flagramus ardoribus. & en,myſteriū,corpus ſuū,dicit tātum Chriſtus. *Hoc eſt corpus meū.* etſi ibi diuinitas,anima, & sāguis ſit.Angeluſque vocans ſtat in Sole. corpus Soli oppoſitum, facit vmbram,vt indicet accedētes ad illū,prius debere eſſe ſub vmbra: iacentes ſub vmbra,ſuccēſi amoris ſymbolū ſunt, concludendum igitur ex his eſt,accedentes ad ſacratiſſimam Cōmunionem amore Dei ſuccenſos,accedere debere. fauet Sotomayor ex D. Ambroſ.in Cant.c.2. *Dicit ergo cōgregatio Religioſa in vmbra eius concu-*

Cur vmbram quærat ſponſa, vbi Euchariſtiā deguſtat.

A *piui,& ſedi, dicit Eccleſia, quæ vidit Chriſtum, quæ ſponſum recipit, quæ cibo eius paſcitur, in vmbra eius cōcupiui,& ſedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis.* & alibi. *in vmbra eſt amore exæſtuans*.benè exæſtuat amore anima iſta, benè inflāmata amore, ſuſtinere non valens, corpus, refrigeriū ex vmbra expetit, cùm ad Euchariſticum fructū accedit. quandoquidē amantium fructus cibus eſt Chriſtus in B Sacramento. hoc agnoſcebat D. Chryſoſt. cū fideles eūtes ad hoc ſacratiſſimum epulum, ſic hortabatur hom.83.in Matth.*Igitur accedat nemo cū nauſea, nemo reſolutus, omnes accenſi, omnes ferventes, & excitati.* Soto may.

Simus ſuccenſi,totiq; in amorē verſi,cū ad illū accedimus,qui cū dilexiſſet nos, dilexit in finē, deditq; nedū ſua, ſed ſemetipsū. Perſeuerabāt in oratione Sancti C Apoſtoli poſt Chriſti aſcēſum in cœlū,expectabātq; promiſsū Spiritum sāctum,qui completis diebus Pētecoſtes in linguis igneis, deſcendit.*Stetitq; ſupra ſingulos eorum*. non vacua myſterijs Spiritus ſancti opera ſunt, vndè ſcrutari oportet, cur in linguis igneis ſuper Apoſtolos deſcenderit? vt autem pietas aſſequi valeat, ſupponendum cenſeo id, quod Lucas affirmat, nempè Apoſtolos à D cœnaculo non diſceſſiſſe, cùm Spiritum sāctum à filio Dei promiſſum expectabant, ait enim. *Erant omnes pariter in eodem loco*. qui locus cœnaculum erat, iuxta ea, quæ dicuntur cap.1. *Et cum introiſſent cœnaculum, aſcenderunt, vbi manebant Petrus, & Ioannes, &c.*In cœnaculo orabāt Apoſtoli, ibi acceperunt Spiritū S. quia inquit D.Bernardinus Senēſ.ſer.de ſeptem donis Spiritus ſancti. illis

Acta Ap. 2. 3.

D. Bern. Senenſ.

datur Spiritus sanctus, qui cœlestibus vti dulcissimo cibo, vtūtur. *Quia Spiritus sanctus datur animis, qui se ex imis attollunt, & se rerum sublimium contemplatione, vt cibo oblectant.* In cenaculo erant Apostoli, in quo cenaculo magna illa, mysticaq; cena, ad quam à Christo vocati fuerant, vt suo corpore satiarentur, figurabatur. Huc accedit Spiritus sanctus in linguis igneis. sed quid cœnę sanctissimę Eucharistiæ, cum aduentu Spiritus sācti in igne? meminisse opottet Christū Apostolos vti serpentes desiderasse, cum dixit. *Estote prudentes, sicut serpentes.* prudentiā serpentis in tutando capite, præcipuè intuemur, cumq; illud tutatur, vertit se se in girum: sophique duo in circumuoluto serpēte figurabant, & annum, & æternitatem. annum quidem, quia incipit à capite, & desinit in caudā, & statim reincipit: æternitatem vtro, quia in circulo principio, fineq; carente signatur æternitas, vndè quidam amans, primo serpentis symbolo, apponens ignē, scripsit. *Præter ignes meos.* alter verò æternitatis symbolum pendēs serpentem circumuolutum, scripsit. *Sic ignis meus.* quo symbolo ęternitas amoris signabatur. eruo de testa nucleum. prudentes, vti serpentes erant Apostoli, ideoq; in girū versos pensare debemus: super hos, vt ignis descendit Spiritus sanctus, quod si ignis serpēti appositus ęternitatem signat amoris, vtique in amore æterno eloqui voluit in linguis igneis Spiritus sanctus Apostolos vertendos. Sed vbi nam? in cœnaculo, Christi cœnam significante. quod si amore feruidos, & veluti æternos in amore in cœnaculo signat Spiritus sanctus Apostolos, vndique amore Dei feruentes esse debere, qui ad Christi cenam accedunt, prædicare voluit. hinc Algerus lib. 1. de Sacramēt. cap. 8. inquit. *Ad horam quippè apparuerūt illa, quæ Spiritum sanctum significando monstrarent visibiliter inuisibilem. Columba propter amorē sanctum, ignis autem propter charitatis lumen, atque feruorem.* & cap. 11. explicans ad quid amor iste ordinabatur, inquit. *In quo notandum est, quod Augustinus, & Gregorius idem dicunt. In Sacramento visibiliter ore corporis sumi, quod in ipsa veritate spiritualiter ore cordis hauritur, non quod substantialiter aliquid verius credatur corde, quam sumatur ore, sed pura veritate sumi veritas dicitur, quando quod spirituale est, spiritualiter, inuisibile inuisibiliter, salutare salubriter, quod est, sicut est, sumitur, interius amando.* En, ad quod Spiritus sancti amor est in nobis, vt interius .s. amādo sumamus pretiosissimum cibum superexcellentissimę Eucharistię.

Spiritus sanctus illis datur, cui cibus sunt cœlestia.

Serpēs annū, & æternitatem signat.

Algerus.

Huius amoris exemplum edocere voluit nos, qui seipsum dedit, & manducauit Christus, cùm ad cenam peruentus, dixit. *Desiderio desideraui hoc Pascha manducarem vobiscum, antequam patiar.* vbi, quam ad bona anhelet Deus contēplabitur omnia, patet enim ex Theologis, in Deo non posse esse affectum desiderij, quantum ad se, quia desideriū est boni non habiti, & futuri. Deo autem nihil deest, potest autem desiderium esse in Deo respectu aliorū, & itā Deus desiderat nostrā salutē, quā assequimur, eius voluntatē perficiēdo, de qua loqbatur D. Chrys. homil. 1. in Epist. ad Corinth. dicens. *Secundum propositum voluntatis suæ, inquit, quia vehementer vellet fieri, hoc ipsius erat desiderium,*

Luc. 22. 15.

rium, quasi enim quis dicat, hac ipsius erat voluntas. cùm ergò desiderabat Deus Pascha, Eucharistiam nobis desiderabat, in vtilitatem nostram, semper sunt desideria Dei. ait autem Tertullianus, Christū desiderasse hoc Pascha, in qua semet erat sumpturus in cibum, vndè venatur Christum esse Deum, si enim Deo, respectu sui essent desideria, nil præter se desideraret, vndè inquit lib. 4. cōtra Marcionem. *Affectum suum ostendit Christus, dicens, concupiscentia cōcupiui, Pascha edere vobiscum, antequam patiar, &c. Professus itaque, se concupiscentia concupisse edere Pascha, vt suum: indignum enim erat, vt quid alienum concupisceret Deus, acceptum panem, & distributum discipulis corpus suum illum fecit.* desiderauit nobis se, sed Christus, vt homo, desiderauit etiam sibi gustum illius cibi, sed quid est, quod repetit desideriū, feruensque manifestat affectum, dū ait. *Desiderio, desideraui.* proh, omnis Christi actio nostra fuit instructio: in nostrum semper cedebant exemplum opera Christi, & præcipuè in hac cœna, vbi dixit. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ità, & vos faciatis:* affectum suum demonstrauit, & amorem ad hunc cibum, vt hanc dignam præparationem ad corpus suum ostenderet, nobisque suaderet, accensos ad hanc sacratissimam mēsam accedere debere. fauet Thomas Beauxam. homil. 7. de manducatione corporis Christi, dicens. *Porrò vim habet hæc repetitio, vt summa dilectionis tesseram, istam cænam ostenderet, qua, & idem requirat à nobis, vt summo desiderio, & affectu eam desideremus. hoc enim inquit Chrysostomus amantium maximè est.* toto

Tertull.

Io. 13. 15.

Thomas Beaux.

A vitæ suæ tempore amauit Christus, desiderioque hanc cœnam desiderauit. desidérium, amorēq; hunc manifestauit, vt nos nō dissimiliter operaremur. Sed ò, quo angustia deuenit temporum, itur ad Eucharistiam, tanquam ad cōmunem mensam, & ò, vtinam, vel vt communis cibus amaretur panis iste cęlestis, vt illo ingluuies satietur hominum, laborant, impedunt quid vis cari sibimet est,
B nullamq; prætermittunt diligentiam, vt omnia ad votum succedant: & ad mensam Eucharisticā vix loti accedunt, ad sacrificia properant sacerdotes non Spiritum sanctum implorantes, vt descēdere dignetur, & præparet, sed scurrilibus vacantes, calicem apprehendunt, & conscendunt altare, totamque præparationem communicantes, habent in oculis, cùm in scortantium asylum
C Dei templa cōuertunt. O Deus, ò Christe Iesu mi dulcissime, & omnis dulcoris ambrosia, fortè, idcircò instituto hoc Sacramento ad passionem accessisti, tristisq; illicò factus es vsque ad mortē, quia nostram præuidebas ingratitudinem, ac ex tunc quærulus dicebas, heù dedi vobis cibum memet, vt in vestris cordibus seruarer occidēdus à Iudęis, sed heù tristis est anima vsque ad mortē,
D quia tā fœdi ad vitā acceditis, vt vitę, mortis tristitiā afferatis, frigidi acceditis, imò frigus ipsum ad ignē, vndè ignis calorē cupitis cū igne extinguere. Eia Christiani, excutiamus torporem, surgamus feruidi, eamus ad cęnaculū, funiculos iaciamus orationis in cęlū, trahamus Spiritū sanctū, vt ipso succensi ardenter ad cibum amātium accedamus, cęna enim hæc est ardenter amantium.

TEXTVS.

VERS. VII.

Editio vulgata.

Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiã cõmutabo. Pag. Idem.

Transf. ex 70.

Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi, gloriam eorum in ignominiam ponam.

Vatab.

Secundum multitudinem eorum, ità peccauerunt mihi, propterea gloria eorum in ignominiam commutabo.

Editio Chaldaica.

Quantum multiplicaui eis fruges, tàm multiplex fuit eorum studium peccandi aduersum me. honorem suũ in ignominiam commutauerunt.

Paraphrasis Castri.

Quo enim plures sacerdotes esse cœperunt, eo plures in peccata induxerunt, ad idola pertrahendo, sed hāc quam ipsi imagini faciunt gloriam, ego in ignominiam commutabo.

COMMENTARIVM iuxta literam.

Dilexit Deus populum Israeliticum, exaltauit ex eis sacerdotes, vtrosq; quamplurimis cumulauit beneficijs, omnes peccauerunt: quæ considerantes huius textus expositores, alij populo toti Israelitico, alij aptant sa-

A cerdotibus, vndè dispungentes textum. ità explicant aliqui, quot fuerunt filij Israel, tot aras erexerunt idolis. & hanc expositionē, sequũtur Haymo, Albertus, Vgo, Dionis. Figuerius ex Diuo Hieronymo, qui ait. *Quot homines habuit Israel, tot Aras extruxit dæmonibus, in quorum victimis, peccauit Israel.* vbi D. Hieronymus, vt puto, non intelligendus est, quod vnusquisque publicam aram dæ-

B monibus erexerit, hoc enim in sacra Scriptura nullibi legitur, nec est verisimile: Non tamen à veritate satis aberrat, vnumquēque domi aliquod idolum adorasse, cui altariolum dicauerat, & preces offerebat, vnusquisq; pro sua inclinatione. sed aiũt alij hyperbolicè loquutum D. Hieronymum. alij tamen non de erectione altarium, sed de peccatorum multitudine textum exponunt: &

C aiunt in tanta multitudine non inuenitũ, nõ peccantē. ità Theophilatus, Cirillus, Teodoretus, & Lyra, qui sic ait. *Sicut à me sunt multiplicati, sicut stellæ cæli, & arenæ maris, sic flagitia eorum, & ingratitudines, sub numerum cadere non possunt.* Tertiæ autem classis Doctores, vt sunt Rupertus, Montanus, Vatab. cum alijs, de sacerdotibus Deo dicatis intelligũt prophetiam, vno excepto Ruperto,

D qui falsis sacerdotibus, & non legitimis, totum accomodat, dicēs. *Quidquid extra rationem, numerũque, vel ordinem legitimum effluit, vel supercrescit, rectè multitudo, siuè multiplicitas vocari debet. cõstat autem, quia diebus illis, turba sacerdotum, vltra statutum sanctæ legis ordinem, terminumq; excreuerat, scriptum est enim: & fecit Hieroboam phana in excelsis, & sacerdotes de extremis populi, qui non erant de filijs*

lijs Leui, quia quicunque volebat implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum. Notanda sunt Ruperti excogitata, quæ facilè accomodari possunt aliquorum auaritiæ, qui non discutiētes merita, sed manus respicientes, assumūt nō idolis, sed vero Deo, ministros indignos, moribus abiectos, vilesque in conspectu Dei. Sentio tamen prophetiam totam cātare de sacerdotibus legitimis, & ità respondet præcedenti versui. vbi dicitur. *Quia tu scientiam repulisti, ego repellam te, nè sacerdotio fungaris mihi, &c.* vbi de suis sacerdotibus loqui Deum patet, ex illo verbo. *Mihi.* mox subiungit aliam causam, vndè pœnæ iustitia magis perspicua redditur, & inquit. *Secundum multitudinem eorum, sic peccauerunt mihi.* & sensus est, Disperdam sacerdotes, & ex populo Hebræorum, nō assumam mihi in sacerdotes, tum quia legem meam repulerūt, tum etiam quia quo magis multiplicantur, eo plura peccata coaceruant, & sacerdotio priuatis, totam gloriā, quam ex sacerdotis honore hauriebant, commutabo in ignominiam, cum captiuos mittam inter hostes.

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS XXXIV.

Multiplicitas in Spiritu sancto minimè congregata, iniquitatibus agglutinatur.

SECVNDVM, &c.

FRuctus benedictionis Dei, multiplicatio filiorum est, nec enim sine Dei benedictione

A multiplicatio, vndè Genes. *Benedixit eis, & dixit crescite, & multiplicamini, & replete terram.* ast vix peperit benedictio, & à benedictione elongati sunt filij Israel, peccatorum typus, vndè fœtus dœmonum, peccata exorta sunt, quamobrem, inquit Hoseas. *Secundum multitudinē eorum, sic peccauerunt mihi*. Odibilis est malorum multiplicatio, quæ semen est criminum, radix impietatis, ac
B fermentum semper corrumpens. hinc D. August. serm. 2 ad fratres in heremo. *Scias, quod sicut multum nocet discordia inter bonos, ità valdè dolendum est, dum vel valdè pax est inter malos, tunc enim augentur omnia pessima, quæ fieri, & cogitari possunt inter homines, quando mali pacificè viuunt, quando verò discordant, tunc mundus aliqualiter tranquillatur.* Multiplicati homines, qui terrenis inhiant, à cœlestibus *Concordia malorum pessima.*
C auersi, nil nisi peccatorum venenum diffundunt, nec erit innocēs multiplicatio in Spiritu sācto nō congregata. hæc de se in medium protulit Canticorum puella. *Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me Sol.* D. Ambrosius serm. 12. in Psal. 118. his occurrens eloquijs, ità refert. *Nolite aspicere me, quoniam fusca sum, quia non respexit me Sol.* inuoluta equidem lectio. Solis enim exustio nigredinem inducit, non perit albedo, Soli radijs non exiccata, *Cant.* *D. Ambr.*
D gredinem inducit, non perit albedo, Soli radijs non exiccatā, quod si, nec respexit Sol spōsam, quid est, quod se fatetur fuscam, ac ad similitudinem carbonis denigratam? denigratio hæc, præter peccati tincturam, dicit nihil, ità Origenes apud Sotomayorem in Cant. cap. 1. *Neque enim*, inquit, *nigredo animæ nascendo, sed negligenter, ac malè viuendo conquiritur.* hæc, vbi Sol Christus, non respicit, *Origenes. Sotomayor*

cit,

cit, statim contrahitur. Expendo A tamen, cur tunc ea maculari dicatur spõsa, cùm Sol Christus absens est: & in intelligentiam pergo ad Christum. Docebat Nicodemum Dominus Iesus noster, & post multa dixit ei. *Hoc est autem iudicium mundi, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines, magis tenebras, quam lucem: erant enim eorum mala opera, omnis enim qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* Ioann. 3. lux est Christus, qui radijs suis vapores hominum ex tenebris peccatorum eruere cupit, & attrahere ad salutis altitudinem, ad claritatem gratiæ, at refugiunt peccatores, tenebrasq; incolunt, qua de re inquit Diuus Chrysostomus apud Vgonem. *Propterea torquebantur, quia tenebras dimittere, & luci occurrere noluerunt, nã si venissem, ait, iudicans, & noxas expetens factorum, dicere haberent, propter hoc non resiluimus, nunc autem veni eripere à tenebris, quis ergo miserebitur eius, qui non vult ad lucem accedere?* ex dictis patet, peccatorum, multitudinẽ, esse in tenebris. Spõsa ergo, dum ait se abfuisse à Sole, consequenter affirmat, fuisse in tenebris, vbi iacebant, qui malè agebant, erat vna ex illis multis: quia autem à multitudine non congregata in Spiritu sancto, maculæ non absunt, ideò fuscam, nigram, fœdàque peccati macula deturpatam, se se sponsa fatetur. nõ enim multitudo talium pariet, nisi peccatum. quod inquit Spiritus sanctus Prou. cap. 19. *In multiplicatione hominum impiorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum videbunt.* hinc Sotomayor in hunc locum adducẽs Origenem, ait. *Et ideò festinandum est ad vias rectas, nè fortè Sol iustitia rectus incedens, si nos obliquos stare inueniat, despiciat nos, & efficiamur denigrati.* & Eligius Nouiomẽsis in BB. PP. inquit. *Sponsa multitudini versanti in tenebris iungitur, nec est innocens.* Radicem omnium peccatorum, ob quæ diluuium deleuit homines à facie terræ, excauans Moyses, inquit. *Cumque cœpissent homines multiplicari super terram, & filios procreassent, videntesque filij Dei filias hominum, &c.* B affert multiplicationem, & en, eijcitur Deus, vndè aufert spiritũ suum, aitque non mansurum spiritum suum in eis, puta, quia in tenebris erant, eijciebantque lucem, quæ à Dei spiritu est. est multitudo non connexa in vnum glutine Spiritus sancti, & illicò peccata exuberant, non enim ni scelera parturit multiplicitas, qua de re inquit Ferus. *Signanter dicit homines multiplicatos esse, & creuisse, non autem fidem deuotionem, virtutem, sic enim, & in Ismaelitis, & in Christianis, similiter contigit, vt quo magis cresceret numerus, eo magis decrescerent virtutes, iuxta illud, multiplicasti gentes, & non multiplicasti lætitiam.* C Innocẽs, Solus erat Adam, soporabatur in Domino, totaq; vita eius exstasis erat, nec ad ea, quę propter se creata sunt, oculos habebat, boni serui munus obiens, qui semper ad Dominum oculos suos habet: at vix D multiplicatus est, & en, peccauit, diuisa est à spiritus vnitate dęmonis flatu mulier, & ecce peccatũ. vndè exclamauit D. Ambrosius, dicens. *Nunquam minus sum Solus, quam cum Solus esse videor, nec minus otiosus, quam cum otiosus, Solus Adam adhæret Deo in paradiso, quando autem mulier adiuncta est, præuaricatus est.* ità Epist. 14. noster

Marginalia: Io. 3. — Chrysost. — Prou. c. 19 — Eligius. — Genes. 6. — Ferus. — Isai. 9. 3. — D. Ambr.

ster Hoseas peccatorum multiplicitatem comparat inundationi, vt superius dictum est. *Mendatium, homicidium, furtum, adulterium inundauerunt.* cogitaui, vndè nam inundatio obueniat, & vt, quid sibi hac similitudine vellet Propheta, assequerer, iui ad Astrologos, qui faciem cœli diudicare se iactant, imò ventura per stellas: hi futuras tempestates, & maximas aiũt, cum planctæ, stellæ, & signa frigida, & aquea vniũtur, & in tantam deuenere aliqui insaniam, vt diluuium dicant à Noe cognitum ex aspectu sydcrum, vt refert Porthesius lib. de vera, & falsa Astrologia cap. 6. quia paulò ante diluuium, fuit coniunctio magna Planetarum, stellarumq; humidarum pluuiosarum, & tẽpestuosarum, vt sunt Venus, & Luna ex planetis, & stellis, Vrsæ, Hyades, Orion, ex signis Cancer, piscis Aquarus. frigidarum, humidarumque, igitur stellarum coniunctio diluuium progignit. damno eos, qui causis naturalibus, & non Dei iustæ iræ diluuium tribuunt, at non respuo in quantum ex stellarum humidarum, & frigidarum coniunctione coniectant imbrium inundationem: & moralibus doctrinam Astrologorum aptans, concludo, coniunctionem impiorum diluuium parturire peccatorũ. quid peccatores, nisi stellæ frigidæ in cœlo sãctæ Ecclesiæ. *Frigidi erãt.* ait Aug. ex frigidis vanis est inũdatio. quod si noster Hoseas inũdare dicit peccata, nec inũdatio, nisi à causis frigidis vnitis, & cõiunctis est, sequitur peccatorum frigidorũ coniunctionem, & multiplicationem, profluuium exuberare criminum. quo tetendit D. Hieronymus in Epist. ad De-

D. Aug.

A metriad. dicens. *Frigidissimi in cælestibus sumus, & summam in rebus prauis exibẽtes alacritatem, ad maiora torpescimus.* Frigidæ stellæ in cœlo sanctæ Ecclesiæ sunt peccatores, qui, vbi vniti sunt, praua scaturiunt, non enim exuberabit bonitas, vbi multitudo abundat praua. Perambulabat Hiericco Christus, cùm vir Zaccheus nomine, Verbi Dei, faciem eius, inquam, inquem Angeli desiderant, vidcre cupiens, ascendit in

D. Hier.

Multitudo prauorũ peccata exuberat.

B arborem. ità Luc. 19. *Ecce vir nomine Zaccheus, & erat Princeps publicanorum, & ipse diues, & quærebat videre Iesum, quis esset, &c. & præcurrens ascendit in arborem Sycomorum.* inquirit Vgo Cardinalis, nũm Arbos ista fuerit in via, ac possibile existimat, ibi nõ fuisse: quis enim in via arborem inutilem plantaret? putat propterea illac diuertisse Christum: sed ad

Luc 19.

Vgo.

C quid itinera variat, vt quid diuertit? O, erat in via turba, nec turba sinit Iesum videre, claudit in Iesum oculos multitudo, trahit ad terrena, diuertit ad peccata, increpat clamantes ad Dominum, excludit vel Matrem Mariam, quæ peccare nunquam potuit, diuina gratia semper sibi assistente. excludit inquam, nè ad Christum ingrediatur. pulchrè de turbæ, & multitudinis malis

D Didacus Stella in Luc. cap. 19. *Et non poterat præ turba. Vide quam præsto sunt obstacula, & impedimenta illis, qui recto animo Deum diligunt, & vestigia eius sequi conantur. Turba enim multis fuit impedimento, quo minus desideria sua, & salutem consequerentur. Hæc languidum à sanitate impediuit: hæc illum cęcũ, qui Dominum inuocabat, increpat, vt taceat: hæc paraliticum impediebat, ne ante Christum constitueretur:*

Stella.

hæc

hæc Matrem Domini, & discipulos exclusit, nè cum Christo loqui possent, hæc resurrectionem puellæ retardauit, & Iesum cõprimebat: Hæc Christum comprehendit, & contra Dominum murmurat. En, quot mala è turba, quot laqueos parat multitudo, vel Mariæ impedimẽto est, nè ad suum filium ingrediatur. diuertit propterea Christus, vt separaret, vel in arbore Zacchæũ à turba, & multitudine separatũ, saluaret. *Fortè,* inquit Cardinalis citatus, *arbor non erat in via, sed causa euitandi turbam, sicut sæpè facimus, diuertit Dominus per agrum, & Zaccheus hoc nouerat. Hoc est, indè erat transiturus.* prona est ad flagitia multitudo, nõ coniuncta in vnum, quapropter multiplicati Hebræi in tot, tanque grauia delicta ruerunt, nec vnus abfuit ab idolorum cultu, vndè ait Diuus Hieronymus. *Quot homines habuit Israel, tot Aras extruxit dæmonibus.* D. Hier.

ANVLVS XXXV.

Ingratus beneficia inuertens, ijs contra benefactorem vtitur.

SECVNDVM, &c.

CVm elinguem aspexi populum Hebræorum, cùm conticentem, silentioque labia prementem attendi, illicò iudicaui ingratum. Scio illos canes, qui Christum iuxtà Dauidis prophetiam circumdantes dilacerauerunt. *Circumdederunt me canes multi.* canisque mutus ingratitudinis symbolum est. quod adnotauit D. Ambrosius lib. 6. Hexam. c. 4. dicens. *Quid de canibus loquar, quibus insitum est à natura, quandam referre gratiam, & sollicitas excubias pro Dominorum salute expendere, vndè ad immemores beneficijs, & desides, atque ignauos clamat scriptura Isai. 56. Canes muti non valentes latrare.* Conticuit canis Hebræus, ergo ingratus: & quis ingratus? ni ille, qui, vel pro beneficijs debitas non reddit grates benefactori, vel ipsa beneficia (quod apex ingratitudinis est) aptat cõtra benefactorem? tales fuerunt Hebræi, qui multiplicati à Deo, iuxta numerum peccauerunt ei. tales sunt peccatores, qui aucti à Deo beneficijs, ipsismet beneficijs contra Deum pugnant. Prædicit derelinquentibus Dominũ pœnas Propheta Isaias cap. 1. & ait. *Et qui dereliquerunt Dominum consumentur, & erubescetis super hortis, quos elegeratis, cum fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absque aqua.* Quercui peccatores assimilat Deus, hæc arbor cibos producit ad porcorum alituram, sic peccator, operibus, fructibusque suis diabolo saginam procurat. ast miror, cur q̃rcui peccatorẽ assimilet Deus, fuit enim non in mediocri honore quercus, hæc fuit Ioui sacra, coronabat ciuium liberatores, & ex quercu Deorum fiebant simulacra. In minori Britania erant quercus porticuum vice ante nobilium ædes in ordinem disposita, quæ annosæ, non solùm præclari generis vetustatem, sed & sanctitatẽ significabant, & si quis turpe facinus perpetrasset, non solùm supplicio afficiebatur, sed etiam, quæ summa infamia erat, domesticæ quercus amputabantur. totum refert Gesnerus in historia plantarum. O, quam benè quercus Christo erecta fuit in crucem, nec dignior arbos, quæ sanctitatem præsferens, sanctum dice-

Psal. 21. D. Ambr. Isai. 1. *Quercus nobilitati, & sanctitatẽ significabant.* Gesnerus.

A dicebat crucifixum Dominum,ac innocenter condemnatũ:hęc pro corona Christo danda erat, qui Regni cęlestis ciues liberabat de manu expugnatoris antiqui, hæc Deo vnita Deũ clamabat crucifixũ.ablegant à ſe Hebręi,dantque Christo,vt crimẽ fateantur,quod cõmittunt,ac perpetua inurantur infamia. Christo benè quercus aptatur. Sed quid Deo cum peccatore Dei aduerſario?cur quæſo

B quercus dicitur peccator?an fortè,quia is eſt Dei amor in peccatorem, vt nec in peccatis iacentẽ ſpernat, ſed cumulet honoribus?

Deus peccatorem honorat.

honoribus apud antiquos digna putabatur quercus, vndè quercũ vocitat peccatorẽ Deus.non diſſentio.ſed alio feror: & edoctus à Plinio lib.6. c.25. Prophetæ ſenſum aſſequi conabor.Quercus in ſolſtitio folia inuertit,partemque in ſe verſam,vertit in oppoſitum,

C hacq; inuerſione, ingratitudinis maculatum exprexere ſapientes, vndè adpictæ quercui folijs inuerſis ſcripſerunt. *Pugnat beneficijs ingratus.* ex quo ſymbolo, cur quercus dicatur peccator capio. *Cum fueritis velut quercus.* hæc arbor vertẽs folia, illum ſignat, qui beneficijs acceptis contra benefactorẽ pugnat: cùm igitur quercus dicitur impius,ingratitudinis taxatur, velut beneficijs acceptis

Ingratitudinis ſymbolũ quercus.

Peccator, cur quercus.

D contra Deum pugnans. adduco huc D.Auguſtinum ſuper Pſ. 34. dicentem. *Ego attuli fęcunditatem, ipſi retribuebant ſterilitatem, ego vitam,ipſi mortem, ego honorem, ipſi contumelias,ego medicinam ipſi vulnera.* Fœcunditatem dedit Deus quercui peccatoris,& ipſe inuertens ſe,dat ſterilitatem,mortem, contumelias, & vulnera, & Gloſa. *Tanquam ingratiſſimus.* Venit Deus ad homines, ſuumque ad-

D. Aug.

Gloſa.

A uentum dixit ad hortum nucum. *Deſcendi in hortum nucum,vt viderem poma conuallium.* ſcio quamplurimos in arboribus his perfectos inueſtigare Chriſtianos, qui amaritudine operti,duriſq; exerciti laboribus, fructum interius ſeruant ſuauem, dignum dilecto Deo ad guſtandum,qua de re,inquit D.Ambroſius lib.3.de virginib. *Inuitatur Dei verbum,in hortum nucis, in fructum prophetica le-*

Cant. 6. 10.

D. Ambr.

B *ctionis, & ſacerdotalis eſt gratia, quæ amara,in tentationibus dura, in virtutibus interioribus fructuoſa eſt.* durus videtur perfectionis vſus, cũ à Pręd icatoribus populo proponitur, aſt ſi frangat Chriſtianus, dulcedinẽ guſtabit, qua paſcetur;hinc ſacerdoti Aaroni,qui daturus erat ſibi commiſſo populo vitæ documenta, nucea virga floruit,quia ſub dura cortice,fructum ſeruabat Deo dignum. ſe-

C quitur D.Ambroſius dicens. *Vndè etiam Aaron nucea floruit, non ſolum natura ſua, ſed virtute ſecreta. Deſcendat ergo Verbum in hortum ſuum, vindemiet fidem, capiat odores,pabulum cęleſtẽ reperiat.* non vireſcit delitijs vita Chriſtiana,pretioſa eſt,quodque pretioſum, arduis præcinxit natura; margarita eſt anima noſtra, ibi talem inueniet Deus,vbi cortex eſt dura, ſtringitur ſaxis,amaris circunda-

D. Ambr.

D tur aquis. quo tetendit Sotomayor in cap 6. Cant.dicens. *Chriſtus Dominus Regnum Cęlorum, ſeu Chriſtianiſmum, ideſt rationem viuendi hominum piorum, atque fidelium, aptè, atque peritè, uti pretioſa margarita comparauit.* hinc in hortum deſcendit nucum Chriſtus, nuxque bonum ſonat. aſt, quia, vel ab ipſo nomine Doctores,aliqui peccatorẽ intuentur in nuce,quæ à nocendo dicitur. In-

Sotomay.

uestigo, cur Deus peccatorē nuci comparet, & ad hanc arborē descendat cum venit in hunc mundū illicò, & enucleabitur mysteriū, si Dei in homines beneficia, maleficiaq; hominum in Deum menti occurrent. Nuci Deus hominem comparat, nux enim procera arbos est, & Deus hominem supra omnes sublunares extulit creaturas, virorē habet nucis fructus, hominiq; Deus spem patriæ cęlesti inseruit, habet fructū nux in crucis modum partitū, & Deus cruce animā hominis redemit. en quot beneficia in hominē cōtulit Deus, venit in hortum, accessit in mūdum gustaturus hominū animas, vndè aiebat. *Delitiæ meæ esse cū filijs hominū*. at quid nux habet? vt primò tangitur denigrat manus, quid autē nigredo secū fert, nisi mortis signū? nigro lapillo infortunia, & mortē signabāt antiquitus, & nigredine mors Christi à Patre signata est, cū tenebrę factę sūt super vniuersā terrā. quod si peccator sēper nocēs nux dicitur, & nux viridis beneficijs denigrat, cōcludendū est, peccatorem adeò Deo ingratū, vt auctus beneficijs, pugnet cōtra Deū benefacientē. accinit Cassiod. dolens hanc ingratitudinē lib. 4. epist. 11. dicēs. *Graue, nimis, vt fructu laboris sui fraudetur industrius, & cui debet pro sedulitate cōferre premiū, dispendiū patiatur iniustū, & malorū omniū probatur extremū, vt indè quis cogatur detrimēta suscipere, vnde credebat auxilia prouenire, molestiā pati sine causa, pęnā sine culpa, dānasine delictis*. Cathedram mali tenet ingratitudo, quæ beneficijs pugnat cōtra benefactorē, hi lupi sunt, qui pascunt post vbera pascētē se, diabolo peiores, qui nec cū ingratis esse vult, vt in primo

Prou. 8. 31

Num sym. bolum ingratitudinis.

Cassiod.

A Tomo dictum fuit, cum de ingratitudine ageretur. Hāc ingratitudinem intuetur Deus in populo Israelitico, & eiulans ait. *Secundū multitudinem eorū peccauerunt mihi*. multiplicaui eos, enutriui, & exaltaui, at ipsi spreuerunt me, erexerunt idola, peccauerunt, & ad iracūdiam prouocauerunt sic ex Chaldeo, & Arias Montano, inquit Castro. *Quo magis aucti sūt*

B *opibus, eo magis auaritia, & cupiditatibus inhiātes, obliti sunt legis meę, & sicut multiplicauit Deus eis prouentus, sic ipsi multiplicauerunt peccata*.

ANVLVS XXXVI.

Homo post peccatum in quamlibet ruens ignominiam, & obscuritatē, omnibus fit abbominabilis.

SECVNDVM, &c.

C TEnebras expectat Deus, nec ad Adami punitionē festinat in ipso, quo peccauit, meridie, etsi meridie crucē ascēdat ignominijs plenus, fortè, quia iniuriū est factori turpe opus, opusq; Dei erat Adā, qui, vt primò se peccati macula deturpauit inhonorauit Deū, qui inhonoratus apertū veluti aufugiebat, tenebrasq; incolebat, vti dedecore affectus.

D ait. n. D. Basil. 2. Reg. *A Dei charitate deiectus Christo dedecori sum*. par pari referre ad Dei spectat iustitiā, nō ergo mirū, si ad dedecus ignominiāq; præcipitat eos, q. ignominia afficiūt Deū, decernatq; per Hoseā, gloriā peccatorum in ignominiam commutare, nobilitatisque insignia, in ignobilitatis stemmata. Currit Adam ad vmbras peccans, & in arboris latebris radios effugit Solis,

Homo verecundia afficit Deum.

quod

quod mysterio vacare, haud est credendum, eruam autem, ex antiquorum moribus: ij heroum sepulchra Pyramidibus supponebant, ac præter multa, signabant Rempublicam nobili, spectabilique persona orbatam, defecisseq; in vno radio Solis: Pyramide enim, Solis radicem sculpebant, pari quapropter passu, & Solis claritas, & nobilitas incedebant: cui igitur claro Sol deficiet, obuenitque obscuritas? nobilitas in ignobilitatem, honor in ignominiam cõmutatur. Peccat homo, & illicò sub arboris folijs vmbra obtegitur, refugitq; Solẽ, vt post peccatum omnem honorem, gloriamque omnem, in qua manus Dei eum posuit, in ignominiam versam testetur. quo spectare potest D. Chrysostomus hom. 9. in Matth. dicens. *Vitia voluntatis, vicerunt priuilegia naturæ, nec non, & peccantem, non modo de nobilitate Patris, verùm etiam de ipsa libertate pepulerũt.* O quibus dotauit naturã priuilegijs Sũmus Princeps Deus, ast peccato omnia deleta sunt, gloriaque versa est in ignominiam, nobilitas in ignobilitatem, claritas in nubilum, libertas in seruitutem, ideoque sua, quam prius amabat, vti fulgoris radijs honestatam nuditate, cruciabatur noster parens, & ob eam replebatur timore, ob quã prius exultabat. vndè Lippomanus de hac nuditate, discurrens, ait. *Iam sentiebat pœnã esse, quod fuerat pulchritudo.* huc tendit peccatũ, præceps est in hominis ignominiam, omneq; dedecus in peccantem adducit impietas. *Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris.* dicitur Eccl. c. 21. diaboli vestigium est, qui emendari nõ vult, ità hũc locum exponit Lyra, dicens. *Vestigiũ peccatoris, idest imitator diaboli, qui dicitur peccator antonomasticè, tũ quia primò peccauit, tũ quia obstinatus est in peccato.* scio diabolum veluti animã esse peccatori, vndè in eodẽ capite lego. *Dũ maledicit impius diabolo, maledicit ipse animã suam.* quod nedũ de maledictione, quã in se vocat, intelligitur: peccãs .n. cũ per peccatũ in diabolũ vertatur, diaboli inuitator, diabolo maledicẽs, maledicit sibi, qui diabolus imitatione effectus est. sed diabolũ, veluti animã peccatoris esse, sonare potest, sicut enim omnes nostrę operationes ab anima humana, humanæ dicuntur, sic oẽs peccatoris operationes, quæ à diabolo mouente fiunt, diabolicæ sunt, & sicut per animam viuit, quisquis viuit, ità peccatoris vita, diabolus est, ꝙ si diabolus anima peccatoris veluti est, ac peccator pro anima habet diabolũ mouentem, quid est, quod dicitur. *Vestigium peccatoris.* idest diaboli? Sequor Euãgelistã Ioannem: vidit hic ad cęlicas visiones euectus dęmonẽ in cœlo, qui in dracone versus, vel cœlos pestifero flatu contaminare tẽtabat. *Et visum est aliud signum in cęlo, & ecce draco magnus rufus, habẽs capita septem, & cornua decem.* Apoc. 12. in cęlo erat draco, quia vel pro Deo ab insipiẽtibus habitus est iniquus ille apostata, ꝙq; nec ipsa volũtate optare poterat, habuit ab illusis filjs hominũ, qui pro vero Deo in idolis adorauerũt, tale, multorum placitum est. ast scrutor, cur ille, qui pulchritudo fuit, & decor in principio viarũ Dei, .i. creationis, draco appellatur? equidẽ vulneratus fuit in naturalibus dęmõ, nõ tñ ea perdidit. quid igitur est, ꝙ perseuerans spirit⁹, licet ob peccatũ deformis.

D. Chrys. — Lippom. — Eccl. 21. — Apoc. 14.

P. Franc. de Franch. in Hos.

Draco dicitur. Astat Dauid, qui de dracone hoc loquens, inquit. *Draco iste, quē formasti ad illudēdū ei.* in contumeliam, diabolus draco dicitur, vndè D.Aug. conc.4. in Ps.110. *Illude draconi, ad hoc .n. factus est draco.* suum opprobrium relinquit dœmon, cùm vestigia eius, vti draconis videmus. O ille, qui erat Angelus, interque lapides ignitos, seraphicos, inquam spiritus, pretiosissimus carbunculus, draco est, ac draconis vestigijs, opprobria sua imprimebat, secus, ac Horatius ille Cocles, qui pro patria in fœmore iaculo vulneratus, quarè, & claudus. Imprimo, aiebat, vestigia gloriæ meæ. Imprimit diabolus, in draconem versus opprobria sua, qua de re in sui cōtumeliam permissus est, in serpente loqui, cùm nostram expugnauit parentem Euā, quod adnotauit Moyses Barcephas cap.27. dicens. *Vt intelligeretur ad quantam vilitatē, & miseriam, propter peccatum dęmon esset abiectus, ex similitudine serpentis, qui non sublimis, & rectus ingreditur, sed humi prostratus humiliter serpit, videtur.* Vestigia igitur diaboli, nil, ni contumeliam clamant, ac ex gloria opprobriū, & ignominiam, quod si peccator, *Vestigium diaboli est.* consequens inducitur, ex gloria in ignominiam, & opprobrium cadere peccatorem. accinit D.Greg. Nissenus tract. in Psalm. *Vani spectri, idest peccatoris vnicum vestigium, relinquitur post discessionem, pudor.* peccatoris vestigiū, pudor, ignominia, opprobrium est. hæc signa sunt hominis post peccatū, à Dei donis cadentis. Abhominabilis fit homo, vti primum diabolo adhæret, cadensque ab altitudine filiationis Dei, vertitur in perip-

D. Aug.

Moyses Barceph.

D. Gregor. Nissen.

A sema. Comparauit diaboli corpus, peccatores scilicet, squamis Iob cum cap.41. dixit. *Corpus illius, quasi scuta fusilia, compactum squamis se prementibus, vna vni coniungitur, & nè spiraculum quidem incedit per eas.* vbi sacri Doctores plura animaduersione digna adinueniūt, squamas, ait Spiritus sanctus, & scuta peccatores, diaboli corpus, quia scutum ab excusando dicitur, & qu is peccator obduratus sua non excusat B peccata? quæ mox stellis, mox fato, mox Deo imputat, vndè inemendatus semper diabolo adhæret, adhærent sibimet scuta hæc, vt squamæ, fauent sibi peccatores, inuicemq; peccata excusant, non pungunt, non inurunt, nè à diabolo separentur. compaginātur item, vt Spiritus sancti inspirationes omninò expellant. His consonus est Iacobus Iansonius C in Iob dicens. *Corpus illius, qua est multitudo malorum, quasi scuta fusilia, quia singuli omnem correptionem, confessionem, emendationem, sibi propositam, pertinaciter respuunt, & à se repellunt, atque adhærent sibi inuicem, sicut corpus compactum squamis se prementibus, quia vt singuli sua, ità, & sociorum peccata excusant, & propugnant, vna vni coniungitur, quia obstruunt omnem viā Spiritus sancti, tantoperc, vt nè mi-* D *nima quidem inspiratio valeat corda ipsorū penetrare.* ab his nil propulsat venenum, & insanientes in medicū, vti phrenetici in faciem eius spuunt, ferrum non sentiunt, nec ignem. Diaboli corpus sunt, insēsibiles squamæ; optima equidem expositio. ast per figurā Synedochen, hic loqui Iob asserere, non est dissonum. ità vt per squamas pisces intelligantur, & peccatores figurentur in piscibus, & sicut

Iob c. 41.

Iacobus Ians.

ſicut nos dicimur corpus Chriſti, cũ Chriſtus ſit caput, ſic peccatores, vti piſces, ſint diaboli corpus, & diabolus ſit caput, quãdoquidem in magno illo piſce Leuiatan figuretur diabolus. piſcis, qui indomabile animal dicitur. *Genus indomabile piſces*. eſt peccator, qui Dei freno non obtemperat. Sed, cur piſcis peccator? Vado ad Ægyptios, de quibus inquit Pierius lib. 31. quod tanto horrore maritima omnia, & piſces abhominabantur, vt nè nautas alloquerẽtur, rati, vel eorum ſermone ſe cõtaminari. odibilis apud Ægyptios, abhominabiliſq; res, piſcis, & qualibet probroſa re, magis ignominioſus. cũ ergo, piſci indomabili comparetur peccator, & is ignominioſus ſit, ad omnem ignominiam deduci per peccatũ, peccatorem ſentire oportet, qua de re, inquit per Hoſeam. *Gloriam eorum, in ignominiam commutabo*. vbi Teophilat. *Ipſi, inquit, ſuam numeroſitatem, gloria ducunt: at ego bello cõſumptos, eos imminuam, pauciores que reddã, & iam indè ad ignominiam transferentur. Vel, tempus veniet, quando ignominia ſua opera cognoſcent, eoſque illorum pudebit. Gloria eorum itidem in contumeliam alteratá eſt, quando ipſi filij Regni habiti, ducti ſunt foras, deindè quando accepto dono, malè vtatur quiſquam, vt opibus, vel eloquentia, ideoque relinquat eũ Deus ad ignominiam, hoc illi vertitur*. Ecce quot modis, quæ homini fuerũt lucra, poſt peccatum vertuntur in detrimentũ, & ignominiam. contra paradiſum poſuit poſt peccatum Deus Adamum, quia oppoſitum paradiſi erat ille, in paradiſo erat abundantia, ipſe erat ægeſtas, in paradiſo vita erat, ipſe mors, in paradiſo glo-

Pierius. *Teophil.*

A ria, & honor, in ipſo pœna, & ignominia.

SECTIO VII.

Miſericors Dominus effundere cupiens miſericordiam ſuam, parcere vult, non damnare peccatores. quod gloriam ſuam putat, & ſanctitatem.

B SECVNDVM, &c.

NOn fallitur Dei perſpicax oculus, lucidior ſuper Solem eſt, nulla eſt latebra peccatorem obtegere valens, vndè omnes numerauit Iſraelitas, viditq; peccatores, nec vnum reperit iuſtum in tota multitudine: quam ideò diligentiſſimè ſcrutatus eſt, vt vno inuento, inueniſſet eius iuſtitiam ligantem. quod notauit C Hieronymus Guadalupus, dicẽs. *Quid hoc Domine? cur quaris, an aliquis non peccauerit? vt parceres peccatis populi. ob paucos enim iuſtos ſolet Deus, multis peccatoribus parcere*. obumbrat iuſtus peccatorẽ, protegit, nè Solis iuſtitiæ vratur radijs, vndè ſequitur idem Doctor. *Vmbra vlmorum nutrit, quacunque opacat, ſic virorum piorum vmbra prodeſt peccatoribus, nè eos Deus feruentiſſimis radijs ſua iuſtitiæ comburat*. ſi iuſtus adeſt pro D peccatoribus exorans, bonum omne auguro peccatoribus: ſin iiuſtus deficit, quid ni. deſperabitur peccator? abſit, en, quid ait Deus. *Secundum multitudinem eorum, ſic peccauerunt mihi*. multitudinem dicit peccantium, cum peccant omnes. & cur multitudo? O ſemper immenſa Dei pietas. humanis legibus cautum eſt, vt peccanti multitudini tandem deli-

Guadal.

delictum condonetur, vt habetur in cap. latores extra de cleric. excommun. ministrãt. Vndè, & quidam apud Tostatum dixerunt, idcirco Deum Israelitas non punisse, cùm carnem cum sãguine comederunt accepta Philistinorum præda, vt habetur 1. Reg. cap. 14. quia tota multitudo peccauerat. *Aliqui dicunt,* inquit Tostatus, *esse causam, quarè non est punitus populus, quia totus ferè peccauerat, delicto autẽ multitudinis parcitur.* multitudinem nominat Deus, quia parcere vult, resipiscãt tm̃, & delicta delebit, gloriatur Deus, clemẽtia, huius nos vult esse memores, q parcere vult. Cęnauit Iesus cũ discipulis suis, completisq; legalibus, accessit ad institutionem admirabilis Sacramenti Eucharistici, de quo sic Lucas c. 22. Et accepto pane gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens 1 *Hoc est corpus meũ, quod pro vobis tradetur, hoc facite in meã cõmemorationem.* dat se, & gratias agit, quasi gratiam, fauoremque suum reputans, esse nobiscum, amplecti à nobis, stare in corde, & anima nostra. Quod contemplor, hoc est: cur Deus discessurus à nobis ad Patrem, tantum hoc in sui commemorationem, fieri præcipiat? nunquid ipse suæ Deitatis fidem excrescere non cupiebat? quis cũ [illegible] hęc miraculis patebat, claudorũ erectione, non videntium illuminatione, curatione paraliticorum, qua de re discipulis à Ioanne ad ipsum missis, vt nũ Messias esset, interrogarent, operibus probauit, quod quærebat, dixitque. *Eũtes renunciate Ioanni, quę audistis, & vidistis; cęci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, &c.* vbi Eusebius Emissenus. *Quid enim aliud Dominus in hac sua responsione significabat, nisi, quia, & hoc Prophetarum oraculum, per se complere non abhorreret, sicut nec alia, quę de eo Prophetę prędixerant: fecit Dominus multas virtutes, & tale erat, ac si diceret: in mundo veni, carnem assumpsi, baptizari volui: nunc autem prędico, nunc pauperes ad fidem conuerto, cęcos illumino, mortuos resuscito, & cętera, quę facio, quę me facturũ esse, Prophetę nunciauerunt.* signa Deum demonstrabant, hæc hominem erudiebant euidentius ad fidem. Quid est igitur, quod his relictis, ait discipulis suis. *Hoc facite in meam commemorationem.* adeo Euangelistam Ioannem Lazari resurrectionem enarrantem. Cessit infirmitati Lazarus, quiq; distulit curare ægrotum Christus venit suscitare defunctum, peruenit iam domum Marthæ, quæ Domino occurrit, miscuitq; longum cum illa colloquium: peto, nũquid Dominus resuscitaturus Lazarum non venerat? equidem. nunquid Lazari mors ad Dei nõ ordinabatur gloriam? quis negabit? docente hoc ipsamet veritate, quæ dixit. *Infirmitas hęc non est ad mortẽ, sed pro gloria Dei, vt glorificetur filius Dei per eam.* eat igitur primum ad sepulchrum, visitet mortuum, portet ad salutem, ducat viuentem ad lamentantes sorores. Non sic Christus, sed ad Martham vadit prius. Hæc non firma benè in fide, adhuc languebat, non plenè credula, vndè dixit Iesu. *Domine si fuisses hic frater meus nõ fuisset mortuus.* vbi Diuus Chrysologus serm 43. *Hęc mulier non credit, sed credere conatur, cuius credulitatem, incredulitas confundit.* Quid Christus? aspicit in peccatis Martham, ponderat Lazari mortem, premit Marthę culpam, priusque incredulitati occurrit,

Tostatus. Luc. 22. Eusebius Emissen. Chrysolog.

A B C D

currit, curatque non credentem, A indè ſuſcitat mortuum, plus in peccatoris conuerſione delectatus, quàm in reſurrectione Lazari, quæ ad eius ordinabatur gloriam. fauet Chryſolog. ſerm. citato, dicens. *Qui ad Lazarum venerat, quid ſic occupatur in Martha? quid? Vt ante iſta in fide ſurgeret, quam ille reſuſcitaretur in carne.* magis de peccatoris, quã de mortui reſurrectione gaudet Chriſtus, totum negotium eius pecca- B toris conuerſio eſt, reliqua ad benè eſſe putat vtilia: Ex quibus, cur ſanctiſſimæ ſacrificiũ Euchariſtiæ in ſui commemorationem fieri præcepiſſet colligo. hoc in remiſſionem peccatorum offertur, Chriſtum ſignificat, qui vt dimitteret peccatoribus noxas, obtulit ſe ſe Patri. quod dixit Beda in cat. D. Thomæ. *Finitis Paſchæ veteris ſollemnijs, tranſijt ad nouum, quod in ſua redemptionis memoriam Eccleſiam frequentare deſiderat.* Indulgentiam ſignat peccatorum, C in cruce per Chriſtum peccatoribus datam, hoc ſacrificiũ: quia autẽ Chriſtus parcere geſtit peccatoribus, ac in peccatorum indulgentia exultat, & gaudet, ideò potius hoc ſacrificium in ſui memoriam relinquit, quàm miraculorum, quæ ad Dei potentiam ſpectant, commemorationem. accinit Nicolaus Cabaſilius in Bi- D bliot. VV. PP. ſuper his verbis. *Hoc facite in meam commemorationem.* vbi ſic ait. *Et quæ nam eſt ratio, quod non miraculorum, ſed paſſionum meminit? quoniam hæ ſunt illis tanto magis neceſſaria, quod hæ quidem ſunt noſtræ ſalutis efficientes, & ſine his minimè poſſit homo reſurgere.* sãguine ſuo diluit peccata Deus, morte ſua viuificat peccatorem, huius memoria, vt

Beda.

Nicolaus Cabaſil.

non prætermittetur curat, qui sẽper vult dimittere peccatoribus peccata.

Anguſtiabatur Chriſtus in cruce, & potius peccatoribus, quam ſibi cauens, exclamauit. *Sitio.* audierunt ſitientis vocem, ſitientes ad eius tormenta, cucurrerunt, vnuſque accepta ſpongia, aceto, felleque potauit. Expendo, cur Chriſtus, deſiſtentes à tormentis ad tormenta prouocabat? quiq; potum obtenturus non erat, niſi fellis, & aceti, fel exquiſiuit? in cuius intellectum, ſupponendum cẽſeo, nos vti primum naſcimur, à diabolo, vtpotè eius filij propter peccatum, in quo generamur, haurire cibum iræ, & amaritudinis, vndè aiebat Paulus. *Natura naſcimur filij iræ.* Iræ autem typum fel eſſe facilè perſuademur: turbata enim bili, accenſaq; iraſcimur. quo ſtante ad illud recurrendum eſt, quod alibi ex Diuo Auguſtino, & Chryſologo, dictum reliquimus, veniſſe ſcilicet Deum ad nos accipere noſtra, exhibere ſua, ſumere humana, præſtare diuina. Chriſtus totus ſuauitas eſt, vndè Dauid aiebat, *Guſtate, & videte, quoniam ſuauis eſt Dominus.* quod ſi Chriſtus accipiendo noſtra dat ſua, dum fellis amaritudinem accipit, abſque dubio ſuauitatẽ ſuã nobis exhibuit. O Dei pietatem quemlibet rapientem intellectum, quælibet ſibi, & ſi duriora conglutinantem corda. audiatur D. Athanaſ. de paſſione. *Tentauit diabolus poſt, ſeruatori dare potum aceti, cum felle, verum non intelligens, quod id aduerſus ſe ipſum prouocaret, ſiquidem amaritudinẽ iræ, quæ per legis trãſgreſſionem acciderat, quæ obſtrictos tenebat omnes, reddat ſeruatori, at ille ſumens aſſumpſit, exhauſitque,* vt

D. Athanaſ.

vt pro aceto, quod miscuerat diabolus, Christus vino potaret nos sapientia, pro felle daret nobis eloquia dulciora super mel, & fauum, & pro eo, quod ille nostra gustauerat, vicissim diceret nobis, gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus. Fel gustat, & sitit, sitiensque moritur Christus, vt veluti semper sitiens, semperque felle potus, det nobis sui gustum semper, dicens: *Gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus.* sed quid in hac suauitate exhibet Christus? fel iram dicit, & amaritudinem, ira pœnam refert, amaritudo signat peccatũ, vt docuit Diuus Petrus Apostolus, qui peccanti Simoni Mago, dixit. *In felle amaritudinis video te esse.* cum ergo contra hoc fel, suauis sit nobis Dominus ex doctrina Athanasij, felque dicat peccatum, equidem semper suauis nobis est Dominus, vt peccata dimittat. suauitas verè desiderabilis. O peccatores, gustemus, & videamus, quoniam suauis est Dominus, pulchrè D. Chrysologus ser. 6. *Laudate nomen eius, per quod saluati sumus, & in quo cælestis, terrestris, infernaque genuflectit, & diligit Dominum Deum creatura, quia suauis est Dominus; vnde? quia in æternum misericordia eius, verè suauis est per misericordiam, per quam solam, totius mundi amarissimam dignatus est auferre sententiam, ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* habet in ore, fellis amaritudinem Christus, & moritur, vt sit semper suauis in misericordia, & peccata dimittat.

Ps. 33. 9.

Act. 8. 23.

Chrysolog.

Nõ discedo à felle hoc, in quo indulgentiæ mihi exhibetur suauitas. dixit. *Sitio.* Christus, vt humanitas humanitati seruiens, sibi pretiosum redẽptionis fructum hac pietate quodammodo emeret. haurio hoc Christi desiderium, ex Psalm. 61. vbi sic Dauid in Christi persona. *Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti.* moriebatur Christus pro omnium salute, sanguinis sui pretiũ in Redemptionem omnium peccatorum dabat. Repellebãt illi animæ ipsorum pretium, crucifigendo Christum, iustitiam irritabant. quid Christus? sitit, petit poculum, vt poculo accepto, & ipse veluti sui sanguinis, dantibus, se debitorem quodammodo exhiberet: non abest ab his Lorinus in Ps. 78. dicens. *Suppetere volebat inimicis Christus in extremo illo vitæ periculo, benè ad se merendi occasionem, vt merenti siceram darent, vel amaro animo vinũ, vel certè calicem aquæ frigidæ, & quem etiam, vt inimicum habebant, tractabantque, saltem tunc potarent, non omnem prorsus humanitatem exuentes, se seque sic aliqua ratione ad promerẽdam Dei gratiã, passionis fructum, effectum orationis pro crucifixoribus disponerent* optabat, vel pro aquæ pretio, dare sãguinem Christus, vt abluti, digni efficerentur gloria Dei. Ast non porrexit poculum, nisi aceti, cui, & escam associauit Hebræus fel, quod prædixit Dauid Psal. 68. dicens. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* quo cibo, potuque à se omninò Christum eijciebant, sic Lactantius lib. 4. cap. 8. *In escam autem fel, & bibere, vel in sitim acetum dederunt. Inhospitalitatis hanc ostendunt mensam.* Hoc Hebræorum fuit consilium: aliud tamen Christi, semper erga malefaciẽtes beneficus, Christi autem consilium, vt penetretur, supponerè oportet, quod ait D. Athanasius, nempè escam, potumque hunc à diabolo

Psal. 61.

Lorinus.

Sitiuit Christus in cruce, & sitim manifestauit, & quare.

Ps. 68.

Lactant.

Peccator Christum repellit.

bolo fuisse Christo appositũ, nec vitauit Christus. contẽplemur sic disposita isthæc. *Sitio*. dixit Christus, tũc diabolus: dabo, & escam, nõ.n. benè stat sine esca potus: nõ renuit Christus, vult escã, mẽsãq; assidet à diabolo preparatæ, in qua patiẽs, vt inquit Cellẽs. *Impinguabatur*. hoc quæro, cur Christus, veluti ad conuiuiũ, sedeat in cruce, gustetq; fel, & acetũ. sed inuenio illicò, vbi mores antiquorum accurro: sollemnia erant apud antiquos cõuiuia, in quibus, vel mãcipijs dabãt libertatis Chyrographũ: acceptauit cõuiuiũ Christus, sed seruiebãt cõuiuio peccatores, qui erãt serui peccati. *Qui .n. facit peccatũ, seruus est peccati*. ꝙ si seruis libertas datur in cõuiuijs, cõuiuia acceptauit Christus, vt liberaret seruos peccatores: hæc libertas veniã includebat peccatorũ. cùm ergò escã gustat, cũ bibit Christus in cruce, ad liberationẽ, & absolutionẽ seruorũ peccati, iniquorũ .s. tẽdit. nõ lõgè ab his est D. Pet. Chrysol. ser. 29. *Vt modo Christus parẽs, & cõuiua largiatur veniã: nec post Iudex ferat in cõtumaces debitã sine fine sententiã*. parẽs erat Christus in cruce, & ibi cõuiua, cũ escã accepit, & acetũ, in conuiuio hoc, veniã dãs peccati seruos libertate donabat. exceptus à Pharisæo cõuiuio Christus liberauit peccati seruã Magdalenã, dixitq; *Dimittũtur ei peccata multa*. conuiuioq; exceptus in cruce, seruos iniquitatis soluit, cũ ait. *Pater ignosce illis, quia nesciũt quid faciũt*. proditores ô Satan, excipis cõuiuio, & das fel draconũ, propinasq; venenum ad mortẽ, iure proditores ijs, quæ possidẽt orbãtur, tu te peccatoribus priuas, dũ Christũ proditoriè necas. sint igitur Christi peccatores, nõ solũ hoc titulo, sed quia, vt seruos liberat.

Petr. Cell.

Io. 8. 34.

Christus peccatores fel accipiẽs, & acetum liberat.

Chrysolog.

Luc. 7. 48.

Luc. 23. 34.

Dæmon priuat semet peccatoribus.

A Crucis mortẽ elegit Christus, qui omniũ peccata portauit: quapropter, & formã serui accepit, & quia seruus nos seruos repręsentabat, ideò cõuiuãs, vti Redẽptor in cruce, manus extẽdit. explico. Christus vnus erat, & alterũ gerebat, vnus erat in persona sua, qa innocens pro nobis passus est, & alius, quia nos peccatores repręsẽtabat. sed en, illicò, quia nos seruos repręsẽtabat, extẽdit manus, hacq; extẽsione clamauit libertatẽ. ligãtur serui, & genus humanũ, diaboli seruus, ligatũ seruiebat, quapropter inqebat Dauid. *Dirũpamus vincula eorũ*. seruus tũc solutus ostẽditur, cũ manus, brachiaq; extendit, brachia proindè extendit in cruce Christus, vt nos demonstraret liberos. fauet Clem. Alex. orat. adhortatoria ad gẽtes, dicẽs. *Primus homo, quãdo in paradiso erat, ludebat solutus, quoniã erat Dei puer, quãdo autẽ subiecit se voluptati (serpẽs allegoricè dicitur voluptas super ventrẽ repens vitio terreno innutrita materijs) illectus est cupiditatibus, vir effectus per inobedientiã, & cũ Patrẽ nõ audisset Deũ, affectus ignominia. Quantũ virium habeat voluptas? homo qui erat solutus propter simplicitatem, inuentus est alligatus peccatis. Cum voluit rursus Dominus soluere à vinculis, est carne alligatus. O diuinum mysterium, hunc serpentem subegit, & tyrannũ redegit in seruitutem, nempè mortem, & quod est maximè præter opinionem, illum hominem, qui seductus fuerat à voluptate, qui alligatus erat interitui, & corruptioni, extensis manibus ostendit solutum*. En, libertas hominis, en, venia data peccatori, quam vel sitiens procurat Christus, gustansque fel in cruce, vbi peccata remittit, soluitq; captiuum, ille, qui è manibus

Christus seruos ligatos soluit.

Psal. 2. 3.

Clemens Alex.

nibus iustitiæ semper paratus est eripere peccatorem.

Mira in Tabor operatus est Christus Dñs, vbi inter Moysen, & Eliam trãsfiguratus est, & Luca teste. *Apparuit facies eius, sicut Sol, vestimenta autẽ eius facta sunt alba, sicut nix.* ac de excessu, sua, videlicet passione, loquebatur. O quam ineffabilis est Dei misericordia, de morte sua loquebatur, & Solẽ aduocat, & niuem, à quibus, Pierio teste, omnium vita est, in humido enim, & calido vita consistit: quasi diceret Christus, loquor de mea, quam à perfidis passurus sum morte, & moriens vitam in interfectores fũdo. propria operaris tu Domine Deus meus, qui vita es, propterea, ipse qui mors sum, mortique dicatus, dò tibi mortem, tuq; vitam largiris. nõ inepta sunt isthęc, sed quia plena mysterijs sunt Dei opera, scrutor adhuc, cur tunc in vestibus albis Christus effulgeat, cum de passione sua loquitur: loquutionibus his potius rubea vestis decens erat, quã candida: & quid candidum, vbi sanguinis canalibus, quidquid erat in Christo iũctum erat? quid vestis hæc candida præsignat? in huius intelligentiam supponere oportet Christũ in sua passione victimam fuisse, & sacerdotem, sacerdotibus autem puritas conuenit, quapropter, & alba vestiuntur, quia igitur, sacerdos Christus apparere voluit in monte, ideò innocentiam, præfigurantibus indumentis, apparuit indutus, quapropter dixit Vgo Card. hic. *Est autẽ Domini vestitus albus, propter innocẽtiã.* ast, ad quid sacerdos, vbi nondũ sacrificij tẽpus aduenerat? meditor, quæ in Tabor acciderũt, accessit ad Filiũ Pater, audiuit de passione loquẽ-

Luc. 9.

Sol, & nix vitam significant.

Christus dat nobis vitã, nosque ei mortem.

Vgo.

Christus innocens.

A tem. exclamauit, dicẽs. *Hic est Filius meus dilectus.* ac si diceret. O audio filiũ meũ de morte sua loquentẽ, quarè dilectus, innocens, omnibus benefaciens occidetur? audite ò Iudęi, dilectus meus est iste, quẽ occidere nefas est, tantũ effugite crimẽ, at nõ abstinuit impia Iudea, cucurrit ad filij Dei necẽ, vndè mortẽ filij videns Pater, de nube exclamauit, dixitq; iniustè occisũ, qui dilectus est. de nu-

B be loquitur, quia iustitia Dei in nubibus thronũ suum stabiliuit, iuxta illa Dauidis. *Domine in cęlo misericordia tua, & veritas tua vsque ad nubes.* punitione digni erãt occidentes Christũ, ad iustitiã autẽ punire spectat, & quia iustitia in nubibus est, vndè, & Christus iudicaturus, veniet in nubibus, ideò in nubibus loquitur Pater, quasi puniturus Iudęos. quid tũc Christus? albis apparet indutus,

C vti sacerdos. Magnũ Sacramentũ. quod vt penetrare aliquo modo valeã, librũ Numerorũ versor, & crassantẽ iustitiã Dei in Hebręos obstupeo. Insurrexerant contra Moysen, & Aaron, Datan, & Abiron, perierunt, hiatus terrę cibus, nec stetit ira Dei, sed in superbè assumẽtes sacerdotale officiũ, desæuit, cõbussitq; igne. *Sed, & ignis egressus à Domino interfecit ducẽtos quinquaginta viros, qui offerebãt in-*

D *cẽsum.* Nu c. 16. Irritauit mors nõ cõuertit Hebręos, insurrexerũtq; cõtra Moysẽ, & Aaron, quos protegens Deus, delere cœpit duræ ceruicis populum, vorabat iam ignis: ast Aaron inimicis parcẽs, beneficusque in odientes se, stetit inter mortuos, & viuentes, deprecans Dominum, cessauitq; plaga, refertur plaga hæc Sapientiæ 18. refertur, & iræ Dei cessatio, his verbis. *Cùm enim iam acervatim*

Luc. 9. 35.

Ps. 35. 6.

Pater ad punitionẽ vadit crucifigẽtium filium.

Num. 16.

uatim cecidissent super alterutrum. mortui, interstitit, & amputauit impetum, & diuisit illam, quæ ad viuos ducebat viam. In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum. his cessit, qui exterminabat, & hæc extimuit. vestibus cessit. nō vlterius pertransijt iustitia, cùm vestes intuita est sacerdotis, abijt ipsa, & accessit parcēs misericordia. ex quibus ad Christum Albis, vtpotè sacerdotalibus vestibus indutum, cùm de sua passione agit, pergo. occisum se nominabat, accessit in nube, vbi iustitia residet, Pater puniturus delinquentes, quid Christus? ostendit se sacerdotali alba indutum, vestimenta hæc iustitiam detinent Dei, inducuntque parcētem misericordiam: concludendum est igitur, tantam esse Dei pietatem in peccatores, vt à peccantibus ipsis Patris auertat iustitiam, inducatque misericordiam. accinit his Glosa in locum præcitatum Sapientiæ. ***Neque enim indumenta Pontificis purpura, bysso, linoque contexta tribuisset vastator, sed veri indumenta veri Pontificis intellexit, & his cessit. In figura pōtificali Christum futurum prænoscebat.*** ac si diceret, vbi sacerdotis vestibus decorus Christus est, aufert iram, & aduocatus, misericordiam, qua parcitur peccatoribus, obtinet.

Christus iram Patris à peccatoribus auertit.

Glosa.

Quod si Dei iustitiā, nusquam à misericordia seiunctam contēplamur in nube hac, superexaltātem licet introspicere misericordiæ triumphum; iustitiam. Loquebatur ibi de excessu Filius Dei, quo Pater accessit, dixitque. *Ipsum audite, & hic est Filius meus dilectus.* audite mortales excessum Filij mei, considerate, quando nam Pater ab illo dictus sum, tunc scilicet cum pro peccatoribus orauit ipsum crucifigētibus: O qui excessus est hic, hic est, de quo cum Elia, & Moyse loquitur. ipsum audite, audite me illum filium fatentem, si ille dicit. *Pater dimitte.* En, respondeo ipse. *Hic est Filius meus dilectus*, dilectus est, dum pro peccatoribus orat, dum parcit, dum redimit. quid autem petenti dilecto negabitur? amo parcentem peccatoribus, parco, dilecto orante, vndè de nube vox facta est. sed quid nubi, cùm peccatorum dimissione? dicam: maculāt peccata, ex nube imber est, maculas purgans, & gratiam peccata delentem signat: de nube igitur vox Patris auditur, quia nescit non parcere peccatoribus, in nube est, vt ipsa misericordiā præseferens, Dei locum misericordiam erga peccatores esse designet. accinit Vgo Cardinalis in Lucam, dicens. *Moraliter per nubem hanc significatur gratia.* loquitur de excessu Christus, memorat peccatores crucifigentes, & en gratiæ nubes, quia peccatoribus gestit parcere Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere. Quam pietatem peccatoribus exhibitam, gratiamq; in impios diffusam, adeò pēdit Dominus noster Iesus Christus, vt peccatores illa suscitati, suæ resurrectioni æquet, ac tantum impiorū à peccatis resurrectionem existimare videatur, quātū suā à morte. Resurrexerat iā Christus Dominus, sed nondū Magdalenæ se manifestauerat, vndè illa sepulchrum respiciēs vacuū, stabat ad sepulchrū, lacrymis; reuocare conabatur, quē credebat ablatū. *Maria autē*, inquit Ioan. c. 20. *Stabat ad monumentum foris plorans.* exquiro, cur ad monumentum impellar Deus mulierem, ibi-

Luc. 9.

Nubes symbolum misericordiæ.

Vgo Card.

Resurrectionem à peccatis suæ resurrectioni cōparat Christus.

Io. c. 20.

ibique firmet stantem, quę domicilia incolere debebat? quando non mulier extra domum periculis exposita? quando non peccatorum laqueus fuit Magdalena ciuitatem perambulans? quid est, quod tardat in via, stat ad monumentum, moratur in horto? an fortè, quia, vbi mortis est consideratio cessat peccandi periculum? concedo. sed, cur festinus non apparet ei Christus, solaturque lugētem? Dicam, quod sentio per transitum, postmodum ad rem accessurus. præuidit Isaias Christi sepulchrum, & c. 11. dixit gloriosum. *Et erit sepulchrum eius gloriosum*. quod si gloriosum prædixit, in eo vtique gloriā apparere consentaneum erat: audio mox Ecclesiam, ità ad Deum clamantem. *Propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum*. ad gloriam Dei redundare, ait, peccata dimittere, & parcere peccatoribus; & ità in visione peccatoris, cui Deus pepercit, gloria Dei effulgebat. Madgalena, illa erat, cui Deus dixerat. *Dimittuntur ei peccata multa*. vndè Magdalena Christi glorię impressio erat, quia autem sepulchrum Christi gloria signandum erat, & in Magdalena, cui Deus peccata dimiserat, Dei gloria, effulgebat, idcircò ad sepulchrum suum stare voluit, & *Stabat ad monumentum foris plorans*. adduco Lyram epist. Pauli ad Rom. sic dicentem. *Peccatores egēt gloria Dei, idest gratia sui, per quam apparet gloriosus*. Remissio peccatorum Dei gloriā promulgat, vndè Magdalena, cui pepercit, pro gloria stat ad sepulchrum, quod gloriosum fuit dictum ab Isaia. Nunc ad propositū redeo. stat Magdalena in Domini sepulchro, cur hoc? declarę ex Christi moribus. Discessurus ab Ecclesia militanti Christus, reliquit Petrum, qui idcircò Petrus dictus est, quia petra erat Christus, super quem Ecclesia ędificata est, vt igitur Ecclesiæ alterum pro se, siue alterum, quasi se, relinquere manifestaret, Simonem, vocauit Petrū. Discessurus erat, relicturusque matrē, cui reliquit Ioannem, sed non prius, quàm filium Virginis nūcupatus esset. *Mulier ecce filius tuus*. vt hinc ostēderet alterum se Matri relinquere, quippè, quia Ioannem Virginis effecerat filium, vt ait Petrus Damianus: itaque Christus, cùm aliquibus personas in sui locum relinquit, sibi prius assimilat, relicturus erat sepulchrum, in quo resurrexerat gloriosus, alterum igitur se veluti gloriosum resurgentem relinquere quasi debebat sepulchro quem relinquit? certè Magdalena, quæ discedentibus Apostolis, non discedebat, sed ibi videbatur, *Stabat ad monumentum foris plorans*. hæc Magdalena illa erat, quæ à peccatis resurrexerat, quod si Christus, cùm loco suo aliquos relinquit, sibi assimilat, & sepulchro, in quo resurrexerat, linquat Magdalenam à peccato iam viuificatam: Equidem concludere fas est, peccatoris à peccato resurrectionem, tātam existimare, cum parcit Deus, vt suæ resurrectioni assimilare videatur. his alludit Isaac Presbyter lib. de mundi contemptu, dicens. *Quæ est resurrectio animæ, quā dixit Apostolus, si consurrexistis cum Christo, illud quod dixit Apostolus, Deus qui dixit de tenebris lucem irradiari, verè in cordibus vestris resurrectionem vocans, ostendit recessum, à vetustate videlicet, vt fiat*

Vbi mortis est cōsideratio cessat peccandi periculum.

Isai. c. 11.

Pepercisse peccatoribus gloria Dei est.

Magdalena, cur in monumento vocauerit Christus.

Lyra.

Io. 19. 26.

fiat homo nouus, nihil habens de ve- teri. Dabo eis cor meum, & spiritum nouum, tunc enim figuratur Christus in nobis. cùm à peccato resurgimus, tunc Christus à mortuis resurgens figuratur, estque in nobis, alter Christus resurgens est, qui à peccato resurgit, resurre- ctionemque à peccato existimat, veluti suã Resurrectionem Christus: Ad hanc naturaliter anima eius tendebat: & proprietate naturali quadam tendit ad resurrectionem impiorum à peccato Christus, quæ per culpæ dimissionem fit, infusionemque gratię. En quanti parcere peccatoribus facit Deus.

Christus quadam naturali proprietate vadit ad resurrectionem impiorum.

Tanti equidem, vt vel suæ cõparet gloriæ, suis æquipararet sollemnijs. Ierant ad monumentum Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salome, vt corpus Iesu vngerent, quod, quia resurrexerat, non inuenerunt. Viderunt tamen Angelum, qui lapidem monumẽti euoluerat, coopertum stola cãdida, & sic eas affatus est. *Nolite expauescere Iesum quæritis Nazarenum crucifixum: surrexit non est hic*. Marc. 16. Non erat illic, qui ierat ad expectantem Matrem, quæ tum quia in fide non defecerat, nec necessarium putabat illud vngere corpus, quod inter mortuos mox non futurum erat, tum quia defecerat doloribus, eratque viribus destituta ad sepulchrum nõ perrexerat. ità Eusebius Emissenus in Bib. Sanctorum Patrum super hoc Euangelium. *Surrexit non est hic, sed expectate paulisper, & videbitis eum, non enim ibi erat præsentia corporis, qui vbique est potentia Diuinitatis: sed, vbi tunc eum fuisse putamus? ego quidem dicere timeo, quod Euangelistę non dicunt. & fortasse ad Ma-*

Marc. 16.

Virgo, cur nõ ierit ad sepulchrũ.

Eusebius Emissen.

A *trem ierat, quę eius amoris desiderio plus omnibus afficiebatur, quod autẽ ipsa inter omnes mulieres Beatissima Virgo simul cum alijs ad monumentum non venit, hęc, vt opinor causa fuit, quia ex quo vnigenitum Filium suũ teneri, flagellari, & crucifigi vidit, delicatis manibus, delicata pectora tundens, & se dolore nimio, vigilijs, ieiunijsque affligẽs, iam viribus pariter, & spiritu attenuata, alicubi sola in secreto sedebat, & de* B *bis, quę sibi acciderant calamitatibus, lamentabatur, & flebat*. Solaturus Matrem, ad illam ierat Dominus, cùm illic, quo mulieres conuenerant, non erat. Matrem, inquam, quę doloribus circundata, viribus, non amore, non fide, non spiritu, qui in Deum erat, defecerat, sed corpore languebat, quæ si pectora tutundit, vt inquit Doctor iste, non sic percussit, vt solent dolorum prædæ mulieres, C sed semper modestiam, quã nusquam dereliquit, seruans. sed hactenus de his. & vado ad Angelum, qui coopertus stola candida apparuit. *Viderunt iuuenem coopertum stola candida*. versatur hunc locum Haymo, expenditque, cur albis vestibus ornauerit se Angelus, vbi rubea sunt Christi vestimenta, quibus adhuc euolauit in cœlum? & inquit. *Per stolam designatur totum vestimentum, in can-* D *dore vestis, designatur lętitia sollemnitatis, quoniam solent homines diebus festis pretiosis, & candidis vestimẽtis indui; Domini nostri Iesu Christi festiuitas hominum fuit, & Angelorum*. celebrant, vel vestibus ornati Saluatoris Resurrectionem Angeli, & iure, quia illorum, qui reparantur, festiuitas est, Resurrectio. Trãseo à Paschate ad Dominicam in Albis. gaudet in albis vestibus Ecclesia, at Euangelica

Viribus destituta erat Dei genitrix propter dolorem in passione conceptũ.

Haymo.

In officio diei.

lica lectione perlecta, illicò concrepans in laudibus intonat. *Alleluia.* repetitque Nouies. expeto, cur post Euangelium Nouies cātat alleluia? designantur in his laudibus Angelorum cantica, quia autem nouem sunt Angelorum chori, ideò nouies. *Alleluia.* repetitur, vt hoc indicetur, nec vnum angelorum chorum à canticis, ac sollemnijs abstinere. peto iterum, cur post Euangelium omnes insonant. *Alleluia.* Proh, in Euangelio illo Resurrectio Thomæ nunciatur, gratia Dei, qua pepercit Thomæ, vndè, & à peccato surrexit intimatur, quia autem gaudium est Angelis Dei in cœlo super vno peccatore pęnitentiam agente, ideò omnes Angeli gaudent, tripudiāt omnes, canūt, nec vnus chorus dimittit. *Alleluia.* Sed quando hoc? quando octaua est Resurrectionis Christi, aio, nunquid dies octaua, nō correspondet primę diei festiuitatis? cur Christi Domini Resurrectionis linquunt celebrare octauam Angeli? & omnes audita Resurrectione Thomæ, illi concinunt? cædit ferè Deus iuri suo, vt demonstret, adeò in peccatoris veniam, & resurrectionem tendere, vt ipso resurgente, dum festiuitatem eius celebrant Angeli, gloriā resurrectionis peccatoris sollemnizent, & efferant diem omnium sollemnissimū. tetigit isthęc D. Bonauentura in Luc. cap. 15. dicens. *In expressione huius gaudij permagnifici, idest Angelorum gaudij, notatur humani generis reinuentio iucunda, hoc est gaudium nuptiale, de quo exultant cęlestes ciues. audiui quasi vocem tubę magnę, & cęterorū, dicentium Alleluia. sequitur, Gaudeamus, & exultemus, quia venerūt nuptię agni, & vxor eius pręparauit se, desponsauit enim Agnus sanctam Ecclesiam de peccatoribus collectam, & habet Agnus ouiculam reinuentam.* perierat Thomas ouicula, reinuenit Christus, pepercit, accepit in sponsam, dans suis digitis anulum plagarum, & Angeli canunt. *Alleluia.* miscet Christus suam, & animæ à peccatis resurrectionem, vt gloriam suam esse nunciet veniam datam peccatoribus, eorumque resurrectionem à peccato.

D. Bonau. Dominica in Albis, octaua. s. Resurrectionis iūgitur Resurrectioni Domini.

A

B

Sed cur, non gloriam suam pubit peccatorum conuersionem, absolutionemque criminū Christus Deus noster, cùm vel ab ipsa æternitate ad hoc quasi genitus sit Verbum à Patre? Pondero ex Theologis, primæ Personæ in diuinis proprietatem, eamque esse Paternitatem, cum eisdem affirmo. quod sic declarat Suarez lib. 8. de Trinit. cap. 1. In prima Persona, duæ sunt tantum notiones, Paternitas scilicet, & innascibilitas. Paternitas positiua notio est, innascibilitas priuatiua, positiuum autem priuatiuū præcedit, vndè Paternitas est relatio prima, per quam Pater in esse Patris constituitur. quomodo autem prima proprietas dicatur, & sit, non declaro. sed legat, qui scire cupit Suarium & trāseo à proprietate Paternitatis ad Filium Dei, qui Verbum dicitur, & est. vndè dixit Ioannes. *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* procedit enim per intellectū, quodque ab intellectu procedit Verbum est, vt patet etiam de Verbo creato, remotis imperfectionibus Verbi creati Filius Dei Verbum est Patris, peto autem, cur hoc nomen Verbi, in principio detur Filio Dei? Si Pater constituitur

C

D

Ioan. 1.

tuitur in eſſe perſonæ per Paternitatem,& Paternitatis terminus ſit filiatio, potius filij nomine, quam Verbi videtur debuiſſe vti Ioannes Euangeliſta, licet enim Filius,& Verbum idem ſint,tamē notius eſt nobis, & manifeſtius nomen Filij, quam Verbi. in huius difficultatis moralem explicationem geſta incarnati Verbi cōtemplor. mortuus iam erat Lazarus, fœtebat non Chriſto, qui ſuſcitare volebat, ſed ipſis ſororibus:putet,fętet,vel ipſis charis, peccator, cuius figura Lazarus erat,vt ſentiunt D. Auguſt.& Rupertus: ad hūc venit Ieſus, vt habetur Ioan. cap. 11. iuit ad ſepulchrum, duxit ad vitam, ſed verbo,& voce. *Magna voce clamauit, Lazare veni foras*. quod premens Diuus Auguſt. ait. *Voce magna clamauit*.& inferius premens Lazari è ſepulchro egreſſum, inquit. *Quid eſt enim procedere,niſi ab occultis,veluti exeundo,manifeſtari? ſed,vt confitearis, Deus facit magna voce clamando*. Voce, Verbo conuertit Deus, quod etiam docuit D. Iacobus Apoſtolus Epiſt. 1. dicens. *Suſcipite inſitū Verbum, quod poteſt ſaluare animas veſtras*. Verbo ſaluat Deus: quod ſi ab æterno Verbū à Patre eſt, & Verbum dictum eſt à Ioanne, licet potuiſſet dici filius:concludendum eſt, adeò in peccatorum ſalutem,eorumque conuerſionem inhiare Deum,vt ab æterno hac propenſione videatur genitus filius Dei. hoc tetigit D. Bernardus cum dixit ſerm. 1. de circumciſione. *A natura propria habet, vt ſit Saluator*. Habet à natura, vt ſaluet Deus,quæque naturalia ſunt,minimè effugimus, nō effugit Deus parcere peccatoribus, imò occaſiones inueſtigat, inquirit, rima-

Ioan. 11.

Iacob. epi. 1.

Deus filius ab æterno genitus cū quadam propenſione parcendi peccatoribus.

A tur, etſi non parcit, & ſaluat, veluti reum delicti ſe ſe manifeſtat. Clamabat pro peccatoribus Dauid, ſicque cœlum nimis, vti videtur,audax pulſabat. *Conuertere Domine libera animā meam*. quid ais Dauid? Deo nè conuerſionem intimas? nunquid auerſus, aut peruerſus eſt Deus? quid eſt, quod effutis? *Conuertere*. ſtupet Chryſologus ſerm. 45.& ait, *Conuertere Domine ait,Homo Deo,reus*

B *Iudici, addictus ſic loquitur cognitori. Conuertere Domine. Homo peccat,& Deus conuertitur*. conuerſio, quid notat, niſi à peccato reſipiſcentiam,nunquid peccatum,aut iniquitas eſt apud Deum,vt conuerti neceſſe ſit? abſit. quid eſt, quod ait. *Conuertere*? à Dauide, Dauidem ſcrutabor. Peccauerat iam, aſt à Natan monitus ſurrexit, iuitq; ſupplex ad Dominum multitudinem miſericordiarum

C petens,dixitque. *Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci, vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas cum iudicaris*. inuoluta enigmata. non Deo ſoli peccauit Dauid, ſed Vriæ, quem honore, & vita priuauit:& dato,quod Deo ſoli peccaſſet, quia in comparatione offenſæ Dei hominum iniuria non eſt. quid eſt, quod ait, ex peccato Dei iuſtificationem patefieri? nū-

D quid peccator eſt Deus, vt iuſtificari indigeat? nunquid iuſtificatio ſolum peccatorem nō tangit? iuſtus eſt Deus, ſolus homo peccator,qui iuſtificari poteſt:cur ergo, Deum peccatori homini parificat,ni miſereatur, Propheta? In Dauidis oratione intellectum ſupponendum eſt, Deum peccati poſſe dici reum, ſi aliquando mendacio obſtringeretur, cur .n. non deficeret à ſe, qui prima veritas eſt? Certum eſt autē Deum mul-

Pſ. 6. 5.

Chryſolog.

Pſal. 50.

multoties pollicitum pœnitentibus misericordiam, & præcipuè Deut.cap.30.vbi sic ait. *Cum ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio, siue maledictio, quam proposui in conspectu tuo, & ductus pœnitudine cordis tui, in vniuersis gẽtibus, in quas dispersérit te Dominus Deus tuus, & reuersus fueris ad eũ, & obediens eius imperijs, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filijs tuis in toto corde tuo, & in tota anima tua, reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua, ac miserebitur tui*. pietatem Deus, & misericordiam promittit omnibus pęnitẽtibus. si Deus his promissis non staret, equidem videretur mendax, & à veritate deficere, qui à veritate deficit peccat, Deus igitur non stando promissis, ac non parcens pœnitentibus videtur peccator. & en, quid ait Dauid. *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci*. ac si diceret, ò Domine fateor magnũ esse peccatum meum, quia tibi soli peccaui, cui fui ingratus, eleuasti enim me à tugurio ad Palatia Regis, à pastorali baculo ad Regnum, agnosco peccatum, cõfiteor, doleo: quid tu? ab ira conuerti debes ad misericordiam, quia, dum non parcis pœnitenti, videris peccator, & mendax, non stans promissis tuis, conuertere ad misericordiam, & en iustus statim iudicaberis. fauet his Beda in Psal.50.dicens. *Ideò te solum rogo, vt miserearis mei, quia tibi soli peccaui, vt iustificeris in sermonibus tuis, idest, sis verus in omnibus verbis tuis, & vincas, quia solus sine culpa iudicaris*. ac si diceret. tunc sine culpa iudicaris, cum stas promissis tuis, miserere igitur pœnitentis, quia misereri promisisti, & sine peccato iudicaberis. O quam anhelus est Deus ad peccatorum

Deut. 30.

Beda.

A dimissionem, ni dimittat, veluti peccator existimari vult, ac non stans promissis suis. firmat hæc ipsemet Deus Isaię cap. 1. dicens. *Quiescite agere peruersè, discite benefacere, &c. & arguite me dicit, Dominus, si fuerint peccata vestra sicut coccinum, quasi nix, dealbabuntur, & si fuerint rubra, velut vermiculus, sicut lana alba erunt*. Arguite me, inquit, si non pepercero post pœnitentiam. quis argui potest,

B nisi peccator? peccatorem ergo se veluti constituit Deus, ni pœnitenti parcat, & peccata dimittat. vndè Lyra. *Si feceritis, scilicet, declinaueritis à malo, & feceritis bonum, vt superius inquit, tunc poteritis conqueri, nisi à Deo releuemini à peccatis*. hinc ipsemet Christus, vbi de cruce sua loquebatur, dixit. *Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam*. cur tunc quidquam non inuenitur?

C Dimittebat peccata, & innocens iudicatus est, vicitque iudicatus, nam vt inquit D. Augustinus apud Didacum Stellam in Lucam cap. 15. super illa verba Pauli iustificati gratis per gratiã ipsius in Ps. 129. *Si Deus non reciperet confugientes ad se, esset in Deo iniquitas*. ex quibus, cur conuersionem intimet Propheta Dauid Deo, patescere aliquatenus potest, moribus nostris altissima Dei

D accomodat Propheta, auersus videtur Deus cum peccata non dimittit, cùm pietatem non effundit, parcat peccatoribus, effundat misericordiam, & en, rectus, & bonus illicò iudicatur, quia autem conuersio iustũ declarat hominem, ideò ad sanctitatem Dei iudicandã Dauid, cum parcit, ait. *Cõuertere Domine vsquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos*. fauet Chrysologus serm. citato. *Vt pium*

Isai. 1.

Deus quasi peccator, ni parcat pœnitenti.

Io. 14. 30.

Ps. 129.

Chrysolog.

filium te conuerſio demonſtret, quem poteſtas terribilem comminatur. Homo dicit Deo conuertere; ſed quando conuertitur? cum pietatem effundit; pietas ergò in peccatorem, quaſi rectum, ſanctum, innocētemq; demonſtrat Deum, qui ſemper iuſtus eſt, ò quæ pietas hæc eſt, quam emicat miſericordia eius, uerè ſuperexaltat miſericordia iudicium, verè Dei thronus miſericordia roboratur, verè obſtupeſcet quiſquis tātam Dei in nos miſericordiam contemplabitur, *Conuertere*, inquit Chriſologus *de Domino in ſeruum.* Videamus quęsò iſtam conuerſionem ad parcendum peccatoribus ordinatam. Diſceſſurus ab hoc mundo ad Patrem, vidit inter Apoſtolos ſuos Iudam auaritiæ telo confoſſum, in huius cor, Diabolus miſit, vt traderet Dominum. *Cum miſiſſet Diabolus in cor.* vide, quàm abhominabile eſt cor peccatoris, Diabolus, qui inferni odorat fętores, ignis ſuſtinet cruciatus, vt vidit cor Iudæ, peccati cloacam, abhorruit, non intrauit, immiſit tantum cogitationes. Horrendum monſtrum peccatoris cor, inferno peius. Aſt Chriſtus, qui neminem perire vult, qui veluti crimen putat pænitentibus non parcere. Quid dimiſit, vt molliret Iudam, & ad pęnitētiam inuitaret? accepit aquā, miſit in peluim, cæpitque lauare pedes Diſcipulorum, lauit pedes Iudæ, ac lauando genuflexit antè eum, oſculatus eſt pedes, vt prouocaret ad pænitentiam, & parceret. vndè Stella in c. 15. Lucæ. *Exemplum ſit tibi Iudas, quem perditum Dominus, vt ad gregem reduceret, genibus flexis, illi ſupplicare non dubitauit, & oſculatus eſt, & poſteà dedit illi buccellam intinctam*

Ioan. 13. nu. 2.

Diabolus horret peccatorem.

Doda 19. Stella.

A *in agno, manu ſua, deniq; corpus, & ſanguinem ſuum; illum, vt alliceret ad ſe, amicum vocans, tribuit.* Conuertere de Domino in ſeruum; vt ſaluum facias. Quod ſemel cum Iuda fecit, ſępius facit nobiſcum, ò peccatores, cùmque ad peccata properamus, cùmque malum cogitamus ad conſumationem, O genufleƈtit, & rogat, tenetque pedes, vtque non derelinquamus eum, poſtulat gemitibus inenar-
B rabilibus. Verè Iudæ peiores, ſi tantæ humilitati, non cedimus, ſi tot lachrymis non mollimur. O pijſſime Ieſu Chriſte, deſine luctū tempera fletum, abſterge lachrymas; cur enim lachrymabitur innocens? cur luctibus replebitur gloria tua? conſolare, & exaltare in finibus inimicorum tuorum, iuſtum eſt, vt à dextera, ad ſiniſtrā præcipitetur, qui dexteram contemnit, tranſeatquè de filio in re-
C probum, qui filiationis iura, non cuſtodit. Sed, O, dixi filium, & en agnoſco commota viſcera Patris, ò Deus meus, & omnia tu mihi Dominus, tu mihi Rex, sed quid aio? tu mihi Pater, tu mihi Mater, puer ſum centum annorum, cum conſilio cedens in peccata dilabor; ſed tu Matrem, tunc te mihi oſtendis, papillam porrigis, & lacte pietatis nutrire vis peccantem, vt viuam ad gratiam, cur-
D ram ad miſericordiam. Si perdidi filij iura, tu nunquàm perdis ea, quæ Patris ſunt, amplecteris, vt Pater, & videns mortuum, fles Dauidis ad inſtar, qui Abſalolem vitæ Patris inſidiantem eiulans, aiebat. *Fili mi Abſalon. Abſalon filimi. Quis mihi tribuat; vt ego, moriar pro te Abſalon filimi.* Quis Domine te allexit ad Euchariſtię ſacrificium, niſi deſiderium moriendi pro peccatoribus? mortis

2. Reg. 18. n. 33

tuæ in illo sacrificio commemoratio fit,& mihi videris ibi sic dicere peccatoribus. O peccatores filij mei mortui in peccatis, respicite me in Sacramento altaris, vbi me offero pro vobis Patri. Moriar pro vobis,resurgite, viuite. Datum est mihi,vt morerer pro vobis. ineffabilis Dei pietas. A

TEXTVS B

VERS. VIII.

Editio Vulgata.

Peccata populi mei comedent; & ad iniquitatem eorum sublenabunt animas eorum.

Sanctes Pagn.

Peccatum populi mei comederunt & ad iniquitatem eorum,leuauerunt animam suam. C

70 Interp.

Peccata populi mei comedent: & in iniquitatem eorum, accipient animas eorum.

Vatab.

Peccatum populi mei comederunt, & ad iniquitatem eorum, attollant animas suas. D

Editio Chaldaica.

Comedendo peccata populi mei,vt accumulent peccata peccatis animarum suarum.

Paraph. Castri.

Nam pœnas decepti per eos populi ipsi luent: & eoram habentes eius impietatem, cuius in causa fuerunt, in perpetuo cruciatu ferent animas suas.

COMMENTARIVM iuxta literam.

SAcerdotum peccata adducit hic Deus, vt quàm iustè desæuiat,patefiat. Ipsi populi peccata comedebant, subleuabantque animas eorum. Comedebât, inquam, nec tempus huius comestionis differebant: vndè notandum est, quod vbi vulgata lectio legit. *Comedent*, in futuro,illud non stat pro futuro, sed pro præsenti, vel præterito, vt notant Editio Chaldaica, quæ transfert. *Comedendo*, & Sanctes Pagn. trâsferens. *Comederunt*; & quidem,vt notant interpretes, non est nouum apud Hebræos, præsens têpus,futuro dicere. Ratio autem, quarè præteritum, vel præsens tempus notetur hic, & non futurum, est, quia Deus non punit peccata futura,dedecet enim sũmam illam misericordiam, quæ sustinet in multa patientia vasa iræ apta in interitum. Hic autem, pæna notatur Sacerdotum, quorum,in ignominiam, honorem commutaturus cõminatur Deus *Comedent*. quapropter,ait. *Peccata populi*, & potior sensus, magisque comunis est, Sacerdotes comedere hostias,quæ pro peccatis offerebantur. Hostiæ enim peccata dici solent, vt patet ex Leuit. cap. 10. vbi dicitur. Cur non comedetis peccatũ? q vertit Vulgatus interpres,hostiam pro pecca- *Deus peccata futura non punit.*

to

to. & Chriſtum Deum noſtrum A hoſtiam pro peccatis, peccatum nominauit Apoſtolus epiſt. 1. ad Corinth. cap. 5. *Eum, qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit.* quem ſenſum ſequuntur Cirillus, & Teodoretus hic, ex aliorum ſententia,& quæſt. 10. in Leuit., Anaſtaſius Nicen. in fine lib. quæſt. in ſcriptur. Theophil. D. Auguſt. ſer. 48. de verbis Domini, Haymo, Albertus, Vgo, Lyra, Dionifius, alijque. Secundum B placitum eſt eorum, qui aiunt ſacerdotes diſſimulare peccata populi, auaritiæ attendentes, & ſeruientes huic vitio, non corrigebant, muneri ſuo ſatisfacientes, peccantem populũ, quia ob peccata ſacrificia offerri debebant, quæ in eorum cędebant vtilitatē. impeditũ eſt à ſermone os comedens, ait, quapropter *peccata populi mei comedent*, quia vti canes muti, nō deterrebant populũ C à peccatis. Vtinam, temporibus hiſce, primi ſacerdotes, quorum munus eſt populum à peccatis auertere, non comederent ea, ad pœnas pecuniarias potius anhelantes, quam ad lucra animarum. Soluant impij, & retineāt ſecum peccandi occaſionem, extorquet pecunia concubinariorum abſolutionem, hæc declarat abſolutos, non reſipiſcentia à peccatis. faxit Deus, vt oculos ſuæ beni- D gnitatis ſuper populum ſuum inclinet, deleatque Prelatos, qui ad Ieroboam ſimilitudinem, perdūt animas Chriſti ſanguine pretioſo redēptas. Reſpexit prophetia hæc ſic explicata, nedum illa tēpora, ſed iſta, nedũ Hebræorum, ſed Sacerdotum Chriſtianorum mores, quæ explicatio eſt Ruperti, Vgonis, D. Gregorij homil. 17. in Euangēlia, & aliorum.

1. Cor. 5.

Adſunt tertiæ claſſis Doctores, Teodoretus videlicet, Chriſtophor. Caſtro, & alij ex modernis, qui cogitantes nos panem comedere ex ſemine prius iacto, inquiunt, ſacerdotes pœnas portaturos peccatorum populi, ex eo, quia malo exemplo ad peccata traxerunt. quis ignorat ſacerdotes, Prælatos populo, diſtrictā in iudicij diſcuſſione rationem reddituros pro animabus ſibi cōmiſſis, & multoties illi damnabuntur, qui cæteris conſideratis digni eſſent præmio Beatorum, at quia pigritantes, curam animarum ſibi commiſſarum neglexerunt, peribunt in æternum, anima condemnata, quæ pro ſua negligentia à Cœlorum Regno excluſa eſt, imò illa in cœleſtibus admiſſa ſedibus, q̃, ſpectata Prælati ſacerdotis negligētia, damnari potuit. quid dicendum de ijs Prælatis, & ſacerdotibus, qui vita, exēplo, verbis, peccata in populo ſerunt? heù comedent, quod ſeuerunt, & in æternum centuplam comedent pœnam, in eorumque menſa ſedebunt, quorum cibus ignis eſt. Relatæ hæ explanationes ſunt omnes textui conſonæ, non tamen accedit ad germanum ſenſum interpretatio Rufini, & Alexandri Primi epiſt. 2. qui in bonum ſenſum diuertentes prophetiam, aiunt, ſacerdotes peccata populi comedere, quia orationibus, & deprecationibus delēt. vndè inquit Rufinus. *Ipſi ſacerdotes populo interpellant, & populi peccata comedunt, qui precibus ſuis, & oblationibus, ea delent, atque conſumunt.* non inquam germanus eſt hic ſenſus, quia in prophetia de vitijs, & peccatis ſacerdotũ agitur, quibus debita pęna à Deo cō. minata, reſpondebat, vndè explo-

Sacerdotes orationibus peccata delent.

ditur sequitur. *Et ad iniquitatem eorum subleuabunt animas suas.* vbi primò notandum est. quod pronomen. *Eorum.* vertitur etiam, *suam*, vel *animas suas*. vt vertit Sanct. Pagn & Vatab. & ratio est, quia pronomen relatiuum tertiæ personæ apud Hebræos est ambiguum, vndè potest tùm sacerdotibus, tùm populo aptari, quod etiam notauit D. Hieronymus in cap. 6. Isai. vbi de Seraphim alis velantibus sermo est, & potest intelligi, quod vel velabant pedes suos, vel pedes eius, scilicet sedētis super thronum. Ex ambiguitate autem huius pronominis relatiui, variæ oriuntur expositiones Doctorum, nam aliqui aptātes sacerdotibus, aiunt, sacerdotes ad populi peccata subleuare animas suas, quia eorum desiderium, quod in auaritiam ferebatur, adimplebatur. En, quo peruersitas sacerdotum peruenerat, vt peccata populi desiderarēt ad proprium corporale cōmodum, alij pronomen aptant populo, & inquiunt, sacerdotes palpando, & extenuando peccata leuare animas populorum, qui horrorem peccati non concipiendo in illud libentius ferebātur: aiebant etenim sacerdotes, ea, quæ vos nimium conturbant (nō enim synderesis ad bonum semper prona vacabat à diuersione peccatorū) non sunt peccata, aut leuissima, & fragilitati humanę ascribenda, pœnam non merentur. Leuate animas vestras, tristitia depressas, sit vestrum peccatum, super nos, quid veremini? horum filij erant, qui dixerunt tandem. *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* &

Matt. 27. 25. Sacrilegiū execrādum perpetrarunt, ac minimè dicebant peccatū, imò maximum Dei obsequiū. O si stetisset in Hebræis malum; tolerabilius esset. Quot confessarij peccata extenuāt, imò malum dicunt bonum. rapinas, vsuras, obscęna canonizant. Verè hodie eiulare potest Deus, & per Prædicatores suos dicere. *Ad iniquitatem eorum subleuabūt animas eorum.* hæc de textu.

ANVLVS XXXVII.

Non est innocens, qui aliorum peccatis assentitur.

PECCATA, &c.

Nec filius, quem lex humana, & diuina Patris hæredem constituit, peccata hęreditat. portat vnusquisque peccatum suum, figiturque in corde facientis. extrinseca sunt, quæ ad alios trāsire possunt: at nō peccata; quæ intra peccatorem sunt: vndè dixit prodigus. *Peccaui coram te.* corā Deo peccauit, quia lucidiores oculi Dei super Solem intima penetrāt hominis, intima custodiunt, forasque ad alios prodire nequeūt, quapropter mirum ingerit, quod profert noster Hoseas inspirante Deo. *Peccata populi mei comedent.* etenim, qui comedit aliena, aliorum cibum suum facit, clauditq; visceribus suis. In prophetiæ intelligentiam. Pondero dicta Iob cap. 31. *Si vidi*, inquit, *Solem, cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & latatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo, quę est iniquitas maxima, & negatio contra Deum.* scio hic loqui Iobum de idolatria. Assirij enim, & Phęnices, & alij adorabant Solem, sub varijs cōmentis, nempè sub nomine Adonidis, quem Venus, idest terra lu-

Luc. 15. 18.

Iob 31. 26

get

get absentem, vt notat Pineda in Iob ex Macrobio primo Saturn. sub nomine Attinis, Osiridis, &c. quæ commenta nota sunt apud Macrobiũ, Diodorũ lib. 1. cap. 2. Maximum Tyrium, aliosque, ac manuum osculum, ad summam Deorũ laudẽ aptari. Deus enim res est, qua maior excogitari nequit, quapropter, nec intellectus digna Deo excogitare, aut lingua proferre potest, vndè silẽtio laudandus est: Manum autem osculantes, velut sigillo os claudunt, vt sileat, sicque antiquitus adorabant. vndè Iob ab hac adoratione Solis, siue Lunæ, & aliorum idolorum, se prædicat immunem. at ex Caietano legere possumus. *Si vidi Solem, cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè, &c. & leuaui manum meam, quæ est iniquitas maxima.* quæro, quod peccatum in Solis visione, aut Lunæ fit, eleuate manum? Nunquid manum leuare est voluntate eis adhærere? nunquid manus eleuatio, aliquãdo non est in contumeliam? cur igitur maxima iniquitas est manus eleuatio? Iobi sensum eruere conabor ex Ægyptiorum moribus, de quibus Pierius Valerianus lib. 35. vbi ait. *In militaribus verò alloquutionibus, sublata manus consensus, & approbationis Hieroglyphicum est. vndè toties apud Xenophontem, si quod propositum, esset scitum, facere se profiterentur, manus tollere iubebantur.* nec in Ægyptijs quieuit hic mos, etenim Diuus Paulus, qui vnanimi consensu orationes ad Deum fieri optabat, exhortabatur, vt eleuatis manibus orarent. *Orate*, inquiens, *in omni loco, leuãtes puras manus.* adorabant Phœnices Solem, & Lunam, si Iob leuasset manum consentire eorum peccatis demon-

Manum osculari, quid signet

Deus silẽtio laudatur.

Manum attollendi mos.

1. Timot. 2. 8.

A strabat, hoc dicit iniquitatẽ maximam. concludendum est igitur, aliorum peccatis consentientes, nedum nõ esse à peccatis immunes, sed maximo peccato irretiatos, maculatosque. accedit Diuus Ambrosius in epist. ad Rom. cap. 2. dicens. *Sunt quidam, qui se reos non putant, si non operentur, quę mala sunt, assentiunt autem facientibus. Assentire autem, si cum possit reprehendere, taceat: aut audiens has*
B *fabulas adulețur, est peccare. Sciens enim impurus, & malignus, nõ ignorari, quæ agit, & minimè se vitari, sed etiam honori esse, gloriatur fore se talem, nec confundi potest in his, quando videt faueri sibi, & obsecundari ab ijs, qui non sunt tales, & isti ergo, vt qui fomitem præbeant delictis illorum, dignum est, vt pari crimine rei habeantur.* Sunt iterum alij, qui non solùm faciunt mala, sed etiã consentiunt facientibus,
C plausu iactant quem vstione persequi deberẽt, duplex autem eorum est nequitia. Nequissimi sũt, qui faciunt, & consentiunt. En, maxima iniquitas consensus. si quis peccatum facit, sapienti autem non assentitur, iniquus est, sed non maxima inuritur nequitia, ast peccator faciens, peccatoriq; consentiens iniquissimus est, vndè ait Iob. Et osculatus, scilicet leuaui manũ meam, alijs consensum præstiti. *Hæc est iniquitas*
D *maxima, Nequissimi sũt, qui faciũt, & consentiunt.* inquit D. Ambrosius. Maculatus est, non est innocens, qui peccata aliorum consensu fouet, & vel tacendo, non fugat, tacere enim cum dissentire, & repræhendendo impedire peccata debes, est assentiri. Raptus ad Dei Tribunal Isaias, agnouit se peccatorem, væ sibimet promulgauit, cùm dixit. *Væ mihi.*

D. Ambr.

mihi, expeto, cur pœnam sibi augurat Isaias? quæ nam commiserat peccata, quibus, vel ipse pœnam deberi fatetur, promulgatque sententiam? in medio malorum fuerat, poterat mala lingua compescere, quia autem tacuit, & tacendo, in assensum dilapsus quodammodo est, ideò vti peccator, & maculatus se se ad pœnam aptat. sic Diuus Bernardus epistol. septima ad Adam Monachum. *Isaias redarguit seipsum, non solùm, quia ipse immundus, sed, & quod socius sit immundorum: quia, inquiens, vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habētis, ego habito. redarguit autem se, dixerim, non quia cum malis habitaret, sed quia mala non redargueri. sic namque ait. Væ mihi, quia tacui. quando verò ipse malum facere acquiesceret, quod se in alijs, non redarguisse, redarguit*. pollutus est, qui silentio peccata palpat, nec impedit, cùm impedire potest. Ad Christum expositum in signum, cui contradicere impij non impediebantur, accesserunt Saduceorum quidam, qui negātes Resurrectionem, pietatis etiam tollebant obseruantiam: ait enim D. Chrysostomus apud Vgonem in Euangelium Lucæ c. 20. *In omni re, aut actu agendi, virtus spes est futuri, qui enim arat, arat, vt metat, qui pugnat, pugnat, vt vincat, &c. tolle ergo spem Resurrectionis, & soluta est obseruantia pietatis*. accesserunt, inquam, hi ad Iesum, & ex Moysi lege, sumpta occasione, sic, tentando, contra Christi doctrinā argumētati sunt. *Magister, Moyses scripsit nobis, si frater autem mortuus fuerit habens uxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant, & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filijs, & sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio, & tertius accepit illam, similiter, & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissima omnium mortua est, & mulier. In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor?* Iesus autem, qui vel in immeritos gratiæ suæ spargit semina gratiæ, futuros sicut Angelos Dei, qui resurgent, docuit, & sicut isti non nubunt, sic nec qui resurgent: quæ admirās D. Chrysostomus inquit. *Quarè cum de ieiunijs, aut de eleēmosynis, cæterisq; virtutibus loqueretur, nunquam Angelorum similitudinem introduxit, nisi nunc? quia omnes quidem virtutes spirituales, res sunt Angelicæ, sed precipuè autem castitas res est Angelica*. cùm ad castitatis apicē ascēderit vir, sedet cum Angelis, & Angelorū Domino puritate Angelicā seruit. Quod obseruo, illud est, quod coniugium nominans Christus, inquit. *Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias, illi verò, qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducēt vxores, neque vltra mori poterunt, æquales enim Angelis sunt*. Quid est, quod qui nubunt filij huius seculi sunt? nūquid non omnes à Deo creati, filij Dei sumus? nunquid non ipse dixit. *Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes?* nunquid non vetuit Christus nominare Patrē in terris, vnus est enim Pater noster, qui in cœlis est? quid est ergo, quod qui nubunt, filij huius seculi dicuntur, qui quidem omnes peccatores sunt, supra quos Deus non nominat Regnum suū, dixit enim Pilato *Regnum meum non est de hoc mundo*. linquo literam, & ad mysticum, siue accomo-

D. Bern.

Resurrectiō dum tolli-tur aufer-tur pietas.

Marc. 12. 20.

D. Chrys.

Castitas res est Angelica.

Psal 81.

modatitium ſenſum pergo. Filij A huius ſeculi dicuntur hi, & proindè terreni,& peccatores, & cur ità? quia nubunt, quid nupti hi ſecum aſportant? equidem, conſenſum. conſenſus enim perficit matrimonium, quod ſi filij huius ſeculi, ideſt peccatores dicuntur; qui nubunt,& nuptiæ præſeferũt, ac Hieroglyphicum eſſe poſſunt conſenſus, equidem, qui malis conſentiunt neutiquam à peccato immunes cenſendi ſunt. Sunt B huius ſeculi filij, at proindè peccatores, vndè ait D. Auguſt. ſuper Ioannem. *Nè ſitis conſentientes malis, qui conſentit, peccator eſt, filius ſeculi huius*. Non erat huius ſeculi filius Ioannes Baptiſta, qui honoratus ab Herode, qui metuebat Ioannem, nec territus, carcerique recluſus, tacuit, ſed peccatum fugabat, inceſtum prohibebat, quod ſi Ioanni dicis. O Ioannes, cur non taces, cur tuæ vitæ C non conſulis. O reſponderet, Præco ſum magni Regis, parare debeo Domino viam, abſit, vt non mundem, vt non purificem, quod ſi tacendo non purificauero, conſentiam, quique deſerta petij, vt vel leuem effugerem maculam, non ero mundus à cœno criminis, quapropter clamo, nè conſentire videar. pulchrè D. Bernardus ſerm. de Natiu. S. Ioannis Baptiſtæ, dicens. *Non veretur potentis vultum, & tota veritate ſpiritus, arguit peccantem Regem crudelem, atque ſuperbum, ſacra quadam vehementia ad ipſum prodiens de deſerto, ſi vel blanditijs eius, vel ipſo timore mortis monetur, metuebat, inquit, Herodes Ioannem, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat, at ille nihilo ob hos parcens: non licet, ait, tibi habere eam. ligatus quoque, & in carcerem truſus, nihi-*

D. Aug.

D. Bernar.

lominus ſtetit pro veritate, & occubuit pro veritate feliciter. ferueat etiam in nobis zelus iſte, cariſſimi, ferueat amor iuſtitiæ, odium iniquitatis. Nemo fratres vitia palpet, peccata diſſimulet nemo. Nemo dicat: nunquid cuſtos fratris mei ſum ego? eſt enim conſentire ſilere, cum arguere poſſis, & ſcimus, quia ſimilis pœna facientes manet, & conſentientes. Magnum malum eſt, in propriorum delictorum pœnas, flammas æternas ſubire, ſed ineffabilis deſperatio eſt, nõ propria nobis imputari, & pro his puniri, pro quibus multoties, vel ab hoc ſeculo ſuſtinuimus dolores. dolent enim aliqui de proximorum ruina, & non ſubmouent, non retrahunt à præcipitio, tacent, & macerantur, peccant tacendo, & pœnis addicuntur, quæ initium æternarum ſunt. non enim immunes erunt à pœnis, qui peccatis obnoxij sũt, peccant autem cõſentientes. vndè ſacerdotes, qui populi peccata non impediebant, ſed conſentiebant, eius peccata dicũtur comedere, & inquit Deus per Hoſeam. *Peccata populi mei comedent*. vbi D. Hieronymus. *Peccata populi mei comedunt, de quibus ſcriptum eſt, qui deuorant plebem meam, ſicut eſcam panis, & idcircò peccata populi mei deuorant, conſentientes ſceleribus delinquentium.*

ANVLVS XXXVIII.

Sacerdotum auaritia, vel Chriſtum maculare, & amaricare contendens, penitus ab ipſo reprobatur.

PECCATA, &c.

Priuationes, & non entia ſunt peccata, quis nil comedens implebitur? erit hic ſemper fameli-

melicus; & famelicus semper est auarus, qui nusquam pecunia impletur, & ad inferni instar, nusquam dicit, sufficit, cum igitur dicitur in nostri Hoseæ Prophetia. *Peccata populi mei comedent.* auaritia notatur Sacerdotum, quia nusquam expletur auarorum venter, nec non entibus eibatus saturatur. grande malum, auaritia Sacerdotum est, quæ Christum veluti maculat, ac ferè obtenebrat, & à Christo penitus reprobatur. Traditurus erat Christum Iudas, qui inter Sacerdotes, Sacerdotij dignitate non carebat; ipsoque discedente à Cœna, inquit Euangelista Ioannes, dixisse Iesum. *Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.* peto, vt quid tunc se clamat clarificatum Christus, cum abscedit Iudas, nunquid impij aliquid detrahere Deo possunt? nunquid, non essentialitèr lux est Christus? quid est quod præsente Iuda, lux hæc obtenebratur, vndè illo discedente, ait. *Nunc clarificatus est filius hominis?* in huius intelligentiam, puto supponẽdum, dignitatem Sacerdotalem voluisse hic inculcare Deum, necnon malum, quod à Sacerdotum pendet auaritia; sciendum quapropter est, humanitatem Christi in Sacris Literis appellari lunam, de ipsa etenim multi Sacri Doctores verba illa, Cant. *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra, vt Luna.* interpretantur. Sacerdos, quid est, ni Sol? ad sacerdotes dixit Deus. *Vos estis lux mundi.* ac Paulus Scaliger. lib. 4. Epist. inquit, apud Antiquos, depictum Sacerdotem, cum horologio in altera manuum, in altera vero decoratum sole, & Pitagoras prohibens gladium linguæ contrà Sacerdotis dignitatem, aiebat. *Aduersus solem nè loquaris.* est iste Sol Sacerdotis propè Christum, ipse enim mediator est, vt alibi dictum fuit, inter populum, & Deum. quid opes sunt, & diuitiæ, ni densum lutum? vndè Sap. 7. *Tanquam lutum extimabitur argentum in conspectu illius.* hoc lutum opposuerat sibi Iudas, qui triginta argenteis Dominum vendidit. Lutum hoc inter Apostolos, Sacerdotes, Soles, & Christum erat. Ast dices, concedo Iudam vti Sacerdotem Solem, eoncedo argentum lutum, nec dissentio Christi humanitatem in luna figurari quid autem hoc, cũ Christi obtenebratione ob auaritiam Sacerdotum? multum per omnem modum. Certum est ex Philosophis lunam tẽpore Eclipsis obtenebrationem pati, sed quid causat Eclipsim? equidem, interpositio luti inter Solem, & lunam, quod si Sol est ex sua dignitate Sacerdos, & Christi humanitas luna; lunaque obscuretur, cum interponitur inter ipsã, & Solem, lutum, lutumque auaritiam Sacerdotum præseferat; vtique concludendum est Sacerdotum auaritiam, quodãmodo, vel Christum obtenebrare; vndè exeunte auaro Iuda Sacerdote; remanentibus sacerdotibus vti sol sine luti interpositione Christus inquit. *Nũc clarificatus est filius hominis.* huc spectat. D. Aug. in Cat. *Exeunte immũdo omnes mũdi, cũ suo mũdatore mãserunt.* & Vgo Cardinalis. *Ideo ergò dicit se clarificatum, quia Iudas maculatus labe peccati, scilicet, auaritiæ, ab eo erat separatus.* secesserat lutũ dẽsũ auaritiæ, remanserant Apostoli Sacerdotes, qui Sol erant, & illicò humanitatis Christi luna, claritatem accepit.

Margin notes: Ioan. 13. 31. — Cant. 6. 9. — Paul. Scalig. — Pittagora. — Sacerdotis imago. — Sacerdos Sol. — Sap. — Aug. in Cat. — Vgo.

num 18. pit.hinc Deus num.18.nè ſacerdotes in terra poſſeſſionem haberent vetuit, noluit enim terram interponi inter ſolem,& lunam,Sanctam Eccleſiam, & Chriſti humanitatem futuram, ne tenebras pateretur, & Eclipſim: quādoquidem ſacerdotum auaritia, vel Deum quodammodo maculat. venerat caput Domini prætioſo vnguēto vnctura Magdalena,in eoque maioris amoris flammas quærebat capite, vbi ſciebat oculos ignitas flammas emittere; anima enim Deo placere optans, haud paruo igne vti contenta, ſemper exuſtiores flammas appetit, vt ardētius cōbuſta,ſit ſacrificium Deo in odorem ſuauitatis: fregit alabaſtrū, effudit ſuper Chriſti caput. ita

Marc.14. Marcus cap.14. *Venit mulier habens alabaſtrum vnguenti nardi ſpicati prętioſi, & fracto alabaſtro effudit ſuper caput recumbentis.* vidit hoc Iudas, auaritiæ telo confoſſus,doluit, ingemuit, ac viſceribus dilaniatus effudit murmuris venenum,dicens. *Vt quid perditio iſta vnguenti facta eſt,poterat enim vnguentū iſtud venundari pluſquā trecentis denarijs, & dari pauperibus.* dixit hoc Iudas auarus, qui fraudem ex vnguenti venditione moliebatur, & inhumanitatis crimine inuxit Chriſtum,quem nō impedientem, quod faciebat mulier, crudelem in pauperes voluit proclamare, nec non delicatum, ac deditum delitijs,vngebant etenim caput, qui delitijs vacabant;vndè Chriſtus,qui feſtiuos,hilareſque volebat ieiu-

Matt.6. nantes. Matt.6. dixit. *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.* vbi Vgo Cardinalis. *Metaphora eſt à Paleſtinis ſumpta,iſti enim in feſtis caput ſuum*

A *vngebant;ſenſus eſt vnge caput tuū oleo in feſtiuum, & hilarem te exhibe.* inhumanum ergò, & delitijs vacantem aſſeruit Iudas Chriſtum: his vitijs innocentiam maculauit.ſed quid ad hoc impulit? non nè furti voluntas,& latrocinij?non nè auaritia? Auaritia igitur ità malitijs,& nequitia plena eſt, vt effundatur, vel ad maculandam puritatem, fędandam innocentiam:accinit his D. Ber- D.Bernar

B nardus ſerm.33.qui in perſona Chriſti,hæc profert. *filios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. ſpreuerunt, & maculauerunt me à turpi vita,à turpi quęſtu, à turpi commercio, à negotio denique perambulante in tenebris.* maculatur Chriſtus à quęſtu, à negotio Sacerdotum; nec ſiſtit foris macula hæc, ſed iaculi ad inſtar,penetrat Chriſti viſcera, ità vt ad deſtructionem,ſiuè corrup-

C tionē fatiget. *in pace.* inquit Chriſtus *amaritudo mea amariſſima.* Iſai 38. 17. peto, numquid amaritudo, poteſt eſſe in Deo? abſit, nil enim amarūm, vbi omnis dulcedinis guſtus,omnis ambroſię ſuauitas; ſuauiſſimum eſt Chriſti guttur, totuſque ſuauis, ità vt clamet in ſpiritu hanc guſtans ſuauitatem Dauid. *Guſtate, & videte quoniam* Pſ.33 9. *ſuauis eſt Dominus.* quod ſi ſuauis & ſuauitatis fons, & ſcaturigo,

D quid eſt, quod ait. *Ecce in pace amaritudo mea amariſſima?* equidem, ſi ſuauitas vertitur in amaritudinem, deſtruitur, & ſuauitatis forma ſubtracta,ad corruptionem tendit ſuauitas. O ſtupor,ò verè Idolorum ſeruitus, & tota Diabolo mancipata turpis cupiditas,huc tendit auaritia ſacerdotum, ad Dei deſtructionē, & corruptionem, in pace Deus, in amaritudinem tranſit, & Sa-

cerdotes pacis symbolum sunt; vndè tùm in noua, tùm in veteri lege inunguntur oleo, quod est signum pacis, quapropter Phisloterus apud Valerianum, signare volens pacem exulare, dixit. *Olei in lecitho prorsus nihil*. vncti igitur sacerdotes oleo, pacē, designant. quadere mittens Apostolos suos sacerdotes Christus in mundum, vti Pacem; dixit. *In quamcumque domum intraueritis, dicite, Pax huic domui*. quod si à pace, hoc est sacerdotibus, suauissimus Deus redditur amarissimus, equidē sacerdotes sunt hi, qui ad Dei corruptionem amaritudine tendunt. premit D. Bernardus quidnā sit tantum actiuū in sacerdotibus, quod ad Dei, si posset, tendit amaritudinem, & inquit esse auaritiam; hæc est quę de suaui reddit amarum. audiatur D. Bernardus, præcitato sermone in cant. *Olim prędictum est, & nunc tempus impletionis aduenit. Ecce in pace amaritudo mea amarissima, amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hęreticorum, amarissima nunc in conflictu domesticorum*. & de moribus domesticorum discurrens, ait. *en tempora ista plane fęda à negotio perambulante in tenebris &c. Ministri Christi sunt, & seruiunt Antichristo, honorati incedunt de bonis Domini, qui Domino honorem non deferunt: indè, is quem quotidiè vides meretricius nitor: histrionius habitus, Regius apparatus, indè aurum in frenis in sellis, & calcaribus, & plus calcaria, quam altaria fulgent. Indè splendida mensa ex cibis, & schyphis; indè commessationes, & ebrietates, inde cithara, & lyra, & tibia, indè redundantia torcularia, & promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud, indè dolia pigmentaria, inde referta marsupia pro huiusmodi volunt esse, & sunt Ecclesiarum prępositi, Decani, Archidiaconi, Episcopi, Archiepiscopi, nec enim hac merito cadunt, sed negotio illi, quod perambulabat in tenebris*. en mores Ecclesiasticorum; omnes in auaritiam currunt, student auaritiæ, & innituntur, hi Deum faciunt de suaui amarissimum, quod corruptionem, & destructionem suauitatis dicit. quasi diceret Propheta, si Deus qui est ens necessarium absolutè, & non potest non esse, quia primum esse est, & ab eo omne dependet, nec habet cōtrarium destruens, posset destrui, corrumpi, & annihilari, faceret hoc auaritia sacerdotum vndè Deus noster ablegat à se hos, reijcit, & propulsat. Auarus Giezi munera à Naamā accipiens lepra ab Eliseo percutitur, quia à Ciuitate leprosi expellebantur. Iudas auarus Ecclesiasticus eijcitur à collegio Apostolorum à Christo dicente. *quod facis fac citius*. & sacerdotes auari flagello, è templo expelluntur; in signum, quod expellit à se Deus, & ab Ecclesia sua sacerdotes auaritiæ infixos. vix mundū Christo Satan obtulit vix opibus cupiditatem titillare tentauit, & dixit *si cadens adoraueris me, hęc omnia tibi dabo*, vt ruat à Deo necesse est auarus: quadere dixit D. Augustinus serm. 38. ad fratres in heremo. loquens de sacerdotibus auaris. *Qui non intrat per ostium* scilicet Ecclesiasticus. *in ouile, sed ascendit aliunde, fur est, & latro. Ideo reprehendendus est, quia ementes, & vendentes Dominus eijcit de templo, repellendus est, quia leprosi eijci iubentur*. leprosi sunt Ecclesiastici auari, leprosorum lex est, vt eijciantur vn-

Phisloterus. *Luc. 10 5.* *Sacerdotes Deū amarum reddunt.* *D. Bernar.* *Ioan. c. 13 27.* *Matt. 4 9*

vndè à ſe, & à Regno Cælorum eijcit eos Deus. hinc Deus noſter; videns auaros ſacerdotes, ac ob eorum auaritiam peccata in populum exuberantia, eiulat, & ait *Peccata populi mei comedent*. ſic Gloſa moralis *Peccata populi mei comedent, quod faciunt palliantes peccata Diuitum pro quæſtu, & ſimiliter dicentes peccata purgari oblationibus, ſine alio ſatisfactionis actu*. Nolo ſacerdotes pauperes, qui victum ab opere manuum ſuarum quærãt, hoc enim in ſacerdotij contumeliam reddit, miniſtri enim Chriſti ſacerdotes ſunt, elegit eos Deus, vt ſint gens Sanctã, populus Dei, portio Chriſti, ſal terræ, lux mundi, & homines Angelici, imò Deifici. dedecet Celeſtes homines terram tractare, vndè de altari viuere debent, ne in negotia cogitationes effundant, ſcriptum eſt enim. *Qui altari ſeruit, de altari viuere debet*. ſed notat Teodoretus dicens. *Viuere debet, non Theſaurizare*, viuat de altari, ne cogatur ligonizare. quod aduertit D. Auguſtinus ſerm. citato dicens. *Qui altari ſeruit de altari viuat, verum omninò eſt, quia non licet ſacerdotibus manibus operari, ligonizare, ferrum fabricare, & ſimilia* viuat ſacerdos, non Theſaurizet.

Teodoret.

A Chriſto tributum petierunt, qui Didrachma accipiebãt, Petro mediãte: prę ſignorum enim multitudine, non auſi ſunt ipſum agredi, ſed Petrum adierũt, non renuit Chriſtus, dixitque Petro. *Vade ad Mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies ſtaterem, illum ſumens, da eis pro me, & te*. Matt. cap. 17. cum de pecunia agitur, non ait Petro

Matt. 17.

A ſacerdotum apici, vt mittat retia, piſceſque capiat argenti ſepulchra, theſaurique viſcera; ſed hamo vult, vt piſcetur, vnum piſcem trahit hamus; hoc ſignificare volens, quod ſacerdotes, nequaquam auaritiæ ſtudere debent, ſed paucis contenti, id tantum habeant, quo viuant, nõ quo luxurientur, & ſi victui ſupereſt pecunia, in Chriſti pauperes eroganda eſt. quod firmat

Sacerdos non theſaurizet.

B Martinus Doizanus Acanienſis. dicens. *Petro non dixit Chriſtus Dominus, quando pecuniam ex piſce extracturus fuit, vt rete protenderet, & piſcaretur; niſi mitte hamum; ad depromendum enim pecuniam hamus ſufficit: quaſi dicat, neceſſaria tantum, & non amplius quærito*. ita ſerm. in fer. ſecundam Dominicæ tertiæ Quadrageſimæ. O Vtinam iſthæc attendentes primi ſacerdotes, & Pe-

Martinus Doizanus

C tri membra, imò Chriſti eadem intentione, qua Petrus, & Chriſtus ad Dei Eccleſiam contenderent. O vtinam, & noſtra tempora, non præuidiſſet Ezzecchiel cap. 8. cum in porta altaris, vidit Idolum Zeli, hoc eſt auaritiæ, ſiuè poſſeſſionis. *Et Ecce ab Aquilone portę altaris Idolum Zeli*. Quod D. Gregorius in Ezzecch. inquit eſſe Idolum auaritiæ; vnde 70. transferunt, Idolum poſſidentis. in porta altaris

Ezzech. c. 8.

D eſt, prius .n. peſſimũ auaritiæ vitiũ colunt quã Deũ; eſt in porta altaris, quia ad tẽpla non ingrediuntur ſacerdotes, niſi per portam, & intuitum auaritiæ. *Nunquam* ait præcitatus Doizanus. *in templum ingreditur, aut pergit in chorum, quin in auaritiam offendat, horrendum ſcelus eſt. Quod pecunia obiectum ſit eius ſecundarium, tolerari poteſt; ſed quod*

multoties pollicitum pœnitentibus misericordiam, & præcipuè Deut.cap.30.vbi sic ait. *Cum ergo venerint super te omnes sermones isti, benedictio, siue maledictio, quam proposui in conspectu tuo, & ductus pœnitudine cordis tui, in vniuersis gẽtibus, in quas dispserserit te Dominus Deus tuus, & reuersus fueris ad eũ, & obediens eius imperijs, sicut ego hodie præcipio tibi, cum filijs tuis in toto corde tuo, & in tota anima tua, reducet te Dominus Deus tuus de captiuitate tua, ac miserebitur tui.* pietatem Deus, & misericordiam promittit omnibus pęnitẽtibus. si Deus his promissis non staret, equidem videretur mendax, & à veritate deficere, qui à veritate deficit peccat, Deus igitur non stando promissis, ac non parcens pœnitentibus videtur peccator. & en, quid ait Dauid. *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.* ac si diceret, ò Domine fateor magnũ esse peccatum meum, quia tibi soli peccaui, cui fui ingratus, eleuasti enim me à tugurio ad Palatia Regis, à pastorali baculo ad Regnum, agnosco peccatum, cõfiteor, doleo: quid tu? ab ira conuerti debes ad misericordiam, quia, dum non parcis pœnitenti, videris peccator, & mendax, non stans promissis tuis, conuertere ad misericordiam, & en iustus statim iudicaberis. fauet his Beda in Psal.50.dicens. *Ideò te solum rogo, vt miserearis mei, quia tibi soli peccaui, vt iustificeris in sermonibus tuis, idest, sis verus in omnibus verbis tuis, & vincas, quia solus sine culpa iudicaris.* ac si diceret. tunc sine culpa iudicaris, cum stas promissis tuis, miserere igitur pœnitentis, quia misereri promisisti, & sine peccato iudicaberis. O quam anhelus est Deus ad peccatorum

Deut. 30.

Beda.

A dimissionem, ni dimittat, veluti peccator existimari vult, ac non stans promissis suis. firmat hæc ipsemet Deus Isaię cap.1.dicens. *Quiescite agere peruersè, discite benefacere, &c. & arguite me dicit, Dominus, si fuerint peccata vestra sicut coccinum, quasi nix, dealbabuntur, & si fuerint rubra, velut vermiculus, sicut lana alba erunt.* Arguite me, inquit, si non pepercero post pœnitentiam. quis argui potest, B nisi peccator? peccatorem ergo se veluti constituit Deus, ni pœnitenti parcat, & peccata dimittat. vndè Lyra. *Si feceritis, scilicet, declinaueritis à malo, & feceritis bonum, vt superius inquit, tunc poteritis conqueri, nisi à Deo releuemini à peccatis.* hinc ipsemet Christus, vbi de cruce sua loquebatur, dixit. *Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.* cur tunc quidquam non inueni- C tur? Dimittebat peccata, & innocens iudicatus est, vicitque iudicatus, nam vt inquit D. Augustinus apud Didacum Stellam in Lucam cap.15. super illa verba Pauli iustificati gratis per gratiã ipsius in Ps.129. *Si Deus non reciperet confugientes ad se, esset in Deo iniquitas.* ex quibus, cur conuersionem intimet Propheta Dauid Deo, patescere aliquatenus potest, moribus nostris altissima Dei D accomodat Propheta, auersus videtur Deus cum peccata non dimittit, cùm pietatem non effundit, parcat peccatoribus, effundat misericordiam, & en, rectus, & bonus illicò iudicatur, quia autem conuersio iustũ declarat hominem, ideò ad sanctitatem Dei iudicandã Dauid, cum parcit, ait. *Cõuertere Domine vsquequo, & deprecabilis esto super seruos tuos.* fauet Chrysologus serm.citato. *Vt pium*

Isai. 1.

Deus quasi peccator, ni parcat pœnitenti.

Io. 14. 30.

Ps.129.

Chrysolog.

illum te conuerſio demonſtret, quem poteſtas terribilem comminatur. Homo dicit Deo conuertere; ſed quando conuertitur? cum pietatem effundit; pietas ergò in peccatorem, quaſi rectum, ſanctum, innocētemq; demonſtrat Deum, qui ſemper iuſtus eſt, ò quæ pietas hæc eſt, quam emicat miſericordia eius, uerè ſuperexaltat miſericordia iudicium, verè Dei thronus miſericordia roboratur, verè obſtupeſcet quiſquis tātam Dei in nos miſericordiam contemplabitur, *Conuertere*, inquit Chriſologus *de Domino in ſeruum.* Videamus quęsò iſtam conuerſionem ad parcendum peccatoribus ordinatam. Diſceſſurus ab hoc mundo ad Patrem, vidit inter Apoſtolos ſuos Iudam auaritiæ telo confoſſum, in huius cor, Diabolus miſit, vt traderet Dominum. *Cum miſiſſet Diabolus in cor.* vide, quàm abhominabile eſt cor peccatoris, Diabolus, qui inferni odorat fętores, ignis ſuſtinet cruciatus, vt vidit cor Iudæ, peccati cloacam, abhorruit, non intrauit, immiſit tantum cogitationes. Horrendum monſtrum peccatoris cor, inferno peius. Aſt Chriſtus, qui neminem perire vult, qui veluti crimen putat pænitentibus non parcere. Quid dimiſit, vt molliret Iudam, & ad pęnitētiam inuitaret? accepit aquā, miſit in peluim, cæpitque lauare pedes Diſcipulorum, lauit pedes Iudæ, ac lauando genuflexit antè eum, oſculatus eſt pedes, vt prouocaret ad pænitentiam, & parceret. vndè Stella in c. 15. Lucæ. *Exemplum ſit tibi Iudas, quem perditum Dominus, vt ad gregem reduceret, genibus flexis, illi ſupplicare non dubitauit, & oſculatus eſt, & poſteà dedit illi buccellam intinctam*

Ioan. 13. nu. 2.

Diabolus horret peccatorem.

Dida 19. Stella.

P. Franc. de Franch in Hoſ.

A *in agno, manu ſua, deniq; corpus, & ſanguinem ſuum; illum, vt alliceret ad ſe, amicum vocans, tribuit.* Conuertere de Domino in ſeruum; vt ſaluum facias. Quod ſemel cum Iuda fecit, ſępius facit nobiſcum, ò peccatores, cùmque ad peccata properamus, cùmque malum cogitamus ad conſumationem, O genuflectit, & rogat, tenetque pedes, vtque non derelinquamus eum, poſtulat gemitibus inenarrabilibus.

B Verè Iudæ peiores, ſi tantæ humilitati, non cedimus, ſi tot lachrymis non mollimur. O piiſſime Ieſu Chriſte, deſine luctū tempera fletum, abſterge lachrymas; cur enim lachrymabitur innocens? cur luctibus replebitur gloria tua? conſolare, & exaltare in finibus inimicorum tuorum, iuſtum eſt, vt à dextera, ad ſiniſtrā præcipitetur, qui dexteram contemnit; tranſeatquè de filio in reprobum, qui filiationis iura, non

C cuſtodit. Sed, O, dixi filium, & en agnoſco commota viſcera Patris, ò Deus meus, & omnia tu mihi Dominus, tu mihi Rex, ſed quid abstu mihi Pater, tu mihi Mater, puer ſum centum annorum, cum conſilio cedens in peccata dilabor; ſed tu Matrem, tunc te mihi oſtendis, papillam porrigis, & lacte pietatis nutrire vis peccantem, vt viuam ad gratiam, cur-

D ram ad miſericordiam. Si perdidi filij iura, tu nunquàm perdis ea, quæ Patris ſunt, amplecteris, vt Pater, & videns mortuum, fles Dauidis ad inſtar, qui Abſalolem vitæ Patris inſidiantem eiulans, aiebat. *Fili mi Abſalon. Abſalon fili mi. Quis mihi tribuat; vt ego, moriar pro te Abſalon fili mi.* Quis Domine te allexit ad Euchariſtię ſacrificium, niſi deſiderium moriendi pro peccatoribus? mortis

2. Reg. 18. n. 33

tuæ in illo sacrificio commemoratio fit,& mihi videris ibi sic dicere peccatoribus. O peccatores filij mei mortui in peccatis, respicite me in Sacramento altaris, vbi me offero pro vobis Patri. Moriar pro vobis,resurgite, viuite. Datum est mihi,vt morerer pro vobis?ineffabilis Dei pietas.

A

TEXTVS B

VERS. VIII.

Editio Vulgata.

Peccata populi mei comedent; & ad iniquitatem eorum sublenabunt animas eorum.

Sanctes Pagn.

C

Peccatum populi mei comederunt & ad iniquitatem eorum,leuauerunt animam suam.

70 Interp.

Peccata populi mei comedent: & in iniquitatem eorum, accipient animas eorum.

Vatab.

D

Peccatum populi mei comederunt, & ad iniquitatem eorum, attellant animas suas.

Editio Chaldaica.

Comedendo peccata populi mei,vt accumulent peccata peccatis animarum suarum.

Paraph.Castri.

Nam panas decepti per eos populi ipsi luent:& eoram habentes eius impietatem, cuius in causa fuerunt, in perpetuo cruciatu ferent animas suas.

COMMENTARIVM iuxta literam.

SAcerdotum peccata adducit hic Deus, vt quàm iustè deseuiat,pateflat. Ipsi populi peccata comedebant, subleuabantque animas eorum.Comedebât, inquam, nec tempus huius commestionis differebant: vndè notandum est, quod vbi vulgata lectio legit. *Comedent*, in futuro,illud non stat pro futuro, sed pro præsenti, vel præterito, vt notant Editio Chaldaica, quæ transfert. *Comedendo*, & Sanctes Pagn.trâsferens. *Comederunt*; & quidem,vt notant interpretes, non est nonum apud Hebræos, præsens têpus,futuro dicere. Ratio autem, quarè præteritum, vel præsens tempus notetur hic, & non futurum, est, quia Deus non punit peccata futura,dececet enim sûmam illam misericordiam, quæ sustinet in multa patientia vasa iræ apta in interitum. Hic autem, pæna notatur Sacerdotum, quorum,in ignominiam, honorem commutaturus cõminatur Deus *Comedent*. quapropter,ait. *Peccata populi*, & potior sensus, magisque comunis est, Sacerdotes comedere hostias,quæ pro peccatis offerebantur.Hostiæ enim peccata dici solent, vt patet ex Leuit. cap. 10. vbi dicitur. Cur non comedetis peccatû? ꝙ vertit Vulgatus interpres,hostiam pro pecca-

Deus peccata futura non punit.

to

to. & Chriſtum Deum noſtrum hoſtiam pro peccatis, peccatum nominauit Apoſtolus epiſt. 1. ad Corinth. cap. 5. *Eum, qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit.* quem ſenſum ſequuntur Cirillus, & Teodoretus hic, ex aliorum ſententia, & quæſt. 10. in Leuit., Anaſtaſius Nicen. in fine lib. quæſt. in ſcriptur. Theophil. D. Auguſt. ſer. 48. de verbis Domini, Haymo, Albertus, Vgo, Lyra, Dionifius, alijque. Secundum placitum eſt eorum, qui aiunt ſacerdotes diſſimulare peccata populi, auaritiæ attendentes, & ſeruientes huic vitio, non corrigebant, muneri ſuo ſatisfacientes, peccantem populũ, quia ob peccata ſacrificia offerri debebant, quæ in eorum cędebant vtilitatẽ. impeditũ eſt à ſermone os comedens, ait, quapropter *peccata populi mei comedent*, quia vti canes muti, nõ deterrebant populũ à peccatis. Vtinam, temporibus hiſce, primi ſacerdotes, quorum munus eſt populum à peccatis auertere, non comederent ea, ad pœnas pecuniarias potius anhelantes, quam ad lucra animarum. Soluant impij, & retineāt ſecum peccandi occaſionem, extorquet pecunia concubinariorum abſolutionem, hæc declarat abſolutos, non reſipiſcentia à peccatis. faxit Deus, vt oculos ſuæ benignitatis ſuper populum ſuum inclinet, deleatque Prę latos, qui ad Ieroboam ſimilitudinem, perdũt animas Chriſti ſanguine pretioſo redẽptas. Reſpexit prophetia hæc ſic explicata, nedum illa tẽpora, ſed iſta, nedũ Hebræorum, ſed Sacerdotum Chriſtianorum mores, quæ explicatio eſt Ruperti, Vgonis, D. Gregorij homil. 17. in Euangelia, & aliorum.

Adſunt tertiæ claſſis Doctores, Teodoretus videlicet, Chriſtophor. Caſtro, & alij ex modernis, qui cogitantes nos panem comedere ex ſemine prius iacto, inquiunt, ſacerdotes pœnas portaturos peccatorum populi, ex eo, quia malo exemplo ad peccata traxerunt. quis ignorat ſacerdotes, Prælatos populo, diſtrictā in iudicij diſcuſſione rationem reddituros pro animabus ſibi cõmiſſis, & multoties illi damnabuntur, qui cæteris conſideratis digni eſſent præmio Beatorum, at quia pigritantes, curam animarum ſibi commiſſarum neglexerunt, peribunt in æternum, anima condemnata, quæ pro ſua negligentia à Cœlorum Regno excluſa eſt, imò illa in cœleſtibus admiſſa ſedibus, q̃, ſpectata Prælati ſacerdotis negligẽtia, damnari potuit. quid dicendum de ijs Prælatis, & ſacerdotibus, qui vita, exẽplo, verbis, peccata in populo ſeruntur heù comedent, quod ſeuerunt, & in æternum centuplam comedent pœnam, in eorumque menſa ſedebunt, quorum cibus ignis eſt. Relatæ hæ explanationes ſunt omnes textui conſonæ, non tamen accedit ad germanum ſenſum interpretatio Rufini, & Alexandri Primi epiſt. 2. qui in bonum ſenſum diuertentes prophetiam, aiunt, ſacerdotes peccata populi comedere, quia orationibus, & deprecationibus delẽt. vndè inquit Rufinus. *Ipſi ſacerdotes populo interpellant, & populi peccata comedunt, qui precibus ſuis, & oblationibus, ea delent, atque conſumunt.* non inquam germanus eſt hic ſenſus, quia in prophetia de vitijs, & peccatis ſacerdotũ agitur, quibus debita pęna à Deo cõminata, reſpondebat, vndè exploditur

Sacerdotes orationibus peccata delent.

1. Cor. c. 5.

P. Franc de Franch. in Hoſ. Vu 2

ditur sequitur. *Et ad iniquitatem eorum subleuabunt animas suas.* vbi primò notandum est. quod pronomen. *Eorum.* vertitur etiam, *suam*, vel *animas suas*. vt vertit Sanct. Pagn & Vatab. & ratio est, quia pronomen relatiuum tertiæ personæ apud Hebræos est ambiguum, vndè potest tùm sacerdotibus, tùm populo aptari, quod etiam notauit D. Hieronymus in cap. 6. Isai. vbi de Seraphim alis velantibus sermo est, & potest intelligi, quod vel velabant pedes suos, vel pedes eius, scilicet sedẽtis super thronum. Ex ambiguitate autem huius pronominis relatiui, variæ oriuntur expositiones Doctorum, nam aliqui aptãtes sacerdotibus, aiunt, sacerdotes ad populi peccata subleuare animas suas, quia eorum desiderium, quod in auaritiam ferebatur, adimplebatur. En, quo peruersitas sacerdotum peruenerat, vt peccata populi desideratẽt ad proprium corporale cõmodum, alij pronomen aptant populo, & inquiunt, sacerdotes palpando, & extenuando peccata leuare animas populorum, qui horrorem peccati non concipiendo in illud libentius ferebãtur: aiebant etenim sacerdotes, ea, quæ vos nimium conturbant (nõ enim synderesis ad bonum semper prona vacabat à diuersione peccatorũ) non sunt peccata, aut leuissima, & fragilitati humanę ascribenda, pœnam non merentur. Leuate animas vestras, tristitia depressas, sit vestrum peccatum, super nos, quid veremini? horum filij erant, qui dixerunt tandem. *Sanguis eius super nos, & super filios nostros.* &
Matt. 27. 25. Sacrilegiũ execrãdum perpetrarunt, ac minimè dicebant peccatũ, imò maximum Dei obsequiũ. O si stetisset in Hebræis malum; tolerabilius esset. Quot confessarij peccata extenuãt, imò malum dicunt bonum. rapinas, vsuras, obscęna canonizant. Verè hodie eiulare potest Deus, & per Prædicatores suos dicere. *Ad iniquitatem eorum subleuabũt animas eorum.* hæc de textu.

ANVLVS XXXVII.

Non est innocens, qui aliorum peccatis assentitur.

PECCATA, &c.

NEc filius, quem lex humana, & diuina Patris hæredem constituit, peccata hęreditat. portat vnusquisque peccatum suum, figiturque in corde facientis. extrinseca sunt, quæ ad alios trãsire possunt: at nõ peccata; quæ intra peccatorem sunt: vndè dixit prodigus. *Peccaui coram te*. corã Deo peccauit, quia lucidiores oculi Luc. 15. 18. Dei super Solem intima penetrãt hominis, intima custodiunt, forasque ad alios prodire nequeũt, quapropter mirum ingerit, quod profert noster Hoseas inspirante Deo. *Peccata populi mei comedent.* etenim, qui comedit aliena, aliorum cibum suum facit, clauditq; visceribus suis. In prophetiæ intelligentiam. Pondero dicta Iob cap. 31. *Si vidi*, inquit, *Solem, cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè, & latatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo, quę est iniquitas maxima, & negatio contra Deum.* Iob 31. 26 scio hic loqui Iobum de idolatria. Assirij enim, & Phęnices, & alij adorabant Solem, sub varijs cõmentis, nempè sub nomine Adonidis, quem Venus, ideſt terra luget

get absentem, vt notat Pineda in Iob ex Macrobio primo Saturn. sub nomine Attinis, Osiridis, &c. quæ commenta nota sunt apud Macrobiũ, Diodorũ lib. 1. cap. 2. Maximum Tyrium, aliosque, ac manuum osculum, ad summam Deorũ laudẽ aptari. Deus enim res est, qua maior excogitari nequit, quapropter, nec intellectus digna Deo excogitare, aut lingua proferre potest, vndè silẽtio laudandus est: Manum autem osculantes, velut sigillo os claudunt, vt sileat, sicque antiquitus adorabant. vndè Iob ab hac adoratione Solis, siue Lunæ, & aliorum idolorum, se prædicat immunem. at ex Caietano legere possumus. *Si vidi Solem, cùm fulgeret, & Lunam incedentem clarè, &c. & leuaui manum meam, quæ est iniquitas maxima.* quæro, quod peccatum in Solis visione, aut Lunæ sit, eleuare manum? Nunquid manum leuare est voluntate eis adhærere? nunquid manus eleuatio, aliquãdo non est in contumeliam? cur igitur maxima iniquitas est manus eleuatio? Iobi sensum eruere conabor ex Ægyptiorum moribus, de quibus Pierius Valerianus lib. 35. vbi ait. *In militaribus verò alloquutionibus, sublata manus consensus, & approbationis Hieroglyphicum est. vndè toties apud Xenophontem, si quod propositum, esset scitum, facere se profiterentur, manus tollere iubebantur.* nec in Ægyptijs quieuit hic mos, etenim Diuus Paulus, qui vnanimi consensu orationes ad Deum fieri optabat, exhortabatur, vt eleuatis manibus orarent. *Orate*, inquiens, *in omni loco, leuãtes puras manus.* adorabant Phœnices Solem, & Lunam, si Iob leuasset manum consentire eorum peccatis demon-

Manum osculari, quid signet

Deus silẽtio laudatur.

Manum attollendi mos.

1. Timot. 2. 8.

A strabat, hoc dicit iniquitatẽ maximam. concludendum est igitur, aliorum peccatis consentientes, nedum nõ esse à peccatis immunes, sed maximo peccato irretiatos, maculatosque. accedit Diuus Ambrosius in epist. ad Rom. cap. 2. dicens. *Sunt quidam, qui se reos non putant, si non operentur, quę mala sunt, assentiunt autem facientibus. Assentire autem, si cum possit reprehendere, taceat: aut audiens has*

D. Ambr.

B *fabulas adulatur, est peccare. Sciens enim impurus, & malignus, nõ ignorari, quæ agit, & minimè se vitari, sed etiam honori esse, gloriatur fore se talem, nec confundi potest in his, quando videt faueri sibi, & obsecundari ab ijs, qui non sunt tales, & isti ergo, vt qui fomitem præbeant delictis illorum, dignum est, vt pari crimine rei habeantur.* Sunt iterum alij, qui non solùm faciunt mala, sed etiã consentiunt facientibus,

C plausu iactant quem vstione persequi deberẽt, duplex autem eorum est nequitia. Nequissimi sũt, qui faciunt, & consentiunt. En, maxima iniquitas consensus. si quis peccatum facit, facienti autem non assentitur, iniquus est, sed non maxima inuritur nequitia, ast peccator faciens, peccatoriq; consentiens iniquissimus est, vndè ait Iob. Et osculatus, scilicet leuaui manũ meam, alijs consensum præstiti.

D *Hæc est iniquitas maxima, Nequissimi sũt, qui faciũt, & consentiunt.* inquit D. Ambrosius. Maculatus est, non est innocens, qui peccata aliorum consensu fouet, & vel tacendo, non fugat, tacere enim cum dissentire, & repræhendendo impedire peccata debes, est assentiri. Raptus ad Dei Tribunal Isaias, agnouit se peccatorem, væ sibimet promulgauit, cùm dixit. *Væ*

mihi.

mihi, expeto, cur pœnam sibi augurat Isaias? quæ nam commiserat peccata, quibus, vel ipse pœnam deberi fatetur, promulgatque sententiam? in medio malorum fuerat, poterat mala lingua compescere, quia autem tacuit, & tacendo, in assensum dilapsus quodammodo est, ideò vti peccator, & maculatus se se ad pœnam aptat. sic Diuus Bernardus epistol. septima ad Adam Monachum. *Isaias redarguit seipsum, non solùm, quia ipse immundus, sed, & quod socius sit immundorum: quia, inquiens, vir pollutus labijs ego sum, & in medio populi polluta labia habetis, ego habito. redarguit autem se, dixerim, non quia cum malis habitaret, sed quia mala non redargueret. sic namque ait. Væ mihi, quia tacui. quando verò ipse malam facere acquiesceret, quod se in alijs, non redarguisse, redarguit.* pollutus est, qui silentio peccata palpat, nec impedit, cùm impedire potest. Ad Christum expositum in signum, cui contradicere impij non impediebantur, accesserunt Saduceorum quidam, qui negãtes Resurrectionem, pietatis etiam tollebant obseruantiam: ait enim D. Chrysostomus apud Vgonem in Euangelium Lucæ c. 20. *In omni re, aut actu agendi, virtus spes est futuri, qui enim arat, arat, vt metat, qui pugnat, pugnat, vt vincat, &c. tolle ergo spem Resurrectionis, & soluta est obseruantia pietatis.* accesserunt, inquam, hi ad Iesum, & ex Moysi lege, sumpta occasione, sic, tentando, contra Christi doctrinã argumẽtati sunt. *Magister, Moyses scripsit nobis, si frater autem mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres*

D. Bern.

Resurrectio dum tollitur aufertur pietas.

Marc. 12. 20.

A *erant, & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filijs, & sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio, & tertius accepit illam, similiter, & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissima omnium mortua est, & mulier. In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor?* Iesus autem, qui vel in immeritos gratiæ suæ spargit semina gratiæ, futuros sicut Angelos Dei, qui resurgent, docuit, &

B sicut isti non nubunt, sic nec qui resurgent: quæ admirãs D. Chrysostomus inquit. *Quarè cum de ieiunijs, aut de eleemosynis, cæterisq; virtutibus loqueretur, nunquam Angelorum similitudinem introduxit, nisi nunc? quia omnes quidem virtutes spirituales, res sunt Angelicæ, sed præcipuè autem castitas res est Angelica.* cum ad castitatis apicẽ ascẽderit vir, sedet cum Angelis, & Angelorũ Domino puritate An-

C gelica seruit. Quod obseruo, illud est, quod coniugium nominans Christus, inquit. *Filij huius sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias, illi verò, qui digni habebuntur sæculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducẽt vxores, neque vltra mori poterunt, æquales enim Angelis sunt.* Quid est, quod qui nubunt filij huius seculi sunt? nũquid non omnes à Deo creati, filij Dei sumus? nunquid

D non ipse dixit. *Ego dixi Dij estis, & filij excelsi omnes?* nunquid non vetuit Christus nominare Patrẽ in terris, vnus est enim Pater noster, qui in cœlis est? quid est ergo, quod qui nubunt, filij huius seculi dicuntur, qui quidem omnes peccatores sunt, supra quos Deus non nominat Regnum suũ, dixit enim Pilato *Regnum meum non est de hoc mundo.* linquo literam, & ad mysticum, siue accomo-

D. Chrys.

Castitas res est Angelica.

Psal 81.

modatitium sensum pergo. Filij A huius seculi dicuntur hi, & proindè terreni,& peccatores, & cur ità? quia nubunt, quid nupti hi secum asportant? equidem, consensum. consensus enim perficit matrimonium, quod si filij huius seculi, idest peccatores dicuntur, qui nubunt,& nuptiæ præseferũt, ac Hieroglyphicum esse possunt consensus, equidem, qui malis consentiunt neutiquam à peccato immunes censendi sunt. Sunt B huius seculi filij, at proindè peccatores, vndè ait D. August. super Ioannem. *Nè sitis consentientes malis, qui consentit peccator est, filius seculi huius*. Non erat huius seculi filius Ioannes Baptista, qui honoratus ab Herode, qui metuebat Ioannem, nec territus, carcerique reclusus, tacuit, sed peccatum fugabat, incestum prohibebat, quod si Ioanni dicis. O Ioannes, cur non taces, cur tuæ vitæ C non consulis. O responderet, Præco sum magni Regis, parare debeo Domino viam, absit, vt non mundem, vt non purificem, quod si tacendo non purificauero, consentiam, quique deserta petij, vt vel leuem effugerem maculam, non ero mundus à cœno criminis, quapropter clamo, nè consentire videar. pulchrè D. Bernardus serm. de Natiu. S. Ioannis Baptistæ, dicens. *Non veretur potentis vultum, & tota veritate spiritus, arguit peccantem Regem crudelem, atque superbum, sacra quadam vehementia ad ipsum prodiens de deserto, si vel blanditijs eius, vel ipso timore mortis monetur, metuebat, inquit, Herodes Ioannem, & audito eo multa faciebat, & libenter eum audiebat, at ille nihilo ob hos parcens: non licet, ait, tibi habere eam. ligatus quoque, & in carcerem trusus, nihi-* D

D. Aug.

D. Bernar.

P. Franc. de Franch. in Hos.

lominus stetit pro veritate, & occubuit pro veritate feliciter. ferueat etiam in nobis zelus iste, carissimi, ferueat amor iustitiæ, odium iniquitatis. Nemo fratres vitia palpet, peccata dissimulet nemo. Nemo dicat! nunquid custos fratris mei sum ego? est enim consentire silere, cum arguere possis, & scimus, quia similis pœna facientes manet, & consentientes. Magnum malum est, in propriorum delictorum pœnas, flammas æternas subire, sed ineffabilis desperatio est, nõ propria nobis imputari, & pro his puniri, pro quibus multoties, vel ab hoc seculo sustinuimus dolores. dolent enim aliqui de proximorum ruina, & non submouent, non retrahunt à præcipitio, tacent, & macerantur, peccant tacendo, & pœnis addicuntur, quæ initium æternarum sunt. non enim immunes erunt à pœnis, qui peccatis obnoxij sũt, peccant autem cõsentientes. vndè sacerdotes, qui populi peccata non impediebant, sed consentiebant, eius peccata dicũtur comedere, & inquit Deus per Hoseam. *Peccata populi mei comedent.* vbi D. Hieronymus. *Peccata populi mei comedunt, de quibus scriptum est, qui deuorant plebem meam, sicut escam panis, & idcircò peccata populi mei deuorant, consentientes sceleribus delinquentium.*

ANVLVS XXXVIII.

Sacerdotum auaritia, vel Christum maculare, & amaricare contendens, penitus ab ipso reprobatur.

PECCATA, &c.

PRiuationes, & non entia sunt peccata, quis nil comedens implebitur? erit hic semper fameli-

melicus; & famelicus semper est auarus, qui nusquam pecunia impletur, & ad inferni instar, nusquam dicit, sufficit, cum igitur dicitur in nostri Hoseæ Prophetia. *Peccata populi mei comedent.* auaritia notatur Sacerdotum, quia nusquam expletur auarorum venter, nec non entibus cibatus saturatur. grande malum, auaritia Sacerdotum est, quæ Christum veluti maculat, ac ferè obtenebrat, & à Christo penitus reprobatur. Traditurus erat Christum Iudas, qui inter Sacerdotes, Sacerdotij dignitate non carebat; ipsoque discedente à Cœna, inquit Euangelista Ioannes, dixisse Iesum. *Nunc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo.* peto, vt quid tunc se clamat clarificatum Christus, cum abscedit Iudas, nunquid impij aliquid detrahere Deo possunt? nũquid, non essentialitèr lux est Christus? quid est quod præsente Iuda, lux hæc obtenebratur, vndè illo discedente, ait. *Nunc clarificatus est filius hominis?* in huius intelligentiam, puto supponẽdum, dignitatem Sacerdotalem voluisse hic inculcare Deum, necnon malum, quod à Sacerdotum pendet auaritia; sciendum quapropter est, humanitatem Christi in Sacris Literis appellari lunam, de ipsa etenim multi Sacri Doctores verba illa, Cant. *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra, vt Luna,* interpretantur. Sacerdos, quid est, ni Sol? ad sacerdotes dixit Deus. *Vos estis lux mundi.* ac Paulus Scaliger. lib. 4. Epist. inquit, apud Antiquos, depictum Sacerdotem, cum horologio in altera manuum, in altera vero decoratum sole, & Pitagoras prohibens gladium linguæ contrà Sacerdotis dignitatem, aiebat. *Aduersus solem nè loquaris.* est iste Sol Sacerdotis propè Christum, ipse enim mediator est, vt alibi dictum fuit, inter populum, & Deum. quid opes sunt, & diuitiæ, ni densum lutum? vndè. Sap. 7, *Tanquam lutum extimabitur argentum in conspectu illius.* hoc lutum opposuerat sibi Iudas, qui triginta argenteis Dominum vendidit. Lutum hoc inter Apostolos, Sacerdotes, Soles, & Christum erat. Ast dices, concedo Iudam vti Sacerdotem Solem, concedo argentum lutum, nec dissentio Christi humanitatem in luna figurari quid autem hoc, cũ Christi obtenebratione ob auaritiam Sacerdotum? multum per omnem modum. Certum est ex Philosophis lunam tẽpore Eclipsis obtenebrationem pati, sed quid causat Eclipsim? equidem, interpositio luti inter Solem, & lunam, quod si Sol est ex sua dignitate Sacerdos, & Christi humanitas luna; lunaque obscuretur, cum interponitur inter ipsã, & Solem, lutum, lutumque auaritiam Sacerdotum præsciferat; vtique concludendum est Sacerdotum auaritiam, quodãmodo, vel Christum obtenebrare; vndè exeunte auaro Iuda Sacerdote; remanentibus sacerdotibus vti sol sine luti interpositione Christus inquit. *Nũc clarificatus est filius hominis.* huc spectat. D. Aug. in Cat. *Exeunte immũdo omnes mũdi, cũ suo mũdatore mãserunt.* & Vgo Cardinalis. *Ideo ergò dicit se clarificatum, quia Iudas maculatus labe peccati, scilicet, auaritię, ab eo erat separatus.* secesserat lutũ dẽsũ auaritiæ, remanserant Apostoli Sacerdotes, qui Sol erant, & illicò humanitatis Christi luna, claritatem accepit.

Marginalia: Ioan. 13. 31. — Cant. 6. 9. — Paul. Scalig. — Pitagora. — Sacerdotis imago. — Sacerdos Sol. — Sap. — Aug. in Cat. — Vgo.

num. 18. pit. hinc Deus num. 18. nè sacerdotes in terra possessionem haberent vetuit, noluit enim terram interponi inter solem, & lunam, Sanctam Ecclesiam, & Christi humanitatem futuram; ne tenebras pateretur, & Eclipsim, quandoquidem sacerdotum auaritia, vel Deum quodammodo maculat. venerat caput Domini prætioso vnguēto vnctura Magdalena, in eoque maioris amoris flammas quærebat capite, vbi sciebat oculos ignitas flammas emittere; anima enim Deo placere optans, haud paruo igne vri contenta, semper exustiores flammas appetit, vt ardētius cōbusta, sit sacrificium Deo in odorem suauitatis: fregit alabastrū, effudit super Christi caput. ita Marcus cap. 14. *Venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi spicati pretiosi, & fracto alabastro effudit super caput recumbentis.* vidit hoc Iudas, auaritiæ telo confossus, doluit, ingemuit, ac visceribus dilaniatus effudit murmuris venenum, dicens. *Vt quid perditio ista vnguenti facta est, poterat enim vnguentū istud venundari plusquā trecentis denarijs, & dari pauperibus.* dixit hoc Iudas auarus, qui fraudem ex vnguenti venditio, ne moliebatur, & inhumanitatis crimine inuxit Christum, quem nō impedientem, quod faciebat mulier, crudelem in pauperes, voluit proclamare, nec non delicatum, ac deditum delitijs, vngebant etenim caput, qui delitijs vacabant; vndè Christus, qui festinos, hilaresque volebat ieiunantes. Matt. 6. dixit. *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua.* vbi Vgo Cardinalis. *Metaphora est à Palestinis sumpta, isti enim in festis caput suum*

Marc. 14.

Matt. 6.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A vngebant; sensus est vnge caput tuū oleo in festiuum, & hilarem te exibe. inhumanum ergò, & delitijs vacantem asseruit Iudas Christum. his vitijs innocentiam maculauit. sed quid ad hoc impulit? non nè furti voluntas, & latrocinij? non nè auaritia? Auaritia igitur ità malitijs, & nequitia plena est, vt effundatur, vel ad maculandam puritatem, fędandam innocentiam: accinit his D. Ber-
B nardus serm. 33. qui in persona Christi, hæc profert. *filios enutriui, & exaltaui, ipsi autem spreuerunt me. spreuerunt, & maculauerunt me à turpi vita, à turpi quęstu, à turpi commercio, à negotio denique perambulante in tenebris.* maculatur Christus à quęstu, à negotio Sacerdotum; nec sistit foris macula hæc, sed iaculi ad instar, penetrat Christi viscera, ità vt ad destructionem, siuè corrup-
C tionē fatiget. *in pace.* inquit Christus *amaritudo mea amarissima.* peto, numquid amaritudo, potest esse in Deo? absit, nil enim amarum, vbi omnis dulcedinis gustus, omnis ambrosię suauitas; suauissimum est Christi guttur, totusque suauis, ità vt clamet in spiritu hanc gustans suauitatem Dauid. *Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus.* quod si suauis & suauitatis fons, & scaturigo,
D quid est, quod ait. *Ecce in pace amaritudo mea amarissimo?* equidem, si suauitas vertitur in amaritudinem, destruitur, & suauitatis forma subtracta, ad corruptionem tendit suauitas. O stupor, ò verè Idolorum seruitus, & tota Diabolo mancipata turpis cupiditas, huc tendit auaritia sacerdotum, ad Dei destructionē, & corruptionem, in pace Deus, in amaritudinem transit, & Sa-

D. Bernar.

Isai 38. 17.

Ps. 33 9.

X x cer-

vndè à ſe, & à Regno Cælorum eijcit eos Deus. hinc Deus noſter, videns auaros ſacerdotes, ac ob eorum auaritiam peccata in populum exuberantia, eiulat, & ait. *Peccata populi mei comedent*. ſic Gloſa moralis *Peccata populi mei comedent, quod faciunt palliantes peccata Diuitum pro quæſtu, & ſimiliter dicentes peccata purgari oblationibus, ſine alio ſatisfactionis actu*. Nolo ſacerdotes pauperes, qui victum ab opere manuum ſuarum quærat, hoc enim in ſacerdotij contumeliam reddit, miniſtri enim Chriſti ſacerdotes ſunt, elegit eos Deus, vt ſint gens Sancta; populus Dei, portio Chriſti, ſal terræ, lux mundi, & homines Angelici, imò Deifici. dedecet Celeſtes homines terram tractare, vndè de altari viuere debent, ne in negotia cogitationes effundant, ſcriptum eſt enim. *Qui altari ſeruit, de altari viuere debet*. ſed notat Teodoretus dicens. *Viuere debet, non Theſaurizare*. viuat de altari, ne cogatur ligonizare. quod aduertit D. Auguſtinus ſerm. citato dicens. *Qui altari ſeruit de altari viuat, verum omninò eſt, quia non licet ſacerdotibus manibus operari, ligonizare, ferrum fabricare, & ſimilia*, viuat ſacerdos, non Theſaurizet. *Teodoret.*

A Chriſto tributum petierunt, qui Didrachma accipiebāt, Petro mediāre: prę ſignorum enim multitudine, non auſi ſunt ipſum agredi, ſed Petrum adierūt, non renuit Chriſtus, dixitque Petro. *Vade ad Mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primus aſcenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies ſtaterem, illum ſumens, da eis pro me, & te*. Matt. cap. 17. cum de pecunia agitur, non ait Petro *Matt. 17.*

A ſacerdotum apici, vt mittat retia, piſceſque capiat argenti ſepulchra, theſaurique viſcera; ſed hamo vult, vt piſcetur, vnum piſcem trahit hamus; hoc ſignificare volens, quod ſacerdotes, nequaquam auaritiæ ſtudere debent, ſed paucis contenti, id tantum habeant, quo viuant, nō quo luxurientur, & ſi victui ſupereſt pecunia, in Chriſti pauperes eroganda eſt. quod firmat *Sacerdos non theſaurizet.*

B Martinus Doizanus Acanienſis. dicens. *Petro non dixit Chriſtus Dominus, quando pecuniam ex piſce extracturus fuit, vt rete protenderet, & piſcaretur; niſi mitte hamum; ad depromendum enim pecuniam hamus ſufficit: quaſi dicat, neceſſaria tantum, & non amplius quærito*. ita ſerm. in fer. ſecundam Dominicæ tertiæ Quadrageſimæ. O Vtinam iſthæc attendentes primi ſacerdotes, & Petri membra, imò Chriſti eadem *Martinus Doizanus*

C intentione, qua Petrus, & Chriſtus ad Dei Eccleſiam contenderent. O vtinam, & noſtra tempora, non præuidiſſet Ezzecchiel cap. 8. cum in porta altaris, vidit Idolum Zeli, hoc eſt auaritiæ, ſiuè poſſeſſionis. *Et Eccè ab Aquilone portę altaris Idolum Zeli*. Quod D. Gregorius in Ezzecch. inquit eſſe Idolum auaritiæ; vnde 70. transferunt, Idolum *Ezzecch. c. 8.*

D poſſidentis. in porta altaris eſt, prius .n. peſſimū auaritiæ vitiū colunt quā Deū; eſt in porta altaris, quia ad tēpla non ingrediuntur ſacerdotes, niſi per portam, & intuitum auaritiæ. *Nunquam ait præcitatus Doizanus. in templum ingreditur, aut pergit in chorum, quin in auaritiam offendat, horrendum ſcelus eſt. Quod pecunia obiectum ſit eius ſecundariam, tolerari poteſt; ſed quod*

nec minima amoris Dei scintilla in eo reperiatur, quod surgat summo mane, quando in hieme viget frigus, & pro vno solido, quod in anniuersario distribuitur; & quod pro dracma missam celebret, sinè memoria Dei, nec eleemosinam pauperi elargiatur, totamque mentem suã figat Sacerdos in coaceruandis pecunijs, & simul sit Sacerdos, & mercator, nulla patientia est, qua hoc leniter ferre possit.

ANVLVS XXXIX.

Attenuantur peccata, vt faciliùs ad ea perpetranda alliciantur peccatores.

PECCATA, &c.

FVgit natura manifestè nociua; non peccabit homo, grauitatem peccati agnoscens; id etenim, adeò nociuum est, vt nil boni, nil pulchri, decoris nil relinquat in anima. notus erat hic peccati agniti effectus sacerdotibus populi Israelitici, quapropter, vt in peccatis perseueraret plebs, vndè, & quæstus ipsis cresceret, peccata eorum comedebant, hoc est attenuabant, & ferè nihil ad nocumentum apta dicebant: nec mirum, peccatores etenim, nedùm nihil, sed nihilo aliquatenus minores sũt, quod sic probat D. Bernardinus serm. de conuersione peccatoris cap. 4. Dauid à peccato conuersus, dixit. *Ego dixi, nunc cępi.* Si cæpit, ergò ante non erat. *id est.* inquit D. Bernardinus *incæpi esse, quia antè nõ eram, peccator enim non est, cum sit seruus eius, quod nihil est, quia est seruus peccati, teste Domino, qui ait. Ioan. 8. Qui facit peccatum seruus est peccati: imò tantò minor est peccator, quam peccatum; quantum minor est seruus, quam Dominus suus, cùm ergo peccatum nihil sit, nisi priuatio boni, peccator, scilicet, seruus suus, minus erit quam nihil.* Regula Philosophorum hæc est, quod ex nihilo, nihil fit, si à nihilo aliquid procederet, totum nihil esset; vndè cũ de peccato loquitur, extenuat illud, & ait esse nihil, nec posse animæ nocere, nec imputari peccatori. Aliam parabolam ex multis proposuit Christus de Cœlorum Regno, scilicet militante, loquens, dixitque *Simile est Regnũ Coelorum Sagena missa in mari, & ex omni genere piscium congreganti.* Sagenam dixit prędicationem Apostolicam, peccatores verò per eam piscandos, tùm hebręos tum gentiles, dixit pisces. peto, cur piscem dicat peccatorem Christus, nonne hi cum Diabolo sunt? equidem; ast Diabolus ambulat per loca arida, & inaquosa; quid igitur est, quod peccator, qui velut squama Diabolo adhęret, in mari est, ambulante Satana per loca inaquosa? proh quam extenuat peccatoris peccatũ peccator, quã annihilatur, tale fingitur, ac si nõ imputaretur peccatori. Piscis ignorãtię symbolum est, quia animal indisciplinabile, vndè notat Valerianus lib. 31. ex oculis Pauli cecidisse squamas; ignorantiæ enim tenebris obsitus, Ecclesiam Dei persequebatur. *Illud addendum squamas ignorantia Hyeroglyphicũ esse, quæ quidem opera beneficioque scientiæ excuti, amouerique possunt; id in Paulo liquidè commostrandũ, qui cum veritatem ignoraret, cæcus factus est, addita verò Christi Doctrina, quam Ananias ei prædicauit, ceciderunt, vt squamę ab oculis eius,*

D. Bernar. — S. Matt. 13. nu. 47. — Piscis ignorantię symbolum. Valerianũ

eius, & mox vidit. piſcis velut, A erat Saulus ignorans, exuit piſcis veſtẽ, & ſapientia imbutus, eſt. eſtque ſecundum multorum opinionem Surdus piſcis: ſcio Plinium ſecus ſuſtinere, qui piſces, tum reſpirare, tum audire, ſuſtinet lib. 9. naturalis hiſtoriæ cap. 7. non contendo, quid ſuſtinendum, moralibus vacans, & concedo pro nunc, non audire; quapropter ignorantium inuincibiliter Hyeroglyphicum ſunt B piſces; cùm enim ſcientia ex auditu præcipuè ſit, negeturque auditus piſcibus, ignorãtię ſymbolis, erunt ignorantium inuincibiliter typus. conſulo nunc canoniſtas, affirmant hi, non peccare illos, nec reos diuinę legis autumandos, qui ignorantia inuincibili ligati Diuinam transgrediuntur legem; & en erutum myſterium: piſces dicũtur à Chriſto peccatores, tùm C gentiles, tum hebręi, & Idolatrę omnes, piſces autem ſunt ignorantium inuincibiliter typus, his non imputatur peccatum; vt ſciamus hinc, in mari ſuaſionum ſcribarum, & phariſeorum, ità enatare peccatores, ac ſi Diuinã tranſgredientes legem non peccarent. vndè Cornelius à lapide de hebręorum ſacerdotibus, his ſic ait. *Dicebant enim adulando, & extenuando peccata populi, illud nul* D *lam, vel leue eſſe peccatum; Deus ſcit vos eſſe fragiles, & infirmos; tales ergò ſciens, tolerat, iiſque compatitur, non ergo ſitis anſii.* attenuant ità peccatum, peccati ſuaſores, aut permittentes, aut volentes, vt nihil eſſe dicant id, quod in infinitam Dei maieſtatem audax contendit; ſuadentque non imputari, quod mortem trahit ęternã. *Fili ſi te lactauerint peccatores,*

Plinius.

Cornelius à lapide.

ne acquieſcas eis. docebat Salomon. prou. c. 1. lac, trahenſium ad peccatum, ait, ſuaſiones, Salomon; cur hoc? ſcio lac ad augumentum exhiberi pueris; lactant peccatores eos, quos ad peccatum trahunt, vt creſcant, fiantque tandem viri in peccatis; timet quis Dei offenſam, ac veluti à facie colubri fugit peccatum, leuibus ſe contaminare putat nefas, abſtinet à verbo mẽdacij, nec linguam ſuam verbis otioſis, aut inhoneſtis, vel ioco prolatis conſpurgat, ſciens bonos mores colloquijs corrumpi malis; at accedit iniquus, porrigit adulationis papillam, eximit à mortificationis teſſera, Lactat, & en, qui venialia timebat, occurrit, delectaturque læthalibus peccatis. quod plangẽs. D. Greg. lib. 4. moral. cap 25. aiebat. *Hinc fit, vt inceſſantèr creſcat culpa fauoribus nutrita: curari enim vulnus negligitur, quod dignum laudibus videtur; vndè benè per Salomonem, ſi te lactauerint peccatores &c. Peccatores enim lactant, cum vel perpetranda mala blandimentis ingerunt, vel perpetrata fauoribus extollunt.* communicantur lacte mores, heù ſuos mores transfundunt peccatores, innocentes lactando, faciuntque nocentes, vtinam mala hæc oculos effugerent noſtros. *Nutrices.* ait Saluianus libro 5. de Prou. *mores ſuos, vel bonos, vel malos in pueros, quos alunt cum lacte tranſmittunt, ità exiſtima de conſiliarijs, & præceptoribus adoleſcentum; vtrique enim mores ſuos cum doctrina tranſmittunt.* & venenum lacte potum inquiunt medici, citiùs in cor transfunditur, lactat peccator quem ad peccata trahit, propinanſque cum lacte venenum, vi-ta,

Prou. c. 1. n. 11.

Lac cur dicatur ſuaſio ad peccatum.

D. Greg.

Saluian.

Venenum lacte mixtum citius cor inficit.

ta, quæ Deus est, quantocius priuat, nec sistit hic lactis metaphora à Salomone tradita; lactant cum suadent peccatum peccatores, sed cur lac dicitur, verbum omni veneno amarulentius? Dicam; lac puerorum cibus est, itaque dum lactant, in puerorum naturam simulant cóuersos homines, puero lactenti, vti carenti rationis exercitio, non imputatur peccatum, peragat quod libet, quouis à natura ducitur, tẽdat, haud peccat. & iàm malitia peccatorum patet. lactare dicũtur, dũm peccata suadent, vndè pueros fingunt lactentes, quos ad peccata alliciunt; quod si his non imputantur peccata. tanta est ducentium ad crimina malitia, vt peccata, quasi peccantibus non imputari suadeant. *dicebant enim adulando* inquit Cornelius à lapide, *& extenuando peccata populi, illud nullum, vel leue.* Nullum, vel leue, paruum quid, quod cõsiderationi nõ est subijciendum, fingunt peccatum serpentes hi, Diabolo peiores. *Peccatum Iuda.* inquit Hieremias cap. 17. *scriptum est stilo ferreo in vngue adamantino, exaratum super latitudine cordis eorum.* Peccauerunt impij, cumque fugantes gratiam, super pectus suum in corde fixerunt peccata, scripserunt in adamante; in adamante scribunt peccata peccatores, quia vt quid prætiosum habere peccatum existimant, & vt gemmam inter thesauros suæ voluntatis peruersæ reponunt; malumque nesciunt confiteri, quod pretiosum existimant. *Quoniam.* inquit Origenes. hom. 12. Hierem. *Difficile est aliquem se malum confiteri.* & hoc, quid mi, nonne pæna est? dum enim non confitentur peccatum suum peccatores, ruunt in deteriora, & peccatum, præcedentis peccati pæna est. nõ abolitus adhuc est mos ille Iudicum, delinquentium pęnam cartulis inscribentium, ac reorum infigentium pectoribus; sic Deus peccata impiorum, ait inscripta in vngue adamantino, imposita super latitudine cordium ipsorum, etenim illa peccata præteritorum pæna erant, ait enim D. Agustinus. *Aliquando peccatum pęna peccati est.* in pectore, super cor collocat inscripta peccata peccator, vt à corde spiritum Sanctum in habitantem expellat; sed linquit in corde Spiritus Sanctus, quia ad infamiam iniquorum omnia peccata manifestabuntur, in die eterním iudicij, manifestabuntur abscondita cordium. *Hinc autem* inquit Ghisl. in Hierem *peccatum meum est stilo ferreo in vngue adamantino sculptum, est super pectus cordis mei, vt mecum ad tribunal veniat, & compleatur illud, quod à Christo prophetatum est, nihil absconsum, quod non manifestabitur, nihil occultum, quod non palam fiat, nudabitur peccati mei conscientia, & opera in corde, videbuntur litera peccatorum, quę in stilo ferreo in vngue adamantino sculptę sunt.* videbunt tunc cuncti peccatoris pertinaciam, qui in corde peccatum posuit, vt tantum viueret peccatum, quantũ cor, quapropter, nec vitæ momentum Deo dare voluit. Sed nunquid his cõtentus est peccator? O vtinam non sistit hic peruersitas iniquorum, scribunt in adamante peccatum, quia, vt inquiunt lapidarij. Adamas gemma amoris est, trahit ad amandũ, sculpunt, quapropter peccatum in adamante peccatores, quia non contenti ipsi

Margin notes: *Cornelius à lapide.* — *Hierem. c. 17. n. 1.* — *Peccatum pretiosum quid existimant peccatores.* — *Peccatum pæna peccati.* — *Ghisl.* — *Peccator vult peccatum tãdiũ viuere, quandiũ ipse viuit.*

ipsi peccare, alios ad peccatum alliciunt; sed qua nam ratione trahunt, & alliciunt ad peccatũ? notandum est, in vngue scribi, vnguis paruitatis rei symbolum est; quid vngue paruum magis? in vngue igitur peccata inscribunt peccatores, dum ad peccatum alliciunt, quia minuẽdo impietates, in ipsas adducunt animas; hinc ait Vgo Cardinalis in Hoseam. *Peccata populi mei minuunt, vel sibi incorporant sacerdotes adulantes.* Proh quanta parit mala auri cupiditas, diuitiarum, fauorumque expectatio: enimuerò mala hæc erant in illis sacerdotibus ex auaritia, vt inquit D. Greg. hom. 17. in Euangelia, dicens. *Cur peccata populi mei comedunt? nisi quia peccata delinquentiũ fouent, ne temporalia stipendia amittat.* attenuãt, minuunt, annihilant peccata, temporalium desiderijs tracti peccatores. vide, vti attenuabat peccata ille Henrici Octaui Regis Anglici consiliarius, seù potius mimus, qui, vt refert ex Sandero lib. 1. de schismate Anglicano Cornelius in Hoseã, scire cupienti Regi, quantum peccatum esset, matrem cognoscere, & filiam; illam enim sibi assumere volebat, scilicet Annam Bolenam, quæ putabatur Regis filia. Respondit, tantum, quantum, si quis comederet pullum, cum Matre. Vnum vellem perpenderent peccatores, cum ad peccata alliciũtur, id scilicet, quod inquit Paulus; peccatores scilicet Crucifigere Christum. *Rursus Christum Crucifigentes.* Attendant si nihil est, si paruipẽdẽdum est Christicidium, sacrilegiũ tam enorme; vndè Aduocatum nobis tollimus nostrum, & amittimus Angelos, eiusque Cæle-

Vgo Cardinalis.

D. Greg.

Heb. 6. 6.

A stes omnes, & vel ipsam insensibilem Creaturam prouocamus ad luctũ, plangit creatura Dominũ à peccatore occisum; sed in lachrymis his, adhuc pia, peccatiũ mala luget. audiat Hieremiam, qui in facinora ruit præceps. *Quis parcet super te Hierusalem, aut quis contristabitur super te, quis conuertetur rogare ea, quæ in pacem sunt tibi? Auersata es à me, dicit Dominus, Retro ambulabis, & extendam*

B *manum meam super te, & dispergã te.* ità c. 15. iuxta lect. 70. interp. ferè desperata est crucifigentis peccatis suis Dominum Iesum salus, si enim Iesus Saluator est, quis parcet? quis saluabit? si aduocatus est Iesus apud Patrem, oratque pro inimicis viuẽs, post mortem, quomodo rogabit? O peccatores, videamus, & attendamus, si est malum, sicut malum animæ crucifigentis Christum.

C videamus si sanguinẽ filij sui dilectissimi non vindicabit Patris æterni iustitia; attendamus si paruifaciendum est, in vnum peccatum læthale, quod, & Christum, & animam nostram occidit, incidere. absit, ò Redempti Christi sanguine, absit à nobis malum tàm horrẽdum, quod damnationem à Deo aucupatur. Audiatur Origenes hom. 10. in Hieremiam

D *si intellexisti, considera mihi, propter peccata multa à Deo condemnatum peccatorem, & vide quomodò innumerabilibus Angelis humano generi præsidentibus, nec ab vno quidem misericordia dignus iudicetur. Singuli quidem Angelorum perspicientes, quia Deus est, qui condemnauit; quia creator est, qui aduersatur; & talẽ esse peccatorem, vt misericors, clemens, quodamodò necessitatẽ passus sit, super eum sententiam promere; non parcunt, non contristantur,* neque

Hierem. cap. 15.

Origen.

Malum peccatiuum quãgraue.

P. Franc. de Franch in Hos.

neque miserentur, non reuertuntur, ut rogent pro eo pacem. & inferius de Angelis contra peccatorem astantibus, ità sequitur. *multis facinoribus oppressa, scilicet, anima peccatoris Iesum interfecit, & in Dominum nostrum misit manus; quandiù minora peccauit, potuimus rogare pro ea, potuimus obsecrare Dominum, potuimus parcere ei, super ista, quis parcat?* plangunt peccatoris miserias Angeli, & plangentes, non compatiuntur, sed irati in interfectores Domini, illorum anhelat ad pœnas. Dicis anima, recurram ad eum, qui omnium miserorum est Pater; qui amor est, & ira sci nequit; benè facis, & suadeo; curre, cordisque contritione peccata tua dele; sed vade non segnis, sed tota dolore cōpressa, considerans, quod Dominum occidendo, illū perdidisti. ita Origenes. *ipsum Iesum, qui rogabat pariter, & præstabat ea, quæ erant in pace, perdidit anima tua.* hæc iugiter versa; cumque quis peccata attenuans, aut minuens, tibi occurrerit, cogita Diaboli aduocatum, inferni ciuem, animæ tuæ perditorem, Christo inimicum, Angelorum aduersarium, & fuge ab eo.

ANVLVS XXXX.

Peccatorum viam facilitant animabus, impij & degeneres sacerdotes:

PECCATA, &c.

Est equidem, introductum peccatum in animam, iaculum, est mors; non viuit, qui comedit, deglutitq; venenum, nec viuunt sacerdotes, qui peccata in cibis degluti ūt; tetigit hæc D. A Bernardus in Glosa *Qui per Christum in sortem ministerij intrasse videtur, quemadmodum ei seruiet, quemadmodum pascat gregem Domini, sollicita secum excusatione discutiet; indignus enim lacte, & lana conuincitur, si non pascit oues, si non vigilat in custodia gregis, iudicium sibi manducat, & nescitur. Vè tibi Clerice, mors in olla, mors in ollis carnium, mors in huiusmodi delitijs est, ob id maximè, quia populi constat esse peccata, quæ comedis, sumptus Ecclesiasticos gratis habere te reputas, cantando, vt aiunt tibi prouenire videntur; sed bonum erat magis fodere, aut etiam mendicare; peccata enim populi comedis, ac si propria tibi minus sufficere viderentur. & hoc quidem mirum, quod peccatis, vita priuatis alios ad peccandum subleuant, vndè sequitur Prophetia, & ad iniquitatem eorum subleuabunt animas eorum.* quid est, quod peccata suadēt, & subleuant animas? non nè pondus est peccatū, quod animæ aglutinatū premit, aglutinatq; terræ, à qua, nec Angelica vis subleuare potest? etiā, inquit Dauid ps. 118: *Adhæsit pauimento anima mea, viuifica me secundum Verbum tuum.* vbi Alfonsus Auēdanus, ex Dominicanorum familia Doctissimus in vnū & pijssimus, sic ait. *Per Verbum Dei sperat anima vehi ad cælestia adeò deiecta erat in isto pauimento concupiscentiæ eius, & laqueis irretita, vt nisi filius Dei, eam in Cruce secum eleuasset, semper in imis iaceret, in Cruce autem cum Christo subleuata est ab hoc terreno pauimento, & solio, vt ipse dicit Ioan. 10. Ego si exaltatus fuero à terra omnia traham, ad me ipsum, & omnia mecum eleuabo; sicut latronem secum euexit in Cælum.* ascendit in Cruce Christus, vt peccatis grauem animam

D. Bernar.

Ps. 118.

B

C

D

mam eleuaret à terra, & traxit, vbi vis inculcatur neceſſaria ad animam leuandam, non quidem quæ cogat, ſed quæ fortiter trahat; hæcque non alia poteſt eſſe, niſi *D*ei. quod ſi tantum grauat peccatũ;quid eſt, quod ait *D*eus per Hoſeam, ***& ad iniquitatem eorum,leuabunt animas eorum.*** explicabit Iudas ſacerdotum, & Prelatorum iniquorũ *A*chates, Prophetiam, ſacerdotẽ dico Iudam, iuxta placitum eorum, qui ſuſtinent à Chriſto datum Sacramentum Euchariſtię, etiam Iudę; & quidem in hac cęna fuerunt *A*poſtoli inſtituti ſacerdotes,iuxta tradita à Concilio Tridentino excomunicante illos, qui dicunt, *A*poſtolos non fuiſſe inſtitutos ſacerdotes,in illis *V*erbis.*Hoc facite in meam commemorationem.*ſcio autem alios ſuſtinere abſentiam Iudę à Sacramẽtali cæna, & proindè non fuiſſe inſtitutum Sacerdotem. nemo opinantium mordicus, & obſtinatius reijciendus eſt. Iudas igitur,abijt ad Phariſeos, vt Chriſtum traderet illis; de quo ita *V*go Cardinalis in Mat. cap. 26. ***Gerit Iudas typum prelatorum, qui Chriſtum ſpiritualiter tradunt in mortem; quia ſubditorum peccata comedunt, & non curant, ſed blanditijs palpant, vel accepto quouis pretio diſſimulant Hoſea capit. 4. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem ſubleuabunt animas eorum.*** proditurus erat Chriſtum Iudas; & inquit Sacer textus Mat.26. ***quęrebat oportunitatem, vt eum traderet.*** accepta pollicitatione argenteorum,quęrebat oportunitatem,vt eum traderet, quid eſt, quęrebat oportunitatem?turbę in Chriſtum amorem ſciebant Phariſei,timebant,quapropter nè in vnum congregata contra ipſos inſurgeret; non erat complanata ad ſacrilegium via:quid Iudas? oportunitatem quęrit; oportunitas autem omnium negotiorum expeditiones reddit faciles, & oportunitas, pro facilitate frequens eſt apud ſcriptores, vti notat *A*mbroſius Calepinus, quadere Plautus pſeud. ſcę.3. pro quadam facilitante negotia, dixit. ***Salue mea oportunitas.*** difficilis erat ſacrilegij cõſummatio Iudeis, at Iudas oportunitatem pręſtitit. quod ſi oportunitas indicat facilitatem, concludendum eſt, quoſdam reperiri peccatores,qui, vt alios ad peccata trahant, modum, & crimina facilitant; quapropter. Nicolaus de Lyra. in Luc. in illud. *Gauiſi ſunt, & pacti ſunt pecuniam illi dare, & ſpopondit, & exindè quęrebat oportunitatem.* inquit. *gauiſi ſunt, quia ille modus capiendi Chriſtum per ſuum Diſcipulum, videbatur magis poſſibilis, & ſecretus.* eccè facilitas. Vnde exclamat Stella, in Luc. *Vtinam ſic opportunitatem boni captarent, ſicut mali*, opportunitatem quærunt mali, vt facilem inueniant, complanatamque ad peccãdum viam peccatores, ac ſub dulcedinis cortice, venenum vndè perit infallibiliter anima tali pota dulcedine porrigant. *V*enenum porrigit meretrix prouocans ad peccatum, vtque ad iniquitatem alliciat melle venenum operit, vndè inquit Salomon. prouer. cap. 5. ***fauus diſtillans labia meretricis, nouiſſima autem illius amara quaſi abſinthium.*** reſpuit infirmus poculum, morbi expulſiuum, melle intingitur vaſis os, & haurit libenter. hauſtum facilitat mel, ſic mellis dulce-

Apoſtoli in cæna inſtituti ſacerdotes. — *Luc.22.19* — *Vgo Card.* — *Matt.26. 26.* — *Calepinus* — *Luc.22 5.* — *Stella.* — *Prou. 5.*

P.Franc de Franch.in Hoſ.

dine facilitat iniquitatis perpetrationem iniquus. vndè idem Salomon cap. 25. prou. inquit. *Qui mel multum comedit, non est ei bonum.* facilitat, atque complanat, siuè scalam facit ad peccandum iniquus ad iniquitatem alliciens, Allexit ad Christicidium milites infelix ille proditor Iudas osculi signo, cum dixit. *Quecunque osculatus fuero, ipse est tenete eum, & ducite cautè* suaue osculum est, ac suauitatis libamine venenum militibns propinat, vt dum mellea in primis attingunt, suauitatem in peccando augurentur, & ad iniquitatem, quæ super omnibus efferebatur, feratur. verè luciferi alumnus; qui omnia dulcibus complanando, vitáq; in ipsa morte claudēs, primos parētes ad inobedientiā duxit. sic cæteri asseclæ. ex quibus quid sibi velit Prophetia innotescit: auaritiæ assidui minuebant peccata populi sacerdotes; quia populi peccata desiderabāt: vt in expositione textus dictū fuit, ac desiderantes, viā aptabant, & cōplanantes, agilitabant ad crimina. huc tetendit Vgo Cardinalis dicens. *Quia adulationibus, & malis exemplis, facient eis quasi scabellum, & scalam, vt ad iniquitates eorum, quę sunt maiores, audacter ascendant.* & D. Hieronymus. *ad iniquitatem eorum subleuabūt &c. Quia cum eos peccare perspexerint, non solum non arguunt, sed laudant, atque sustollunt, & beatos prædicant, de quibus, & Isaias loquitur; Populus meus, qui vos beatum dicunt, seducunt vos; & semitas pedum vestrorum supplantant, &c. de his, & per psalmistam clamat. Quoniam laudatur peccator in desiderijs animę sua, & iniquus benedicitur.*

Prou. 25. 27.

Marc. 14. 44.

SECTIO VIII

Beatę Virginis, & Iosephi sponsi animarum à Dei gratia exaltatarum eminentia astruitur.

PECCATA &c.

Deus ipsa bonitas, qui nulla mala esse permitteret, nisi ex malis sciret bonum eligere; nedum à malis elicit bonum; sed nobis, vt mala in bonum sensum aliquando interpretemur, benignè concedit, vnde Beda in expos. allegorica ad cap. 2. Tobiæ, inquit. *Nè mireris lector, quod aliquando, bona typicè malum, aliquādo mala bonum significēt.* sub adulterij Bersabeæ cortice, adinuenit Verbi Incarnationem. D. Greg. lib. 3. mor. cap. 21, eandem incarnationem rimatur D. Ambros. & noster Hoseas Vxorem ducens fornicariam, typus Verbi est, copulantis sibi Ecclesiam ex gentibus. Bona fercula in indecoro apponuntur aliquando vase, & gemma ferro infigitur. mala sunt quæ præsefert Prophetia Hoseæ in prælibato textu; quis laudaret sacerdotes, qui, quæ Dei sunt assiduò ruminari, & mandere debent, manducantes peccata populi? quis non abhorreret alios, animas leuantes ad peccatum? Ast eruo mel ex petra, ac ablato veneno, sugo ambrosiam. Iniquitas occasionaliter traxit ad terras Dei filium, cumque propter peccata hominum descendit Deus in terram, tunc duas pręcipuè animas

mas eleuauit, Mariæ, scilicet, & Iosephi sposi Beatissimę Virginis; vndè benè accomodare possum prophetiæ dicta Virginis præeminentię, & Iosepho, ac sic explicare. *Ad iniquitatem eorum, scilicet, populorum, sublevabunt animas eorum, eleuatæ fuerunt animæ Virginis, & Iosephi ad supereminentissimum gratiæ apicem.* Dicam pręcellentiam Virginis, mox dicturus Iosephi: at quis Virginis præcellentiam proferet eloquio? ipsi silentiū laus est, cui omnis lingua mutescit; vndè D. Petrus Damianus. serm. de Natiuitate Marię. *Quid mirùm, si hæc ineffabilis Virgo, in suis, laudibus modum humanę linguæ exuperat; cum, & ipsam humani generis naturam excellentium meritorum dignitate trascendat. non excellentissimus ille Patriarcharum Chorus, non prouidus Prophetarum numerus, non Iudex Apostolorum Senatus, non martyrum victor exercitus, nō quisquam sequentium Patrum huic Beatissimę Virgini poterit comparari.* omnes superat superas creaturas, non est quę Virgini huic Sanctissimæ, longe inferior non sit, ipsa est, quæ vel supernaturalium gradum superat. Accessit ad ipsam, Verbi incarnationem nunciaturus Archangelus, reueritus est, dixitque *Aue gratia plena*. gratiam prius expressit, quam plenitudinem, non enim dixit. *Aue plena gratia*. nè vel in instans in eius gratia nutaret mens; plenum, stat ad vtrūque, ad malum scilicet, & bonū, Vnde Ecclesiastici cap. 19. *interiora eius plena sunt dolo*. si *Plena*, primū dixisset Angelus, nutare potuisset mens, & bonum nè, vel malum plenitudo hæc insinuaret, vel in instans dubitare potuisset, vt igitur instantis dubietas Virginis gratię remoueretur, priùs, *Gratia*, quam *Plena*, dixit Archangelus. *Aue gratia plena*. sed peto, cur nomem illud tacet, ad cuius sonitum, gaudet orbis, tripudiat aulæ Cęlestis Chorus? cur Maria tacetur? in huius intelligentiam supponendum cēseo, Angelum à Virginis pręconio, non omninò alienum, cum nūcius aduenit à Patre; quapropter, & gratia redundantem, & habitaculum dixit, Matrem Dei mox futuram, Angelorum Domini, cum sequutus est. *Dominus tecum*. extulit illam gratiæ præconio, & gratiā nominauit, quę quidē gratia supergreditur vniuersam naturalium seriem, & nobilior excellentiorque est vnus gradus gratiæ omnibus rebus naturalibus simul sumptis; sed cum gradum gratiæ lingua ascēdit, tacuit nomen Mariæ; Maria enim, nedum gratiam in se continebat, sed etiam merita, occurrit Angelus huic nomini, & tacuit, quod tacetur plerumque exprimi non potest; tacuit ergo Angelus Mariæ nomen, quia tantas virtutes, excellentias tot, continebat Maria, vt vel Angelica lingua ad eas edicendas obmutesceret. quod si gratiam nominat Angelus, quæ quidem in gradu supernaturalium est, & tacet Mariam, quæ omnes alias virtutes, & merita in se continebat, tacuitque, vt quid inexplicabile, & inexpressibile: concedendum est Mariam Virginē, tanta, supereminere excellentia, vt ipsum gradum rerum supernaturaliū exuperet. aecinit Diuus Bernarndinus tract. de Beata Vergine serm. 1. *Maria non immeritò, non vnam tantum nomi-*

D. Petrus Dam.

Nec ad instans non plena gratia Maria.

Maria vel supernaturalia excedebat

D. Bernar.

nominis habet interpretationē, nullum enim nomen vnum, puto Virginis gloriam posse enunciare, Proindè fortè non nominauit eam Angelus in Euangelio hodierno, volens potius venerari silentio, quod non potuit exprimi eloquio. Alta est Mariæ supereminentia, exceditque ferè in infinitum, quidquid Sanctitatis, quidquid gratiæ in cęteris Sanctis cumulauit Deus. Vado ad Dei primum opus, in quo eius gratia emicabat; creatus enim fuit in gratia homo, vt sustinet. D. Thomas p.par.q.95. art.1.nec negat D.Bonauentura, licèt naturam tempore præcessisse gratiā, opinetur. Iustos omnes figurauit tunc Adam Deo subditus, vndè, non, antequam ad illius creationem descendit Deus, se dixit Dominū. obseruo nihilominus Dominij nomenclaturam non expressisse Moysen, nisi cum de limo terrę dixit factum hominem. Decreuit Adę creationem Deus, cum dixit. *faciamus hominem ad imaginem, & similitudinē nostram.* Genes.c.1.at non insonuit Domini nomen: cū autem ad lutum descenditur, eccè Dominij insigna explicantur, ità Genes. cap. 2. *formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terra.* nunquid terrę tractatio esseret Dei Dominium? perpēdendum quidem, etenim, qui semper se dixit humilitatis Magistrū, Christus, tunc pleno ore, magnificauit se, dixitque Dominum, cum luto plenos tractauit pedes Apostolorum, surrexit quandoquidem à lotione pedum, dixitque *Vos vocatis me Magister, & domine, & benè dicitis; sum etenim.* & Abraham fiducialius loqui cū Deo volens, agnouit se puluerē, cognominauit se cinerem, promulgauitque dominum, Deum, qui in viri specie ei apparuerat, cum ad sodomitarum procedebat incendium; fortè indicare volens, quod cum ad opera festinat iustitiæ, descendit, ac veluti se se demittit Deus, ac tantò inferior Deo est, quanto Deo homo. dixit igitur Abraham. *Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum cùm sim puluis, & cinis.* peto, cur tūc nominatur Deus Dominus, cùm hominem tractat vt lutum? cum Apostolorum pedes luto, pulucreque aspicit maculatos? cùm puluerem, cineremq; se proclamat Abraham? dicerē, tūc Dominum appellari Deum, cum homo terra est; quia fructificare debet terra Domino, vtq; Domino suo Deo fructus dignos produceret homo, manifestauit se tunc Deus Dominum, cum vt terram tractauit. at alio vocor, à D.Ephrem edoctus, agit hic adhortatione secūda, de humilitate, & ait. *Humilis propriam voluntatem non ponderat veritati contradicens, sed veritati paret. Humilis ob proximi profectum, non inuidet, non gaudet super alterius ruina, gaudet verè potius cum gaudentibus, & flet cum flentibus, humilis egestate, ac paupertate pressus, non abijcit animum, & in prosperitate, ac gloria non insolescit, sed in eadem perpetuò virtute persistit, humilis alium fratrem apud alium non traducit, quod est Sathanicum, sed pacificatorem agit, malum pro malo non reddens; humilis non maiores se se tantum diligit, atque honorat, sed, & inferiores; humilis totis viribus, pietatem atque Religionem sectatur.* & superius inquit. *Humilis inani nō ducitur gloria, & elatum se gerit circa Domini ministerium, ob timorem eius.* en tota Sanctitatis Series.

Margin notes: D. Thom. — Genes. 1. 26. — Genes. 2. 7. — Ioan. 13. 13. — Descēdere videtur Deus cum supplicia hominum intentat. — Genes. 18. 28. — Fructificet homo Deo. — S. Ephrem — In humilitate mul tę virtutes.

ries in humilitate epilogata; enim humilis obsequens est, Dominumq; agnoscit. quia igitur humum in homine tractans Deus, humilitatem pésare poterat; humilitas enim ab humo dicitur, ideò tūc Deus promulgari voluit Dominus hominum, cū humilitas in homine perspicua erat, & quidem tunc omnis perfectionis culmen agnoscitur in homine, cū Deus Dominus eius est; tunc enim, nec quidquā possidet homo sui, totus Dei est, & en summa perfectionis: itaque dum terra ob humilitatem homo est, tunc perfectissimum censere possumus; & terram dicendo, dico Sanctitatis culmen vndè Beda apud. Cat. D. Thomæ in Marc. cap. 4. ait. *Terra autem bona est electorum conscientia.* nullus est electus, qui terra non sit, cuius Agricola est Deus ipse terræ Dominus; Deus ijs dominatur, qui nec ad dexteram, nec ad sinistram, tendentes, semper in medio, virtutis loco, sistunt, cuiusmodi terra est. Mox pergo ad aerem, ibique suspensum, lacrymor Deum, qui ex alto illo loco nobis potius, quam sibi cauens, sanguinem totum legat. attendo pijssimam Virginem stātem iuxta Crucem, video dilectum Ioannem, cui dat matrem Christus, aitque. *Ecce mater tua*, expendo, cur Ioanni potius, quam Petro Matrem suam dederit Christus? certè Petro commendauit Ecclesiam, cuius nobilior pars est Beatissima semper Virgo Maria; tradatur ergò Petro, ne dum in generali cōcessione Ecclesiæ, sed etiam in particulari commendatione sub cruce. haud ità fiet, inquit Christus, Ioāni dabitur Thesaurus hic incomparabilis; fun-

Deus humilium dominus.

Beda.

Ioan. 19. 27.

A detur super petram, Petrum Ecclesia, ibique stabiliantur electi omnes, non enim nisi super petram stabilitur terra: ast altioris ordinis Virgo, migrabit aliò, dabitur alteri, vt quæ nam sit, & quantum alios excedat dignitate electos vel hinc innotescat, supponendum quapropter est, Cælum, Beatamque gloriam, nō alij concedi, quam gratiæ, quod si ista aberit, abibit, & gloria, nec

B quisquā cælicę habitationis fiet inhabitator; infimi valoris sunt opera gratia priuata, haud coronabuntur, nisi digna imperio vivificentur gratia; sed dignum præmium gratiæ nil correspondebit, nisi glorla, & Cælum; ex quibus, cur Ioanni data sit Virgo Maria coniecto. patefacere volebat Virginis Matris dignitatem Christus, innuere excessum, quo cæteros iustos antecedebat.

C en, dat Ioanni, quasi in pręmium, quia Ioannes interpræatur gratia Dei. Dei gratię non aliud correspondet, nisi Cælum. Cælum ergò manifestatur Virgo, cum datur Ioanni in Cruce. Vnde D. Ambrosius inquit serm. in exhortatione ad Virgines. *Neque enim Mater Domini migraret, nisi ad possessionem gratia.* gratiæ fructus, & præmium, cælum est, proindè Annæ, quæ gratiam sonat, partus

D datur Maria. ad hęc spectauit D. Ciprianus in serm. de assumptione Virginis, dicens. *Anna rursus similitèr gratia interpretatur.* & inferius *Anna verò grauida effecta, Cælum, & Thronum Cherubicum peperit, Sanctam puellam Mariam* Annę, quę gratia interpretatur Maria datur, quia gratię succurrit cælum, & cælum Virgo est. Terra sunt electorum cætus respectu Mariæ, quæ Cælum est.

Cælo

Beata Virgo cur Ioanni datur.

D. Ambros.

Maria Cælum, reliqui electi terra.

Cęlo terraque adpictis cum hac inscriptione. *Quis pertinget excessum.* solebat quidam inaccessibiles, ineffabilesq; virtutes sui Domini supra cæteros commendare; nec distabat à Spiritus Sancti Doctrina, qui Isaiæ 55. hoc eodē Symbolo infinitum excessum inter cogitationes diuinas, & humanas manifestauit, dicens, *Quia sicut exaltātur cęli à terra, sic exaltatę sūt vię meę à vijs vestris.* quod si Virgo Cęlum est, terraque electi cæteri respectu Mariæ; interque cælum, & terram, est veluti infinita distantia, infinitè veluti, & inaccessibiliter superat vniuersorum Sanctorum virtutes Beatissimę Virginis præcellentissima virtus. hinc Vgo serm. de assumptione Deiparæ, tom. 2. *Tu singulariter electa, tu ineffabiliter sublimata, nulla tibi in gratia similis esse potuit, per quam gratia venit super omnes filios hominum.* & mox. *ergò, super omnem meritum excellentia tua, eminentior cunctis, sanctior vniuersis.* Ineffabiliter, inquit sublimata, vt exaltātur cæli à terra, ità supra cæteros emicat Virginis Mariæ excellentia.

Isai. 55. 9.

Vgo.

Quæ ad tantum altitudinis gradum adhuc euolat, vt nec esse detur ferè electorum sanctitati, vbi Virginis elucet virtutum fulgor. lego Prou. 8. *Dominus possedit me in initio viarum suarum.* quæ verba, licet Dei filij sint, qui ab ipsa æternitate fuit possessio Patris, quia Patri coæternus, vndè inquit Diuus Hieronymus epist. ad Ciprianum. *Possessio significat, quod semper in Patre filius, & Pater in filio fuerit.* vbi Dei in nos æternam Charitatem licet contemplari, à Possessione, non nisi fructum Dominus expectat, possessionem Patris se dicit filius Dei, quia à se, vti possessione, fructum expectabat Pater: & quinam fructus filius Dei est, nisi nostri germinatio in vitam æternam? dixit iam Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert.* vbi Doctores nos multiplicandos affirmant: fructus igitur Dei filij, nos sumus, & nos à filij possessione Pater exquirit. Ast tum sancta Ecclesia, tùm Doctorum turba verba isthæc. *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret.* Beatissimę Virgini accomodant; quod difficultatis nodum non eludit, Deus etenim ab initio suę ęternitatis nedum Virginē, sed omnes alios electos possedit, & cognouit etiā nō electos, nam omnium Creādorum habebat Ideam, & ratione istius Ideę, quę in ipsa Dei essentia est, siuè ipsa essētia, omnia possidebat, vti se, quid igitur est, quod ait Virgo, Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquā faceret? dicam quod sentio, mox alia consulturus Possessio alicuius Regis illa debet dici, quę dignitatem Regis consequitur. Si enim Rex villam tantum possederet, illa possessio, licet Regi non negaretur, tamē quia Regis dignitatem non sequitur, nō aptè Regis possessio dici potest, vndè, etsi Christus Cœli, & terrę verè Rex, & Dominus esset, qui dominabatur à mari vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum; quia mūdus hic, digna eius possessio non erat, nec cęlestem explicabat Regem, dixit se non esse huius mundi Regem. *Regnum meū non est de hoc mundo.*

Prou. 8. 22

Verbum ab æterno Patris possessio.

D. Hieron.

Ioan. 12. 24.

A filio nos veluti fructus exquirit. Pater æternus.

Deus ab æterno omnes possedit.

Ioan. 18. 36.

quia

Sola Maria digna Dei possessio. quia autem nullus sanctus, etsi eminentissimus, digna Dei erat possessio, sed tantum *Virgo*, quæ Deitatis Regimen exprimebat, ideò ipsa de se ait. *Dominus possedit me in initio viarum suarū*. Dices tamen, vbi nam hæc possessionis dignitas consistebat? dicā, *Deus* est infinitus, nec igitur dignum *Deo* verè est, nisi infinitū. Idea illa Mariam repræsentans quandam dicebat infinitatem, non quidem absolutè, sed relatiuè, quia in suo conceptu semper includebat Deum illa, quę Dei Mater futura erat, relatiua autē simul cognoscūtur, itaque Deus, videndo in Idea Matris suæ Mariam, simul videbat se, vti Mariæ filium, & ità relatiuè Maria dicebat Dei infinitatem, quia autem infiniti Dei, Possessio infinita digna est, ideò Maria, cęteris omnibus Sanctis posthabitis, inquit. *Dominus possedit me*. hinc Ludouicus Legionēsis in hunc locum inquit. *fatetur, quod possidetur ab illo, sed non tantùm, quia possidetur ab illo, sed multò magis, quia ab eodem ipso habet, vt sit amenus, & fructuosus, & pretio, atque existimatione dignus hortus*. dignus hortus, digna possessio Dei Mater Virgo est, quia in se relatiuè infinitatem claudit, ait quapropter. *Dominus possedit me*. ast, quid est, quod subiungit, *Antequam quidquam faceret*? nunquid ante omnes illa facta est? nunquid Virginem non præcesserunt Sanctus Abraham, à Deo benedictus Iacob, Deificatus Moyses, electus Dauid? quid est, quod nil factum asseritur, cum Virgo à Deo possidetur. Vado ad secundum Virginis filium Ioannem Euangelistam. *Vidit hic* Dei Matrem in cælis Sole amictam, Stellis redi-

Maria infinitatem claudit, & quando.

Ludouicus Legionens.

A mitam, lunamque calcantem. ità Apoc. cap. 12. *Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona Stellarū duodecim*. amictus solis Mariæ datur, inquit D. Bernardus, quia nescit vel peccatoribus non benefacere nostra *Virgo*. *ea est* inquit Sāctus *qua velut alterum solem innuit sibi; quemadmodum enim ille super bonos, & malos indifferenter oritur, sic ipsa quoque præterita non discutit merita, sed omnibus se se exorabilem, omnibus clementissima præbet, omnium denique necessitates amplissimo quodam miseretur affectu*. non linquit in terra vapores sol, sed trahens ad se mox vertit in pluuiam, aut in ignitas impressiones, iuxtà exhalationum materiam. Sic Virgo peccatores à terra ad cælorum ducens spatia, vertit in lacrymarum nubem, aut incendens flammigera charitate imprimit superioribus, vbi conuersationem ducentes electi spatiantur. Sed dicam vlterius amictam Sole Virginem, quia sanctis omnibus circundatur. Sic D. Bonauētura in Virginis laudem. *Mulier nostra Maria, sole perhibetur amicta, hoc est Sanctis omnibus, cum scriptum sit, his omnibus veluti vestimento vestieris*. Sol quilibet Sanctus in Beatitudine erit, cum *fulgebunt iusti sicut sol*. hi sunt Beatę Virginis amictus, induatur Sanctorum spolijs Virgo, quæ caput contriuit serpentis, quæq; Sanguinem, & carnem filio suo dedit, quo superauit antiquum hostem, abstulitque spolia, quę ab Adam habebat; sint matris, filij triumphi, induatur Sanctis. sed quid est, quod nō proprijs splendoribus effulget virgo? quid est, quod à Sanctis habet amictus, dica-

Apoc. 12.

D. Bernar.

Maria peccatoribus subuenit.

Virgo omnibus Sanctis circūdatur.

D. Bonau.

dicaturque. *amicta sole*. hoc est A sanctorum vniuersitate. O virginis supereminentissimum virtutum,& gratiarum culmen. ornãt Virginem Sancti,sed,vt amictus, vti vestimentum;amictus,vt amictus est, non ponitur à Philosophis sub genere substantię, sed accidentis; quod si in genere accidentis amictus est, equidem Sancti,vbi cum Virgine sunt,veluti accidentia considerari debent. Accidens,ait Arist. non est ens,sed entis, Non entia dicuntur accidentia. quod si Sancti ad Virginem comparati accidentia sunt,hæcque sint non entia, tanta est Beatissimæ Virginis excellentiarum altitudo,tanta est præstantia,vt vniuersitas Sanctorum plena meritis, eminens gratia, fulgens virtutibus, in Virginis comparatione,ferè non entia dicatur.hinc D.Damascenus serm de assumptione Deiparæ. *Virga Iesse,hoc est Maria, veri pręuia luminis,in illa inaccessibili luce perlucens, sic vtrorumque spirituum hebetat dignitatem, vt in comparatione Virginis,nec possint, nec debeant apparere*. noto quod ait, *nec possint apparere*, sunt, sed quasi non sunt,nõ possunt apparere, & deinceps. *An putas, quod non contremiscat tota, rationalis creatura ad contemplationem tãta dignitatis*. ex quibus, cur aiat Virgo. *Dominus possedit me in initio viarum suarũ, antequam quidquam faceret*.innotescere potest,erant iam ab æternitate Ideæ omnium rerum in Dei mente, fuerunt in tempore, Sanctissimæ creaturę in mundo. at quia hę, in Virginis comparatione,tanquam non entia erant, apparere non poterant, ideò sola dicitur à Deo possessa antequã quidquid faceret Deus, creata Maria.

Arist.

Omnes Sãcti quasi non entia sunt in cõparatione Virginis: D.Damasc.

Quasi non sint,sunt electi sanctitatisque apices in conspectu Virginis, quæ, ea est, vt redoleat infinitatem; & sicuti finiti ad infinitum nulla proportio datur, ita non est proportio inter Virgineæ Sanctitatis culmen, cæterasque Sanctitates. inquirebat Beatissima Virgo Dominum, efflagitabat, vbi cubaret in meridie,dicens.*Indica mihi,vbi pascas vbi cubas in meridie*. cui Deus; *si* B *ignoras te,o pulcherrima mulierum, egredere, & abi post vestigia gregum,& pasce hœdos tuos*.ad pascendum hædos mittit Deus, & ait. *egredere*,vbi Pastoribus animarũ studium, erga illas inculcatur. *Egredere*. dicitur; quia, & sua, & se post habere debet;id tantum curabit, quod gregi proderit. mali Prelati sunt, qui non egrediuntur,suosque greges suis aptant commodis potiùs, quam se C sui gregis commodo. amorem exquisiuit Deus, cum Petro cõmisit animarum curam,quia non est vbi animat anima amans, sed magis vbi amat. egrediatur, linquat quidquid à pastorali cura auertit, bonus Pastor,et si egreditur, cognoscet se à Deo animabus præfectum,qui ait.*Egredere, & abi, post vestigia gregum, & pasce hœdos tuos*. premo tamen, cur ab hædis sui cognitionem hau- D stura mittatur Beatissima Virgo, nonne hædi obstinatorum peccatorum symbolum sunt? quis renuet? dicente Domino hędos damnandos in die Iudicij,*statuet quidem hœdos à sinistris*. & Orig. explicans hunc locum Cant. inquit, hic, per hædos significari peccatores. nunquid peccatores Maria agnoscendo, se se cognoscet?nunquid innocentiam summam prauitas indicabit? quid est,

Cant. 1.7.

Linquat sua vt subditos curet Prælatus.

Orig.

Matt. 25. 33.

eſt,quod ab hędis, Mariæ cogni- A tionem odorari vult Deus? Magnum Sacramentum.peccatores Mariā repręſentabunt,quam,vel iuſti omnes figurare minimè poſ- ſunt?quod patet ex eo,quia Beatiſſima Virgo , gyrum celi ſola perficit vndè ait.*gyrum cęli circuiui ſola*.ſola eſt,quæ velut circumferentia omnes gyrat ſanctos,reliqui ſunt velut huius gyri centrum , non poteſt autem centri paruitas circumferentiæ repræ- B ſentare magnitudinem, quæ in infinitum,centrum excedit,quod dixit D.Bernardinus Senenſ.tract.1.ſerm.61.art.2.cap.4.*ſecundum* Dionifium,*in Regno Calorum omnium inferiorum dona in ſuperioribus,in tanta pręexcellentia sūt, quod quaſi nulla eſt comparatio, niſi ſicut eſt circumferentię ad ſuum centrum. Cum ergo Beata Virgo ſupra omnem ordinem ſit , in tantum quod per ſe faciat ordinem incom- C municabilem;ſequitur,quod ſupra omnes inferiores ordines,tam Angelorum , quam hominum ſimul ſumptorum ipſa improportionabiliter eſt Prælata, & quidquid eſt gloria in omni inferiori glorificata natura, tam Angelica, quam humana,multò pręcellentior eſt in Virgine matre Dei.* totus itaq; Angelorum , & hominum cætus, ſimilitudo expreſſa , & totalis *V*irginis eſſe non poteſt;vndè ex illis digni- D tatem , & meritorum ſuorum culmen agnoſcere non poteſt Beatiſſima ſemper Virgo Maria. ſed nunquid peccatores facient, quod Sanctis omnibus vnitis facere non licet? Soli peccatores , *V*irginis poſſunt demonſtrare excellētiam;quapropter eſt ſciēdum, bona aliqua cognoſci per priuationes eorumdem ; vndè quantum bonum ſit viſio cogno-

Eccl.24.8.

D. Bernardin.

Omnes Sancti reſpectu Mariæ ſunt quaſi punctum, ipſa autē circumferentia.

D. Bernardinus.

ſcitur per eiuſdem viſionis priuationem,ſcilicet cęcitatem:demonſtrare volebat propriā *V*irginis magnitudinē eidem et Deus, miſitque ad priuationes,ad peccatores,quod ſi ex priuationibus cognoſcitur aliquando bonum. equidem *V*irginis bonum,*V*irginiſque Sanctitas apparebit ex eo quo priuamur peccato. Peccatū magno bono gratiæ priuat, Maria igitur veluti, gratia eſt, Peccatum,gloria priuat,Maria veluti gloria eſt progredior vlterius. Peccatum bono nos priuat infinito,Maria igitur in tantam euecta eſt meritorum altitudinem , illum aſcendit dignitatis apicem,vt ferè infinitum bonum ſit. ſi igitur ignoras te , ò Virgo , vade ad peccatores, & ex priuatione,quantum bonum ſis,tu cognoſces , inuenies illos bono infinito priuatos , bonum igitur ferè infinitum extas tu Beatiſſima ſemper *V*irgo Maria.quadere dixit D. Thomas . *Hanc fecit Deus infinitam imaginem bonitatis ſuę* . quis à bono infinito vſquam auertetur?quis affectu toto,mēte,corde,& viſceribus te sē ꝑ nō diligit ò Maria q̃s attinget infinitū? ꝗ in ipſo *V*irginis initio fūdabat exordia?De hac Beatiſſima Virgine,loquens Iſaias cap. 2. inquit. *Et erit in nouiſſimis diebus pręparatus mons domus Domini in vertice montium , & eleuabitur ſuper colles.* ſublimitatem Virginis Mariæ intuetur D.Gregor, in lib.Reg.& intuens hunc montem in vertice montium, ait,eſſa Mariam ſemper Virginem , dicens . An non mons ſublimis Maria, quæ , vt conceptionem æterni Verbi pertingeret, meritorum verticem ſupra omnes Angelorum Choros,vſq;ad ſoliū

Maria est velut gratia, & gloria.

Maria ferè infinita in meritis.

Iſaias. 2.

D.Greg.

Deitatis erexit, huius enim montis præcellentissimam dignitatē Isaias vaticinans, ait, *Erit in nouissimis diebus, præparatus mons Domus Domini in vertice montium, mons quippè in vertice montium fuit, quia altitudo Mariæ supra omnes Sanctos refulsit.* emicat super omnes Sanctos, & eminet Mariæ altitudo; quapropter bene super omnes Sanctos describitur, vt enim inquit Glosa. *Montes sunt Angeli, Prophetæ, Patriarchæ, Apostoli, Martyres, & alij, qui miraculis effulserunt.* superexcedit omnes Maria, quæ superexcellentiam, veluti infinitam induit. vndè noto D. Hieronymum ex 70. legere in capite montium. *Septuaginta*, inquit. *manifestum montem Domini, & Domum Dei, super capita montium transtulerunt.* super capita Sanctorum, vel initia Virginis sternuntur, vndè queunt dicere Sancti Deo, imposuisti Mariam super capita nostra. peto, vt quid Domus Dei Mariæ fundamenta super Sanctorum iaciantur capitibus? & mysterium aucupabor, ex ijs, quæ ait de capite Lauretus in Silua allegorica, inquit ille, per caput significari mentem, hoc est intellectum, & voluntatem. *caput sæpè dicitur mens, aut voluntas.* itaque dum Maria in capitibus Sanctorum fundatur, initia sui stabiliuit supra intellectus electorum. inquiro, cur Deus intellectus aptet Virginis exordijs? Dicam, Domus altitudinem cōiectamus illicò ex fundamentis; quò enim quis profundiora excauat fundamenta, eò altiora cacumina efferet Domus, in hominum intellectibus Virginis fundamenta iaciuntur; quid indicat intellectus? equidem infinitatem, nā intellectus infiniti capax est, quod si principia Virginis in intellectibus fundantur Sanctorū, & intellectus infinitum capere potest, concludendum censeo Virginis altitudinem, Sanctitatisque culmen, ferè in infinitum excreuisse. *Hanc fecit Deus infinitam imaginem bonitatis suæ.* ait. D. Thomas. Excedit Beatissima Virgo, & crescit ferè vsque in infinitum; ipsa enim est, in quam Deus ea cuncta fudit, quæ potuit creatura, Mater Dei recipere; vndè nec subiectum capacius erat, nec Dei potentia vlterius se se extendere poterat, supra enim dignitatē maternitatis Dei, nec Deus surgit. Mortuus iam erat Christus in Caluariæ vertice, cū militum vnus lancea latus eius aperuit, vnde Sanguis exiuit, & aqua. haud facilis est vltrà aquā transitus, detinet viatores. quadere contemplor, cur aqua ex Christi manauerit corde? in cuius intellectum, notandum est, vel à mundi exordio Beatissimam Virginē figuratā in Eua, in illis Verbis. *faciamus adiutorium simile sibi.* quapropter D. Bernardus in serm. de Assumptione. ait. *Et quidem ad restaurationem humani generis sufficere poterat solus Christus, &c. sed bonum non erat nobis hominem esse solum, cōgruum magis erat, vt adesset nostræ reparationi sexus vterq;, quorū corruptioni neuter defuisset.* corruperāt humanū genus Adam, & Eua, Restauraturus erat Deus mundū, voluitq; in hac restauratione honorare muliebrē sexū in Maria, q̄ carnem dedit, & sāguinē, quo redēpti sumus, vndè cū Christus redimebat orbē, ipsa filio concrucifixa stabat iuxta Crucem, eratq; velut Dei adiutorium. ast notādū est, Adæ adiutorium

Marginal notes: Glosa. — Lauretus. — Vel Mariæ exordia eius in finitatem prædicant — D. Thom. — D. Bernard. — Eua figurat Mariam. — Maria iuxtà Crucem veluti Christi adiutrix.

tortū à costa excreuisse, quæ iuxta cor erat, quamobrem à corde Adami mulier veluti prodijt, quid Christus? sciebat Beatissimā Virginē sæpesæpius in sacro eloquio nominatam aquam, mox enim fluulus, mox puteus aquarum viuentium, mox fons cognominatur hortorum, vt igitur indicaret illam, vti Dei quodam adiutorium prodijsse ex Christi corde, ideò à corde fudit aquam. accinit Rutilius Benzon. in Cāt. Magnificat his verbis. *Maria ex corde Christi dormientis in Cruce formata est, cum aperto latere exiuit Sanguis, & aqua.* ex Christi corde Maria est, quę tota prodit in charitatis ardorem. Inquiro, cur ex corde Dei dicatur efformata Maria Virgo? ipsa enim filia Patris dicitur à Sacris Doctoribus, cor autē principium amoris est, nec filius amor, sed Spiritus Sanctus; vndè potius à Dei intellectu, quam à corde prodijsse Mariam, affirmare deberemus. Vado ad Verbi generationem, promulgauit illū Pater æternus, dixit, qui ab ęterno filium dicebat. *Eructauit cor meū verbū bonū.* non amor filius est, sed Spiritus Sanctus, qui Patris nexus est, & filij, in Diuinis, vt quid igitur, Verbo, datur Principium, Cor, quod est amoris symbolum? In loci huius enucleationem supponendū est ex Sacra Teologia, Deum esse simplicissimum, nec de alio, quā de sua substātia, generare filium; cūm igitur illa substantia simplicissima sit, & indiuisibilis, generando filium Pater, ex sua substancia dat filio quidquid habet, nec aliquid remanet in Patre, quod filio non communicetur, Paternitate excepta, vndè, & cordi amoris fonti generatio tribuitur. Amor etenim adeò liberalis est, vt nil sibi retineat; quapropter, etsi ditissimus, nudus adpingitur. hinc D. Bernardus in Cant. *Amorē dicit, quia intrà se nil sibi habere potest hac eructatio.* totum dat Deus filio, quem à corde amoris fōte eructat. cumquè à corde dicitur generare Deus, omnia, quod potest, producto donare iudicandum est. Quod si Virgo à Dei corde producta dicitur, equidem totum dedit tantæ creaturę, quod dare potuit. quid potest dare Deus? infinita quidem dona, tanta igitur accepit Virgo, quanta accipere, & capere potuit altissima creatura non vnita Verbo, & ferè infinita. hinc exclamat deuotissimus quidā ex recētioribus. *O Beatissima Virgo tot dona, & gratias accepisti à Deo, quot potuit, ei bi, vt Matri suę dare, & tu accipere.*

Redeo ad Cant. Verba. & ab Ecclesia prolata, etiam sentio cū sanctis Doctoribus. *indica mihi, inquit, vbi pascas, vbi cubas, in meridie.* in meridie exposcit filiū Dei Sancta Ecclesia, vbi Ludouicus Pontanus inquit, meridiē esse Beatissimam Virginem, in ea cū Deus est, in meridie est. pēdocur meridies Virgo dicatur? & patefaciunt Astrologi, qui aiunt maiorē altitudinē, nō posse Solē attingere, ea, quā attingit in meridie, vndè post meridiē tēdit ad occasum. O. meridies dicitur Virgo, quia altitudo eius tanta est, vt nec Deus possit exurgendo in creatura pura maioris dignitatis, attingere apicē. *hoc autem,* inquit Ludouicus. *Incarnationis mysterij operatum est secretò in vtero Beatę Virginis; quę inter omnes puras creaturas, homines, & Angelos, meritò Dei meridies nuncupatur; omnes incomparabiliter excedit, & luminis*

Rutilius Benzonius

Ps. 44. 1.

Verbum cur ex inde Patris dicatur generum.

Bernard.

Amor omnia dat, nil sibi retinet, vnde nudus.

Ludouic. à Ponte.

minis splendore, & ardore Charitatis. En quàm eminens Beata Virgo est; quàm eleuata fuit à Dei potentia virgo, quæ cõcipere, ac parere meruit filium Dei, ad quandam scilicet, ferè infinitam dignitatem; ità vt quodamodò Deificatam asserere non sit absonum. Petebat affectuosa quadam cõfidentia Verbi æterni Incarnationem Beatissima Domina nostra, Cęli Regina, ac aiebat. *Cant. 1.1.* *Osculetur me osculo oris sui, quia meliora sunt vbera tua Vino*, ardebat Dei desiderio Beatissima Virgo, quæ supra omnes puras Creaturas, Deum amabat. vndè in osculo hoc filij Patris æterni, exposcebat Incarnationem, ita *Ghisl.* Ghislerius in Cant. cap. 1. *Beatissima Virgo Maria supra omnem creaturam, vnica excepta humanitate Christi, Diuino amore flagrabat, vndè necessario consequitur, quod supra omnes antiquos Patres Incarnationis languerat desiderio, per quã tantò pre alijs Deo dilecto suo arctius vniretur, quanto pre cęteris vniuersis vna electa erat, ex cuius carne, Deus ipse humanam assumeret carnem.* optabat Incarnationẽ Virgo, & Spiritu Sancto afflata, petebat in osculis dicens. *osculetur me osculo oris sui*, ast mirum ingerit, quod sequitur. *Quia meliora sunt vbera tua vino*, certe filius Dei factus homo, lactis indigus erat, & de facto, matris vbera suxit accepturus potius lac erat, quàm daturus: cur ergò ait. *Quia meliora sunt vbera tua vino*? ipsa vbera sugit, quæ vbera erat exibitura; imò hæc videtur ratio motiuum præbẽs Incarnationis Deo; quasi dicat, sumat carnem à me filius Dei, quia iam suxi vbera eius, & vino meliora, agnoui. *D.Greg.* D. Gregorius verbis in his, celeritatem, qua Deus petitiones nostras ex amoris flagrantia procedentes exaudit, intuetur, & ait: *Pius sponsus antietatem animę sentiens, amorem diligens, votum exaudiens, osculum porrigit, & ne desiderio fatiscat, gustu suę suauitatis tenet, & dum suam presentiam exhibet ad maius dilectionis osculum accendit. Vndè hac illum sentiens ad eum se conuertit, & quem præsentem habet voce mutata alloquitur; Quia meliora sunt vbera tua vino.* *Celer Deus est in nostris exaudien: dis oratio: nibus.* nescit procrastinare Deus, iustis petitis, non moratur, nec detinet *sit.* quapropter vix osculum petierat sponsa, & acceperat; vndè descendit ab vbera, non amplius petitura, quod acceperat, osculũ. optima quidẽ expositio, cui etiam assentitur Diuus Bernardus. ast stando in illa particula *Quia*, quę causam aliquam Incarnationis, & motiuum, eiusdem videtur indicare, exquiro, cur Incarnationem petat Virgo, ex eo quia iam Dei Vbera suxerat, saturataque erat lacte? in enucleationem mysterij, supponendum censeo Dei filium nullius esse dignum partum, nisi Dei; quod si nulla Creatura Deus esse potest, & ex creatura carnem sumpturum erat Verbum, illa Creatura quoad fieri poterat Deificationẽ quandam subitura erat, & imbuenda moribus Diuinis. Doctrina est Galeni, in lacte communicari mores; vndè Galenus de tuenda sanitate lib. 1. & Auicenna lib. 1. Fen. Doctrina prima cap. 2. aiunt *Lacte mores communicantur.* *Nutrix secundum mores suos consideratur, quoniam ipsam oportet bonorum morum, & laudabilium esse, quę tardè à malis animi passionibus patiatur, sicut ira, tristitia, & timore; omnes enim isti corrumpunt complexionem, & permutant, & transeunt*

ſeunt in infantem, tranſeunt cum lacte mores,& eiuſdem erit cum lactante Matre complexionis filius. Maria igitur petebat Incarnationem,aiebatque ſe lactatam ad Dei Vbera. *Quia meliora ſunt Vbera tua vino*, quod ſi mores tranſeunt cum lacte,equidem ad tantam altitudinem euecta eſt Dei Mater, vt quid Diuinum ſit adepta; vndè Spiritu Sancto afflata, ſic inſonabat. *Oſculetur me oſculo oris ſui,quia meliora ſũt vbera tua vino*. quaſi diceret, vt pariat quis Dei filium,ad Diuinam altitudinem, ad Diuinos mores eleuandus eſt:ſuxi lac Dei,igitur ad quandam Diuinitatem eleuata ſum: detur quapropter mihi filius Dei,fiam Mater, fiat mihi, ò Angele, ſecundum Verbum tuum,audiatur. D. Bernardinus Senenſis tom. 1. conc. 16. *Quod Deus generet Deum nulla requirebatur in Deo diſpoſitio,cum ei ex natura conueniret; ſed, quod foemina conciperet,& pareret Deum, eſt, & fuit miraculum;oportuit enim, vt ſic dicam foeminam eleuari ad quandã equalitatem Diuinam, per quandã quaſi infinitatem perfectionum, & gratiarum,quam equalitatem nunquam creatura experta eſt*.

Ita quidem,ad quodam Diuinum eſſe Virginis Altitudo euolauit. Præconijs Virginis Beatiſſimæ veſtigia efferebant Angeli; & aiebant. *Quam pulchri ſunt greſſus tui,in calceamẽtis filia Principis*, Calceos laudant Virginis Beatiſſimę,greſſuſque in calciamentis;non enim illi erant,quos ablegat Clemens Alex. lib. 2. Pedag.cap.11.cum ait.*Similiter autem, in calciamentis ſuperbę arrogantesque feminę, magnam quoque oſtendunt mollitiem. Verè ergò turpia ſunt illa ſandalia,in quibus ſunt*

Cant.7.1.

Clemens Alex.

P.Franc.de Franch in Hoſ.

A *aurea veluti donaria; quin etiam circum circa clauos ſoleis infigere equũ cenſent, multę autem eis quoque amatorias ſalutationes imprimunt, vt vel per terram numeroſè incedentes, meretricios ſpiritus inceſſu inſculpant*. pede loquebãtur antiquæ mulieres,quodque prohibebatur lingua edicere, clamabat terra notis calceorum ſculpta. abeant calcei hi à Virgine,quæ Deum ſemper habens præſentem, ore ad os loquebatur.verum fatigant, etſi non pedes,mentem,calcei hi, etenim Beatiſſima Virgo Principis filia, hic vocatur, nec filia ſummi Principis libera non eſt,calceus autem ſeruitutis, & arctationis, ſolet eſſe Symbolum, vndè præcitato loco Clemens Alexandrinus inquit, *Calceatum enim eſſe non paruam habet affinitatem cum eo, quod eſt eſſe ligatum*, quod ſi ſemper ſoluta Virgo, ac libera fuit,quid eſt,quod laudãtur eius pedes in calciamentis? abeant comunes calcei ab ea, quę communibus legibus, non tenetur, haud animalium pelles operiant pedes eius,quæ nil animale in ſe retinebat, aptetur Hyacinthus pedibus illis, qui Lunam calcãt, ſic Sotomayor in hunc locum. Verũtamẽ, inquit nõ ſimpliciter laudantur hic nudi ſpõſę pedes, ſed cum additamento, nempè in calciamentis, hoc eſt ſimul, & coniunctim cum calciamentis, quibus ſponſa vtebatur, quo ſẽſu etiam Ezzecch. ſic per tranſlationem populum Iſraeliticum alloquitur Deus, *Et veſtiui te Diſcoloribus,& calciaui te Hyacintho. Hyacinthus* Lapis Virginem calciat, quapropter in figura dixit Deus hebręis *Calciaui te Hyacintho*. Dices tamen, Quid Hyacinthus

Amatorias ſalutationes calceis clauatis in terra ſculpebant Mulieres.

Calceus ſeruitutis ſymbolum.

Soto Mayor.

thus hic figurat in Virginis gressibus, Hyacinthiq; vestigia, quid præseferunt? enucleabo Angelorum dicta ex Sacra Theologia. Concedunt vnanimiter Theologi, Deum esse incompræhensibilem, & pro statu isto, non posse ab hominibus videri facie ad faciem, videmus tamen eum per speculum, & Creaturas, & imus ad Deum, cognoscimusque eum per vmbram, vestigium, & Imaginem; & vestigium repræsentat B cum quadam distinctione, vt inquit D. Bonauentura in primo sentent. *Vestigium* itaque inducit nos in cognitionem alicuius ingnoti. patefaciam distinctius hoc ex antiquorum fabellis, sub quibus Margaritæ spiritualium mysteriorum aliquando latere solent. Transformauit Yo illam Nimpham, de qua Ouidius in sua Metamorphos. in vaccam, effecta Deitas: eiulabat ipsa, quæ C Nimphæ formositatem, vaccæ operculo aspiciebat deformatā; impediebatur loquela, ne casum ediceret, manifestabat se tamen pede, & ex vestigijs in Nimphæ agnitionem facile deueniri poterat. quisquis, nā *Vitulæ* pes, ita efformatus est, vt diuisis vngulis ypsilon efformet, habet nec non sub pede quandam rotunditatē concauam, quæ format. O pede igitur suo Nimpha dicebant se, D & in vestigijs suis legebatur, Yo, vndè vestigio in alicuius rei ignotę possumus deuenire. Altissima est, & quæ facilè humanū superet captum Beata Virgo: agnoscere eam possumus per vestigium, fuimet, en habet in pedibus Hyacinthū, & Hyacinthina sunt Mariæ vestigia, accedit D. Greg. & ait *Quid per Hyacinthum, qui valdè pretiosus est lapis, designatur, nisi* A *munus aeternæ retributionis.* Gloriæ symbolum Hyacinthus est, igitur Mariæ vestigia sunt gloria, quod si per vestigium nos aliquē cognoscimus, & vestigia Virginis, Gloria sunt; equidem ipsam veluti gloriam, possumus cogitare Virginem. quid gloria reprę sētat, nisi infinitum, & quidē illā dicit infinitam ex bono infinito. D. Thomas. *Beatitudo creata ex eo quod est fruitio Dei, habet quandam infinitatem.* in infinitatem quandam igitur, Beatissimę Virginis præstantia assurgit. Per vmbram; & imaginem agnoscitur ignotū. O *Video* Spiritum Sanctum Virginis vmbram. *Spiritus Sanctus obumbrabit tibi.* *Video Verbum* filium Patris Beatissimæ *Virginis* filiū, filius Imago Parētū est. deficit humanus intellectus, vbi Virginis præstantiæ volatum intuetur. Qui talis est, vt ad illum exaltandum Christus minorare se videatur infrà Virginē. Altissimus equidem est Christus, & Virgine maior, quippequi Deus est, & homo, ast ad *Virginis* Matris dignitatem exaltādam se minuere videtur. Creauit Deus hominē, subdidit de non comedendo lignum præceptū, nec solum tentauit *Diabolus*, expectauit tantisper, moxque, vt vidit creatam mulierem aggressus est illam. pe-to. cur derelicto Adamo mulierē preoccupauit Diabolus, quid mali genus posterum patiebatur, si non peccasset Adam? equidem originali macula non fuisset pollutū. ad quid igitur, nōn aggressus est illum, cuius ruina, omniū ruina erat? penso belli leges obseruasse Satanam, cum solus erat Adam, in Paradiso fortis magis erat, quandoquidem erat indiuisus, creauit mox Euam lex eius latere

D. Bonau.

Yo Nimpha quomodo cognosci poterat.

D. Greg.

Beata Virgo veluti gloria.

D. Thom.

Gloria creata quandam habet infinitatem.

Spiritus Sanctus, & filius natus in Virginis altitudinis ducunt cognitionem.

Si Adam non peccasset non contraxisset Originali peccatum humanum genus.

latere Deus, deditque in vxorem A & diuiſus eſt, etenim, vt inquit Paulus Apoſtolus, ſponſi, qui cogitare habent, quę ſunt ſponſorum, diuiſi extant. agnouit diuiſum Adam Diabolus, cogitauit aggredi, ſed quam nam partem? magis debilem; hęc erat Mulier, & ideò mulierem aggreſſus eſt ſubdolus. *mulierem.* inquit Macharius in Bibliot. VV. PP. *agreſſus eſt Diabolus, qua non ità fortis erat in virtute, vt Adam, imbecillis* B *eſt Satanas, & tentat primò debiliora.* quærunt Sancti Doctores, nũ Diabolus Mariam fuerit aggreſſus, & plerique cõtendunt, adeò eam timuiſſe, vt non auſus fuerit aggredi imò Stephanus Mendexius. lib. de dignitate Virginis, inquit, Diabolum non acceſſiſſe ad Virginis ædes, vt tentaret Christum, quia ibi erat Virgo, quæ terribilis erat, vt caſtrorum acies ordinata. vtque primum C ſeparatus eſt à Virgine, iuitque in deſertum, tunc acceſſit tentator. *& accedens tentator.* certè Christus, vt filius Virginis, pars Virginis erat. quod ſi Diabolus illam partem aggredi ſolet, quæ imbecillior videtur; induci poteſt ex hac tentatione, Chriſtum Dei filium, adeò ſuam pijſſimam matrem efferre voluiſſe, vt ſe ſe quodamodo, illa minorem in virtute oſtendere voluerit. quid D dignius Virgine hac Beatiſſima? quid ſublimius? ò Virgo, verè cęteris per partes, in te verò tota deſcendit plenitudo gratię. figurauit te arca illa Noe, in qua homines, & iumenta ſaluauit Dominus. Eia Virgo Sacratiſſima, ſalua tuis precibus peccatores omnes, quos vnitos excedo. ad illam ſubleuandam, non pluuia, non imber de Cælo deſcendit,

Diabolus cur mox creatum Adamum non aggreſſus eſt.

Stefanus Mendexius.

Christus veluti Virgine minor vt Virginem exaltaret.

P. Franc de Franch. in Hoſ.

ſed apertè ſunt cataractæ Cæli, & factum fuit diluuium; ità ad te extollendam diſruptum eſt Cælum, & gratiarum diluuium effudit.

Ad Mariam exaltandam apertæ sũt cataractæ cæli.

SECTIO IX

Ioſephi Sponſi Mariæ Excellentia commendatur.

PECCATA &c.

NOn eſt ſinè compare Colũba, eaq; ſimillima. Columba Virgo eſt vnica Dei, Columba Ieſeph Virgini deſpõſatus, quẽ Virgini ſimillimum gratia ſpiritus Sancti adpinxit. hinc ait D. Bernardinus Senens. ſerm. 1. de S. Ioſeph. *Porrò per reſpectum ad Sanctam Virginem, neceſſe eſt hunc virum ſcilicet Ioſephum fuiſſe admiranda gratię, & virtutis.* & deinceps. *Cum enim inter illos fuerit veriſſimum matrimonium per diuinam inſpirationem contractum; & in matrimonio fiat vnio animarum, in tantum, quod vna dicatur perſona ſponſus, & ſponſa, vt dici poſſit vnitas, quaſi ſumma. Quomodo cogitare poteſt mẽs diſcreta, quod Spiritus Sanctus, tanta vnitate vniuerit menti tãta Virginis aliquam animam, niſi ei virtutum operatione ſimillimam.* ſimillima fuit anima Ioſeph, animæ Virginis, proindè, vt Beatiſſimæ Virginis admiranda virtus erat, ità, & admirandę ſuo modo erant Ioſephi virtutes, excellentiſſima merita, ſanctęque operationes. Nequaquam comunitatem ingredi videtur cęterorum Sanctorum Ioſeph; ſed alios longè ſuperans, il-

D. Bernar.

D. Ioſeph Virgini in gratia ſimillimus.

li naturalem ordinem, Ioseph supranaturalem ingredi videtur. Anhelabat ad Deum sponsa, atque intra cor suum illud vocabat cor, à quo omnium vita pendet, vrgebat suspirijs, clamabat affectu, quamobrem tandem, veluti victus Deus dixit, *vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum, in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui*. alij legunt, *Rapuisti cor meum, excordasti*. habuit Deum anima: quo obtinuit, fuit vnus capitis capillus, vndè Sotomayor inquit. *Neque etiam opus fuit me videre totam comam, aut cæsariem tuam, sed satis superque fuit, vel vnus crinis colli, aut cincinnus comę tuę, vt amore tuo vulnerares cor meum, totumque tibi vendicares*. explicat. Glosa Angelica, quisnam sit sposę capillus, & inquit esse Beatissimũ Ioseph Virginis sponsum, quo veluti medio, sponsæ Sanctę Ecclesiæ datus est Deus. *vulnerasti cor meum in vno crine colli tui, hoc est, in Ioseph, qui fuit vnus de capillis sponsę*. hic est capillus, quo rabuit cor, Dei sponsa. quapropter notandum est, Deum Angelum Incarnationis nuncium non misisse, nisi ad Virginem desponsatam Ioseph ita Mat. 1. *Cum esset desponsata Mater Iesu Maria Ioseph*. vt hoc signaretur Sanctam Ecclesiam, Deum, veluti Ioseph sponsi medio obtinuisse: si autē à Teologis quæras, num Deus naturalibus medijs possit obtineri, negabunt illicò, nil naturale supernaturale attinget, supernaturalibus gratijs, & donis Deũ obtinemus, nec aliter, quod si Ioseph fuit Ecclesię veluti mediũ ad obtinendum Deum, Ioseph hic, respectu aliorum Sanctorum erit veluti gradus supernatura-

Cant. 4. n. 9

Sotomayor.

Glosa Angelic.

S. Ioseph velut medium ad obtinendũ Deum.

Matt. 1. 18.

A lis, supra gradus naturales. hūc spectauit Didacus Stella in caput primum Lucæ. dicens. *Ad Virginē desponsatam viro, cui nomē erat Ioseph. viro dixit, non homini, viri namque nomen fortitudinē animi, animi robur, & virtutem significat*. vbi noto. *viro dixit, non homini*. Sanctus, & in gratia fuit creatus Adam à Deo, at non vir, sed homo appellatus est. *faciamus*. dicens. *hominem ad imaginē,*

B *& similitudinem nostram*. quia Sanctorum, vt ità dicam, communalium, & naturalium ordinem ingrediebatur; ast non homo dicitur Ioseph; sed à virtute vir, & virtus supernaturalium ordinem ingreditur, quasi aliorum Sanctorum respectu, noster Ioseph supernaturalis Sanctus fuerit.

Et ad tantæ Sanctitatis gradũ euectus est, vt nil terrenum, caducum nihil, illam Sanctam mē-

C tem inquinare valuerit, adeoq; ab his abhorruit, vt quodamodo nec actiuitas obiectis fuerit ad agendum in Ioseph, Anfiabatur Spiritus sponsi Virginis, Sanctā Mariam videns grauidam, vterumque tumescere, hisque in anxietatibus obdormiuit, cũ Deus qui dormientibus suis, vigilat, misit Angelum, qui hæc Ioseph Dei mandato pronsit. *Ioseph fili David, noli timere accipere Mariā*

D *coniugem tuam, quod enim de ea natum est, de Spiritu Sancto est*. In somnis apparuit Angelus, quod neutiquam absque mysterio factum, autumandum est, quandoquidem summum Sacramentorum Angelus manifestabat Iosepho, & verum, quod somno nō conuenit, dicente vel ex Epicuro Tertull. lib. de anima. *vana in totum, somnum Epicurus iudicauit, liberans à negotijs Diuinitatem, &*

dissol-

Didacus Stella.

Genes. 1. 26.

S. Ioseph euectus dicendus est supernaturalis respectu aliorum Sanctorum.

Matt. 1. 20.

Tertull.

diffoluens ordinem rerum, & in- passiuitate omnia spargens, vt euentus expofita, atque fortuita. & Tibullus, agens de fomnijs inquit.

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte.
Et pauidas mentes falso timore iubent.

Cum ergò, ità vanitate fubdita fomnia fint, & incertitudini; quid eft, quod Angelus in fomnis, altiffimum Incarnationis myfterium Iofepho reuelat, B ac confirmat Mariæ fponfum. O *V*irginis pudoris tutela Iofeph, ò Sanctum præcellentiffimum. *In* myfterij huius enucleationem, fupponendum eft, hominem, nec effe purè corporalem, nec effe pure fpiritualem, conftat enim ex anima, & corpore, & ea parte, qua minimè fpiritualis eft, dicitur *A*nimalis, fiuè brutalis, homo, vt inquit D. Paulus Epift. 1. ad Corinth. cap. 2. *Animalis autem homo, non percipit ea, quæ funt Spiritus Dei.* vbi Glofa. *Animalis dicitur, qui vita fertur diffoluta, lafcinia animæ fuæ, quam intra naturales ordinis metas, fpiritus rector non continet; eo quod ipfe Deo regendum non fubijcit animi verò fenfus dicitur animalis, qui* Deo *iuxta corporum phantafiam, vel legis literam, vel rationem phificam indicat* altera hominis pars eft fpiritus, quo D cum fertur in Deum, dicitur fpiritualis homo, fimilifque eft Angelis Dei, huic homini fpirituali, dedit fcipfum cibum Chriftus cum dixit. *Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum.* Et Dauid, *Panem Angelorum manducauit homo.* ideft, vt ait quædam Glofa, *ille dignè hunc panem manducabit, qui fenfibus exutus, fimilis Angelis eft.* certum eft au-

Homo ex fpirituali conftat, & animali.

Epift. 1. ad Corinth. c. 2.

Glofa homo qua re dicatur animalis.

Ioan 51. 6

Pf. 73. 25.

A tem, fenfus hominis tunc fopiri in homine, cum dormit, & dormitio iuftorum, in Sacra fcriptura, eos omninò à fenfu alienos, totofque fpirituales fignat, quod docuit Diuus Bernardus ferm. 52. in Cant. exponens illa fponfi ad fponfam *V*erba. *Non excitetis neque euigilare faciatis dilectam quoadufque ipfa velit.* ait namque. *Non eft autem is fponfæ fomnus dormitio corporis, vel placida, qua fenfus carnis fuauitèr fapit ad tempus, vel horrida, qua funditus vitam tollere confueuit; multò magis verò, & ab illa alienus exiftit, qua obdormitur morte, cum videlicet in peccato, quod eft ad mortem irreuocabiliter perfeueratur. Magis autem iftiufmodi vitalis, vigilque fapor fenfum interiorem illuminat, & morte propulfata, vitam tribuit fempiternam* C *reuera enim dormitio eft, quæ tamen fenfum, non fopiat, fed abducat. eft, & mors, quod non dubius dixerim, quandò Apoftolus quofdam in carne adhuc viuentes commendando, fic loquitur: Mortui eftis, & vita veftra abfcondita eft cum Chrifto in Deo. proinde, & ego non abfurdè fponfæ extafim vocauerim mortem; quæ tamen non vita, fed vita eripitur laqueis, vt poffit dicere; anima noftra ficut paffer erepta eft de laqueo venantium.* Dormiunt iufti, fed eorū fomnus fopiens tēporalibus, facit fpirituales, eripit à mūdi laqueis, volantque vt volucres cæli femper in Cælis, fapit cum fopore grauātur sēfus, iuftus, & vigil magis eft anima nō vagās per sēsuū femitas. quibus etiā fauet Diuus Gregorius, qui expendens, cur in nocte cū fomni tēpus eft, & in lectulo fomni loco, quærat fponfum fuum fponfa, quæ dixit. *In lectulo meo quæfiui per noctes* in-

D. Bernard.

Somnus iuftorum eleuatio eft in Deū

D Greg.

quit. *In lectulo quippè, & per noctem dilectus quæritur; quia nimimirum inuisibilis conditoris species, repressa omni corporea visionis imagine in cubili inuenitur.* abest veluti à sensibus dormiens, fitque totus spiritualis, qui Deum gustat, & intelligit inuisibilem. quod si somnus in homine, hominem factum spiritualem, siuè, vt ità dicam, immaterialē, signat, & Angelus dormienti Ioseph præcipit, vt accipiat Mariam in sponsam suam, induco Diuum Iosephum tunc factum velut spiritum supernum cum Mariam in sponsam accepit. En vt *V*irginitas emicat Virginis Sanctissimæ semper conseruata; quis enim à carne exul violat Virginate m, & Ioseph dormiens adductus in sponsum, extra carnem quodammodo adducitur, & demōstratur nedum spiritualis homo, sed ferè totus spiritus. *V*ado mox ad Philosophos, & peto, nunquid materialia agere possint in spiritualia. O. negant statim. propositio enim apud ipsos firma est, nullum materiale agere posse in spirituale; quod si spiritualis homo est Ioseph. quęque mundi sunt obiecta omnia, materialia sunt, sequitur tantę Sanctitatis fuisse Sāctum virū Iosephum, vt nil eorum, quæ in mundo sunt in illius intellectum, aut voluntatem aliquid habuerint actiuitatis; totus erat Cælestis, totus Dei, totus Spiritus, exul à carne. accinit his Sancta Brigitta. lib. 6. reuelat. cap. 59. dicens. *Ioseph nullum verbum non bonum protulit, nec otiosum, nec murmurationis, erat enim patientissimus, diligentissimus in labore, & paupertate, mansuetus iniuriantibus, obediens obsequijs meis, constans contra suę Virginitatis impugnatores, fidelissimus testis mirabilium Dei, mortuus carni, & mundo, non nisi cęlestia desiderabat, & solum desiderabat Dei voluntati obedire.* en vti obiecta huius mundi aliena erant ab actiuitate in tantum virum. agant terrena in terrenum, mundus in eum, qui mūdus non est cędāt necesse est, vbi vir cęlicus apparet Iosephus, qui extra terrenorum, & materialiū sphæram gratia Dei cōstituitur, mūdana omnia. O sublimitas Ioseph, quę calcat terrena, sociatur cælestibus supergreditur Altissimos spirituum ordines, & illi iungitur, fitque cum illo quasi indistinctus, qui distinguitur à Patre, & Spiritu Sancto.

Virginitas Mariæ ex Ioseph spōso inducitur.

Adeò spiritualis fuit Ioseph vt nil actiuitatis obiecta hęc habuerint in ipsum.

Non cessant Sacri Doctores Sanctum hunc virum, præconijs extollere, & pręcipue Gerson Cancellarius Parisiensis, per hūc Iosephum, ait completam Trinitatē in terris. Anhelabat Christus ad altissimam hominum perfectionem; manifestauit suum desiderium, cum dixit. *estote perfecti, sicut, & Pater vester Cęlestis perfectus est;* voluit in terris aliquos Trinitatem Cælestem imitari, & en Trinitas, *M*aria, *I*esus, Ioseph. *Cuperem* inquit Gerson. sermon. de Natiuit. *mihi verba suppeterent ad explicandam tam venerandam, admirandamque Trinitatem Iesus, Maria, Ioseph.* O Sancta Trinitas, quam amabilis es, quam exaltas terras, decoras cælos: dispungo Trinitatem hanc; & vt germanius loquar, penso, Virginem Beatissimam locum tenere Patris, ipsa enim verè, & realiter genuit filium Dei. quod etiam probo ex genealogia Christi Iesu à Matt. descripta, ait enim. Iacob autem genuit

Matt. 5, 48.

genuit Ioſeph virum Mariæ, de qua natus eſt Ieſus, qui vocatur Chriſtus Maria adducitur mater filij Dei, ipſa ſine Patre, cur hoc? inquit Diuus Bernardinus *M*ariam accepiſſe à Patre fontanalem' fęcunditatem ad generandum. Pater in *D*iuinis, cum ſit fons, & origo totius Trinitatis, eſt principium abſque principio, vt igitur indicaret Chriſtus, Matrem ſuam in terris eſſe velut Patrem Cęleſtẽ, ideo noluit illi ab Euangeliſta dari Patrem, qui eſſet eius principium; vt notaretur Maria veluti quodam Principium, ſinè principio, & ſicut à Principio ſine principio eſt filius *D*ei, qui eſt principium de principio, ſic Maria ſuo modo eſſet principiũ filij Dei; & ſicut omne bonum à Principio eſt, ſic bonum, quod habet mundus agnoſceret à Maria; & ſicut in principio nulla poteſt cadere imperfectio, ipſum enim eſt menſura, & metrum omnium; ità nullam, vel minimam peccati imperfectionem cogitaremus in Maria; quapropter Angelus non Mariæ, ſed Ioſepho impoſitionis nominis Ieſu dedit curam, dicens. Matt. cap. 1. *Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum.* quod premens Didacus Stella in cap. 1. Lucę, inquit, ideò Ioſepho nominis curam datam quia in explicatione nominis Ieſu nominaturus erat peccatum, tum originale, tum actuale, ab vtroque namque ſaluauit nos Ieſus, & quia nec in nomine peccatum Virgini obijciendũ erat, idcircò iſthæc *V*irgini non dixit *A*ngelus. *Ne vel in nomine peccatum appareret coram Vergine, non dictum eſt vocabis nomen eius Ieſum*. en quam purum, & perfectum eſt hoc principium, *V*irgo, ſcilic; quæ *P*atrem æternum, qui eſt Principiũ ſine principio imitatur, Patris igitur Virgo locumtenet, vnde *Matripatrem* vocant illam Sancti *D*octores. Chriſtus Ieſus in hac Trinitate abſque vlla controuerſia filius eſt, à ſufficienti diſtributione igitur, remanet Spiritus Sãcti locũ tenere *I*oſephum. Quo ſtabilito ad ſacros procedo Teologos, diſputant illi. Num Spiritus Sanctus, ſi non procederet à filio diſtingueretur à filio; & D. Thomas quæſt. 36. art. 2. & 4. contra gentes c. 26. quem Theologorum ingens turba ſequitur, ſuſtinet neutiquam Spiritũ Sanctum diſtinguendum à filio, ſi nõ procederet à filio, in diuinis etenim omnia ſunt vnum, vbi non obuiat oppoſitio relatiua, tùm etiam, quia voluntas, & intellectus in Diuinis ſunt idem realiter omninò, quod ſpectat ad ſummam ſimplicitatem, quam ibi confitemur, ſique voluntas non eſſet fæcunda in filio, ſed in ſolo Patre, tunc actus intelligendi, & amandi eſſet omninò idem, quia in Patre realitèr, idẽ, eſt volũtas, & intellectus; quapropter filius, & Spiritus Sanctus, qui à voluntate, & intellectu, qui eſſent realiter idem, procederent, non diſtinguerẽtur, nam vnus eſſet, & idem actus intelligendi, & amandi. ſcio Scotum his aduerſari. Stet iudicium apud inſigniores Teologos. Diui Thomæ opinione in præſentiarum iuuor, cum ex Gerſone Trinitatem aſpexi, Ieſum, *M*ariam, & Ioſephum, ac Spiritus Sancti locum tenere Ioſephum coniectaui. hic *I*oſeph, qui quaſi ſpiritus Sã-

D. Bernardin.

A Maria omne bonũ

Matt. c. 1.

Vel in nomine à Maria elongatur peccatum.

D. Thom.

Spiritus Sanctus ſi non procedere à filio non diſtingueretur à filio.

D. Thom.

ctus est in hac Trinitate, non procedit à filio Mariæ, considerato non quidem in ratione Deitatis, à qua cuncta procedunt, sed in ratione humanitatis, quia sponsalitium Ioseph, cum Maria, præcessit Incarnationem Verbi, igitur à Christo non videtur procedere. quod si Spiritus Sanctus, si non procederet à filio, non distingueretur, & esset idem cum filio; concludendum est Deum ad tantum sanctitatis gradum extulisse Iosephum, vt veluti indistinctum, & eundem liceat inspicere cum Christo. firmat Isidorus Isolanus part. 4. nu. 9. qui Christum ad laudum Ioseph manifestationem inducens, inquit. *Eram per omnia sicut ipse Ioseph.* quod si lineaměta corporis animi virtutum sunt signa, audiatur Gerson. in sua Iosephina. *De Ioseph.* inquit. *ratio suadet, quod facialis forma Iesu fermè similis reputanda fuisset*. diceret Philonomista, ergò Iesu virtutes, Iesu sublimitatem, imitatus est Sanctissimus Ioseph.

Habuit infinitam gratiam in genere Christus, & tantam, quātam animę Verbo vnitę decebat, habuit, & suo modo infinitā gratiam Ioseph, & tantam, quantam homini, qui Pater Christi creditus, & dictus fuerit, habere conueniens erat. *V*idit grauidā Sponsā Ioseph, & ansius, inquit Euangelista Matt. cap. 1. *voluit occultè dimittere eam*. æstuant hic Sacri Doctores cogitantes, cur, tales in cor Ioseph ascenderant cogitationes, qui iam in matrimoniū consenserat inspiratione Spiritus Sancti? in bonam partem trahit has cogitationes. D. Bernardus, aitque, Ioseph aliud in Maria vidisse, aliud credidisse, in-

Matt. c. 1. 19.

A quit enim. *Cum ergò iustus esset, & nollet eam traducere, voluit dimittere eam: quarè voluit dimittere eam? accipe in hoc non meam, sed Patrum sententiam. Propter hoc Ioseph voluit dimittere eam, propter quod Petrus Dominum à se repellebat dicens, exi à me* Domine, *quia homo peccator sum, propter, quod, & Centurio à* Domo *sua eum prohibebat, cum diceret,* Domine *non sum dignus, vt intres sub tectum meum;*

B *ità ergò Ioseph, indignum, & peccatorem se reputans, dicebat intra se, à tali, & tanta non debere sibi vltrà familiare pręstari contubernium, cuius supra se mirabilem expauescebat dignitatem*. dimittere volebat, dumque hæc cogitabat tanto honore afficiebat Beatissimam *V*irginem, quantum nec vlterio-rem excogitare possumus: certum est, ex Sacris Doctoribus, Beatissimam *V*irginem, vt ad *V*er-

C bi Conceptionē eleuaretur, debuisse ex quadā decētia eleuari ad quandam dignitatem Diuinā non enim Deum dignè parit, nisi Deus, & Deum de Deo confitemur: quapropter quantum possibile erat puræ creaturæ, *V*irgo nostra ad *D*iuinam dignitatem eleuanda erat, vndè D. Gregor. *Quę vt ad conceptionem Verbi pertingeret meritorum verticem supra omnes Angelorum choros vsque*

D *ad solium Deitatis erexit.* idem clarius dicit D. Bernardinus, sectione præcedēti adductus. mox peto, cum Petrus dixit Christo. *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* & Centurio, *Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* quem actum exercuerunt? certè fidei. & Christus fuit Centurioni, & Petro actus fidei obiectum, vndè de Centurione dixit Christus. *Non inueni tantam fidem in*

Luc. 5. 8.

Matt. 8. 8

Matt. 8.

Israel,

Iſrael. Obiectum fidei iuxtà Sacrorum Theologorum placitum non poteſt eſſe, niſi Deus. quod ſi *D.*Bernardus comparat Ioſeph cogitationes erga Virginem acti bus fidei Petri, & Centurionis; equidem ſuo modo, & aliquatenus dicendum eſt *B*eatam Virginem fuiſſe veluti obiectum fidei Ioſepho. quod ſi actus fidei habet pro obiecto *D*eum, in illo actu, cum cogitauit Ioſeph occultè dimittere virginem, extulit quodamodo Virginem Beatiſſimam ad eſſe *D*ei, & proinde actibus his dignam Dei Matrem declarauit; quem non parit niſi Deus, enimuero, Deus quodamodo hoc actu proclamata fuit *V*irgo à Ioſeph. O Beatiſſima *D*ei *M*ater, quantum Ioſepho debes? qui tutor tuus dicitur à Sancto Bernardo. ***Tutor Virginis.*** benè tutor, qui bona tua iuxta ſui nominis interpretationem augmentauit, firmo dicta. Sacramētum Euchariſtię, in quo Deus eſt, eſt fidei obiectū, in illo enim panē videmus, & credimus Deū, aliud cernimus, aliud credimus, quod quidem actus fidei eſt. Et Ioſeph videt grauidam ſpōſam, & credit Virginem, aliud in Virgine videt, aliud credit, pro Sacramento habet Virginē, & quodamodo fidei obiectū, quaſi Deū ſcilicet. Aſt concedamus alijs Doctoribus, vtpotè *D*iuo Auguſtino, & D. Ambroſio à Diuo Thoma in ſua Cat. aurea adducti, & dicamus Ioſephum verè turbatum, cū grauidā vidit ſponſam, & neſciebat vndè eſſet. *Intelligens enim Ioſeph Marię vterū grauidari, turbatur, quod Mariam, quam de templo Domini acceperat, & non dum cognouerat, grauidam ſentiebat, ſecumque aſtuabat diſpu-*

Maria veluti Dea & obiectū fidei à Ioſepho.

D. Bernar.

D. Ioſeph tutor Virginis.

D. Chriſoſtomus.

D. Auguſt.

Ioſeph de Virginis vtero dubitauit.

F. Franc. de Franch. in Hoſ.

A *tans, & dicens. Prodo, aut taceo?* Anſiabatur Ioſeph Spiritus, qui ſponſam Virginem diligebat, vndè cum eligitur in ſponſum, deſcendit Spiritus Sanctus in colūbæ ſpecie, & ſupra baculum floridum ſedit, quia amoris ſymbolum columba eſt, quo indicauit Ioſephum caſtiſſimo, & maximo amore, amaturum ſpōſam; quod ſi amabat, & vehementiſſimè, vt vidit grauidam, maxima Zelotypia correptus eſt. Exclamabo, O

B Deus, cur illum permittis Zelotypia cruciari, qui cruciabitur ad tui leuamina? cur gaudium allaturus mundo, reples triſtitia Ioſephum Virginis ſponſum, hacque, & alia, quam dicam ratione Patrem tuum? O Zelus Zelans Ioſephi merita promulgari. Adibo in Zelotypiæ huius agnoſcēdam permiſſionem, *A*morum librum. Petit ibi ſponſus à ſponſa

C poni, vt ſignaculum ſuper cor, & ſuper bracchium ſuum, rationēque petitionis reddens, inquit. ***Quia fortis eſt, vt mors dilectio, dura ſicut infernus, ęmulatio.*** *V*ita priuat *A*mor, viuit autem amans amato, quem habet vt animam ſuam, viuere cupiebat ſponſus Chriſtus, vndè ſponſam dilectā ſupra cor, in quo anima vt in vitæ principio ſedet, expoſcebat; derelinqui nolebat, quia Zelotes

D erat. explicanſque quid ſit Zelotypia, ait, ***dura, ſicut infernus ęmulatio.*** quem locum exponens Sotomayor, ait. ***Ego verè arbitror in pręſenti loco, vocem hebręam, ſcol, propriè eſſe accipiendam, quatenus ſcilicet ſignificat regionem, ſeu locum inferorum, qui eſt circà terra cētrū, vt comparatio hęc ſit magis hyperbolica, & Emphatica, qua æmulatio ſui Zelus, & amantium ira, ſimilis eſſe dicitur inferno; id eſt ſic dura, &*** dira,

Ioſeph Virginem amabat.

Cāt. 8. 6.

Deus veluti anima noſtra viuit.

Sotomayor.

Zelotypia comparatur inferno.

dira, & improba, & inexorabilis, vt infernus. O Ioseph, iustus es, & affligeris Zelotypia, sponsam tuã aspiciens grauidam, quam seruasti illesam; Zelotypia, inquã, quæ dirus excruciãs, exurensq; infernus est, inquiro, cur inferni similibus doloribus cruciari pmiserit Iosephum Deus? ac Dei altitudines indago humiliter ex Dauide, qui post dolorũ multitudinẽ, sic Deum affatus est. *Secundum multitudinem dolorum in corde meo, consolationes tua letificauerunt animam meam.* aliqui ex Cassiano collat. 3. legunt. *gratiæ tuæ letificauerunt animam meam.* Non patitur nos Deus tentari, nisi faciat cũ tentatione prouentum, & minor est tentatio pręmio; quod firmat D. Greg. cap. 31. mor. cap. 8. dicens. *Minus autem tentat probatio, quam remuneratio consolatur, vt ex retributionis merito, leue fuisse quod tolerauit agnoscat, qui ex persequutionis pondere graue se aliquid tolerare iudicabat.* respondet meritum tribulationi, & superabundat gratia, vbi tentatio pręcedit. Quibus suppositis, quantã habuerit gratiam, & merita Ioseph, coniectare licet. afflictus est, tentatusque Zelotypia, quæ in sacra scriptura dirus infernus dicitur, pænas quapropter angustiatum illud cor quodamodo sustulit inferni. Infernus in se dicit extensiuè infinitatem pænarum, quod si Ioseph in Zelotypia, pænas quodamodo sustulit infinitas inferni, & Deus iuxta dolorum multitudinem abundantius dat gratias suas, in illa Zelotypiæ permissione, indicare voluit Iosepho gratiam, quodamodo dedisse infinitam, istam admirandam vocat D, Bernardinus Senens. serm. de Sancto Ioseph, cap. 2. dicens, *Habitando cum Iesu S. Ioseph, & ei administrando in omnibus necessitatibus suis, admirandas gratias, & virtutes, hic Sanctus adeptus est.* quantę sunt Iosephi virtutes, & quot⁹ infinitæ penè, & admirandæ. Et cur non infinitas suo modo gratias daret Christus Iosepho, cui dedit, vt specialissimo modo suus Pater esset? Pretermitto illa, quę acutissimè Hispanus quidam Doctor ex Ordinis heremitarũ D. Augustini familia eruditissimè dixit, qui Iosephum Christi Patrem, iure vocari, ideò asseruit, quia in generatione, ille dicẽdus est Pater, qui ea peragit, quæ ad prolis generationem, necessaria sunt ad generationem autem prolis Mariæ, quę conceptura erat Verbum Dei, necessaria erat Virginitas Beatissimę Virginis, decreuerat enim Deus de Virgine sumere carnem iuxtà propheticũ illud. *Ecce Virgo concipiet, & pariet*, hanc Virginitatem iure matrimoniali seruauit Ioseph, qui, vt inquit Gerson, in 4. consideratione, habebat dominium corporis Mariæ. *Quia corpus Mariæ fuit ipsius Ioseph iure matrimoniali.* fecit igitur Ioseph quod ad Verbi generationem, erat necessarium ex Dei decreto, igitur Pater Christi dicendus est, quò spectare videtur supracitatus Doctor, cum ait. *Quia corpus Mariæ fuit ipsius Ioseph iure matrimoniali, quo fit mutua translatio corporis viri ad mulierem, & contra. proindè Ioseph dictus est Pater Iesu Christi, ne dum à iudeis hoc putantibus, sed ab ipsa etiam Virgine Maria, dum filio ait. Ego, & Pater tuus dolentes quærebamus te.* non, inquam hac tantum ratione, sed etiam quia Ioseph tantæ virtutis erat. vt Paterni-

Margin notes: *Ps. 93. 19.* — *D. Greg.* — *Magis remunerat quam affligit Deus.* — *Ioseph quodamodo habuit gratiam infinitam.* — *D. Bernard.* — *Lopez Andrada.* — *Isai. 7. 14.* — *Gers.* — *Qua spectabat ad Paternitatem Christi fecit Ioseph.*

ternitas iſta hæc præmium aliquatenus ſuæ virtutis extiterit, quodque in præmium virtutis datur, verè datur, vndè Ioſeph excellentiſſimo modo habuit, vt Dei filij Pater vocaretur. Non diſcedo à cogitatu diſceſſus Ioſeph. Tumeſcentem aſpiciebat vterum, ſplendore micantem ſponſæ Virginis vultum, & *voluit occultè dimittere eam*. fide exceſſit in hoc partu Ioſeph. & vt inquit D. Chriſoſtomus ſuper Mattheũ Magis Sanctitati Virginis credebat, quam proprijs oculis. *O inextimabilis virtus Mariæ, plus credebat Ioſeph Sanctitati Mariæ, quã eius vtero.* vndè dimittere volebat. & quęrit vlterius Gloſa apud Buſtum ſerm. 12. de deſponſatione Mariæ, cur ſibi à ſponſa exilium indixerit Ioſeph, & reſpondet. *Ex facie Virginis egrediebatur quidam ſplendor, tamquam ſi Sol fuiſſet in laterna Chryſtalli, & ideo videns Ioſeph tantam maieſtatem, ex humilitate volebat ſeparari ab ea, reputans ſe indigniſſimum conuerſare cum ipſa*. agnoſcebat myſterium Ioſeph, non ignorabat aliquod Sacramẽtum eſſe in Virgine, & proindè Deũ, firmat Origenes apud Gloſ. Matt. dicens. *Quoniam virtutem myſterij, & Sacramentum quoddam magnificum in ea cognoſcebat, cui approximare ſe indignum extimabat, ideo humilis quærebat ſe longè facere.* & apud Deum, qui noſtras intuetur cogitationes, fuit pro opere; etenim, ſi non dereliquit Virginem, fuit, quia Angelo diſceſſum vitanti, obediuit. *Ab Angelo* inquit Buſtus, vbi ſupra. *fuit confortatus, & conſequenter valdè conſolatus, cognoſcẽs, quod Deus fecerat eum dignum habitare, & conuerſari cum ſponſa Diuina, & cum*

Matt. 1. 19.

D. Chriſoſtom.

Ioſeph magnificũ Sacramẽtum agnoſcebat in Virgine.

Origenes.

Bernardinus Buſtus.

A *filio eius benedicto, in qua conuerſatione cõſolationes inextimabiles habuit.* Ioſeph igitur, qui humilitate, amore Dei informata, dereliquit, quantùm in eo erat, Virginem, in qua agnoſcebat Deum, priuauit ſe Dei conuerſatione, propter Deum; Dei autem lex, eſt, quod ſi quis propter ſuum amorem reliquerit Patrem, aut Matrẽ, aut agros; &c. talia relinquens, remuneretur vltra condignum, vſque ad centuplum. *Centuplum accipiet*. reliquit Ioſeph Deum, propter Deũ, ergò Deus tantę virtuti ſeipſum debebat in prępmiũ, & vltra hoc; quaſi aliud; quid habet Pater, Deus, qui eſt fons, & origo totius Deitatis præter Deitatem abſolutam? equidẽ habet relationem. Paternitatem ſcilicet, quod ſi Ioſepho relinqẽti Deum, propter Deum; vltra Deum, aliquid aliud quodamodo dandum erat in præmium, vt prẽmium eſſet vltra condignum. & in Patre, Deitas eſt, & Paternitas, dare quodamodo debebat ſuam Paternitatem Ioſeph. iam dedit, vt filij ſui vocaretur Pater, & hęc aliquo modo præmium fuit virtutis Ioſeph. O quæ virtus, quod meritum, quæ gratia erat hæc, cui quaſi non ſufficeret Deitas pro p̃mio, datur, & nũcupatio Paternitatis: fauet Diuus Bernardinus Senẽſis ſermone de Santo Ioſeph. *Tantę fuit dignitatis, & gratię iſte Sanctus, quod æternus Pater ſimilitudinem ſuæ Paternitatis liberaliſſimè ſuper Incarnatũ filium ſuum condonauit*. magnus vir Ioſeph, qui Pater dicitur Chriſti; puto nuſquam, ad tantam dignitatem euectum fuiſſe, niſi, & ad quandam Diuinitatis excellenter participatæ excellentiam perueniſſet. quis enim filij Dei

Ioſeph quodamodo vltrà deitatis præmium debuit remunerari.

Ioſeph quo iure pater Chriſti dicatur.

D. Bernardin. Sen.

Pater,

Pater, nisi Deus, quod si Ioseph filij Dei Pater nũcupatur, quandam Diuinitatis attingit Excellentiam. Non discedo ab Euangelio Matthei, tot fæcundo Misterijs quot apicibus, & literis,& iterum D. Augustino concedens, suspitione adulterij sponsę inustum Iosephum, peto, cur. *Voluit occultè dimittere eam.* cogitabat opprobrium suum Ioseph, suspicabatur Mariam adulteram, quã euidenter grauidam, & non ex se, conspiciebat, & inquit Sacer textus, *Ioseph autem vir eius, cum esset iustus, & nollet traducere, voluit occultè dimittere eam.* certum est contra adulteras, lapidationis sãcitam legem; Lapis enim amoris defectus iudex esse debet; etsi enim durus, scintillas emittit. cur non scintillabit vxor erga virum? iuxta igitur Iosephi excogitata lapidanda erat Virgo; & si traduxisset, & lapidibus obruta fuisset Maria, non nè ipsa cum Christo, non dum nato obijsset? parcit Ioseph, traducere nõ vult, en quid egit, etsi nesciens, vitam vitæ dedit, antequam morti diceretur, liberauit, & quodamodò redemit Christum, qui Redempturus erat orbem. perpendite, si beneficium hoc accipere voluit à Ioseph, vt vitam ei debẽs, vitam deindè pro humano daret genere, quasi debet, suam Redemptionem homo Beatissimo Ioseph. Magnus plane vir, eminentissimus in Sanctitate Ioseph. ast stò in adulterij pœna, quanon vult damnari Virginem Ioseph; vndè non traducit, non accusat, & peto, cur ex hoc iustus dicatur ex Euangelista Patriarcha noster? cum aiat D Hieronymus. *In lege enim non solum reos, sed, & consctos criminis obnoxios esse peccato.* Si crimen non prodit, cur erit iustus Ioseph? ex Teologis nodum soluam. Disputant ipsi, cur Deo concurrẽte, ad quoslibet actus humanos, quorum plurimi intrinsecè mali sunt, vt Dei odium, &c. homo peccet, & tamen Deus à peccato immunis sit; & diuersi diuersas reddunt rationes. alij sunt, qui ità Teologizantur. Peccatum non agnoscitur nisi per legem, demptaque lege, siuè naturæ, siue scripta, siue Euangelica, peccatum non esset. Deo autem, lex humana ligans, nulla imposita est, ideoque, etsi concurrat ad actus, quibus peccamus, ipse tamen non peccat, quia supra legem existens, lege non ligatur, imò ex Decreto suæ voluntatis, ligatur ad cõcursum, Deus enim cum liberis, habet liberè cõcurrere, cum necessarijs, necessariò, & cum contingentibus, contingenter; concurrendo igitur, quod suum est, exequitur, quodque, quodamodò debet, efficit; operando autem homo mala, peccat, quià quod non potest, quodque ei imposita lex vetat, exequitur. dilucidabo exemplo doctrinam horũ Theologorum. Si quis alicui, deberet centum aureos, & solueret, dumque solueret, ille, cui hęc pecunia datur, eamdem pecuniam verteret in vsus illicitos, certè hic peccat, nullo modo, peccante eo, qui debitam soluit pecuniã; Sic Deus, cum creauit hominem liberum, veluti ligauit se lege ordinaria ad concurrendum cum homine in actibus suis; quando igitur Deus concurrit, tunc facit, quod lege ordinaria debet, si homo nõ operatur, quæ debet, & Dei concursum, concursu suo, in malum vertit, homo peccat, non Deus. vndè

Marginalia: *Matt. 1. 19.* — *Lapis dictus pœna adulteris.* — *Ioseph vitam Christo veluti dat.* — *Mecadus quodamodo Iosepho debet suã Redẽptionem.* — *D. Hieronimus.* — *Cur Deus non peccet concurrẽdo ad actus peccaminosos.*

vndè etiam fi concurrat Deus ad actus peccaminofos,non dicitur peccare. fcio alios diftinguere inter actum pofitiuum, & deformitatem actus, & quæfito refpondere Deum concurrere ad actum, non ad deformitatem actus;tamen quia moralibus vaco,ea affumo, quæ proprius ad conceptus accedunt morales; & induco ex fuperiori Teologorum placito, Deum effe fupra legem, vndè non peccat. quod, fi in terris aliquē adinuenimus, qui a lata Dei lege, quodamodo eximitur,fitque fupra legem, ità vt tranfgrediendo mandatum, non peccet, hunc ad quandam Deificationem à Deo euectum effe minimè dubitandum eft. Ex D. Hieronymo patet, tùm reos tùm confcios criminis adulterij, reos, fi non traducerent. Iofeph exiftimabat, D. Auguftino tefte, non pudicam fponfam, quam tamen non traducit, & iuftus dicitur, ergò fupra legem conftituitur Iofeph à Deo,exlex eft:qui fupra legem eft,Deus eft, igitur Iofeph,cum ad Chrifti paternitatis dignitatem euehitur, quidam Deus eminentiffima participatione efficitur.hoc vult inculcare D. Chrifoftomus hom. 4.in Matt.cap.1. *Et certè, fi Maria talis fuiffet,qualem, illam fufpitio fingebat,non modo publicari* D *meruerat, verùm etiam, ex legis auctoritate puniri: fed Iofeph, non folum maius, verum id quoquè, quod erat minus, pariter indulfit, nempè pudorem. Non enim tantum eam damnare noluit, fed ne publicare quidem. Vidifti nempè virum fublimiter philofophantem, & tyrannicæ illius affectionis immunem. Noftis enim profectò,noftis, quam potens res fit Zelotipia, propter* A *quod ille benè huius rei non ignarus,aiebat: Plenus eft enim Zelo furor viri eius, non parcet in die vindictæ. & rurfus idem. Durus inquit eft ficut Infernus Zelus. Et nos quidem plerofque nouimus, velle animam potiùs amittere, quam in tormentum Zeli, atque huiufmodi fufpitiones incidere, quamquam hic, qua tandem diceretur effe fufpitio? vbi vteri tumor videbatur factum arguere? Sed tamen, ita erat ille vir* B *ab huiufmodi paffione mundus, ac liber, vt nè in minimis quidem Virgini vellet inferre mœftitiam. quia ergò, & apud fe iam illam retinere iniquum putabat, publicare verò, atque in iudicium trahere, nihil effe aliud, quàm in mortem trahere,videbat. Neutrum horum facit, fed adhuc fub lege viuens, fupra legem philofophatur.* en vti,fupra legem euehitur Iofeph, fitque vti Deus, fupra legem. parcit C vt Deus, cui proprium eft mifereri femper,& parcere;indulget, & ad excellentiffimæ participationem Deitatis euehitur. Nec mirum, non enim nifi Deus,filij Dei Pater erit, fit Deus nuncupatiuè Iofeph, qui Pater Chrifti nuncupatur, & creditur. Non fiftit hic Iofeph fublimitas fed Incarnatione Verbi, quod propter nos homines, & vt nos redimeret à peccatis, defcendit de D Cælis, ad tantam dignitatem euexit Spiritus fanctus, vt quodamodo fe fe humiliare voluerit,vt Iofephum exaltaret,forte ad inuidiam concupifcebat fpiritus, videnfque filium Dei Iofephi fubditū,tantoque viro humiliatū, vt exaltaret Iofephū, & fe, quodamodo voluit humiliare,ferè Iofepho ero inferior,tāto viro cedere nō putabo qd inglo ritus, vt fublimius dignitas Io-

D.Hieronim.

D Chrifoftomus.

Iofeph mirifice Diuinitatem participat et eft ex lex.

Spiritus Sanctus quafi fe Iofeph fubiicit, vt exaltet.

seph ascenderet. *Volauit ad Virginem* Patris æterni Nuncius Gabriel, nunciauit Verbi cōceptum, partumque Mariæ; Dixit illa. *Quomodò fiet istud, quoniam virum non cognosco?* cui Archangelus. *Spiritus Sanctus super veniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* non tollit æstum vmbra hæc, sed auget; cur enim vmbra spiritus ille, qui lux est? de quo canit Ecclesia. *O lux beatissima reple cordis intima tuorum fidelium.* cur vt vmbra in Virginem aduenit Spiritus Sāctus, qui mysterium Incarnationis operaturus erat, in quo nobis dabatur Sol iustitię peccatorum tenebras depulsurus? numquid ab vmbra Sol? inuestigabo ex cuiusdam symbolo scripturæ absconditum. Adpinsit quidam Regis vmbram, baculum gestantem, cum hac inscriptione. *Occupans, etsi vmbra, Regis locum.* Spectabat hic locum Regum tenentes, dixitque vmbras Regum, quia Regibus inferiores, citò transeunt, velut vmbra; & cum vmbra sint Regum, inseparabiles à Regibus sunt. Sed vtinam non essent vmbræ; multoties etenim ad instar vmbræ, maiores ipso corpore videntur, ad eaque se extendunt, quæ contra Regum voluntatem sunt, qui non nisi subditorum suorum bono consulunt, eaque cogitant, quæ vtilitati prospiciunt. aliquando corporum minores, minuunt illas gratias, quæ liberalitas Regum effundit. *Vmbra* igitur locum tenentis alicuius esse potest hieroglyphicum. certè sponsus erat Marię Ioseph, matrimonijque iure, ab ipso generandi erant ex Maria filij, accessit Spiritus Sanctus, cui Virginis conceptus

Luc. 1. 34.

Vmbra locorum tenentium simbolum.

A ascribitur, sed munus exequens, accessit vti vmbra. *Virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Vmbra symbolum est gerentis vices, siuè locumtenentis alicuius, qui iurisdictionem habet ordinariam, quod si Ioseph ratione sponsalitij ordinariam potestatem habebat gignendi prolem ex Virgine Sanctissima, & Spiritus Sanctus, hoc munus exequitur, acceditque velut vmbra, demon-
B strare videtur se se vicem gerere, ac locum tenere Iosephi. quis autem ignorat locum tenentes Regum, semper Rege inferiores? quod si Spiritus Sanctus locum tenentis Ioseph induit personam, in tantam celsitudinem sanctissimum hunc virum voluit extollere, vt se se quodamodo inferiorem Iosepho voluerit ostendere, & vti se se subdidit Christus Dei filius Iose-
C pho, ità in quadam consideratione se se subdere voluit Spiritus Sanctus, vt Iosephum exaltaret. vndè dixit Bernardinus Bustensis. sermon. 12. de desponsatione Ioseph. *Ioseph fuit Pater Christi generatione, non quidem sua sed Mariæ vxoris suæ, cooperante Spiritu Sancto, & quodamodo vices Ioseph gerente, non virili semine, sed mystico spiramine.* Quodamodo Vicēgerens Iosephi, fuit
D Spiritus Sanctus Vicesgerentes minores esse solent, ergò vt Iosephum exaltaret, videtur se se minorasse Spiritus Sanctus.

Bustus.

Spiritus Sanctus Vicēgerens siue locum tenens Iosephi.

Soluantur omnium linguæ, aperiantur ora, concinant exaltationem sanctissimi istius viri; dicant semper ascendendo, Seraphim, qui propè Deum stant concinentes trisagium, vti dixit Ludouicus Pōtanus in cant. l. 1. exhort. 25. §. 2. dū ait. *vidit quodā Isaias*

Ludouicus Pondanus.

Isaias gloriam Christi sedentis in templo super solium excelsum, & eleuatum, & duos Seraphim stantes iuxta illud clamantes ad inuicem, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus *exercituum; sed ecce nunc diuersorium, Templum, Præsepe, Thronus in quo iacet Christus paruulus, duo Seraphim iuxtà illum stantes, Maria, & Ioseph, alter ad alterum clamantes, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus exercituum, quem etiam in præsepio iacentem exercitus militiæ cælestis adorat*. hinc fortè nullum electorum, voluit Deus sibi in suo Natali assistentem, nè vacillaret mens in eligendo Seraphim, Seraphim enim sunt Maria, & Ioseph respectu aliorum sanctorum, & electorum, etiam Seraphim. Dicant illum, cui consurrexit duplex Paradisus. Notum est Virgam Ioseph in sponsalitio *V*irginis floruisse, eiq; insedisse Spiritum Sanctum, vt notauit Diuus Hieronymus, cum ait. *Proditum est itaque Ioseph; cum enim Virgam suam attulisset, & cacumini eius columba de cælo conueniens, consedisset, liquidò omnibus patuit, ei Virginem desponsandam fore*. & superius, ait, Ioseph *V*irgam floruisse. expeto, si flos sponsum signabat, ad quid columba, quam Spiritum Sanctum pensant Doctores, aduenit? sed vt alibi dictum est, flos Paradisi hieroglyphicum est, similiter, & columba. duo paradisi hieroglyphica Iosephum occuparunt, quia tanto viro duplex consurrexit Paradisus, in illa vita, & in ista. non enim contentus Deus beatificare Iosephum in Gloria æterna, beatificauit quodamodò hic per transitum. vndè Bernardinus Bustus sermon. 12. de despōsat. Ma-

Ioseph. Seraphin

Ioseph duplex surrexit Paradisus

D. Hier.

A riæ. *O Sanctissime Ioseph, si Petrus semel tantum videns Gloriam, & pulchritudinem Iesu transfigurati dixit, vt habetur. Matt. 17.* Domine *bonum est nos hic esse, quid tu dicere debeas, cui non semel, sed sæpius, vt piè creditur, se benedictus Iesus transfiguratum in corpore glorioso ostendit*. vel dicant Columbam super floridam descendisse *V*irgam, quia sicut grauata pondere Virga curuatur, sic grauatus
B paradisus orationibus Ioseph, ad nos descendit. vel, curuetur Virga, vt in arcu, dicat Iosephum, cor Christi Dei vulnerasse. curuetur in arcum *V*irga, vt pax peccatoribus in *I*osephi patrocinio, signetur. apparet arcus in *I*oseph, quia arcu obtinuit *I*acob partem vnam, quam dedit *I*oseph Patriarchæ extra fratres suos. Ioseph enim filium *Dei* habuit, quem, & suum filium di-
C cebat. Exaltent Iosephum cui datus est Christus, qui claues paradisi habebat; vndè, & paradisus Ioseph datus est, omnia enim filij, Patris esse non cessant. sic Bustus. *Ideò credendum est, quod Dominus Iesus abundantissimè subuenerit Patri suo putatiuo, & nutritiuo Ioseph de suis bonis, & operibus cælestibus, & consolationibus Diuinis ipsum repleuerit. vndè cum Christus haberet clauem paradisi,*
D *& vnam dederit Matri suæ, dedit, & vnam suo Patri Ioseph, qui autem habet clauem, habet etiam ea, quæ continentur sub claue.* Dicant Christiani eximias laudes nostri Iosephi, qui Pater illius nuncupatur, & adoptiuus, vt inquit Diuus Augustinus, cuius nos omnes filij sumus; *Cæterum*. ait Ludouicus loco citato. cant. *iusti sunt filij* Dei *adoptiui, at ipse Deus, vt inquit* D. *Aug. lib. de con-*

Ioseph vidit Christum trāsfiguratum

Paradisus orationibus Iosepho nobis datur.

Ioseph cor Christi vulnerauit.

Ioseph est quodam iure paradisus.

Ioseph Pater eius, cuius nos sumus filii

sensu Euang. cap. 1. cum factus est homo, filius fuit adoptiuus Ioseph. Dicimus Beatæ Virgini. *Spes nostra salue.* dico tibi Sanctorum Sanctissime, qui Virgine excepta, sanctos omnes facilè superas, ò Ioseph spes nostra salue, sunt spei symbolum, lilia. Tuque, & Virgo lilia estis, inter quę pascitur Christus, sic Rupertus in lib. cant. cap. 2. in illa verba. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. Quæ lilia, nisi dilectus sponsus Ioseph, & ego dilecta, verè ambo lilia, videlicet pro virginalibus nuptijs, & cohabitatione castissima.* Sis spes nostra Ioseph, daq; Christum filium tuum adoptiuū, hunc etenim speramus. Amen.

Rupertus.

TEXTVS

VERS. IX.

Editio Vulgata.

Et erit, sicut populus, sic Sacerdos, & Visitabo super eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei.

Sanctes Pagn.

Et est, sicut populus sic Sacerdos, & Visitabo super eum, vias eius, & opera eius reddam ei.

70. Interp.

Et erit, sicut populus, sic Sacerdos. & vlciscar super eum vias eius, & cogitationes illius reddam ei.

Vatab.

Eritque, vt populus, ità Sacerdos,

A *& vlciscar super eum vias eius, & opera eius reddam ei.*

Editio Chaldaica.

Futurum igitur est, vt cum constituere laicum, & prophanum in Sacerdotem, quo prophanem, & polluam festa, & sollemnitates vestras; prophanem honorem ipsorum, vertamque honoratum, in abiectum, & contemptibilem; vt vlciscar eos pro B *moribus, & vijs ipsorum prauis, & pro factis ipsorum contaminatis, & corruptis reddam ei.*

Paraph. Castri.

Nam pęnas decepti per eos populi ipsi luent, & coram habentes eius impietatem, cuius ipsi causa fuerunt, in perpetuo cruciatu ferent animas suas; ità, & eodem supplicij genere subiacebunt Sacerdotes, cui populus; C *nam puniam impia eorum studia, iuxta consilia eorum iniqua reddam eis.*

COMMENTARIVM
iuxta literam.

Sacerdotes sibi Deus à populo segregauerat, seque dedit ipsis partem, vt nil commune haberent cum populo, essentque sicut parte, sic vita separati, ve- D rum implicatæ conglutinatæquè sunt Sacerdotum animę populi peccatis, imò animas populi ad scelera allicientes, trahebant ad sinistram; quapropter à cęlica cōuersatione descendentes, lateritium opus, siuè terreum cum populo exequebātur, eisdē peccatis impliciti, imò grauioribus, quàm ijs, qbus aglutinatus erat populus; vndè Deus dolens ait. *Et erit sicut populus, sic sacerdos*, vbi notādum,

dum, quod hebræi frequẽter futurum ſumunt pro præſenti, vndè Sanctes Pagninus vertit. *&* *ꝗ.*& eſt ſenſus; Sacerdotes ſunt, & erunt ſimiles populo,& populus eſt, & erit ſimilis ſacerdotibus; vbi notatur obſtinatio in peccatis. & quia ſimilẽ culpã, ſimilis pæna ſectatur, ideò ſequitur textus,pęnam indicens, cum dicitur. *Et viſitabo ſuper eum vias eius,&c.* Hoc eſt eodem ſupplicij genere cruciabũtur Sacerdotes, & populus, vt enim ait Procopius in Iſai.24. *Eximiorum enim, & magnatorum ratione hoſtes habere non ſolent.* quod obſeruari poteſt in compluribus locis, tùm hiſtoriæ prophanæ, tum Sacrę ſcripturę, vbi legitur Reges obtruncatis manibus ſub menſis inimicorũ iacuiſſe,& fuiſſe ſcabbellum hoſtibus, cum equitatui ſe ſe accingebant. hunc porrigit ſenſum D.Hieronymus, cui adherent Teodoretus, Albertus, Lyra,& Vatab. Montanus explicans,quid ſibi velint verba illa. *Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos.* ait, referente Caſtro, referri ad cõditionem;ſcilicet,quod eiuſdem fuerit conditionis populus,& ſacerdos; quod mihi,non multum plaudit, etenim deterior conditio naturalis non ſcribitur in libro ſceleris;nam licet ignobiliores, etiam in obſeruantia legis Dei ignobilitatem ſuam patefacere ſoleant.tamen,ſi ius naturæ gratia exaltant, & meritis,non ſunt apud Deum deiecti,ſed nobiles, ſedebunt cum principibus cæli.vndè non ſatis probatur opinio Montani,nam conditioni infimę ſecundum naturam,nõ ſuccedit pæna,quæ peccatum caſtigat.niſi velimus dicere, quod hi ſacerdotes de populo, & infimi

Procop.

A erãt, quos ex alijs tribubus elegit Hieroboam;qui arcebantur à ſacerdotio Dei,vt patet in Sacra Scriptura,& hi ſacerdotium procurantes, etiam,vt ignobiliores, non carebant culpa. quia autem Deus nõ infert pænã, niſi cognita cauſa, ideò inquit. *Viſitabo ſuper eum vias eius.* ſcilicet opera,& cogitationes eius reddam ei. ne dum opera,ſed cogitationes puniuntur. Sit quapropter ſemper

B in Deo cogitatio noſtra, vt præmio digna ſit,non pænis.

Catena Conceptualis ex Doctoribus

ANVLVS XXXXI.

Emineat ſicut loco, ſic vita Prælatus, & Princeps.

Et erit ſicut Populus &c.

C Accepit à Patre gentes hereditatem ſuam Dominus Ieſus, Dominatuſque eſt à mari vſque ad mare; adoraueruntque Regem in cuna Deum Aetiopes; ſed Deũ factum hominem; quis enim liberam ſubiectabit, ligabitque volutatem, ni Amor,quẽ ſimilitudo cõciliat?vndè Deum, non hominem, nec audire volebant hebræi,cum dicebant, Non loquatur nobis Dominus,ne for

D te moriamur. Sit quapropter ſacerdos, & Pręlatus, quaſi vnus ex nobis, vt ametur; etenim, & Chriſtus ſacerdos, Rexque Regum,vti vnus ex nobis factus eſt, deſinatq; quærulus eiulare Deus per noſtrum Hoſeam,ſimiles populo ſacerdotes,dicens. *& erit ſicut populus, ſic ſacerdos.* quid eſt, quod hoc deplorat, ſiuè hoc in pęnam irrogat,quod Reipublicæ fauere videtur, & conciliare dilectio-

lectionem? Ast natura, non mores, populum, & sacerdotem, siuè Prelatum æquare debent. absit, vt caput à pede indistintum sit, non lucebit lucerna abscondita, emineat necesse est, ac super cādelabrum spargat virtutis radios. Prælatus enimuero sicut loco, sic virtutibus eminere debet. Remeabat ad æthera Christus, petebat dexteram Patris in cæli potioribus sessurus, resonabat tuba, dicens. *Tollite portas Principes vestras, & eleuamini portę ęternales, & introibit Rex gloria.*

Psal. 23.

Psal. 23. quasi diceret; ò Mundi Principes, rectores tenebrarum harum, qui temerario ausu eas ligastis animas, quas Deus in libertatem filiorum Dei creauit, vobisque subiecistis, vndè adoramini, ac clausis carcerum portis premitis sub iugo, & iniquitatis compedibus, tollite portas, ego Dominus, ego Rex, meę sunt animæ, ibo ad Patrem interpellaturus pro ipsis, ità D. Augustinus in hunc locum.

D. August.

Tollite portas Principes vestras; hinc iam pergratur in Cęlum? Exclamet iterum Prophetica tuba; Tollite portas, etiam cælestes, Principis vestri, quas habetis in animis hominum, qui adorant militiā cæli, & eleuamini portæ ęternales, portæ æternę iustitiæ, charitatis, & castitatis, per quas anima diligit vnum verum Deum, & non fornicatur sub multis qui appellantur Dij, & introibit Rex gloriæ, vt ad dexteram Patris interpellet pro nobis. audiuit isthęc Satanas, quęsiuit, quis nam esset hic Rex gloriæ? & in secunda stetit inquisitione, principatum suum nō defendit, factus est mutus, qui procax est, & vel in Cælis audacitèr effutiuit, ambiuitq; sedem. quid est, quod victus non loquitur, Princepsquè mundi huius, se nō clamat Principem, totumque Regi huic cedere videtur? proh nuntiatus est hic Rex, Dominus, sed virtutum Dominus, sed moribus micans, & puritate: quia autem his Regnum nascitur, qui virtute sursum vehūtur, ideò, vel Diabolus semper ambiens ad illius cōspectum iacet mutus. quò spectat D. August. loco citato, dicens. *Quid, & tu Princeps potestatis aeris huius miraris, & quęris, Quis est iste Rex glorię? Dominus virtutum ipse est Rex glorię.* ac si diceret, vincitur vel Diabolus, cū audit illum Regem, qui virtutum Dominus est; O si Prælati micarent virtutibus, & vti loco, ita sanctitate, prudentia, charitate, castitate, cæterisq; fulgerent virtutibus: equidē vel inuidus mutesceret Diabolus.

Cedit vel ambiens Diabolus virtuti Regnum.

Aspexit à longe Christum Dominum Dauid, contemplatus est Regem, dixitque. *Eructauit cor meum Verbum bonum, dico ego opera mea Regi.* & deindè Regem contemplans, in isthæc dilapsus est. *Speciosus forma prę filijs hominum.* dicerem Dauid, nonnè Rex iste noster, in æternum Rex est? non nè eius imperij non est finis? vt quid igitur à pulchritudine super omnibus hominibus aucupatur laudum initia? quandoquidem *fallax gratia, & vana est pulchritudo.* aliò tetendit Propheta, & in pulchritudinem Regis, Prælatiuè, supra homines, virtutum, sicut loci, prædicat connexionem. Pulchritudo consurgit ex debita proportione humorū, & membrorum; & corporis pulchritudo, & lineamenta animi virtutum, teste Arist., signa sunt. contemplatus est Regem Christum Dauid, introspexit Prelatū, quia

Ps. 44. 1.

Ps. 44. 3.

Prou. 31. 30.

quia autem ille dignus Prælatus est, qui sicut loco cæteros præcedit, sic præcedit virtute, virtutemque animi ex pulchritudine coniectamus, idcircò Pulchrum præ filijs hominis dixit Christum, cum nominauit Regem. firmat Thomas à Villa noua. Dominica 19. post pentec. dicens. *Non est in tota Arist. politica, neque in Platonis Republica, neque in omni libro composito de Regimine Principis tale documentum; scilicet, speciosus forma pre filijs hominum; iubet enim cunctos precellere excellentia, virtute, & claritate morum, qui omnes excellit dignitate, & quantò eminentior dignitate, tantò debet esse sublimior virtute super homines*. Trascendat humanum prædicamentum, qui homines dignitate trascendit, sit alter, qui non comunem cum cæteris ingreditur viam. Dicatur plusquam homo, qui hominibus prestat. Episcopos nominabat Christus, cum Ioannem alloquebatur Apoc. cap. 2. & aiebat. *Et Angelo ephesi Ecclesie scribe &c.* qui tamen homines erant; at quia Prælati, ijque plusquam homines esse debent, ideò dixit; Angelos, vndè Thomas citatus, loco eodem. *Quodamodò debet esse plusquam homo, qui praest hominibus, qui positus est in Regno, quasi speculum, in quod omnes aspiciant, quasi exemplar, quod omnes imitentur, & quasi forma, quam omnes sequantur*. Vidit in anno quo mortuus est Ozias, Isaias Dominum, sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum, super quod Seraphim conspexit, nec enim sine Seraphim Dominus, ibi est, vbi amor eius feruet, abest vndè, vel scintilla extinguitur, *Vidi*, inquit Propheta *Dominum*

Thomas à Villanoua.

Christi Regnum cur à pulchritudine sumit auspicium.

Apoc. c. 2.

Præsul sit plusquam homo.

Christus est vbi eius amor feruet.

A *sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & ea, que sub ipso erant replebant templum; seraphim stabant super illud*. sublimem hanc visionem variè interprætantur Doctores; prætermitto reliquos. adest Iacobus de Vittriaco, qui ex alijs Doctoribus ait Seraphim stetisse supra templum *Seraphim stabant super illud* 1. *supra templum*. disputant Theologi, num seraphim mittantur? & concludunt ex ipsis multi, præcipuè Seraphicus Do-
B ctor, seraphim nō mitti ad exteriora, licet vnus spiritus celestis ab alio illuminationem accipiat. astant alij semper Deo, ministrant alij, vndè Dionisius Areopagita in lib. de Angelica hierarch. *superiora illa agmina ab intimis, nunquam recedunt, quia ea, que premiment, vsus exterioris exercitij, nunquam habent*. quod si Seraphim ad exteriores vsus, nusquam mit-
C tuntur, quid est, quod in templo eos vidit Isaias, dixitque. *Seraphim stabant super illud* 1. *super templum*. Ast notanda est particula illa *super*. Prælatos, qui hominibus, presunt, voluit indicare Propheta; quia autem hi ità eminere supra homines debent, vt nedū ad instar Angelorum, sed Seraphim micare debent virtute, & vti loco, ita præeminere, puritate, sanctitate, virtutibusque
D omnibus, ideò Seraphim dixit supra templum. audiatur Vittriacus. Dominica infra oct. Epiph. *Per Seraphim Sancti Prelati intelliguntur, Seraphin enim ardens, vel incendens, vel initium oris interpretatur, he enim tres interpretationes Prelatis conueniunt; Prelati enim in se debent ardere per bonam vitam, alios incendere per doctrinam, debēt etiam habere scientiam*. *Seraphim stabant super templum, quia Prelati* pre-

Iacobus de Vittriaco.

Dionisius Areopagita.

Angeli nō omnes mittuntur.

Sit vel Seraphin prelatus.

sunt subditis suis, & sunt super Ecclesiam. Alati autem dicuntur esse, quorum conuersatio est in Cœlis, & altos sursum habent trabere; senas autem alas habere dicuntur, propter vitæ, & scientiæ perfectionem. Eccè ad quid Seraphim supra templū, quia scilicet, vel Seraphica perfectione super ijs, quibus præest debet eminere Prælatus. Haud figit hic gressus Prælatorum perfectio, euolat altius, nec facilè quispiam obtutus in illa figitur, enimuerò, vel supra Deum vidētes euolabit perfectus Prælatus.

Eruit è manu Saulis Regis Ionathan filium populus Israeliticus, & à capitis absoluit sententia liberatorem suum, vt narratur. 1. Reg. cap. 14. quod vbi factum est, ait sacra scriptura. *Et Saul confirmato Regno super Israel pugnabat per circuitum aduersus omnes inimicos eius.* premit locum D. Greg. lib. 5. in primum Regū, & inquirit, cur super Israel aiat confirmatum Regnum Spiritus Sanctus, & non potius in Israel? Rex namque vti populi cor, in medio suorum subditorum esse debet, ac vti anima omnes viuificare debet, vndè Christus Regis titulum cū accepit, in medio terræ stetit, quasi cor tribuens vitam, omnibusq; communis. quid igitur est, quod cum de Saule Rege agitur, tunc Regnum eius super Israel asseritur cōfirmatum? O quanta virtute micare debet Prælatus, Israel interpretatur iuxtà D. Gregorij placitum, videns Deum, eosque significat, qui humana transuolantes, illius fruuntur aspectu, qui humanam beat mentem; nominauit Regem Spiritus Sanctus, statimque supra Israel collocauit, supra Israel dixit eminere, quod si Israel Deum videntes signat, indicat ex hoc, spiritus Dei, ità eminere debere Prælatum, vt vel supra Deum videntes micet. Audiatur D. Greg. loco citato. *Debilitatur quidem Regnum, quando Pastores in aliquibus culpis cadunt, sed debile confirmatur, cum per satisfactionem pœnitentiæ ad opus magnæ virtutis eriguntur. Et super Israel confirmari dicitur; quia dum ad vitæ altitudinem proficit, eos quibus præeminet ordine, vincit conuersatione. Videntibus Deum Prælatus est, sed supra videntes Deum extollitur, cùm præ cæteris in Diuina assumitur contemplatione.* cadit Regnum, vbi Prælati culpa arietat coronam; at deluditur aries, vbi pænitentia, reparat ictus: sciat tunc Prælatus se supra Deum videntes extolli, vt altius contemplationis ascendens culmina, vti loco, ità puritate, prudentia, cæterisque virtutibus stet supra omnes.

Excedo, cum sanctitatem, virtutesque quas à Prælato requirit Deus contēplor; vel sibi quodamodo æquare contendit. Præfecit Pharaoni Moysen, dixitque ei. *Constitui te Deum Pharaonis.* ab ouibus mitto ad sceptra, à deserto ad Regias ædes, ac Regis Regem te constituens, constituo Deum. peto Domine, ad quid, quod tuum est, nullique conuenire potest, Quis enim Deus? das Moysi elingui, cum præficis, constituisque Prælatum? Scrutabor, quæ nam Dei potuerit esse mens ex Iob. Exprobrobant Sancto viro onerosi amici, dicebant non iustum, quem insanabili plaga percuxit altissimus, putabant noxium, illum, quem pœna lambebat, & in medio pœnarum afflicto addebant afflictionem, vndè Iob aperiens os suum dixit. *Quare pro-*

(Margin notes: 1. Reg. cap. 14. — Prælatus sit subditis veluti cor — Prælatus micet virtute vel supra videntes Deum.)

perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſatiamini. quid ais Iob, nũquid tyrannica impietate grauãdus eſt ſẽper pijſſimus Deus? numquid perſequutor erit, qui cum omnibus eſt tribulatis, facitque cũ tentatione prouẽtũ? quid eſt quod amicos oneroſos pungẽs, ais, vt Deum, perſequutores; ſtat pro Iob D.Greg. in hęc verba, & ait. *Non abhorret à loqu͂utione pietatis quod à Deo ſe perhibet perſequi eſt namque perſequutor bonus, ſicut de ſemetipſo ore Prophetico Dominus dicit; Detrahentem occultè aduerſus proximum ſuum, hũc perſequebar. cum verò Sanctus quiſque flagellari permittitur, ſcit quod perſequutionem contra commiſſa vitia ex interna diſpenſatione patiatur.* Non eſt quiſquam innocens, nemo ſine peccato viuit, vel lactens cuius vnius diei vita eſt ſuper terram, peccato dedit tributum, contra hoc armatur Deus, hoc perſequitur, quod ipſe in natura nõ poſuit, pius perſequutor; ſed ſi pius perſequutor Deus, impij perſequutores amici Iob. cur Deo illos comparat? ſequitur D.Greg. dicens. *Tantò enim omnipotens Deus iuſtius aliena vitia percutit, quantò in ſemetipſo nihil habet vitiorum. Homines verò, cum per diſciplinam alios feriunt, ſic alienam infirmitatem debent percutere, vt etiã ad ſuã nouerit oculos reuocare; vt ex ſemetipſis conſiderent, quantùm alijs feriendo parcant; cum ſe quoque ipſos dignos percuſſionibus non ignorent.* Itaq. nũc dicitur. *Quare perſequimini me ſicut Deus, ac ſi aperte diceretur, ita me ex infirmitatibus meis affligitis, ac ſi ipſi more Dei, de infirmitate nihil habeatis.* cum igitur Deum dico, omni iuſtitia, omni ſanctitate, virtute omni fulgentem dico, & ens quò maius excogitari nequit; cum igitur *Deus*, dicat Deũ Moyſen, eo tempore, quo præficit Pharaoni, Prælatum veluti alterum Deum, ſinè vllo iniquitatis neuo, totumque virtutibus micantem, & quodamodo hominem, quo maiorem excogitari non poſſimus, debere, eſſe oſtentat. hoc tetigit Sineſius Antiſtes orat. de Regno ad Arcadium Auguſtum dicens. *neque à ratione alienum eſt. Diuinum quoque Numen Religioſi Principis cultu veneratione lętari, eumque arcana quadam neceſſitudine ſibi conciliare*, affinis Deo, & veluti ſanguine coniunctus cum ipſo, ac quodamodò eiuſdem cum ipſo eſſentiæ erit ille, qui ad dignitatis euehitur gradum. firmo ex Deimet doctrina; petierunt Regem Iſraelitæ Samuele iam affatim exaturati, & tunc Samueli Deus *Non te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos*. vbi D. Greg. *Vt profectò oſtendat, quia in perſona electi pręſulis, & cum ad ſpirituale culmen electorum carnalis rector aſſumitur, ipſe abijci videtur, cuius pręcepta diſſipantur. Ergo quam Reuerendi ſint optimi Paſtores Sanctæ Eccleſiæ liquet; eccè enim dum fideliter Deo ſeruiunt, tanto eis amoris vinculo coniungitur, vt quidquid eis ingeritur Diuinę iniurię aſcribatur*, & ſuperius *Vnus ſpiritus cum eo ſit*. Dà Prælatum, & do eminentiſſima participatione Deũ, omnibus virtutibus compaginatũ; quod ſi hæ abſunt nec vti loco, ità pfectione eminet, vmbra Prælati eſt, non Pręlatus, nomẽ, nõ res, titul⁹, nõ pſona, palea, nõ frumẽtũ, amurca, nõ oleum, fex, nõ vinũ, deſtructor, nõ cõſtructor. q; videns Deus in Iſraelitico populo deplorat, vel minatur

Marginalia: *D. Greg.* — *D. Greg.* — *Deus pius perſequutor.* — *D. Greg.* — *Sineſius.* — *Prælatus is ſit, quo maior excogitari non poſſit.* — *Reg.* *D. Greg.* — *Quidquid cõtra Prælatos [illegible] ita Deum veluti [illegible] us namq; eſt Prælatus.*

in iustam facinorum pœnã,& ait. A *Et erit sicut populus, sic Sacerdos.* Hinc D.Bernardus lib. de consideratione ad Eugenium. cap. 7. *Et nunc audi canticum meum, & quidem minus suaue, sed salutare. Monstruosa res, gradus summus,& animus infimus, sedes prima, & vita ima, lingua magniloqua, & manus ociosa, sermo multus, & fructus nullus; vultus grauis & actus leuis; ingens auctoritas, & nutans stabilitas.*

D.Bernardus.

ANVLVS XXXXII.

Opera, & cogitationes rimatur iustus Iudex Deus.

Et erit sicut Populus, &c.

PEnes Deum iudicandi potestas, & auctoritas est ordinaria, penesque eius humanitatem delegata; abest ordinarius C Iudex, cum delegatus procedit: adueniet tamen Christus orbem iudicaturus, qui Deus est, & homo. ad quid homo, vbi omnia potest ille, cuius potentię, & Sapiẽtiæ, non est numerus? scio varias à Sacris Theologis afferri huius Dei dispositionis coniecturas; ast moralia prosequens, ob id dispositum hoc puto, quia homo quilibet, alia intra se, soli Deo nota, qui cor humanũ scrutatur, retinet, alia oculis exponit omnium, D de quibus iudicare, non difficilis offertur prouincia: vt igitur manifestet Deus, se nedũ cogitationes, sed & opera iudicaturũ, hocq; facilè intelligat homo, Deus, & homo adueniet iudicaturus. potest, scitque omnia Deus, & vti Deus omnia scrutatur, hominis minimè indigẽs, ast, vt mille modis, quæ peccatori euentura sunt

Christus ad iudicium veniet Deus & homo vt cogitationes, examinet & opera.

doceat, Deus, qui intima scrutatur, & homo, cui exteriora manifesta sunt, iudiciũ mundi acturus aduẽtabit. hinc benè p Prophetã nostrũ Hoseã. *Et visitabo super eos vias eius, & cogitationes eius, reddã ei.* Vbi D. Hieronymus. *Non solũ opera eorũ visitabit, quæ appellãtur viæ in quibus ingrediũtur, sed, & cogitationes, quibus, vt talia facerent, tractauerunt, non solũ n. opus, sed, & cogitatio mali operis pęnas luet.* Vias B visitabit Dominus, vias perlustrabit, peccat peccator, pcurritq; viã vitæ suæ, imprimit criminũ vestigia, nec recogitat; at sequitur Deus, quæq; nõ cogitãs imprexit peccator vestigia, cuncta lustrat, mensurat, discutit, vt puniat. etenim nil imperscrutatũ relinquet Deus. *Vocauit* dilectũ Ioannẽ ad iudicij extremi visiones Deus, vt illo territus, terrores, psequutionesq; Tyrãni floccipẽderet, nauci que existimaret; audiuit Angeli vnius vocẽ, q̃ sup nubẽ sedebat, & Christum significabat, sic altius insonãtẽ. *mitte falcẽ tuam & mete, quia venit hora, vt metatur, quoniã maturauit messis terræ.* ò quã bonus est nobis Christus; acceperat à Patre falcẽ, vt homines è terra excideret, & en fugit ad nubes. nũquid vt sese, veluti occultaret, quasi fugiẽs à facie Patris, veluti Ionas alter, ne in excidium incideret hominũ? & hoc amori eius dissonũ nõ est. erat in nube, quiescebat, veluti horam Iudicij nesciens, qui omnia nouerat, vndè tinniuit horam alius ille Angelus, dixitque. *Mitte falcem tuam, acutam, & vindemia botros vineæ.* Apoc. 14. peto cur falx Iudici detur? cur non sceptrum? cur non gladius Potestatum proprium, quæ non sine causa, vt dixit Apostolus gladium por-

D. Hieron.

Apoc. 14. 15.

Christus veluti fugit, & occultat sese ferè à Patre, ne puniat.

Apoc. 14.

portāt? latet in hac falce mysterium, falx dentata est, quasi ad mandendum, & operum aliorum scrutationem signat, vndè Diuus Bernardinus exponēs illud Deut. 23, *Si intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres, falce autem non metes*. quod ipse sic legit. *Noli mittere falcem in messem alienam*. inquit. *Nemo temerario iudicio iudicet opera aliena*. falx igitur aliorum operum trutina dicitur, nil intentatum falcis dentes relinquunt, comminuunt: cum ergò falcem Dominus tenens, sedet in iudicij solio, opera, cogitationes, & quidquid in homine est, rimabitur; annuit D. Bernardinus Senensis præcitato sermone; tom. 2. dicēs. *Hanc falcem suam, tunc quidem Deus in messem mittit, cum eodē rectorationis iudicio, opera hominū iustè discutiet, quando, scilicet tempore iudicij Generalis, non solum maligna hominum opera, sed etiā inutilia, & quæ quandoque videntur hominibus iusta præmio æternæ vitæ indigna iudicabit*. Probabit quale fuerit vniuscuiusq; opus Domini dies, deteget occulta Deus, nihilque à facie Domini valebit abscōdi. speciē Dei ad iudiciū vēturi vidit Daniel, oculosq; admiratus est, vt lāpadē ardentē. ita c. 10. suæ Prophetiæ. *Ecce vir vnº vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo, et corpus eius quasi Chrysolitus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius, vt lāpas ardēs*. concedo fulgurātē faciē; etenim sicut fulgur exit ab oriēte, & parit vsq; in occidētē, itá erit aduētus filij hominis. O q̃ ab ira longius est pectus illud, & cor diuinū, transit vt fulgur, cū punit, cum irascitur, quid fulgure velocius? ast non noscit moras, cum suum sanguinē, gra-

D. Bernardin.

Deut. 23. 25.

Nemo temeraria iudicet.

D. Bernardin.

Falce Deus iudicabit, & quare.

Daniel 10

A tiasq; suas in nos etiā immeritos effundit, ad tormenta semper paratus, vndè inclinat caput, tradēs spiritū, acsi diceret, ni Patris mei vrgeret mortis iussio, viuerē. semper patiens pro te, ò homo; delectatur enim Amor meus, pro te sustinens tormenta, ad mortē vocat Pater, en morior, vt Patri obsequar, vndè. *Inclinato capite tradidit spiritum*. annuit Taulerus dicens. *Inclinat caput, & Patri obe-*

B *diens moritur*. concedo, inquā, fulguri, sed negarem lampadem ardētem; ad quid enim lampas, vbi collucet fulgur? cur in Deo, qui ipsa lux est, assignatur lucis fomētum lampas? non. n. lampas sine oleo? ò quā diligens in cuncta hominis scrutādo erit Christus. Vulgatū est illud. *impij autē quasi mare feruens*. agitatur vndiq; tēpestatibus peccatoris cor, ne dū, quia etiam in peccatis cruciatur, sed

C adhuc, quia praua opera sua sēper celare satagit, & feruens mare, q̃ in se retinet ab hominū oculis abscōdit. Solēt autē Nautæ cū turbatū mare vetat, vel ingressū in vndas, spargere oleū, quod tātæ virtutis est, vt nedū sedet vndarū impetus, sed insup omnia, q̃ in imo sunt, spectātibus manifestet. En, accedet ad iudicandum Deus, vadit innitus ad iudicium peccator, feruebit cor tēpestati-

D bus agitatum, abscondere vellet facinora homine indigna, vndè, vel à montibus, & collibus petet asylū; dicēt impij mōtibus, cadité super nos, & collibus operire nos; ast Dei oculi, vti lāpas, oleū ferūt, inspicit, & spargit oleū, quasi oleū omnia, q̃ in mari occulta iacent manifestat, proditq; cūcta; equidem cuncta opera, cogitata cuncta peccatorum rimabitur, & reuelabit Deus. hoc perpendit

[illegible]

Taulerus

Isa. 57. 20.

Mare feruens quod intus tenet abscondit.

Oleum sedat tempestates, & reuelat abscondita maris.

D. Chrisostomus.

A D.Chrisostomus hom.10.ad Corinth.2. cum in hæc descendit. *Existimemus igitur diem illum extremum nunc adesse, ac suam quisque nostrum conscientiam consideret, fingatque animo adesse iam Iudicem, omniaque detegi, atque in medium proferri; neque enim sisti tantum nobis necesse est, sed manifestari.* ac si diceret, imus ad iudicium, vt mare feruens, at mittet ex ardente furoris lampade

B Deus oleum, vndè cuncta patescent, lustrabuntur cũcta. O quot sunt, qui de sola gloriantur actione; hæù, erit cum impijs portio eorum, Deus enim, ne dum opera, sed cogitationes minutius exquiret. Exemplis, vt in turbarum cordibus intimius sua imprimeretur Doctrina, docebat Christus, protulit aliud de duobus Regibus ad bella se se accingentibus, classicum cecinit alter, aperuit erarium, auroque ad erecta pelliciebat Martis insignia, ac la ni apertis ianuis, instructo viginti millium exercitu ad hostem properabat Regem; non fauit lectulo Rex ad pugnam prouocatus, accendebat, & ipse tubarum strepitu strenuorum iuuenum animos, profligauit auaritiam, verum vix sub suis vexillis decem mille adunauit milites. succumbet certè hic, haud dubius extat Mars, haud belli exitus incertus; tractet ea, quę pacis sunt. Audiamus Christum. *Quis Rex iturus committere bellum aduersus alium Regem, nonnè sedens prius cõputans, si possit cum decem millibus, occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se; alioquin adhuc illo longè agente, rogat ea, qua pacis sũt. sic enim omnis ex vobis, qui non renuntiauerit omnibus quę possidet, nõ potest meus esse discipulus,* Luc. 14.

Luc. 14. 31

clara exempla, inuoluta applicatio obnubilat, enimuerò, quid cũ militum aggregatione omnium abrenuntiatio? quid discipulatus Christi, cuius insignia Pax sũt, & Amor, cum belli tumultu, sitiquè sanguinis hostium? subtiliter. *D.* Greg. in hunc locum. est bellum Iudicium, cum orbis terrarum totus pro Deo pugnabit, venit Christus viginti millibus stipatus, quia obseruantiam decem præceptorum, ne dum per opera discutiet, sed per cogitationes, morietur in illo prælio quisquis decem millibus, scilicet, operibus tantum bonis stipatus irruet in Christi milites; etenim à decẽ millibus sanctarum cogitationũ, militibus nõ inuenientibus propugnaculum, trucidabitur, quod si viginti millibus venit Christus, hique milites examen nedùm operum, sed cogitationum scru-

C tabuntur, equidem nil inperscrutatum relinquet Deus. opera pẽsabit, & cogitata exquiret. Audiatur. D.Greg. *Rex contra Regem ex æquo venit ad prælium, & tamen si perpendit se non posse sufficere, legationem mittit, & ea, quę pacis sũt postulat. Quibus ergò lacrymis veniam sperare debemus, qui in illo tremendo examine cum Rege nostro, ex æquo ad iudicium nõ venimus? quos nimirum conditionis infirmitas, &*

D *causa inferiores exhibet. Sed fortasse, iam mali operis culpas abscidimus, iam praua quęque exterius declinamus; nunquid ad redaẽdam rationẽ cogitationis nostrę sufficimus? nam cum viginti millibus venire dicitur is, contra quem minimè sufficit ille, qui cum decem millibus venit. Decem millia quippè ad viginti millia, simplum ad duplum sũt. Nos autem si multum proficimus, vix exteriora nostra opera in rectitudi-*

D. Greg.

Milites quot in Christi pugna sint necessarii nõ succumbamus.

ne

ne ſeruamus:nam, etſi luxuria carnis abſciſſa eſt, tamen adhuc à corde funditus abſciſſa non eſt. Ille autem qui iudicaturus venit,facta pariter, & cogitationes penſat.Cum duplo ergò exercitu contra ſimplum venit, qui nos vix in ſolo opere præparatos, ſimul de opere, & cogitatione diſcutit. Intima ſcrutatur Deus,non facta,non verba, non cogitata, non commiſſiones, non ommiſſiones, non mixtas impuritates relinquet opertas, vel in bonis mala reuelabit. Ad Chriſtum, vt iudicaturum vocatus fuit Ioannes Euangeliſta,horrificam eius vocem audiuit, tamquam aquarum multarum. ita cap.1. Apoc. *Et vox illius,tamquam vox aquarũ multarum.* Stupeo in igne aquã, ad ignem mittet reprobos Chriſtus,hac percutiens ſentẽtia.*Diſcedite maledicti in igem ęternũ.* ad quid aquæ cum igne commixtio? cur aquam vox illa comburens imitabitur? Tuum amorem,deſideriumque animas perducendi ad cæleſtia, eruendique ab inferis Deus meus, amor meus, & omnia, contemplans, penſo voces eſſe eorum, quæ ſunt in anima paſſionum notas. proh, vox, quæ deſtinabit ad ignem ſuiſmet expoſcentibus hominũ ſceleribus peccatores, tãquã aquarum erit, fortè, quia amor tuus, vel ignem illum, iuſtè damnatos cruciantem,ferè vellet extinguere:ignis ſententiam aqua illa delere cuperet.aſt quia ad examen, in quo omnia perluſtrabit Chriſtus,vocor, aliud in aqua hac excogito. vtque myſterium latens hauriam ad Archimedis confugio adinuentiones, aliam ſcribunt Vitruuius lib.9. ac Fazellius in hiſtoria Sicula.Vouit Hieron minor Siracuſarum Rex cuidam Idolo, ſiuè templo, auream coronã; accepit aurum ad opus, dedit Artifici, perfecit ille, attulit ad Regem.aurum puriſſimum vouerat Rex, at ab Artifice ſuſpicatus eſt impurum;non enim defuerunt,qui Artificis verſutiã, Regi ſiſterant. Vocatus eſt tunc Archimedes,qui coronam adulterio maculatam ſic patefecit, vas aqua impleuit,in quod argẽtũ tanti ponderis, quanti corona erat immiſit, cuius grauitati cedens aqua effuſa eſt; abſtulit argentum, remiſit effuſam aquam, ac non ſecus,ac primo vas repletum eſt, ſumpſit iterum aurum eiuſdem ponderis quod proiectum in aquam, effuſa aqua denuò eſt,aſt non in ea quantitate, qua effuſa eſt, cũ immiſſum fuit argentum;quod,quia minus graue,quam aurum eſt,maius occupauerat locum, repleuit tertio Vas aqua, coronam merſit, ac aqua in maiori quantitate fluxit, quam, cum purum aurum in cã immiſſum eſt; hacque experientia patefecit adulteram; verſutiaſque Artificis ſiſtit Regi. ſcio Galileum alium præſcribere modum, etiã aqua adhibita, de quo etiam Merſennius in expoſitione ſuper Geneſim, Sed ſatis mihi hic:vndè,cur Chriſtus vocem ſuam,veluti aquam intonare voluerit in iudicio, comperio;aurũ nos creauit purum,cum innocẽtię ſtola honorificos collocauit in Paradiſo terreſtri,dedit nobis vt noſmet auream coronam formaremus reponẽdã in cælorum templo, in manu Dei iuxtà Iſaiæ vaticinata*Et eris corona glorię in manu Dei tui.* venimus, ad iudiciũ,offerimus nos; aſt tunc Deus vocem ſuam,vt aquam proferet. *Vox illius, tanquam vox aquarum mul-*

Marginal notes: *Apoc. c.1. 15.* — *Matt. 25. 41* — *Chriſtus vel Iudex pœnas deludere ferè cupit.* — *Vitruuius Fazellius.* — *Modus agnoſcendi impuritatẽ auri.* — *Iſai 62. 3.* — *Aqua occulta patefacit.*

multarum, quod si aqua, mixturã, ligaturamque in auro patefacimus, ac viscera auri reuelamus aqua, equidem, ideò vox Dei iudicantis, vt aquam audiuit Ioannes, quia nil imperscrutatum relinquet, & vel in sanctitatis auro reperiet graues imperfectiones, quo spectauit D. Bernardinus, iam citatus. *Tempore iudicij generalis, non solum maligna hominum opera, sed etiam inutilia, & quæ quandoque videntur hominibus iusta, præmio æterna vitę indigna iudicabit.* Non semel, mecum ipse recensui, quid sit, quod ad iudiciũ vocatos homines, nequaquam dicat homines Christus, sed bruta dicitur enim Matth. *statuet quidem oues à dextris, hædos autem à sinistris*, nunquid non superior est homo brutis, animaq; bidentibus? cur igitur, vel electi, qui erunt sicut Angeli Dei in Cælis, ouibus comparantur? accedat D. Paulus. hic ad hebræos scribens. cap. 4. inquit. *Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagum quoque, ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis, & nõ est vlla creatura inuisibilis in cõspectu eius, omnia autem nuda, & aperta sunt oculis eius.* D. Isidorus Pelusiota aptat isthęc diei Domini, cum venerit iudicare seculum per ignem, premitque, cur aperta dicat, & nuda omnia tunc futura, cur non potius aiat Paulus, tunc sciet omnia, siuè omnia intelligibilia intelliget? explicat autem Pauli dicta, ex victimarũ ritu. Solebant antiquitus aliqua bruta in victimas offerre, à quibus nedùm pelles, decoriando, detrahebant, sed concidendo ossa, rimando cartillagines, & neruos, euiscerabant omnia, perlustranda diligentissimè. ex quibus, cur bruta dicat homines in iudicio euangelium, cur aperta dicat Paulus, innotescit: bruta homines dicuntur, hæc cũ aperiuntur, nil in eis imperscrutatum relinquitur, concludendum ergò est, omnia nostra euisceraturũ Deũ, opera, verba, intentiones, negligentias, nihilque remansurum imperlustratum. accedat. Isidorus. lib. 1. epist. 99. *Hęc verba, nuda, & aperta. heb. 4. & 13. translatione ducta à victimis, quæ ad sacrificium adhibentur, à Paulo ingenti sapientia prędito viro, scripta sunt. Quemadmodum enim illę, dum pelles detrahuntur, omni conspicuo indumento spoliantur, abditarumq; internarũ partiũ statum, & affectionem indicant, atque ad ossium omnium, & membrorum indagationem dissecantur, vt omnia, ob rei, cui adhibentur, puritatem, expurgentur: eodem etiam modo, in magno illo Domini die, actionum nobis incognitarum, & obscurarum, cuncta denudabit; dissectionique similis apparebit. neque enim quisquam latere poterit, verum omnes in apertum adducentur.* O quę confusio, quę verecundia, qui rubor. Vix confessario nostras explicamus cogitationes, qui semper silebit, quas tamen clamabit ille, cuius vox tamquam aquarum multarũ, cũctorum pulsabit aures. exanimat nunc me conscientia mea, quid faciam, cum dies ille venerit, vbi totus adfuerit orbis, assistentq; supernæ illæ acies, discutietque cuncta peccata mea Deus? etenim nil absconditum remanebit vndè. Greg. Nazianzenus orat. 15. inquit. *Quemadmodum enim, qui Dei memor est hic, morte superior*

Marginalia: D. Bernardin. — Matth. 25. 33. — Hebræorũ cap. 4. 12. — Isidorus Pelusiota. — Bruta cur homines in iudicio dicantur? — Greg. Naz.

rior eſt, idque à Dauide optimè dictũ eſt. ità his, qui è vita receſſerint, nõ eſt in inferno confeſſio, nec morum correctio, hic enim Deus, vitam, & actionem illic geſtarum cenſuram concluſit. Quid faciemus in die inductionis? terret me quidam Prophetarum; hoc eſt diuinæ ad nos expoſtulationis (ſiuè in montibus, & collibus quemadmodũ audiuimus, ſiuè quacumquè tandem illa, & quocumque loco futura ſit) eum nos coarguet, atque ex aduerſo ſtabit, peccata noſtra, hoc eſt acerbos, & amarulentos accuſatores nobis in faciem ſtatuens, acceptaquè beneficia cùm iis, quę iniquè admiſimus, ex aduerſo conferens, & cogitatione cogitationẽ verberans, & actione actionem examinans, & imaginis vitio contaminatę, atque confuſæ, dignitatem à nobis expoſcens. Ad examen noſtras actiones, & cogitata adducet Deus, & recenſebit beneficia, vocationes, impulſus, ac motus noſtros, quibus diuinos propulſabamus. Ploremus nunc fratres antè Dominum, lauemus delicta, confiteamur peccata, vt hic dicta, taceat ibi Iudex. ne ſimus Iudæ aſſeclæ, qui quia hic celare voluit proditionem, Diabolo traditus eſt in æternum. *Vnus veſtrũ me traditurus eſt.* dixit Ieſus, vel ſecretam, vel auricularem expoſcebat confeſſionem à Iuda; reſpondit tamen ille. *Nunquid ego ſum Rabbi?* quid agis ò Iuda, taces peccatum, quod clamabũt elementa, dicent creaturę, exprobrabit Iudex? *Adeò impudens eſt rea, cum remordet conſcientia, vt Chriſto etiam ipſo ſatis deſignante, temerariè peccatum celare, & negare non vereatur, maximè in conſpectu eius qui nouit abſcondita cordis. &c. ò quam melius ei eueniſſet per delicti confeſſionem.* ita Thomas Beaux. de paſſione. ne in hoc barathrum incidamus, & damnemur, monet nos per Prophetam noſtrum Deus, & ait. *Et Viſitabo ſuper eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei.* vbi relatus D.Hieronymus, *Non ſolum opus, ſed cogitatio mali operis pęnas luet.*

[Margin notes: Matt. 26. 21. — Matt. 26. 25. — Thomas Beaux. — Peccator vel Deo vult celare peccatũ ſuum.]

ANVLVS XXXXIII.

Aequus vbique Deus Iudex, iuxtà delicti menſuram infert plagarum modum.

Et erit &c.

EST pedagogus pœna. errabit, atque ad errores inducet alios, quiſquis peccans incorreptus; & vndè pœna exulat, fundamenta ſternet domus impiorum; ibi confuſio, vbi ſupplicia ordinem non ſtabiliunt: & ruet Reſpublica baculo ſæuitiæ non ſubſtentata. vndè Cicero de Natura Deorum inquit. *Nec domus, nec Reſpublica ſtare poteſt, ſi in ea, nec rectè factis præmia extent vlla, nec ſupplicia peccatis.* Seruandus tamen ritus in pœnarum inflictione, vltra enim delicti menſuram, creſcere ſupplicium, nec ęquitati, nec iuſtitiæ conſonum eſt, quapropter, vel Horatius, dixit. *Regula peccatis, quę pęnas irroget ęquas.* nullum relinquit malum impunitum Deus, ſed ad amuſſim caſtigat, vndè in noſtri Hoſeæ Prophetia dicitur. *Et viſitabo ſuper eum vias eius, & cogitationes eius reddam ei.* vbi Cornelius à Lapide ex verbo hebræo Maalalan, ait. *Maalalan, ſignificat ſtudia, machinationes ſcelerum, has reddit* Deus *peccatori, cùm illum propter eaſdem ex æquo punit, & affligit.*

[Margin notes: Tullius. — Horatius. — Cornelius à Lapide.]

Lyra. & Lyra *Visitabo, &c. pœnam debitā inferendo.* æquam peccatis pœnam infert Deus. *Vitabat* temerè proximorū opera iudicare Christus, cum dixit. *Nolite iudicare, &* Matt. 7. 3 *non iudicabimini, nolite condemnare, & non condemnabimini, in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini, & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.* optima, & hominibus, qui interna scrutari non possunt, consona doctrina est; ast inferentia mentem fatigat; cur enim Deo temerè iudicare conueniet, ait enim. *In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini.* ergò si temerario iudicio percutiet proximum homo, temerario iudicio, iudicantem feriet Deus; non meum est, quod affero, sed D. August. D. Augustini. in cat. D. Thomę sic arguentis. *Nunquid si nos temerario iudicio iudicauerimus, temerè etiam de nobis Deus iudicabit? aut, nunquid, si mensura iniqua mensi fuerimus, & apud Deum est iniqua mensura, vndè nobis remetiatur? nā mensurę nomine ipsum iudicium significatū arbitror.* absit. quæ enim temeritas apud eum, qui magis intimus animæ nostræ est, quam anima sibi. dixit Christus, vt doceat secundum mensuram delicti esse plagarū modum. temerario punis iudicio; ipsamet temeritas carnifex tuus erit, in caput tuum erit temeritas, vndè perpetuò, inemendatus punieris. D. Aug. hinc sequitur D. August. *Sed hoc dictum est, quoniam temeritas, qua punis alium, ipsa te puniat necesse est.* ad mensuram peccatores, vel ipsis peccatis, punit, qui iustus est Iudex, Deus noster. Visionibus, de Dei iudicijs Zachariam Prophetam instruebat Angelus Domini, quapropter ait cap. 5. *Et egressus Angelus Domini, qui lo-*

Temeritas temerariè iudicantes puniet.

Zacch. 5. 6.

A *quebatur in me, & dixit ad me, leua oculos tuos, & vide, quid est hoc, quod egreditur.* paruit Propheta, vidit mulierem in medio amphorę sedentem. *Ex dixi, quid nam est? & ait. Hęc est amphora egrediens. & dixit, hęc est oculus eorum in vniuersa terra, & ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphorę, & dixit, hęc est impietas, & proiecit eā in medio amphorę, et misit massam plumbeam in os eius.* non desinam B hic adnotare per transitum Remigij Altissidioren. in hùnc locum excogitata. expendit ipse, cur proiecta in amphoram muliere extemplò Angelus plumbea massa amphorę obstruxit os? & notat, hanc mulierem dici impietatem, quam, vti à nobis longè eiecimus, obstruendum est, vndè pullulare potest; nam qui semel à se peccatum excussit, nequaquam aditum illi vltra daturus C est. *Massam plumbi misit Angelus in os eius, scilicet amphorę, vt impietatem clauderet, & obstructo ore, nequaquam se vltra iactaret in suo scelere, sed ęterno silentio conticesceret.* dispungo tamen ipse, cur vnica visione amphora, & iniquitas Prophetę ostendantur; quid impietati, cum amphora, quæ dulces liquores claudere solet? nunquid iungit hæc Ange- D lus, vt quam dulce sit peccatum peccatori patefaciat, quamque ad peccandum vires roboret? solēt viatores amphoras vino plenas in via gestare, vt laxi reficiātur, viresque roborent ad reliquum itineris, sic iniquus lassatur quandoque in via iniquitatis, vndè clamant, qui in inferno luūt pares peccatis pænas. *Lassati sumus in via iniquitatis.* ast amphoram portant, in quo vinum deferri

Remigius.

Peccator ne peccato relinquat vndè pullulare possit.

Sap. 7. 5. *peccatum se se roborat ad peccandum.*

ferri solent, vt refecti vires resumant ad peccandum. non indigna sunt isthæc. verum, quia circa amphoram oculus cernebatur. *Hæc est oculus vniuersa terræ*. per quem oculum Gouschel. lib. 2. eloquut. Sacrorum interpretatur iudicium. *Hic est oculus*, i. *hoc est iudicium*. Iudicium huius mulieris, quæ impietas dicitur, spectandum est. *Vadit ad iudicium impietas*, & en, amphora Amphora apud hebræos, mensura quedam est, quod si simul impietas sunt in iudicio, & mensura, & mulier, hoc est impietas, in medio mensuræ est, concludendum est, Deum iuxtà delicti mensuram inferre modum plagarum, & pænam hinc Horatius. *Semper sua par est pæna noxæ*. Non excedit pæna culpam seruatur in puniendo palmus. Curro ad Christum, qui mea peccata portauit in corpore suo. Ad Crucifixionem innocentis filij Dei anhelabant hebræi, obstabat Pilatus, qui sciebat per inuidiam traditum Christum, vtque à maiori malo retraheret Iudeorū mentes, flaggellauit Christum, quem, & veste purpurea illuserunt, ac spinea corona transfixerunt. capiti autem spinis cōpuncto, addebant percussiones. ait etenim sacer textus Matt. 27. *Et plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius, & arundinē in dextera eius, & genuflexo antè eū illudebant ei dicētes. Aue Rex Iudeorum, & expuentes eū, acceperunt arundinē, & percutiebāt caput eius.* O Christe, amor meus, verè pęnitentiā facis propter hominē, ast quid dixi? videris mihi peragere pænitētiā, quia peccatorē hominē iustè punisti. Dixisti terræ, vt spinas germinaret, vndè sudor

Zacch. 5. 6

Gousch.

Oculus significat iudicium.

Matt. 27. 29

F. Franc. de Franch. in Hos.

A erat in homine, qui vt terrā excoleret, in ijs extirpādis laborabat; madefaciebat homo spinas sudore aqueo; quid tu, quasi de pęna hominis pænitentiā instituēs; spinas suscipis, vulnerari vis eisdem, vt sāguine repleres spinas, quas Adam, ob pęnam sibi impositam aqueo madefecit sudore. quo spectauit D Hieronymus in cat. D. Thomæ, dicens. *In corona spinea maledictum soluit antiquū* B accipit spinas, madefacit proprio sanguine, vt pænam soluat Adami, & quasi pęnitentiam de pęna faciat: quasi dicat puniui sudore, quo madefecisti spinas, eia spinas lauo sāguine, & quia afflixi te sudore aqueo, punio memet sanguinem spinis fundens. Ast D. Hilarius in spinea hac corona, peccata intuetur gentium. *Spinis quoq; in compungentium quondam peccatis gentium coronatur*. Dederunt C impij pharisei arundinē pro sceptro; ast non perstiterunt in hoc, sed in semet varij, arundinem accipiebant, percutientesque caput Christi, iungebant Spinis. certum est, vt alibi cum D. Aug. diximus, hæc omnia passū Christum hominem, disposuisse tamē Deum; inquiro dispositionis Mysterium; ac in arundine mensurā quandam contemplor, ipsa n. nodis distincta, quasi palmos quosdam designat, vndè Angelus quē D Ioannes vidit templū metientē, arundine mēsurabat. *& qui loquebatur mecum, & habebat mensurā arundineam*. Apoc. c. 21. nec stat hic arundinis significatum, sed insuper calamis, siuè arūdinibus perfractis significantur ærūnæ, & calamitates, ità Ricciardus Brixianus ex Valer. l. 57. *verbo calamitas, Vndè calamitatis nomen à calamis est*. & ait pcitatus Brixianus

D. Hilar.

Apoc. 21. 15.

Verbo Arundo. *Arundines prostrata, & diffractę, significant ęrumnas, damna, iacturas, quę hominibus euenire solent.* peccatorũ spinis arundo, quæ tum mensuram, tum calamitatem dicit, & pęnam, vt iuxtà peccatorum mensuram futurum calamitatum palmum indicet Christus. Verum, vt factis dicta micēt, obseruo diuitem à tormentis leuantem oculos in cælum; vidit ibi delitiantem Lazarum, ac in sinu Abrahæ gustantē Patris cor, rogauit, sed impia oratione, dixitque. *Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aqua, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma.* aduertit D. Chrisologus. serm. 122. Diuitem nequaquam Lazaro dixisse, vt è cælis aquam ad se asportaret, vndè prope Epulonem fuisse concludit, dicens. *Quid est autem, quod dicis, Mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti in aqua, & non deferat aquam? ergò iuxta te est aqua.* iuxtà illum qui phalerna olim gustabat, aqua est; nec valet haurire. O infelicissimum infortunij genus: hæc erat Epulonis pęna, quę iuxtà culpam inferebatur; stabat Lazarus ad portam mendicans, petebat, vel aquæ poculum, petebat Diuitis manum, vt vel micas manducaret; contraxit manus diues, nec eleemosinam pauperi porrexit; nec manu duxit ad micas; quia autem tunc manus, non extendit ad pauperem, ideò Deus iustâ pęna manus eius in inferno ligauit, ne vicinam, aquam, vel digito posset haurire; ita Chrisologus. *Si iuxtà te est aqua, quare de proximo non sumis? quare? quia vinctę sunt manus tuę. meritò, quia solutis debilitate Lazari manibus, subuenire contempsisti.*

Arundo ærumnas significat.

Luc. 16. 24.

Chrisol.

A *Debet homo, debet debilibus sua membra partiri, quę cum Iob non daret, sed redderet, sic dicebat; ego fui oculus cęcorum, pes autem claudorum, ego eram Pater inualidorum. homo non habes nummum, da pauperi manum, quia maiorem misericordiam facit, qui ad mensam suam manu pauperem debilem ducit.* pro culpæ modò, pænas dabit peccator; ligatur, ne extēdat manum ad aquas diues, B qui peccauit, ad pauperem extēdere nolens.

Heli natura, Diaboli filij merito, censebantur nati Heli Sacerdotis summi Dei, qui nescientes Dominum, nec Sacerdotũ officiũ, corruptis moribus populũ Israeliticũ à Sacrificijs retrahebāt nõ latebāt hęc Helim, quandoquidem Vir Dei cuncta ad eum detulit, vt habetur primo Regum. cap. 2. *Venit autem* C *vir Dei ad Heli, & ait ad eum, hæc dicit Dominus. Nunquid non apertè reuelatus sum domui Patris tui, cum esset in Aegipto, in domo Pharaonis, & elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in Sacerdotem. &c. Quare calce abiecistis victimam meam, &c.* O quam pius est Deus, vel Angelis suis, hominibus deficiētibus, peccatorē retrahere satagit à peccato. nescit moras in peccato desiderare D qua ꝑpter Angelũ citius operātē mittit sic Abulensis in hunc locum. cap. 22. *Magis dicendum est, quod iste vir Dei fuerit aliquis Angelus veniens in effigie viri ad Heli; vocatur autem vir Dei, quia à Deo missus erat; & quia in figura viri apparuit, dicitur vir.* non fuit Phinees, qui iam vixerat, non Elias, qui fuerat raptus in Cælũ, vt aliqui dixerunt Hebręorum, ꝗ probat Tostatus. fuit ergò Angelus

1. Reg. 2.

Vel Angelos ad corrigendum peccatorem mittit Deus.

lus: contempsit monita cælica. Heli, nec dura animaduersione, prout cogebat necessitas, emendauit filios; quadere in bello cōtra Philistym trucidati sunt, quique sanguine plenas, carnes libandas à sacrificantibus furabātur, sanguinem proprium, ex gladijs hostium dederunt. accessit funeris nuncius ad Heli, audiuit ille captam ab hostibus Dei arcam, & ait Sacer textus cap. 4. primi lib. Reg. *cecidit de Sella retrorsum iuxta Ostium, & fractis ceruicibus mortuus est*. innaturalis est hic casus; senex Heli curuabatur ad terram, sellaque in faciem potius dabat præcipitem, quàm retrorsum, quid est, quod moriens cadit retrorsum. *Cecidit de Sella retrorsum, iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est*. premit casum Simon de Cassia. tractat. de Passione Domini. cap. 48. & ait, Heli mandata Diuina retrorsum proiecisse, nec legem antè oculos semper tulisse, vt par erat Sacerdoti: vt igitur Deus iuxta delicti mensuram infligeret pænā, tali morte puniuit; quiquè cadere ante debebat, retrò cecidit. audiatur Simon de Cassia. *Heli retrocadendo expirare meruerat, qui postposuerat Diuina mādata, & iustitiæ ordinem, amoribus filiorum, vt indè pæna proueniat, quo fuit contempta iustitia.* Ad æqualitatem puniendum est crimen, faciet tandem Deus, & si aliquantulum differat, punietque inimicos, qui iuxtà peccati deliquium, punit etiam amicos. Transierat iam Sabbathū, cùm Maria Magdalenæ, consocięque, emptis aromatibus ad Domini sepulchrum perrexerunt, vt Christum vngerent. venerunt ad monumentum multò manè quidem, sed orto iā

Reg. lib. 1. cap. 4. 18.

Simon de Cassia.

A Sole, dignum erat etenim, vt qui cum Christo mortuus erat, cum Christo resurgeret. O vtinam commoriamur Christo, vt in gloria cum ipso resurgamus. hoc tetigit D. Chrisologus. serm. 82. dicens. *Ergo sol, qui præter horam, vt Domino compateretur absconderat claritate, cum resurgeret Dominus ante tempus occurreret, & qui vt suo commoreretur Auctori ipsam meridianam suam mortificauerat*

B *claritatem, vt consurgeret Auctori suo antelucanus erupit.* resurgente, Domino ortus est sol. Sed si sol lucidius micabat, fulgebat splēdētius; quid est, quod multò manè veniunt ad monumentum mulieres? multum mane, haud dici potest fulgentioribus radijs splendente sole, adest sol, & multum mane est. eia Domine, sint solarium radiorū participes deuotę hę mulieres, quæ ad tuum

C properant corpus; num tenebræ esse possunt, te veram lucē quærentibus? speculabor in dubia luce. Ibant misericordiæ opus exhibiturę mulieres; ast dum Christum quærūt, à Christo abeunt, dubitabant de resurrectione, quę ad vnctionem properabant mortui; dubia erat apud eos fides, quia autem ad ęqualitatem punit Deus, ideò dubiam fidem, dubiæ luci componit; vndè, etsi

D ortus fuerat sol, multum mane dicitur ab Euangelista. accinit Diuus Chrisologus serm. citato. *Mulieres pernoctant, vigilant, insomnes agunt, obscura penetrant erumpentis auroræ. vndè etiam lucem dubiam, non minus cordis videntur sustinere, quam corporis.*

Sol cū Christo riens, cum eodem resurgit.

Chrisol.

Multo mane cur dicantur mulieres ad monumentum accessisse. Chrisol.

Minatur per Sophoniam Prophetam peccatori populo tribulationes Deus, & inquit. cap. 1. *Et Tribulabo homines, & ambula-*

Sophon c. 1. 17.

bunt vt cæci, quia Domino peccauerunt. percutit cæcitate, adimit visionem, quod ponderans Rupertus Abbas; ait. pænam peccato respondentem; etenim videntes, & agnoscentes Dominum, qui vel per ea, quę facta sunt, nō obscurè innotescit, videre intelligere, & glorificare noluerunt; vnde auersioni oculorum à Deo, benè respondet ad mensuram cęcitas: audiatur Rupertus in Sophoniam. lib 1. cap. 1. *Nonnè talibus congruit, & iusto iudicio repositum est id, quod continuò post verba Prophetæ, ex sua persona Dominus Iudex dicit, & tribulabo, ait, homines, & ambulabunt, vt Cęci; & Prophetæ statim comprobans iudicium, causam reddit, quia Domino peccauerunt. Rectè ergò illic ambulabunt vt cæci, qui hic oculos voluntariè contra veritatem clauserunt; quia cum cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum.* claudit oculos voluntariè veritati peccator; & Deus percutit cæcitate. par erit pæna delicto. Vado ad Generalem plagam, qua Deus orbem totum, ijs exceptis, quibus Arca fuit asylum, prefocauit. de hac ità. Genes. cap. 7. *In anno sexcentesimo vitæ Noe, mense 2, septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cæli apertę sunt, & facta est pluuia super terram quadraginta diebus, et quadraginta noctibus.* Cōsiderandum est, cur hominum deletionem aquarum inundatione compleuerit Deus; nunquid per aquam salui non sumus? nunquid aqua nobis inferni ignem non extinxit, parauitque ad Cælum viam? quid est, quod adolescentis mundi aqua est carnifex, cuius senescentis est baiula in vitam ęternam? premit D. Chrisostomus illius temporis mores hom. 22. in Genes. exponens illud. *Vt vidit autem Dominus Deus quod multiplicatę sunt malitię hominum super terram.* & ait. *Quid vult hoc dictum, vt vidit autem? Num ignorauit Dominus? absit. sed pro nostra infirmitate, omnia narrat Diuina scriptura, vt & nos doceat, quod, & post tantam Dei longanimitatem, in ijsdem manserunt malis, aut etiam in peiora se coniecerunt, vt sunt malitia hominum super terram. ex hoc enim malo opere, quasi è fonte quodam multa etiam alia suboriebantur peccata, & ideò dicit. malitię hominum.* quasi è fonte peccata erumpebant, fons malitia erat, ex qua peccata inundabant. vndè vt idem D. Chrisostomus. ait: Non adolescens solum, sed, & senex eadem agebat, quæ adolescens, neque vir solum, sed & mulier; neque seruus solum, sed, & liber; non diues solum sed, & pauper, peccabant; nec ex subreptione, sed ex consilio, nec vno die, sed semper; & per momenta singula. O diluuians fons, malitia. hęc peccatorū affluentia in nostro Hosca diluuium, inundatioq; dicitur à Deo *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulteriū inundauerunt.* respondeat peccato pæna, illic malitię fons apertus est, & en aperiuntur ad pænā fontes abyssi magnæ. illic peccata inundauerunt. & en diluuium terram inundas, malitiamq: consumens; sic sic respondet delicto suppliciū, erratis fustigatio, benè peritissimus Marinus Mersēnius in Genes. cap. 4. ver. 5. *Moyses antè pęnam flagitijs hominum inferendam,*

Margin notes: *Rupertus Cęcitate feriuntur Dominum vidre nolentes.* — *Genes. c. 7.* — *D. Chrisost. hom.* — *Malitia peccatorū fons.* — *Marinus Mersennius.*

Section letters: A, B, C, D

dam, enarrat, quomodo Deus omniũ hominum peccata viderit; vt sciamus eum, non esse crudelem, durum, vel praecipitem, qui nempè sententiã de illis delendis, non protulit, nisi re benè perspecta, postquam deploratos vidit, & iniquitas ad summum excreuit, peruasitque totam terram, vt ne quidem angulum possideret integritas; nec enim aquarum diluuio genus humanum perditum est, quam scelerum colluuie submersum. vbi pręter pænam peccatis commen B suratam; notandum est, scripturã nequaquam prætermittere, Deũ peccata vidisse, antequam puniret, ad nostram instructionem scriptura loquitur, pręuidebat.n. itã aliquandò quosdam futuros præcipites, vt ad vnius vocem ad supplicia ferrentur, ac si vox illa Dei esset, prima veritas, cui, non adhibere fidem esset nefas. hoc supplicium resonat crudelitatem, coiuit impietati, nec effugiet diram Dei manum qui ità dirè in sibi subiectos sæuit. imitari Deum debemus, qui ni videat, & probet, non castigat. Sed hactenus de his. ad mensuratã peccato redeo pænã. Peccauit flagitiosissimus ille proditor, Iudas, nec Dei expectans misericordiam, ineptè putans, posse suis sceleribus Dei pietatem superari, cucurrit ad laqueum perstrictoque gutture, lethali laqueo se præfocauit, morti se se dicauit æternæ. *Laqueo se suspendit.* Vidi interemptos proditores, præcipuè suorum Dominorum; sed verso in terram capite, pedibus pendebant suspensi. quid est, quod proditorum flagitiosissimus Iudas, non sic perit, quique cælica spernendo in vita calcauit; non calca-

Iudex nõ antea ferat sententia non quã sciat delictum.

Prælati ad vnius vocem nõ puniat, sed omnia videat.

Matt. 27. 4.

A uit, & mortuus: ast aduertendum est, non nisi voce complesse proditionem Iudam, quę quidem vox in gutture efformatur; quia verò voce peccauit, in vocis loco punitur, ęqua tali culpæ pęna. sic Thomas Beauxamis de Passione Domini. *Hoc mortis dignum genus. Strangulatur, vt in quo peccauit pœna referat, nam lingua, gutturque coartantur, quæ in Christum effata fuerant traditionis modum. B Ità olim Nicanoris lingua ob blasfemiam diuisa est auibus.* dignum genus mortis Iudæ signatur à sua conscientia, quæ Dei partes aliquando scit sumere, & ęquam peccatis pænam stabilire. Concupiuit ad iniquum concubitum Iosephum, vti castissimum, ità venustissimum Putiphar, qui illum emerat, ast en punitur exiccatis verendis, vndè Eunuchus factus est; quod dixit Diuus Hieronymus in traditionibus super C Genes. dicens. *tradunt hebręi emptum ab hoc Ioseph ob nimiam pulchritudinem, in turpe ministerium, & à Domino virilibus eius arefactis, posteà electum esse in Pontificatum Heliopoleos.* Odio persequebatur immani hebræos obduratus ille Pharao, flagellabatque diris ęrumnis Dei populum; descendit Deus, vt afflictum de manu persequutoris liberaret; vocauit Moysen, præfeD cit in Deum Pharaonis, dedit ad flaggella Virgam; ast non priusquam ex colubro in Virgam vertisset, vt habetur: Exo. cap. 4. serpens crudelis venenatus erat Pharao; non enim odiosus, nisi serpens, in illo namque inimicitiarum attendo initium cũ dixit Deus Serpenti: *Inimicitias ponã inter te, & mulierẽ,* hocq; odio

Iudas cur suspensus cur mortuur præfocatur

Thomas Beaux.

Putiphar Eunuchus & quare.

D. Hieronim.

Genes.

Exod. cap. 4. 2.

Genes. 3. 15.

odio repletus percutiebat hebræos; Deus igitur, vt dignam ordinaret peccato pœnam, *Virga*, quæ ex serpente fuerat, flaggellauit Pharaonem. ità. Theodoretus quęst. 9. in Exod. *Quia Pharao cum natura esset animal rationale, crudelitate vsus est contra hebraeos, & quod in ipso Diuinum erat, belluinum esse declarauit; ideò pręcepit Deus, virgam, qua illum flaggellauerat, in serpentem mutari; ad conuincendam illius feritatem, &* B *maleuolentiam aperiendam. Siquidem maledictioni serpentis, hoc quoque adiunctum est. Inimicitias ponam inter te, & mulierem.* Duos filios habuit Deus, hebræum populum, & gentilem; ille primogenitus fuit, quem afflixit vsque ad mortem Aegiptius, vndè, & primogeniti Aegiptiorum perierunt. firmat idem Teodoretus q. 22. in Exod. dicens. *Propterea quod Israelem primogenitum* Dei, C *Pharao nimis durę subiecerat seruituti; hoc enim etiam ipse Dominus Deus dixit, filius meus primogenitus Israel: meritò proculdubio primogenita Aegipti morti tradidit. Ast* quid vlterius, moror punitur, vt inquit Hoseas, *sicut populus, sic Sacerdos.* nec curat Deus illos, qui modo Dij, modo Christi, modo oculi Dei Altissimi vocãtur, quid est, quod illorum curam non suscipit Deus, quos in tantam ele- D uauit dignitatem? quid est quod subiectũ sibi, subijcit genti peccatrici, populo graui iniquitate? Proh stat peccato æqua, & digna pęna, ipsi populum sibi commissum, non curauerunt, & Deus illos non curans in eam mittit seruitutem, ad quam destinatur populus. sic Glosa. *Et erit sicut populus, sic Sacerdos. 1. similiter, vt populus pęnas vestris sceleris sufferetis,*

Theodoret

Virga ueyssis cur versa in serpentem.

Teodoret.

Primogeniti egiptiorum cur occidantur.

Glosa.

A *quia populi curationem cum recepissetis, in summa inertia vitam traducentes, omnem male habentium curam abiecistis, nec solum pro iniquis operibus, sed pro cogitationibus malis pęnas sumam.* nescio cur lætentur peccatores, qui certò sciunt peccasse; nec misericordiam consequutos hac certitudine possunt affirmare. O Deus, qui te timent, timent, qui te non timẽt, nec comminatis tormentis cor-B riguntur. ordinabis in hos in mẽsura pænas; quod etiam contemplatus est Orig. hom. 8. in num. dicens. *Si peccator sum, nunquid eadem mihi erit pęna, si semel peccaui, qua si secundò, & tertiò; & si frequentius peccemus? non ità erit; sed pro modo, & numero, & mensura peccati, etiam pęnę quantitas metienda est; Deus enim dabit nobis panem lacbrymarum, & potabit nos in lacbrymis, sed in mensura.* Iustis-C simè Deus, non renuo pænas; & cur reluctabo, si peccaui; cur faciem tuam videbit, qui sępesæpius in faciem tuam Angelis desiderabilem, sanctas inspirationes abiciendo, spuit? cur gloria fruetur ille, qui Christum Crucifixit, & post mortem, sæuit in mortuum? cur videbit gloriosum, qui nec gloriosum reueritus est, imò contempsit? O Deus memetipsum lustro, & mille infernis D dignum reperio. Puni Deus, gaudeo namque, quod tua in me glorificetur iustitia, sed si apud benignitatem tuam peccatoris aliquid valent preces, puni aliquale odium animę meæ in te, sempiterno amore tuo, amem te, & patiar in ęternum.

Orig.

†

SECTIO IX

Reddit peccatoribus pro peccatis Deus,ſed ſemet. Vbi de Beneficijs Incarnationis exhibitis ad delendum peccatum.

Et erit ſicut populus, &c.,& Viſitabo &c.

BOnus eſt Deus,Bonitatiſquè theſaurum, totum concludit pectus illud, quod idcircò poſtquam inter nos caro factus eſt fortè permiſit aperiri,vt Diabolus,qui acceſſerat, vt videret, ſi quid in eo inueniret mali,intimius ſcrutans,abiret confuſus, quia nil bonitati aduerſans, in eo inuenit; vndè victor, ait. *Venit enim Princeps mundi huius, & in me non habet quidquam.* non eſt autem boni affectio, horum curā relinquere, quos creauit. & cur non curabit? fortè quia non poteſt? nunquid, imbecillitas eſt apud Deum? abſit, aut quia non vult? Sed hoc bonitati contrariū eſt, non eſt ſocors ob delitias Deus, qui propter nos carnem accepit paſſibilem *Deus.* inquit Clemens Alex.lib.7.Stromat.*ſeruator eſt, non horum quidem ſeruator, illorum verò non.* vndè micabit in iræ glebis pietatis aurum. abſit,vt miſericordiæ fructum non inueniam, ſub iræ cortice. frangam,& guſtabo; erit enim dulcis gutturi meo. *Et viſitabo.* inquit. *ſuper eum vias eius, & cogitationes eius,reddam ei.* retribuet ſecundū opera, ſecundum cogitationes Deus.ſed quid? accedat Dauid orans.*Retribue.* inquit.*ſeruo tuo,*

Ioan. 14. 30.

Clemens Alex.

A *viuifica me, & cuſtodiam ſermones tuos.* pſ.118.retributionem expetit Propheta à Deo, nec aliam, niſi vitam,vt Dei cuſtodiat mandata; ergò, dum orabat, funus portabat animæ, mortua erat ob adulterium, fętebat ob homicidium; quæ autem retributio erit peccatori,niſi gehenna? priuatio Dei?luctus ęternus?nunquid hęc expetebat Dauid,antequam vitā animæ recuperaret, cum aiebat.

Pſal 118.

B *Retribue ſeruo tuo* aſt petit à Deo: quid autem dabit Deus,niſi propria? abſit, vt furti reus fiat ille, qui diues eſt in omnes,qui inuocant illum, proprium autem, Dei, pietas eſt, miſericordia eſt: igitur peccatis, non aliam retributionem, quam miſericordiam expoſcebat Dauid. adeſt totum confirmans. D.Auguſt. in hunc locum dicens.*Retribue inquit ſeruo tuo, viuam, & cuſtodiam verba*

D. Auguſt.

C *tua. ſi bona pro bonis ſibi poſtulauit retribui, tam cuſtodiret verba Dei Non autem dixit,retribue ſeruo tuo, quia cuſtodiui verba tua, tanquam mercedem bonam, pro bono obedientia flagitaret:ſed dixit Retribue ſeruo tuo, viuam, & cuſtodiam verba tua.*& ſoluens quæſitum ait. *Retribuit autem Deus per indebitam gratiam,bona pro malis,hanc retributionem rogat, qui dicit, ecce nunc retribue ſeruo tuo, viuam, & cuſto-*

D *diam verba tuā.* en Silenus Dei pietatis. reddere dicit; quid autē reddet?bona pro malis.quod autem bonum hoc, ſit, introſpicio in illo verbo.*Viſitabo.*cui reſpondens Zaccharias Propheta, inquit. *Viſitauit nos oriens ex alto* retribuet bona pro peccatis Deus,nec aliud bonū præcipuè, niſi filium ſuum;quem tunc miſit in mundum, cum ſcelerum abūdantiæ, terra nimis arcta erat.

Deus pro malis bona retribuit.

Luc.1.78.

quod

quod obseruauit *D.* Paulus cum dixit. *Quandò venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.* vbi Diuus Bernardus. serm. 1. de Aduentu Domini ait. *Venit enim non in initio, nec in medio temporis, sed in fine. nec incongruè factum est, sed verè, ac sapiēter disposuit sapientia, vt cum magis esset necessarium, tunc primò ferret auxilium, pronos ad ingratitudinem Adæ filios, non ignorans: Verè enim aduesperascebat, & inclinata erat iam dies; recesserat paulominus sol iustitiæ, ità, vt exiguus nimis splendor eius, aut calor esset in terris, nam & lux diuinę notitiæ parua admodū erat, & abundante iniquitate feruor refriguerat Charitatis. Iam non apparebat Angelus, non loquebatur Propheta, cessabant velut desperatione victi præ nimia vtique duritie hominum, & obstinatione. at ego, ait filius tunc dixi. Ecce venio.* En vt Incarnationis altissimum beneficiū, superexcellentissimum donum ferè peccatis retribuit, vt eo illa deleat pietatis fons *D*eus noster, quem optima ratione ignem agnosco vocatum à *D.* Paulo ad hebręos 12. dum ait. *Deus noster ignis consumens est.* scio Teophilatum, timorem, hoc igne incutere. ait enim. *Deus noster cum ignis sit, subindè consumens, erit à nobis omninò verendus, nè veluti contemptores, & sui nullam habentes rationem, tollamur è medio hoc igne assumpti.* at dulcius. D. August. in Glosa, totum dat amori; inquiens. *Consumit veterem vitam diuinus Amor, & innouat hominem, vt ex eo, quod* Deus *ignis consumens est, sicut edax, faciat, vt nos amemus eum, ex eo autem, quod æmuletur ipse nos, amet. Nolite timere ergò ignē, qui est Deus, sed quem ipse parauit reprobis.* at dulcissimæ amoris sagittæ exhibitę à *D.* August. aliam addam ex Tobia, qui filium suū ad Gabelum misit in Rages, vt quam mutuauerat pecuniam, ab eo, in vitę substentaculū recuperaret. Iuit, Raphaele Archangelo comite, Tobias, inuenit Gabelū; & quia semper cumulatiora sunt dona cælestia, quam speramus, receptioni pęcunię, addidit nuptias Archangelus; nupsitque Tobias Saram Raguel accipiens in vxorem. Nuptię hæ diuinas illas præfigurabant nuptias in quibus *D*ei filius, humanitati nostræ cōiunctus est. tunc enim nuptias fecit filio suo Deus: ità D. Greg. in cat. super illud Matthei. *Simile factum est Regnum Cælorum homini Regi, qui fecit nuptias filio* vbi sic ait. *Tunc autem Deus Pater Deo filio nuptias fecit, quandò hunc in vtero Virginis, humana natura coniunxit. sed quia ex duabus personis fieri potest nuptiarum coniunctio; absit hoc ab intellectibus nostris, vt personam Redemporis nostri ex duabus personis credamus esse vnitam; ex duabus quippè, aut in duabus naturis existere dicimus, sed ex duabus personis credere compositum nefas putamus. Securius ergò dici potest, quia in hoc Rex Pater Regi filio nuptias fecit, quod ei per Incarnationis mysterium Sanctam Ecclesiam copulauit. Vterus autem genitricis Virginis huius sponsi thalamus fuit.* copulauit sibi sponsam Ecclesiā Christus non habentem maculā, neque rugam; & hę securius dicuntur eius nuptiæ. Ast nobis, qui credimus, nec aberramus in mysterio Incarnationis, par securitas est, dicere, tunc Deum Patrem filio suo fecisse nuptias, cum *I*ncarnatus est. expendo tamen antequam ad alia progrediar, cur nuptijs, Incarnationis

myste-

D Bernardus.

Galat. 4. 4

Dum peccata abūdabat deus incarnatus est.

Hebr. 12. 29.

Teophilatus.

Deus timēdus.

D. August

Deus facit vt nos amemus eum.

D. Greg. Matt. 22. 2.

Deus cum incarnatur est nuptias suas celebrauit.

D. Greg.

A B C D

myſterium comparare voluerit A Deus.nec diſcedo à nuptiarum vſu,quem , vel in ipſo Euangelio video obſeruatum; in nuptijs inſtituuntur conuiuia , ſic in Cana Galileæ,ſic in pręcitato Euangelio. *Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui, tauri mei, & altilia occiſa ſunt, & omnia parata, venite ad nuptias.* ſed cur Deus conuiuia inſtituit in Incarnationis nuptijs? dicam ex Tertulliano Antiquorum mores referente,obſeruandos in conuiuijs, præcipuè B nuptiarum. dabãt inuitatis gemmam,ſiuè Margaritam in ſignum lętitiæ ſpõſi,& ſeruis libertatem. Incarnari fecit filium ſuum Pater æternus, vocauitque Incarnationem nuptias,vbi inſtituuntur conuiuia . ſed quid filius Patris,niſi Gemma, niſi Margarita? ità D. Baſilius. *Chriſtus margarita eſt.* quod ſi inuitatis margarita danda erat,vrad pectus aſportarent, equidem iuſtis, ſeipſum vt C margaritã portandã in corde,dedit in conuiuio *I*ncarnationis Chriſtus Dominus noſter, quapropter aiebat. *Pone me,vt ſignaculũ ſuper cor tuum.* ac ſi diceret, margarita,gẽmaq;ſũ,hæc inuitatis datur;en celebraui cõuiuiũ in nuptijs meę *I*ncarnationis,ponite me ſuper cor veſtrum,& abite, ſic .n declarabitur lætitia Verbi, D ꝙ ſponſus eſt , huc ſpectat *V*go card.exponens illud cant.*Pone me,vt ſignaculum.* dũ ait. *Ponitur ſignaculũ.i.gẽma Chriſtus ad notitiã,ad cuſtodiã, ad confirmationem, ad gratiam, & decorem , quod ſcilicet certificet proximos,roboret infirmos, lætificet ſponſum, & eius amicos.* en ſponſi lętitia monile pectoris,ſignaculum cordis,en gemma,en margarita.hanc accipiunt iuſti , hoc munere decorantur in

Matt. 22. 4.

D. Baſil.

Chriſtus , vt Margaritam dedit ſe nobis in Incarnatione.

Cant. 8.

Vgo Card

*I*ncarnatione . dabitur nè quidquam peccatoribus ? quis ignorat peccatorem eſſe ſeruum ligatum ? qui enim, facit peccatum ſeruus eſt peccati. quod ſi *D*eus dum *I*ncarnatur conuiuatur , & in conuiuijs datur libertas ſeruis, eximuntur à vinculis ; concludendum eſt , Incarnationis beneficio , peccatoribus dari libertatẽ , & abſolutionẽ à peccatis. nõ diſtat ab his. D.Leo. ſer. 1. de Nat.dicens . *Vna cunctis lętitię cõmunis eſt ratio: quia Dominus noſter peccati , mortiſque deſtructor , ſicut nullum à reatu liberum reperit , ità liberandis omnibus venit. Exultet Sanctus,quia propinquat ad palmam,gaudeat peccator,quia inuitatur ad ueniam,animetur gentilis , quia vocatur ad vitam , Dei namquè filius ſecundum multitudinem temporis, quam diuini conſilij inſcrutabilis altitudo diſpoſuit reconciliandam auctori ſuo naturam generis aſſumpſit humani,vt inuentor mortis* Diabolus *per ipſam , quam vicerat, vinceretur* fecit nuptias, Incarnatus eſt , inſtituit conuiuium, vocauit peccatorem ad veniam, liberans eum de anguſtijs ſeruitutis *D*iaboli.Redeo ad ſpõſalitiũ Tobiæ cũ Sara, in quo nõ dubito,vt dixi;ſignificari nuptias *I*ncarnationis filij Dei , etenim Sara *odorans* , *ſiue Domina odoris interpretatur* . & Chriſti humanitas, eos emittebat odores, vt diceret ſponſa cũ ſodalibus. *In odorẽ unguentorũ tuorũ currimus Adoleſcẽtulę dilexerũt te nimis.* itẽ Tobias. *Bonus Dominus.* interpratatur, & qs magis bonus filio *D*ei? qui bonitate ſua motus, ad hoc ſponſalitium venit.ibi intereſſit Angelus,hic,Angelus.ſed peto,cur iecur incenditur,vbi figura Incarnationis Chriſti emicat?

D. Leo.

Peccator ſeruus per filii Dei Incarnationem liberatur.

Cant. 1 4.

iussit enim Angelus Raphael, vt A ipsa nuptiarum nocte, iecur piscis incenderet, vt habetur Tobię cap.6. *Ipsa autem nocte, incenso iecore piscis fugabitur Dęmoniū.* & Tobias adamussim Angeli iussa exequens, in medio ignitorū carbonum iecur iecit. ità eodem Tobiæ libro cap.8. *Recordatus itaquè Tobias sermonum Angeli, protulit de cassidili suo partem iecoris, posuitque eum super carbones viuos,* etenim non fumus iecoris dire- B ctè, sed Raphael Dęmonem expulit; sequitur enim textus. *Tunc Raphael Angelus apprahendit Dæmonium, & religauit illum in deserto superioris Aegypti,* dicam quod sentio. Iecur amoris officina est; vndè aiunt Philosophi, amorem esse acccensionem sanguinis circa Iecur. vbi iecur inflammatur, ibi scintillat amor, quapropter quidam ad significandum suum amorem, Iecur adpingit in me- C dio ignitorum carbonum, cum hac inscriptione, *Demonstratio amoris.* vt igitur demonstraret Deus, Incarnationem suam à solo amore procedentem; ideò in nuptijs Sarę nuptiarum Incarnationis typo, voluit Iecur concremari. ac si diceret, si nubo naturæ humanæ, facit has nuptias solus amor, vnde dixit D. August. lib. de cathechi. rudibus *Propterea Christus aduenit, scilicet, Incarna- D tus est, vt cognosceret homo quantum eum diligat Deus.* demonstratio Amoris, Incarnatio filij Dei est. ex quibus, cur Deus ignis à D. Paulo dicatur capio; ignis diuersè ab alijs elementis definit esse, quandoquidem cętera, quò propriùs interitui sunt, eò proprios defectus manifestant; ast secus ignis, cum extinguitur, tunc maiorem flammam emittit. semper

Tobiæ 6. 19.

Tobiæ 8. 2.

Iecur carbonibus incensum amoris symbolum.

D. Aug.

ignis Deus; sēper nos suo succēso amore prosequutus est, at vt venit plenitudo temporis, cum Deus, qui immortalis est, mortalis dici volebat, & tandem mortuus, accedere volebat ad mortalitatem, quia autem ignis propè interitum, vehementiorem flammam emittit, ideò Deus, qui ignis est, in Incarnationis beneficio, cum cæpit vergere versus interitum, & ex ęterno factus est temporalis, vehementiorem sui amoris flammam manifestauit. hinc dicit Diuus August. lib. cit. *Quæ autem maior causa est aduentus Domini, nisi vt ostenderet Deus dilectionem suam in nobis commendans eam vehementiorem.* En vehemens flamma amoris in Incarnatione, ac si diceret, ignis est Deus, semper amans, ast cum ad nos moriturus accedit ad instar ignis, in mysterio Incarnationis, vehementiorem flammam emittit. Pergo vlterius, & inquiro cur ignis Deus in Incarnatione sua dici voluerit, vtque ignis in Virgine exarsit? vt inferius dicetur. An fortè, quia ignis diuinus seruari volebat in Virgine, quandoquidem solæ Virgines Vestales Sacrum ignē seruabant, & fouebant? sciebat Iesus in omnibus extinguendum, quando omnes peccauerunt, & fidem linquētes, ea saltem ore perdiderunt, dico ore, quia Petrus in corde suo sēper seruauit fidem; nè frustremus Christi orationē, qui dixit Petro. *Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* ast extinctus etiā fuit in Petro Diuinus ignis, etenim peccauit negādo; & tūc nō fuit in illo fides formata, nec Christus. sciebat igitur ignē seruari à virginib⁹ sciebat in car-

Deus in Incarnatione ignis & quare.

Petrus nūquam cordis fidem amisit.

Luc. 22. 32.

Christus ad Virginē venit, vt nusquā extingueretur.

carnationem in Virginis vtero perficiendam, vt igitur, semper in *V*irgine seruaretur, venit; vt ignis. O Beatissima Virgo, sola, & semper Dei habitaculum; sola, & semper, quasi vita Christi; dicam vitam, in te enim numquam occisus, & mortuus est Christus per peccatum, sed semper vixit cum gratia, & charitate. Non nego allata. sed aliud eruo ex Sacra Scriptura mysterium. Pascebat oues Moyses in Deserto, cum Deus apparuit illi in flamma in medio Rubi. habes. Exod. 3. *Apparuitq; ei Dominus in flāma ignis de medio rubi.* ignem in rubo, Deum in *V*irgine signare, nullus negabit, vbi affirmat Ecclesia dicens. *Rubum, quem viderat Moyses incombustum, conseruatam agnouimus tuam Sanctam Virginitatem? Dei genitrix.* ast quid machinatur. dum ignis apparet Deus? equidē præter liberationem Israelis de Aegipto nihil. descendi, vt liberem eum, hoc est *I*sraelem, de manu Aegiptiorum; & vti longo ordine explicat Rupertus, liberationem populi à peccato, hæc liberatio præseferebat. quod si in flamma apparet Deus, cum liberat à peccato. & ignem conspicimus in Incarnatione; æquidē ad hoc est Incarnatus *D*ei filius, vt hominē à peccato liberaret. hinc ait *V*go. l. de Sacramentis. *Nulla causa veniendi fuit Christo, nisi peccatores saluos facere.* Ignis noster Deus ad liberationem hominis, à Diabolo venit; fugatur igne serpens, & Deus ad hoc accessit, vt colubrum pestiferum à peccatoris anima fugaret.

Maria sola Christi vita.

Exod. 3. 2

Vgo.

De semet *V*irgine, & Matre iuxta sacrorum expositorum mentem, loquitur Beatissima Virgo cum ait. *Ego quasi vitis,*

Sap. 24. 23.

A *fructificaui suauitatem odoris.* & cur non vitis Beatissima *V*irgo, quæ botrum peperit nobis, inebriantem electos beatitudine? cur nō vitis illa, quę humanā exuperat generationem? immorabor sub hac vite, & sub vmbra eius requiescens, cur vitis Beatiss. Virgo nominetur, contēplabor. aiūt de vitibus scribētes, eas debere in loco eminētissimo, supq; montibus plantari; ità *V*irgilius.

B *Bacchus amat colles.* sed q̄d accerso Virgiliū? adest Dauid de *I*srael sub metaphora vineę loquēs, & inquiens. *operuit montes vmbra eius.* mōtes vinearū loca sūt. quarè Isaias de vinea *D*ei loquēs, ait. *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei.* vbi D. Thomas. *In cornu i. in loco eminentiori, in quo notatur montuositas terrę ad cōstitutionē bonę vineę.* supra montes vineę sunt *D*ei, mōtesq; omnes excedūt, vn-

C dè eorum vmbra montes operit, vidit, agnouit se matrē Dei Beatissima *V*irgo, cōtemplata est dignitatem, quæ omnium excedit, merita, omnesque dignitates; quia autem in hac dignitate omnes excedit sanctorum montes. *V*irgo; vitesque supra mōtes collocātur, dignè ideò se vitē appellauit, dixitq; *Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris.* *V*nde D. Bernardinus Senensis, serm.

D 36. de amore incarnante. *Maria est sublimis inter omnes creaturas in natura, exuperat omnes creaturas in gratia, & excedit omnem creaturam in gloria.* nec hic, vitis sistit comparatio; sed aliam explicat Beatissimæ Virginis singularem prerogatiuam; ad quam vt ascendam, pedibus, gentilium supponam doctrinam. Refert Plut. l. de Iside, & Osiri Sacerdotes solis Acliopolis, nusq̄ bibisse

Virgilius.

Ps. 79 1.

Isaias 5. 1

D. Thom.

Vitis cur Virgo.

D. Bernardin.

Maria omnes excedit creaturas.

Plut.

vinum, dicebant enim vinum à sanguine Gigantum habuisse originem, sparso enim illo sanguine productę sunt vites, vndè vinum eliquatur, quadere Anticydes bibenti vinum Alexandro dicere solebat. *Memento Rex, te sanguinē bibere.* abeant hi. eruoquè è texta nucleum. quis Gigas, nisi Dominus noster Iesus Christus, qui venit in hunc mundum, nobis expugnaturus Cęlum. *Exultauit vt Gigas ad currendam viam.* hic ab origine mundi sanguinem effudit. *Occisus.* ait Ioannes *ab origine mundi.* quod si ex sanguine gigantum oritur vitis, & vitis dicitur Maria; equidem non ex sanguine Adam secundum culpam nata est, sed ex sanguine Christi. fortè ad hanc Virginem, quæ omnium virginitatem in se includebat respexit Zacch. cum dixit. *Vinū, hoc est sāguis Christi* vt exponit quædam Glosa. *germinans Virgines.* quod si orti ex sanguine Christi nō possunt nasci cum culpa alioquin in sanguine Christi culpa esset, quod nefas est dicere, & impium, dicendum etiam est, Beatissimā Virginem, vti Dei consanguineā, & vti vitē ex Deo ortam, nullam originalis peccati contraxisse maculam. hinc deuotus quidam Poeta cecinit.

Alex. *Vinum gigantum sanguis.* *Ps. 81. 6.* *Zacch.*

Ortum tuum ò Beata Virgo
semper Dei nata.
Sanguis Christi decorauit, vndè florens pullulauit.

Creuit ad fructum vitis nostra; & fructificauit suauitatem odoris. peto, cur non ait fructificaui Botrum premendum in Torculari Crucis? nūquid odor, fructus est. O loqūbatur Virgo de filij Dei Incarnatione, quandò Christus in suo vtero spirabat odorem; nō adhuc premi aptus, & propterea

A odoris vocat suauitatem: sed cur suauitatem odoris nominat filij Dei Incarnationem Beatissima, Virgo? accedat D. Bernardus, hic serm. 60. in cant. ait apud Sotomaior. in cap. 2. cant. *Hic odor Serpentes fugat, aiunt enim florescentibus vineis, omne venenatum excedere loco, nec vllatenus ferre odorem nouorum florum.* noui flores vineę fugant serpentes, quod si fugato serpente ab anima, fu-

D. Bernar. *Sotomaior.* *Flores vineę fugant serpentem.*

B gantur peccata, absoluiturque peccator; & per nouorum vineæ florum odorem eijcitur, hicque nouellus flos est verbi Dei Incarnatio, equidem fateri debemus per Incarnationem filij Dei, à nostra anima peccatum tolli. succurrit D. Bernardus serm. 60. in cant, dicens. *At vbi venit plenitudo tēporis, in quo misit Deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt nos, qui sub lege erant redimeret; tunc prorsus odor ille, qui in*

D. Bernar.

C *illo erat, sese vbique sparsit; adeò vt à finibus terrę ipsum sentiens clamaret Ecclesia, oleum effusum nomen tuum, currerentq; adolescentulæ in odorem oleiūtā illa vinea dedit odorem suum, & eo tempore dederunt, & cæterę, in quibus vites extiterant. manifestè magnum est pietatis opus, quod manifestatum est in carne. &c.* en odor vineæ in Incarnatione, sed, ad quid? inquit idem Ber-

Filius Dei in sua Incarnatione diabolū fugauit odore.

D nardus, vt fugaret Diabolum serpentē. *Hic odor serpentes fugat.* fugato serpente, abit peccatum; ad peccatorum deletionē igitur Incarnatus est filius Dei, apparuitq; benignitas Saluatoris nostri in carne. Pluries ad inaccessibilis Incarnationis Mysterium tractus Propheta Dauid, variè illud cōtēplās, deinde nobis explicare conatus est. & pcipuè Ps. 77. vbi electionem tribus Iudæ, ex qua

Ps. 77. 69.

qua ortus eſt Christus contēplatus tandem, concinit. *Et tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribū Iuda, montem Sion, quem elegit.* & ſtatim ad actum pergens Incarnationis filij Dei, inquit. *Aedificauit, ſicut Vnicornis Sanctificium ſuū in terra.* Sicut Vnicornis Sanctificium ſuum ædificauit filius Dei; quia ſicut *V*nicornis, adeò caſtitate delectatur; vt non niſi à *V*irgine capiatur ſpontè, ità filius Dei, adeò *V*irginitate delectatus eſt, vt ad ſolam virginem Sāctiſſimam venerit, ab eaquè captus eſt. quia autem inexhauſtus fons eſt Sacra Scriptura; aliud latet in hoc Vnicorni, filij Dei preſeferēte Incarnationem, myſteriū. ad quod eruendū m, vado ad geſta Domini in Cruce. pendebat Dominus meus Ieſus Christus, vt *V*nicornis in Crucis arbore; etenim arboribus innixi, vt aiunt cōplures naturę ſcrutatores vmbræ beneficio gaudent *V*nicornes. & vbi vmbris, tenebriſque ſuccurrit cælum, ipſe Crucis arbori innitebatur, ibi innixus ſitiuit, dixitque. *Sitio.* occurrit vnus militum obtulit acetum, quod. *cum guſtaſſet noluit bibere.* peto, cur non ſibi hauſerit, ſed nobis acetum reliquerit Christus? vnāque ex cauſis, haurio ex Moyſe, qui Deut. 32. de Iſraele, & in perſona Iſraelis de omnibus verba faciens peccatoribus, inquit, *Fel Draconum, vinum ipſorum, & venenum aſpidum inſanabile.* vbi ſic Gloſa. *Quaſi intra ſe retinent venenum malitia, nec ſalutis, & correptionis, medicinam ſuſcipiunt.* momordit homines aſpis illa ſurda Diabolus, quæ nuſquam à noſtris vacat inſidijs, infudit peccati venenum, quod ità fit intrinſecum peccatori, vt ſēper ſit in

Ps 77. 69.

Christus in Incarnatione vnicornis, & quare.

Matt. 27. 24.

Deut 32.

Deut. 32. 33.

Gloſa: Peccator correptionē reiicit.

A eius anima, ni Dei ſuccurrat gratia, vndè inſanabile venenū vocatur peccatum. *Quaſi intra ſe retinēt venenum malitię.* quid Christus? ſciebat aſpidis veneno infectos peccatores, & dum propināt aceto, non bibit, non accipit ſibi, ſed relinquit nobis, præſētiſſimū enim remedium eſt acetum, contra aſpidis venenum; vt igitur noſmet curaremus, acetum ſuæ paſſionis reliquit nobis Christus.

B hinc Vgo Cardinalis in pſal. 32. *habent venenum nequitię, ſcilicet aſpidum, Plinius ait, venenum aſpidis aceto repelli; ſic dicimus peccatū fide, & memoria paſſionis Christi expelli.* ac ſi dicat, Acetum in paſſione Christo propinatum, quod nobis reliquit, ſi in mentem noſtrā traicimus, venenum peccati expellit. hoc Christi proprium eſt à peccatis curare. Ex quo cur *V*nicorni in ſua *I*ncarnatione

C Verbum Dei aſſimilauerit Dauid capio, veneno infectos ſciebat homines *D*eus, hoc venenū ab anima expellendum erat, *V*nicornium proprietas eſt venena expellere, vt igitur ſciremus *I*ncarnationis beneficio venena noſtrorum peccatorum expellēda fore, *V*nicorni aſſimilauit filiū Dei Incarnatum in vtero *V*irginis Dauid. fauet D. Bernardinus Senenſ. tract. de Amore vnitiuo.

D dicens. *Dilectus dicitur Christus à Patre, & eſt ſicut filius Vnicornium per Incarnationem, quia Vnicorni depellit venena, & ipſe depellit venenum peccati ab anima noſtra.* Magnum beneficium, & mirificum Incarnatio filij Dei eſt, per quam ex filijs tenebrarum efficimur filij lucis, & ex ſeruitute Diaboli tranſimus in adoptionem filiorū Dei. quandoquidem Christus delens Chirographum peccati, quod

Acetum antitodum contra aſpidis venenum.

Vgo Card

Acetum cur non biberit Christus.

D. Bernardin.

quod appendit Cruci, operit, & delet quidquid criminis reperitur in nobis, exhibetque salutem. Non abigo à Dauide Propheta, qui in persona Christi, vt exponit Vgo Cardinalis, loquens ad Patrem, ait. Dixi Domino *Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. sanctis, qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas inter illos*. vbi sic Vgo prędictus. *Deus meus es tu; meus, dico, in quantum homo*, cum autem ait. mirificauit omnes voluntates meas &c. notat duas voluntates esse in Christo. *& nota.* ait Vgo. *quod mutat personas, à secunda, in tertiam, ad significandam in Christo duas naturas.* itaque perspicuũ est, hic loqui psalmum de Verbo Incarnato, tunc enim duæ naturæ fuerunt in Christo. peto quapropter, quid sit, quod ait, mirificatam Dei voluntatem? quid est tam magnum in Deo, quod possit introducere admirationem? quæ in Deo sunt, si non excedũt Dei non sunt. hoc induceret mirum, si aliquid ab infinitate deficiẽs, possit inueniri in Deo. quod mirificauerit humanam voluntatem, non ingerit stuporem, ipsa enim, cum sit creata potest tãta gratia repleri, vt verè mirabilis sit. ast quid mirandum in Dei voluntate? quod si ità est, cur Christus Incarnatus, inquit. *Mirificauit omnes voluntates meas.* scilicet diuinam, & humanam inter illos? dicerem mirificatam Diuinam voluntatem in Incarnatione; quia quæcumque ibi interfuerũt mirabilia sunt. facta equidem fuit Incarnatio, in qua, natura diuina humanę naturæ vnita est, quę vnitio solo lumine naturali percipi non potest; est inaccessibis; non enim possumus co-

A gnoscere lumine naturali subsistentiam esse separabilem à natura humana singulari, quæ tamẽ non fuit assumpta, & separata fuit. nec naturali lumine agnoscere possumus naturam humanam in alia subsistentia, puta diuina, posse subsistere. nec item vnam subsistentiam relatiuam posse vnire sibi substantialitèr naturam humanam, & tamen totũ factum est. igitur possumus dicere in hoc mysterio, mirificasse

B voluntatem suam Diuinam Deũ inter nos, facta est Incarnatio, & Deus factus est homo, in hac autem communicatione, Deus naturæ humanę non communicauit essentiam suam, alioquin, homo essentialiter diceretur Deus, sed tantum subsistentiam, & tamen in filio est essentia, & subsistentia. & hoc mirabile est, & dicere possumus mirificauit volun-

C tatem Diuinam inter illos. mirabile: quod cum Deus pluribus modis potuerit liberare hominẽ à peccato; scilicet vel ex mera liberalitate, vt si Deus gratis condonasset homini offensam, vel ex imperfecta iustitia; vt si quãlibet satisfactionem acceptasset. & tamen voluit redimere ex perfecta iustitia, suppositando humanam naturam, in qua passus est. & ex hoc potest dici, mirifi-

D cauit volũtatem suam Diuinam inter illos. ast etsi dici possit; tamen quid mirum, agnosceret sapiens? qui scit hęc omnia non inuoluere contradictionem? quia hac Incarnatione, nec Deus mutatur, sed natura humana, quę assumitur; nec perfectionem aliquam amittit; nec amittit existẽtiam humana natura, sed solam subsistentiam, quam supplet subsistentia Verbi; nec tamen illa

huma-

humanitas sit intrinseca personę Verbi; & licèt sit infinita distantia entitatis, inter Deum, & hominem, tamen est proportio, vt natura humana possit à Verbo substentificari, cumque, nihil agnoscamus in hoc mysterio, quod inuoluat contradictionem, non est mirum, si à Deo, ad suam potentiam demonstrandam factum sit. quid ergò est, quod dicitur. *Mirificauit omnes voluntates meas inter illos?* dicam, quod sentio. Voluntas potentia est, quę habet pro obiecto suo bonum;|& nullum malum, potest esse obiectum voluntatis; verum, cum de Incarnatione agitur, aliquo modo Deus habuit pro obiecto malum, quod est peccatum: videns enim peccatum, dixit. nunc exurgam, nunc Incarnabor. ità in ps.

Ps. 11 6. 11. *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit Dominus.* vbi Thomas Anglicus. *tangit psalmus duo in isto versu, circa Saluatoris Aduentum, scilicet ipsius causam, puta nostram indigentiam, & temporis oportunitatem: quantum ad primum, dicitur propter miseriam inopum, & gemitum pauperum; miseria refertur ad culpam, quia miseros facit populos peccatum.* en ferè causa, & quodammodo obiectum voluntatis Dei, aduenrandi ad nos, suscipiendique carnem nostram, peccatum; quod simplicitèr malũ est. quod si voluntas non potest habere pro obiecto malum, & tamen aliquo modo, in Incarnatione malum, scilicet peccatum, fuit obiectum voluntatis Diuinæ, verè in hoc est mirabilis Dei voluntas, quia in hoc videtur lata in impossibile, etiam ipsi Deo. hinc puto exclamasse Sanctam Ecclesiam. *O felix Adę peccatum,* dat felicita-

Anglicus.

Malum quasi obiectum diuinæ voluntatis, vt ros soluet.

A tem, & bonitatèm peccato, quasi fuisset Diuinæ voluntatis obiectum, cum hominum peccata ad terram deduxerunt Deum. Sed nunquid peccatũ simplicitèr fuit Dominicæ voluntatis obiectum? absit; voluit incarnari propter peccatum, & videns hominum peccata voluntas operata est Incarnationem ast, quid est primũ à voluntate, equidem amoris, & charitatis actus. vidit peccatum,

B mirificauit voluntatem suam, volens Incarnationem propter peccatũ hominis (loquor de facto) sed dum vult, operatur voluntas; nec aliud opus proprium voluntatis, nisi amor; ergò amore excanduit Deus Incarnatus circa hominem, cum vidit in illo peccatum, non quidem ratione peccati, Sed ratione naturæ, & finis. quid facit Amor? delet peccatum, tollit culpas. *Charitas.* inquit

C Apostolus *operit.* 1. *delet multitudinẽ peccatorũ* quod si Deus in hominem peccatorem dirigit in Incarnatione amorem suæ volũtatis, & hic delet peccatum, vtiq; concludendum Incarnatum Deum de facto, vt peccata hominum deleret amore suo. hinc dixit Tertullianus de Incarnatione Christi c.4. *Certè Christus dilexit hominem illum in immunditijs, in vtero coagulatum, illum per pu-*

D *denda prolatum, illum per ludibria nutritum, propter eum descendit.* attende quid ait. vidit in imunditijs, & tũc dilexit, descenditque, vt à peccatis erueret. & lib. de humanitate Verbi. sic inquit. *Verum id non est alienum à scopo instituta orationis; necesse est enim nobis disserentibus de Saluatoris nostri ad nos aduentu, etiam disserere de hominum primordijs; vt cognoscas nostram culpam, illi dedisse occasionem,*

Voluntas Dei cur dicatur mirifica in Incarnatione.

1 pet 4 8.

Tertull.

nem, vt descenderet, nostramque prævaricationem Verbi Dei humanitatem eliciusse, vt ad nos contenderet, inter homines appareret; illius enim incorporationis nos causam dedimus, & ob nostram salutem, ita humanus extitit, vt in humano corpore esse vellet, & appareret. mirificauit voluntatem suam Deus, cũ respiciens nostra peccata, salutẽ exhibuit, deleuit, quod noxium erat nobis. hinc Vgo Cardinalis. *mirificauit voluntatem suam, etiam indignis compatiendo.* scilicet dando salutem impijs. Vix attendi Gabrielis nuncij ad Virginem Beatissimam verba, & Dei gratiam in nos effusam, quasi oculis spectaui. Misit Deus Angelum suum ad Virginem Beatissimam, inuenit orantem, salutauit, dixitque. *Aue gratia plena*; ò belle, non dicit. *Maria.* tacet nomen, & cur quęsò, suaue nomen illud non accipit, nec tractat primo ore Angelus? nunquid quia fortè gustãdo illius nominis suauitatem, ità allectus fuisset, ità tuminasset, vt tardus nuncius ad ea exprimenda Virgini, quæ Deus iusserat, aduenisset? pia est, & deuota consideratio, pergo tamen vlterius, & ex Teologis vnum scio innominabile à nobis, Deum, scilicet, cum enim nomina naturam, & essentiam rei exprimere habeant, & Deus à nullo creato intellectu compræhendi possit, nec potest nominari nominibus à nobis impositis, quæ dignitatẽ eius exprimerẽt. Maria cum Dei mater promulgata fuit in Cælis, quodamodò ad quãdam Dei similitudinem eleuata est, & quia talibus nullum nomen à creatura impositum conuenit, ideò tacuit Angelus Mariæ nomen, & dixit. *Aue gratia plena.* non abest ab his noster Senensis. tom. 1. conc. 61. *Quod Deus generaret Deum, nulla requirebatur in Deo dispositio, cum et ex natura conueniret; sed quod foemina conciperet, & pareret Deum, est, & fuit miraculum, oportuit enim, vt sic dicam, foeminam eleuari ad quandam æqualitatem Diuinam, per quandam, quasi infinitatem perfectionum gratiarum, quam æqualitatem creatura nunquam experta est.* Salua tibi sint omnia, ò Beatissima semper Virgo Maria, dulcedo, & suauitas cordium nostrorum, quam non nominat Angelus, vt innominabilem, quasi Deam demonstret. nuntiauit partum tandem, cuius modum expetens Virgo, dixit Archangelus. *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* nascetur ex te Dei filius, qui vti Sol, ęthereos lustrat spiritus, capias ex hoc Virgo, quia. *Virtus Altissimi obumbrabit.* erit quasi vmbra; cur vmbra? cum videtur vmbra maior, tunc Sol occidit, perit antipodas, dico igitur. *obumbrabit.* vt scias Solẽ, filium scilicet Dei, qui à Malachia prędictus est, vt Sol nasciturus, è summis Cælorum, ad te vẽturum. alij sic legunt. *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obnubilabit tibi.* Veniet, quasi nubes, quid est quęso, quod quasi nubes Spiritus Sanctus in Mariam venit, cum filius Dei, ex ea carnem suscepit? cur Spiritus Sanctus semper lumen, mox mutat lumen in nubilum, clarum, in tetrum? nunquid, vt ferè Deam Mariam manifestet? quãdò Deus nubes ponit latibulum suum? non dissentio, sed alio feror. en noto Diui Bonauenturæ cõtemplationes de Beata Virgine in speculo Beatę Marię lect. 7. vbi sic

Vgo Card. — Mariæ nomen dulce — Luc. 1. 28. — Senensis. — Maria vt Dea. — Luc. 1. 35. — Sol cum occidit, sit maior vmbra. — Cur dixerit Angelus Spiritus Sanctus obumbrabit sibi. — Maria vt Dea.

D. Bonau. ſic ait. *Tanta nempè inundatio gratiæ, tanta profunditas, & magnitudo in Maria fuit, vt ipſa bene mare plenum dici poſſit, iuxtà illud. Tonet mare, & plenitudo eius ſicut in mari aquarum, ſic in Maria ſunt congegationes gratiarum*. Mare es O Beatiſſima virgo, tota gratijs inũdans ſcriptum eſt. *Moueatur mare, & plenitudo eius*, & cum Mare mouetur, tunc terram inundat, proh mouearis, & inũda terram aridam animæ meæ gratia tibi è cælo data. hoc attendebat idem Diuus Bonauentura, cum aiebat *Moueatur Maria planè, vt nobis effundat de ſua beatitudine. Mare eſt Virgo in quam filius Dei Patris, qui vt fluuius exit e paradiſo intellectus paterni intrat; ſcriptum eſt enim omnia flumina intrant in mare.* ſuper hoc mare deſcendit vt nubes Spiritus Sanctus. equidem nubes, cùm in mare deſcendunt, trahunt aquam, quam deindè eleuatæ, ſpargunt ſuper aridam terram, & fæcundant. quod ſi Maria mare gratiarum eſt, & in ea tunc videtur Spiritus Sanctus, vt nubes, cum filius Dei incarnatur, nubeſque ad hoc ſunt in mari, vt accipiendo aquam ſpargant ſuper terram; equidem concludendum eſt Spiritum Sanctum, ideo deſcendiſſe in Mariam, vt veluti ex Maria in nos gratiam effunderet, & vt hinc intelligeremus Incarnatione filij Dei mediante, in nos ſpargi Diuinam gratiam, gratia autem expultrix peccati eſt. abſtulit ergò per ſuam Incarnationem peccatum à genere humano Deus noſter. accinit his D. Chriſologus ſerm. 142. de Incarnatione. *Dixerat ſuperius plenam*. loquitur de verbis Angeli ad Mariam, *& vere plena*

D. Chriſol In Incarnat. anima noſtra gratia perfunditur.

A *qua largo imbre, totam funderet, & infunderet creaturam*. arida erat creaturę anima poſt peccatum, vndè Dauid exclamabat. *Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi*. aſt Incarnato Domino totam infundit creaturam imbrifera nubes Spiritus Sancti, per quem peccatum ablatum eſt, & ariditas. *Quę, ſcilicet gratia largo imbre totam funderet, et infunderet creaturam*. vti fluuius intrauit filius Dei in B Mariam, vti fluuius indè voluit ſcaturire, vt noſtros tolleret errores, terramque corporis noſtri à maculis mundaret peccatorum. expendit. D. Bernardus ſerm. 2. de Nat. ex varijs, illud Geneſeos. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum vniuerſam ſuperficiem terrę, qui inde diuiditur in quatuor capita*. & inquit fluuium hunc eſſe Dei filium, mox ex Patre, mox ex Pa- C radiſo vteri Mariæ procedentem. ſed ad quid? vt faciem terrę rigaret, nos terra ſumus Adę peccato maculata, ad hoc venit Deus, vt fluuius, vt tergeret maculas, dimitteretque peccata; audiatur D. Bernardus. *Fluuius iſte eſt Dominus meus Ieſus, qui de duobus locis voluptatis egreditur ex Vtero Patris, & ex vtero Virginis, vndè Propheta Dominus Deus noſter fluuius glorioſus exiliens in* D *terram ſitientem*. & inferius. *Ad irrigandam vniuerſam ſuperficiem terrę .1. ad terrenam miſeriam expiandam, quam nobis in hareditatem primus ille peccator reliquerat*. Benedicta ſit ſemper Dei pietas, benedictus amor eius in nos; quandoquidem propter ſuam in homines charitatẽ, habuimus filium Patris, qui ſua Incarnatione, noſtra conſumpſit delicta, & in cruce omnia lauit ſanguine

D. Bernar

 ſuo,

suo, vbi perfectissimè, & copiosè mundati sumus. *Vidit* mentis oculis Dauid *Verbum* humanarum, ac ei gratias agens, dixit. *Suscepimus Deus misericordiã tuã in medio templi tui*. templum hoc esse Christi humanitatem, facilitèr concedet, qui scit Christum Dominum suum corpus appellasse templũ Ioan. 2. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. & hoc, vt in ipsomet Euang. patet, dicebat, de templo corporis sui. expeto, quid sibi velit, hic *Dauid*? etenim in nobis accipimus *Dei* misericordiam, non in ipso, non indiget Dei humanitas misericordia peccata delente, cum fuerit semper sinè peccato. cur ergò ait in medio templi sui nos suscepisse misericordiam; & per consequens peccatorum deletionem? in huius intelligentiam primò suppono, quod licet Christus naturam humanam singularem assumpserit; tamẽ illa natura singularis repręsẽtabat omnes homines, & Christus erat homo comunis, quia pro omnibus satisfacturus erat, sicut *Adam* erat homo comunis & nos omnes infecit: vndè D. Cirillus ait. *sumus omnes in Christo*, quod etiam confirmauit Sanctus Basilius hom. 5. in Epist. ad hebræos. expẽdens illud *Apostoli*. *Semen Abrahe appręhẽdit*. inquiens, *cur nõ dixit hominis naturã suscepit, sed appręhendit? Profectò ex metaphora insequentiũ eos, qui auertuntur, & omnia faciunt, vt fugientes occupent, & vt apprahendere valeant resilientes. fugientem quippè antè ipsum naturam humanam, & longè fugientem (eramus autem longè) insequutus appręhendit. ostendit quoniam misericordia sola, & gratia, & cura, quam de nobis habuit hoc fecit*. vbi patet, quod in sua humanitate nos omnes habuit, ac vt comunis homo tenuit. non decebat, vt singula indiuidua humanę naturæ assumeret Christus, quia tunc fuissemus omnes vna persona, & tolleretur ordo, & Christus non esset primogenitus in multis fratribus. hoc supposito. quero à Theologis, quid assumpserit *Verbum* cum homo factum est? respondent vnanimiter humanitatem singularẽ. peto insuper num assumpserit personalitatem humanę naturæ, negant; non quiesco, sed peto iterũ, nũ potuisset assumere, si voluisset? scio vniuersitatem Teologorum negare, quia humanitas, vltimè, & perfectè terminata, non potest vlteriorem terminationem admittere. ast apud Suarez, sunt complures viri docti innominati, qui sustinẽt, *Verbum* potuisse assumere naturam humanam singularem cum personalitate. explico. natura humana, non est ità intrinseca personalitati suæ, vt non possit ab ea separari, quod patet, quia de facto iam separata fuit, & ità natura singularis, potest considerari per se; considerata per se potest assumi à personalitate diuina, relicta in ea, personalitate humana, quia Deus potest assumere vnum, & non destruere aliud, vndè non destructa personalitate humana, posset terminare naturam humanam, & tunc natura humana subsisteret in duabus personalitatibus. Verbi, scilicet, & propria; nec in hoc apparet contradictio, quia scimus de fide, naturam Diuinã, q̃ est de se hæc, & singularis, subsistere in tribus personalitatibus, & iuxtà opinionẽ D. Thomę plu-

Ps. 47. 10. — *Ioan. 2. 19* — *Cirillus* — *D. Basil.* — *Christus nos fugientes apprehendit.* — *Verbum secundum aliquos potuisset assumere naturam humanam personalizatam.*

plures perſonæ Diuinæ potuiſſent aſſumere eamdem numero naturam;& terminare illam proprijs ſubſiſtētijs;& ratio eſt,quia ſicut terminant propriam naturam, ſic terminare poſſent alienam, quæ habet potentiam obedientialem ad Deum. ſecundum igitur opinionem horum Doctorum,Verbum potuiſſet aſſumere naturam humanam,in qua eſſet propria, & creata perſonalitas. quidquid ſit de hac opinione, nō diſcutio. querò cur non aſſumpſit? & abigo à doctrinalibus rationibus, deſcendens ad morales: & ſuppono, peccatum retinere nomen incommunicabilitatis,vndè nemo, qui Dei eſt debet,aut poteſt communicare cū

Pſ.140.4. peccatis.hinc dicebat Dauid pſ. 140. *Non communicabo cum electis eorum*.ideſt, ait quædam Gloſa. *incommunicabile mihi ſemper erit peccatum Phariſeorum, qui exiſtimant ſe de numero electorum*, quo ſuppoſito, ſcilicet,peccatum in Sacra Scriptura tenere nomen incommunicabilis.peto,quid dicat perſonalitas? equidem reſpondent cum Teologis Philoſophi,dicere incommunicabilitatem,vt quo, & vt quod. ex quibus infero, ſi perſonalitas dicit incommunicabilitatē, quæ quodamodò attribuitur peccato, & Verbum aſſumens naturam humanā, noluit in natura humana illā incōmunicabilitatē;& natura humana Chriſti omnes nos pręſe ferebat;equidem etiā in modo aſſumptionis naturę humanę, Verbum demonſtrare voluit,per ſuum Incarnationem auferri peccatum à natura humana; etiam

Pſ.47.10. in nomine, & hinc ait Dauid. *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in medio templi tui*. quaſi

Peccatum tenet nomē incommunicabilis.

P.Franc.de Franch.in Hoſ.

A diceret, dū abigis ab humanitate, quæ tēplū tuū eſt, & nos omnes repræſentat, incōmunicabilitatē perſonalitatis,quæ quodāmodò præſefert peccatū,nos omnes ſuſcipimus miſericordiā tuā, ac in hoc oſtenditur ab omnibus peccatū expulsū.fauet his D.Ambroſius in Pſ.47. dicens. *ſuſcepimus* Deus *miſericordiā tuā in medio templi tui,ſi ad filiū* Dei *dicitur, ità intelligimus;ſecundū,quod ipſe de* D. Ambroſius.

B *corpore ſuo dixit; ſoluite templū hoc, & in triduò excitabo illud.verè templum* Dei *corpus eſt Chriſti, in quo eſt noſtrorum purificatio peccatorū*. & Rupertus Epiſcopus Aquinates, huic auctoritati addens, ait in quodam ſerm. *in quo ſumus iuſti conſtituti omnes,& poſiti in Chriſto,peccata non habent nobiſcum cōmunicationē*. en incōmunicabilitas peccatorū.q̃d clarius?In Chriſto Incarnato, in eius humanita-

C te aſsūpta, eſt noſtrorū purificatio peccatorū,ibi ſiūt nobis peccata incommunicabilia. ſimus igitur in Chriſto, ne abigamus à corpore eius, & eius humunitate, in qua non eſt creata perſonalitas, quę dicit incommunicabilitatem, & moralitèr poteſt ſignificare, noſtra,per eius Incarnationem, ablata peccata. clamemus igitur cum Sanctis Patribus & dicamus cum Nazian. orat.4. Nazianz.

D de Teolog *Quæ autem humanitatis à Deo propter nos ſuſceptę cauſa extitit? profectò, vt nobis ſalus pararetur, quid enim aliud cauſa aſſerri poteſt?* dicamus cum Diuo D. Baſil. Baſilio, hom. de humana Chriſti generatione, quæ eſt 25. *Diſce myſterium. propterea Deus in carne eſt, quia oportebat maledictam hanc carnem ſanctificari*. Carnem noſtram ſuſcepiſti Deus, & à carne peccatū abſtuli

tì;factus es pauper, vt nos ditares; mortalis, vt æternos faceres in Beatitudine; paruulus, vt essemus magni coram Domino; mortuus es, vt nos viueremus; alapa confusus es, vt nos in libertatem filiorum Dei abiremus; & tãdem à Patre venisti ad nos, vt nos asportares ad Patrem. ad hoc enim suscepimus in sancta tua humanitate misericordiam, & purificationem à peccatis, vt purgati à maculis criminum, & abstersa cæcitatis caligine, quę nos impediebat, ne videre possemus Deũ Patrem tuum, te, & Spiritum Sanctum in nuda essentia, liberi essemus ad intuitum. Aduentum Dei in carne exoptabat sponsa, aicbat.

Cāt. 1. 17.

Reuertere, similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum. Ac si diceret; ò sponse dilecte mi, abijsti, recessisti tunc, cum primi parētes peccati hospites, te abiecerunt; eia, reuertere nunc, en totum animę meę palatium tibi offero, quidquid sum, tua sum. assimilare capreæ, hinnuloquè ceruorum. expẽdo, cur, vti capream expetiuerit Deum sponsa? nunquid quia capreæ, vt inquit Gesnerus lib. de quadrupedibus, cũ in venatione vrgentur, altiùs sẽper ascendunt, donec ad eas nullus canibus pateat accessus, deindè cum venatores per saxa manibus, pedibusquè raptando, sequi vident, saxo in saxum transiliunt, ac montium cacumina petunt, donec nulla scandendi reliqua sit facultas. sponsaque sciebat peccatores veluti canes, contra eum sæuituros, edocta à Dauide, qui dixit in persona Christi.

Gesner.

Capreæ proprietates.

Ps. 17. 21.

Circumdederunt me canes multi. & dicere voluit Deo. eia fili æterni Patris, dilecte mi, veni; & si ad instar canum, te persequentur pharisei, & peccatores, sis veluti caprea, ascendas altissimos montes, quò nullus ad eos sit accessus, ibique tutè vitam deges. Eia sponsa venit filius Dei, voluntati tuæ condescendit, ascendit in montem, sed nec ibi tutus à canibus dilaniatus est. An fortè sciens sponsa peccatorum corda lapidea, nec ignorans in saxis habitare capreas, vt capreã expetiuit, ad hoc, vt viseret peccatorum corda, & molliret? vel fortè homines alloquuta est, ac Deum reuertentem, dixit vt capream, hanc cera cornibus imposita necat, sic Oppianus.

Cur vti capream sponsa expetiuerit Deum.

Oppianus

Ferè capreæ nostris domesticis, haud multò maiores, sed ad currendum velociores sunt, tortis capite armatę cornibus, ac si quis cornibus ipsarum ceram infundit, vitę viam, & spiritus meatum includit, quod tenuis spiritus per media cornua ad cor eius proficiscitur. quis autem ignorat, hominẽ ratione peccati, dici ceram, ità Dauid de peccatoribus loquens. *Sicut cera, quæ fluit auferentur.* cera est peccator, ratione peccati; quod agnoscens sponsa, sic clamauit ad peccatores; Eia peccatores, voco filium Dei, veniet, at veniet, vt caprea, quæ perit ex cera. quod si ceram peccatorum ei afferetis, heù dabitis mortem. fortè omnia hæc, & complura alia, quę apud Sanctos Patres patent exprimere voluit in nomine Capreæ sponsa. ast in præsentiarũ Origeni do; hic expẽdens peccatores omnes cæcos iuxtà illud *ambulabũt, vt cæci quia Domino peccauerunt.* expendens item quod de caprea inquiunt naturæ inuestigatores, quæ intra se liquorem cõtinet, visum reparans; inquit, ideò, vt capreã voluisse filium Dei spõsam, quia

Ps. 57. 9.

Peccator nostro Christo infert.

Sophon. 1. 17.

cęci sũt peccatores,& ideò inepti ad videndum Deum,deſiderauitquè capreæ liquorem, vt ſic illuminati, curatique cæcitate, ad videndum Deum Patrẽ traſ ferrẽtur.accedit Origenes. hom. 3.in cant.expoſ.2. *Nunc videmus quomodò etiam caprea, vel damulę comparetur fraternus: hoc animal, quantum ad græca vocabula,nomen à videndo,atque clarius proſpiciendo ſortitum eſt,& quis eſt,qui ità videat,vt videt Chriſtus? ſolus namq; eſt,qui videt,hoc eſt agnoſcit Patrem nam,etſi dicantur hi, qui mundo ſũt corde Deum viſuri, videbunt, ipſo ſinè dubio reuelante;quia, & caprea habet in natura ſua, vt non ſolum videat ipſa, & perſpiciat acerrimè, ſed,& alijs viſum præbeat. Aſſerunt namque hi, quibus medicinę peritia eſt, ineſſe huic animali intrà viſcera humorem quendam, qui caliginem depellat oculorum,& obtuſiores quoſ què viſus euacuat. meritò ergò capreę, vel damulę Chriſtus comparatur, quia non ſolum videt ipſe Patrem,ſed,& videri ab alijs facit.* hoc totum, & alia infinita beneficia nobis contulit in ſua Incarnatione Chriſtus. quis tanto beneficio,valeat retribuere? quis gratias agere? O Domine Deus, qui ad terras venire dignatus es, & nobiſcum verſari non abhorruiſti,precor, vt nos omnes viciſſim transferas ad Cælos, vbi tecum, ſine fine verſemur, ijs fruendo bonis, quæ pręparaſti diligentibus te. loquar tecum Domine mi audacter. Veniſti ad terram, Redemiſti nos de manibus inimicorum noſtrorum, paſſus es, non nego; at numquid præmijs abijſti vacuus? haud; ſed ex meis peccatis occaſionalitèr corporis gloriam aſſequutus es. loquar cum Diuus Cirillo Dialog. de

Orig.

Chriſtus cur ceruus & capua.

D. Cirillo

A Trinitate. *Dicam,nõ curans, etiam ſi nunc minus decorum videatur; quandoquidem neceſſarium hominũ lapſibus,& noſtris peccatis erat vnigenitum pati.* hic loquitur Cirillus,vel de neceſſitate immutabilitatis, vel neceſſarium ſumitur pro conuenienti,ratione iuſtitię, non autem accipitur pro ſimplicitèr neceſſario, *maximam gratiã habeat ipſe.ſciat autem,quod humanitatis crimina, illi Diuinę glorię* B *occaſio fuerunt;nam ſi non peccauiſſemus; nec factus eſſet nobis ſimilis, neque ſuſtinuiſſet, et ſi non mortuus eſſet, non eſſet aſſequutus, vt adoraretur à nobis,& à ſãctis.* Omnes à te, poſt Idola fugiebant, etiam populus tuus,quem elegiſti Domine Deus meus, mortuus es, & en præmium,adoraris à nobis, & à Sanctis,mortuus es,& quia occiſus, dignus es Domine accipere gloriam,& honorem, & bene- C dictionem.benedicimus toto corde,& Adoramus.da nobis ꝓ hac adoratione,vt sẽp te Adoremus, laudemus,glorificemus, benedicamus in ſecula ſeculorũ. Amen.

Chriſtus occaſionaliter ex noſtris peccatis habuit gloriam.

T E X T V S

VERS. X.

Editio Vulgata.

D *Et comedent, & non ſaturabuntur;fornicati ſunt, & non ceſſauerunt;quoniam Dominum dereliquerunt,in non cuſtodiendo.*

Sanctes Pagn.

Et comedent, & non ſaturabuntur; fornicati ſunt, & non multiplicabuntur; quoniam Dominum dereliquerunt,vt cuſtodirent.

vinum, dicebant enim vinum à sanguine Gigantum habuisse originem, sparso enim illo sanguine productę sunt vites, vndè vinum eliquatur, quadere Anticydes bibenti vinum Alexandro dicere solebat. *Memento Rex, te sanguinē bibere.* abeant hi. eruoquè è texta nucleum. quis Gigas, nisi Dominus noster Iesus Christus, qui venit in hunc mundum, nobis expugnaturus Cęlum. *Exultauit vt Gigas ad currendam viam*. hic ab origine mundi sanguinem effudit. *Occisus*. ait Ioannes *ab origine mundi*. quod si ex sanguine gigantum oritur vitis, & vitis dicitur Maria; equidem non ex sanguine Adam secundum culpam nata est, sed ex sanguine Christi. fortè ad hanc Virginem, quæ omnium virginitatem in se includebat respexit Zacch. cum dixit. *Vinū, hoc est sāguis Christi* vt exponit quædam Glosa. *germinans Virgines*. quod si orti ex sanguine Christi nō possunt nasci cum culpa alioquin in sanguine Christi culpa esset, quod nefas est dicere, & impium, dicendum etiam est, Beatissimā Virginem, vti Dei consanguineā, & vti vitē ex Deo ortam, nullam originalis peccati contraxisse maculam. hinc deuotus quidam Poeta cecinit.

Ortum tuum ò Beata Virgo
semper Dei *nata.*
Sanguis Christi decorauit, vndè florens pullulauit.

Creuit ad fructum vitis nostra; & fructificauit suauitatem odoris. peto, cur non ait fructificaui Botrum premendum in Torculari Crucis? nūquid odor, fructus est. O. loqbatur Virgo de filij Dei Incarnatione, quandò Christus in suo vtero spirabat odorem; nō adhuc premi aptus, & propterea odoris vocat suauitatem: sed cur suauitatem odoris nominat filij Dei Incarnationem Beatissima, Virgo? accedat D. Bernardus, hic serm. 60. in cant. ait apud Sotomaior. in cap. 2. cant. *Hic odor Serpentes fugat, aiunt enim florescentibus vineis, omne venenatum excedere loco, nec vllatenus ferre odorem nouorum florum*. noui flores vineę fugant serpentes, quod si fugato serpente ab anima, fugantur peccata, absoluiturque peccator; & per nouorum vineæ florum odorem eijcitur, hicque nouellus flos est verbi Dei Incarnatio, equidem fateri debemus per Incarnationem filij Dei, à nostra anima peccatum tolli. succurrit D. Bernardus serm. 60. in cant, dicens. *At vbi venit plenitudo tēporis, in quo misit* Deus *filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, vt nos, qui sub lege erant redimeret; tunc prorsus odor ille, qui in illo erat, sese vbique sparsit; adeò vt à finibus terrę ipsum sentiens clamaret Ecclesia, oleum effusum nomen tuum, currerentq; adolescentulæ in odorem olei: ità illa vinea dedit odorem suum, & eo tempore dederunt, & cæterę, in quibus vites extiterant. manifestè magnum est pietatis opus, quod manifestatum est in carne. &c.* en odor vineæ in Incarnatione. sed, ad quid? inquit idem Bernardus, vt fugaret Diabolum serpentē. *Hic odor serpentes fugat.* fugato serpente, abit peccatum; ad peccatorum deletionē igitur Incarnatus est filius Dei, apparuitq; benignitas Saluatoris nostri in carne. Pluries ad inaccessibilis Incarnationis Mysterium tractus Propheta Dauid, variè illud cōtēplās, deinde nobis explicare conatus est. & pcipuè Ps. 77. vbi electionem tribus Iudæ, ex

qua

Marginalia: Alex. — Vinum gigantum sanguis. — Ps. 81. 6. — Zacch. — D. Bernar — Sotomaior. — Flores vineæ fugant serpentem. — D. Bernar. — Filius Dei in sua Incarnatione diabolū fugauit odore. — Ps. 77. 69.

Section letters: A, B, C, D

qua ortus eſt Chriſtus contẽplatus tandem, concinit. *Et tribum Ephraim non elegit, ſed elegit tribũ Iuda, montem Sion, quem elegit.* & ſtatim ad actum pergens Incarnationis filij Dei, inquit. *Aedificauit, ſicut Vnicornis Sanctificium ſuũ in terra.* Sicut Vnicornis Sanctificium ſuum ædificauit filius Dei; quia ſicut *V*nicornis, adeò caſtitate delectatur; vt non niſi à *V*irgine capiatur ſponte, ità filius Dei, adeò *V*irginitate delectatus eſt, vt ad ſolam virginem Sãctiſſimam venerit, ab eaque captus eſt. quia autem inexhauſtus fons eſt Sacra Scriptura; aliud latet in hoc Vnicorni, filij Dei preſeferẽte Incarnationem, myſteriũ. ad quod eruendũm, vado ad geſta Domini in Cruce. pendebat Dominus meus Ieſus Chriſtus, vt *V*nicornis in Crucis arbore; etenim arboribus innixi, vt aiunt cõplures naturę ſcrutatores vmbræ beneficio gaudent *V*nicornes. & vbi vmbris, tenebriſque ſuccurrit cælum, ipſe Crucis arbori innitebatur, ibi innixus ſitiuit, dixitque. *Sitio.* occurrit vnus militum obtulit acetum, quod. *cum guſtaſſet noluit bibere.* peto, cur non ſibi hauſerit, ſed nobis acetum reliquerit Chriſtus? vnãque ex cauſis, haurio ex Moyſe, qui Deut. 32. de Iſraele, & in perſona Iſraelis de omnibus verba faciens peccatoribus, inquit, *Fel Draconum, vinum ipſorum, & venenum aſpidum inſanabile.* vbi ſic Gloſa. *Quaſi intra ſe retinent venenum malitia, nec ſalutis, & correptionis, medicinam ſuſcipiunt.* momordit homines aſpis illa ſurda Diabolus, quæ nuſquam à noſtris vacat inſidijs, infudit peccati venenum, quod ità fit intrinſecum peccatori, vt ſẽper ſit in

Pſ. 77. 69.

Chriſtus in Incarnatione vnicornis, & quare.

Matt. 27. 34.

Deut 32.

Deut. 32. 33.

Gloſa: Peccator correptionẽ reiicit.

P. Franc de Franch. in Hoſ.

A eius anima, ni Dei ſuccurrat gratia, vndè inſanabile venenũ vocatur peccatum. *Quaſi intra ſe retinẽt venenum malitię.* quid Chriſtus? ſciebat aſpidis veneno infectos peccatores, & dum propinãt aceto, non bibit, non accipit ſibi, ſed relinquit nobis, præſẽtiſſimũ enim remedium eſt acetum, contra aſpidis venenum; vt igitur noſmet curaremus, acetum ſuæ paſſionis reliquit nobis Chriſtus. B hinc Vgo Cardinalis in pſal. 32. *habent venenum nequitię, ſcilicet aſpidum, Plinius ait, venenum aſpidis aceto repelli; ſic dicimus peccatũ fide, & memoria paſſionis Chriſti expelli.* ac ſi dicat, Acetum in paſſione Chriſto propinatum, quod nobis reliquit, ſi in mentem noſtrã traicimus, venenum peccati expellit. hoc Chriſti proprium eſt à peccatis curare. Ex quo cur *V*nicorni in ſua *I*ncarnatione C Verbum Dei aſſimilauerit Dauid capio, veneno infectos ſciebat homines *D*eus, hoc venenũ ab anima expellendum erat, *V*nicornium proprietas eſt venena expellere, vt igitur ſciremus *I*ncarnationis beneficio venena noſtrorum peccatorum expellẽda fore, *V*nicorni aſſimilauit filiũ Dei Incarnatum in vtero *V*irginis Dauid. fauet D. Bernardinus Senenſ. tract. de Amore vnitiuo. D dicens. *Dilectus dicitur Chriſtus à Patre, & eſt ſicut filius Vnicornium per Incarnationem, quia Vnicornis depellit venena, & ipſe depellit venenum peccati ab anima noſtra.* Magnum beneficium, & mirificum Incarnatio filij Dei eſt, per quam ex filijs tenebrarum efficimur filij lucis, & ex ſeruitute *D*iaboli tranſimus in adoptionem filiorũ Dei. quandoquidem Chriſtus delens Chirographum peccati, quod

Acetum antitodum contra aſpidis venenum.

Vgo Card.

Acetum cur non biberit Chriſtus.

D. Bernardin.

quod appendit Cruci, operit, & delet quidquid criminis reperitur in nobis, exhibetque salutem. Non abigo à Dauide Propheta, qui in persona Christi, vt exponit *V*go Cardinalis, loquens ad Patrem, ait. Dixi *Domino Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. sanctis, qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas inter illos*. vbi sic Vgo prędictus. *Deus meus es tu; meus, dico, in quantum homo*, cum autem ait. mirificauit omnes voluntates meas &c. notat duas voluntates esse in Christo. *& nota*. ait Vgo. *quod mutat personas, à secunda, in tertiam, ad significandum in Christo duas naturas*. itaque perspicuū est, hic loqui psalmum de *V*erbo Incarnato, tunc enim duæ naturæ fuerunt in Christo. peto quapropter, quid sit, quod ait, mirificatam Dei voluntatem? quid est tam magnum in Deo, quod possit introducere admirationem? quæ in Deo sunt, si non excedūt Dei non sunt. hoc induceret mirum, si aliquid ab infinitate deficiēs, possit inueniri in Deo. quod mirificauerit humanam voluntatem, non ingerit stuporem, ipsa enim, cum sit creata potest tāta gratia repleri, vt verè mirabilis sit. ast quid mirandum in Dei voluntate? quod si ità est, cur Christus Incarnatus, inquit. *Mirificauit omnes voluntates meas*. scilicet diuinam, & humanam inter illos? dicerem mirificatam Diuinam voluntatem in Incarnatione; quia quæcumque ibi interfuerūt mirabilia sunt. facta equidem fuit Incarnatio, in qua, natura diuina humanę naturæ vnita est, quę vnitio solo lumine naturali percipi non potest; est inaccessibis; non enim possumus cognoscere lumine naturali subsistentiam esse separabilem à natura humana singulari, quæ tamē non fuit assumpta, & separata fuit. nec naturali lumine agnoscere possumus naturam humanam in alia subsistentia, puta diuina, posse subsistere. nec item vnam subsistentiam relatiuam posse vnire sibi substantialitèr naturam humanam, & tamen totū factum est. igitur possumus dicere in hoc mysterio, mirificasse voluntatem suam Diuinam Deū inter nos, facta est *I*ncarnatio, & Deus factus est homo, in hac autem communicatione, Deus naturæ humanę non communicauit essentiam suam, alioquin, homo essentialiter diceretur Deus, sed tantum subsistentiam, & tamen in filio est essentia, & subsistentia. & hoc mirabile est, & dicere possumus mirificauit voluntatem Diuinam inter illos. mirabile: quod cum Deus pluribus modis potuerit liberare hominē à peccato; scilicet vel ex mera liberalitate, vt si Deus gratis condonasset homini offensam, vel ex imperfecta iustitia; vt si quālibet satisfactionem acceptasset. & tamen voluit redimere ex perfecta iustitia, supposítando humanam naturam, in qua passus est. & ex hoc potest dici, mirificauit volūtatem suam Diuinam inter illos. ast etsi dici possit; tamen quid mirum, agnosceret sapiens? qui scit hęc omnia non inuoluere contradictionem? quia hac Incarnatione, nec Deus mutatur, sed natura humana, quę assumitur; nec perfectionem aliquam amittit; nec amittit existētiam humana natura, sed solam subsistentiam, quam supplet subsistentia Verbi; nec tamen illa

huma-

humanitas ſit intrinſeca perſonę Verbi; & licèt ſit infinita diſtantia entitatis, inter Deum, & hominem, tamen eſt proportio, vt natura humana poſſit à Verbo ſubſtentificari, cumque, nihil agnoſcamus in hoc myſterio, quod inuoluat contradictionem, non eſt mirum, ſi à Deo, ad ſuam potentiam demonſtrandam factum ſit. quid ergò eſt, quod dicitur. *Mirificauit omnes voluntates meas inter illos?* dicam, quod ſentio. Voluntas potentia eſt, quę habet pro obiecto ſuo bonum; & nullum malum, poteſt eſſe obiectum voluntatis; verum, cum de Incarnatione agitur, aliquo modo Deus habuit pro obiecto malum, quod eſt peccatum: videns enim peccatum, dixit. nunc exurgam, nunc Incarnabor. ità in pſ. 11. *Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam dicit* Dominus. vbi Thomas Anglicus. *tangit pſalmus duo in iſto verſu, circa Saluatoris Aduentum, ſcilicet ipſius cauſam, puta noſtram indigentiam, & temporis opportunitatem: quantum ad primum, dicitur propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum; miſeria refertur ad culpam, quia miſeros facit populos peccatum.* en ferè cauſa, & quodammodo obiectum voluntatis Dei, aduentandi ad nos, ſuſcipiendique carnem noſtram, peccatum; quod ſimpliciter malũ eſt. quod ſi voluntas non poteſt habere pro obiecto malum, & tamen aliquo modo, in Incarnatione malum, ſcilicet peccatum, fuit obiectum voluntatis Diuinæ, verè in hoc eſt mirabilis Dei voluntas, quia in hoc videtur lata in impoſſibile, etiam ipſi Deo. hinc puto exclamaſſe Sanctam Eccleſiam. *O felix Adę peccatum*, dat felicitatem, & bonitatem peccato, quaſi fuiſſet Diuinæ voluntatis obiectum, cum hominum peccata ad terram deduxerunt Deum. Sed nunquid peccatũ ſimpliciter fuit Dominicæ voluntatis obiectum? abſit; voluit incarnari propter peccatum, & videns hominum peccata voluntas operata eſt Incarnationem aſt, quid eſt primũ à voluntate, equidem amoris, & charitatis actus. vidit peccatum, mirificauit voluntatem ſuam, volens Incarnationem propter peccatũ hominis (loquor de facto) ſed dum vult, operatur voluntas; nec aliud opus proprium voluntatis, niſi amor; ergò amore excanduit Deus Incarnatus circa hominem, cum vidit in illo peccatum, non quidem ratione peccati, Sed ratione naturæ, & finis. quid facit Amor? delet peccatum, tollit culpas. *Charitas.* inquit Apoſtolus *operit.* 1. *delet multitudinẽ peccatorũ* quod ſi Deus in hominem peccatorem dirigit in Incarnatione amorem ſuæ volũtatis, & hic delet peccatum, vtiq; concludendum Incarnatum Deum de facto, vt peccata hominum deleret amore ſuo. hinc dixit Tertullianus de Incarnatione Chriſti c.4. *Certè Chriſtus dilexit hominem illum in immunditijs, in vtero coagulatum, illum per pudenda prolatum, illum per ludibria nutritum, propter eum deſcendit.* attende quid ait. vidit in imunditijs, & tũc dilexit, deſcenditque, vt à peccatis erueret. & lib. de humanitate Verbi. ſic inquit. *Verum id non eſt alienum à ſcopo inſtitutæ orationis; neceſſe eſt enim nobis diſſerentibus de Saluatoris noſtri ad nos aduentu, etiam diſſerere de hominum primordijs; vt cognoſcas noſtram culpam, illi dediſſe occaſionem,*

Margin: A; B; C; D; *Pſ. 11 6.*; *Anglicus.*; *Malum quaſi obiectum diuinæ voluntatis, vt nos ſoluet.*; *Voluntas Dei (…) dicatur (…) rifica in Incarnatione.*; *1 pet 4 8.*; *Tertull.*

nem, vt descenderet, nostramque prævaricationem Verbi Dei humanitatem elicuisse, vt ad nos contenderet, inter homines appareret; illius enim incorporationis nos causam dedimus, & ob nostram salutem, ita humanus extitit, vt in humano corpore esse vellet, & appareret. mirificauit voluntatem suam Deus, cũ respiciens nostra peccata, salutẽ exhibuit, deleuit, quod noxium erat nobis. hinc *Vgo* Cardinalis. *mirificauit voluntatem suam, etiam indignis compatiendo.* scilicet dando salutem impijs. Vix attendi Gabrielis nuncij ad *Virginem* Beatissimam verba, & Dei gratiam in nos effusam, quasi oculis spectaui. Misit Deus *Angelum* suum ad *Virginem* Beatissimam, inuenit orantem, salutauit, dixitque. *Aue gratia plena*; ò belle, non dicit. *Maria*. tacet nomen, & cur quęsò, suaue nomen illud non accipit, nec tractat primo ore Angelus? nunquid quia fortè gustādo illius nominis suauitatem, ità allectus fuisset, ità ruminasset, vt tardus nuncius ad ea exprimenda Virgini, quæ Deus iusserat, aduenisset? pia est, & deuota consideratio, pergo tamen vlterius, & ex Teologis vnum scio innominabile à nobis, Deum, scilicet, cum enim nomina naturam, & essentiam rei exprimere habeant; & Deus à nullo creato intellectu compræhendi possit, nec potest nominari nominibus à nobis impositis, quæ dignitatẽ eius exprimerẽt. Maria cum *Dei* mater promulgata fuit in Cælis, quodamodò ad quādam *Dei* similitudinem eleuata est, & quia talibus nullum nomen à creatura impositum conuenit, ideò tacuit Angelus *Mariæ* nomen, & dixit. *Aue gratia plena*. non abest ab his noster Senensis. tom. 1. conc. 61. *Quod Deus generaret Deum, nulla requirebatur in Deo dispositio, cum ei ex natura conueniret; sed quod foemina conciperet, & pareret Deum, est, & fuit miraculum, oportuit enim, vt sic dicam, foeminam eleuari ad quandam ęqualitatem Diuinam, per quandam quasi infinitatem perfectionum gratiarum, quam ęqualitatem creatura nunquam experta est.* Salua tibi sint omnia, ò Beatissima semper Virgo Maria, dulcedo, & suauitas cordium nostrorum, quam non nominat *Angelus*, vt innominabilem, quasi *Deam* demonstret. nuntiauit partum tandem, cuius modum expetens *Virgo*, dixit Archangelus. *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* nascetur ex te Dei filius, qui vti Sol, ęthereos lustrat spiritus, capias ex hoc *Virgo*, quia. *Virtus Altissimi obumbrabit.* erit quasi vmbra; cur vmbra? cum videtur vmbra maior, tunc Sol occidit, petit antipodas, dico igitur. *obumbrabit.* vt scias Solẽ, filium scilicet Dei, qui à Malachia prędictus est, vt Sol nasciturus, è summis Cælorum, ad te, vẽturum. alij sic legunt. *Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obnubilabit tibi.* Veniet, quasi nubes, quid est quęso, quod quasi nubes Spiritus Sanctus in Mariam venit, cum filius Dei, ex ea carnem suscepit? cur Spiritus Sanctus semper lumen, mox mutat lumen in nubilum, clarum, in tetrum? nunquid, vt ferè Deam Mariam manifestet? quādò Deus nubes ponit latibulum suum? non dissentio. sed alio feror. en noto Diui Bonauenturæ cõtemplationes de Beata Virgine in speculo Beatę Marię lect. 7. vbi sic

Margin notes: *Vgo Card.* — *Mariæ nomen dulce.* — *Luc. 1. 28.* — *Senensis.* — *Maria velut Dea.* — *Luc. 1. 35.* — *Sol cum occidit, sic maior vmbra.* — *Cur dixerit Angelus Spiritus Sāctus obumbrabit tibi.* — *Maria velut Dea.*

D.Bonau. sic ait. *Tanta nempè inundatio gratiæ, tanta profunditas, & magnitudo in Maria fuit, vt ipsa bene mare plenum dici possit, iuxtà illud. Tonet mare, & plenitudo eius sicut in mari aquarum, sic in Maria sunt congegationes gratiarum.* Mare es O Beatissima virgo, tota gratijs inūdans scriptum est. *Moueatur mare, & plenitudo eius,* & cum Mare mouetur, tunc terram inundat, proh mouearis, & inūda terram aridam animæ meæ gratia tibi è cælo data. hoc attendebat idem Diuus Bonauentura, cum aiebat *Moueatur Maria planè, vt nobis effundat de sua beatitudine. Mare est Virgo in quam filius Dei Patris, qui vt fluuius exit e paradiso intellectus paterni intrat; scriptum est enim omnia flumina intrant in mare.* super hoc mare descendit vt nubes Spiritus Sanctus. equidem nubes, cùm in mare descendunt, trahunt aquam, quam deindè eleuatæ, spargunt super aridam terram, & fœcundant. quod si Maria mare gratiarum est, & in ea tunc videtur Spiritus Sanctus, vt nubes, cum filius Dei incarnatur, nubesque ad hoc sunt in mari, vt accipiendo aquam spargant super terram; equidem concludendum est Spiritum Sanctum, ideo descendisse in Mariam, vt veluti ex Maria in nos gratiam effunderet, & vt hinc intelligeremus Incarnatione filij Dei mediante, in nos spargi Diuinam. gratiam, gratia autem expultrix peccati est. abstulit ergò per suam Incarnationem peccatum à genere humano Deus noster. accinit

D. Chrisol. In Incarnat. anima nostra gratia perfunditur. his D. Chrisologus serm. 142. de Incarnatione. *Dixerat superius plenam.* loquitur de verbis Angeli ad Mariam, *& vere plenam,*

A *quæ largo imbre, totam funderet, & infunderet creaturam.* arida erat creaturę anima post peccatum, vndè Dauid exclamabat. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* ast Incarnato Domino totam infundit creaturam imbrifera nubes Spiritus Sancti, per quem peccatum ablatum est, & ariditas. *Quę, scilicet gratia largo imbre totam funderet, et infunderet creaturam.* vti fluuius intrauit filius Dei in

B Mariam, vti fluuius indè voluit scaturire, vt nostros tolleret errores, terramque corporis nostri à maculis mundaret peccatorum. expendit. D. Bernardus serm. 2. de Nat. ex varijs, illud Geneseos. *Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum vniuersam superficiem terrę, qui inde diuiditur in quatuor capita.* & inquit fluuium hunc esse Dei filium, mox ex Patre, mox ex Pa-

C radiso vteri Mariæ procedentem. sed ad quid? vt faciem terrę rigaret, nos terra sumus Adę peccato maculata, ad hoc venit Deus, vt fluuius, vt tergeret maculas, dimitteretque peccata; audiatur D. Bernardus. *Fluuius iste est Dominus meus Iesus, qui de duobus locis voluptatis egreditur ex Vtero Patris, & ex vtero Virginis, vndè Propheta Dominus Deus noster fluuius gloriosus exiliens in* D.Bernar

D *terram sitientem.* & inferius. *Ad irrigandam vniuersam superficiem terrę. 1. ad terrenam miseriam expiandam, quam nobis in hereditatem primus ille peccator reliquerat.* Benedicta sit semper Dei pietas, benedictus amor eius in nos; quandoquidem propter suam in homines charitatē, habuimus filium Patris, qui sua Incarnatione, nostra consumpsit delicta, & in cruce omnia lauit sanguine

suo, vbi perfectissimè, & copiosè mundati sumus. *Vidit* mentis oculis Dauid *Verbum* humanatum, ac ei gratias agens, dixit.
Ps. 47. 10. *Suscepimus Deus misericordiã tuã in medio templi tui*. templum hoc esse Christi humanitatem, faciliter concedet, qui scit Christum Dominum suum corpus appel-
Ioan. 2. 19 lasse templũ Ioan. 2. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. & hoc, vt in ipsomet Euang. patet, dicebat, de templo corporis sui. expeto, quid sibi velit, hic *Dauid*? etenim in nobis accipimus *Dei* misericordiam, non in ipso, non indiget Dei humanitas misericordia peccata delente, cum fuerit semper sinè peccato. cur ergò ait in medio templi sui nos suscepisse misericordiam; & per consequens peccatorum deletionem? in huius intelligentiam primò suppono, quod licet Christus naturam humanam singularem assumpserit; tamẽ illa natura singularis repręsẽtabat omnes homines, & Christus erat homo comunis, quia pro omnibus satisfacturus erat, sicut *Adam* erat homo comunis & nos omnes infecit: vndè D.
Cirillus Cirillus ait. *sumus omnes in Christo.* quod etiam confirmauit San-
D. Basil. ctus Basilius hom. 5. in Epist. ad hebræos. expẽdens illud *Apostoli. Semen Abrahæ apprȩhẽdit.* inquiens, *cur nõ dixit hominis naturã suscepit, sed apprȩhendit? Profectò ex metaphora insequentiũ eos, qui auertuntur, & omnia faciunt, vt fugientes occupent, & vt apprahendere valeant resilientes. fugientem quippè antè ipsum naturam humanam, & longè fugientem (eramus autem longè) insequutus apprȩhendit. ostendit quoniam misericordia sola, & gratia, & cura, quam de nobis habuit hoc fecit.* vbi patet, quod in sua humanitate nos omnes habuit, ac vt comunis homo tenuit. non decebat, vt singula indiuidua humanę naturæ assumeret Christus, quia tunc fuissemus omnes vna persona, & tolleretur ordo, & Christus non esset primogenitus in multis fratribus. hoc supposito. quęro à Theologis, quid assumpserit *Verbum* cum homo factum est? respondent vnanimiter humanitatem singularẽ. peto insuper num assumpserit personalitatem humanę naturæ, negant; non quiesco, sed peto iterũ, nũ potuisset assumere, si voluisset? scio vniuersitatem Teologorum negare, quia humanitas, vltimè, & perfectè terminata, non potest vlteriorem terminationem admittere. ast apud Suarez, sunt complures viri docti innominati, qui sustinẽt, *Verbum* potuisse assumere naturam humanam singularem, cum personalitate. explico. natura humana, non est ità intrinseca personalitati suæ, vt non possit ab ea separari, quod patet, quia de facto iam separata fuit, & ità natura singularis, potest considerari per se; considerata per se potest assumi à personalitate diuina, relicta in ea, personalitate humana, quia Deus potest assumere vnum, & non destruere aliud, vndè non destructa personalitate humana, posset terminare naturam humanam, & tunc natura humana subsisteret in duabus personalitatibus. Verbi, scilicet, & propria; nec in hoc apparet contradictio, quia scimus de fide, naturam Diuinã, q̃ est de se hæc, & singularis, subsistere in tribus personalitatibus, & iuxtà opinionẽ D. Thomę plu-

Christus nos fugientes apprehendit.

Verbum secundum aliquos potuisset assumere naturam humanam personalizatam.

plures personæ Diuinæ potuissent assumere eamdem numero naturam;& terminare illam proprijs subsistẽtijs;& ratio est,quia sicut terminant propriam naturam, sic terminare possent alienam, quæ habet potentiam obedientialem ad Deum. secundum igitur opinionem horum Doctorum,Verbum potuisset assumere naturam humanam,in qua esset propria, & creata personalitas. quidquid sit de hac opinione, nõ discutio. querò cur non assumpsit? & abigo à doctrinalibus rationibus, descendens ad morales: & suppono, peccatum retinere nomen incommunicabilitatis,vndè nemo, qui Dei est debet,aut potest communicare cũ peccatis.hinc dicebat Dauid ps. 140. *Non communicabo cum electis eorum*.idest, ait quædam Glosa. *incommunicabile mihi semper erit peccatum Pharisæorum, qui existimant se de numero electorum*, quo supposito, scilicet,peccatum in Sacra Scriptura tenere nomen incommunicabilis.peto,quid dicat personalitas? equidem respondent cum Teologis Philosophi,dicere incommunicabilitatem,vt quo, & vt quod. ex quibus infero, si personalitas dicit incommunicabilitatẽ, quæ quodamodò attribuitur peccato, & Verbum assumens naturam humanã, noluit in natura humana illã incõmunicabilitatẽ;& natura humana Christi omnes nos pręseferebat;equidem etiã in modo assumptionis naturę humanę, Verbum demonstrare voluit,per suum Incarnationem auferri peccatum à natura humana; etiam in nomine, & hinc ait Dauid. *Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui*. quasi

Ps.140.4.

Peccatum tenet nomẽ incommunicabilis.

Ps.47.10.

A diceret, dũ abigis ab humanitate, quæ tẽplũ tuũ est, & nos omnes repræsentat, incõmunicabilitatẽ personalitatis,quæ quodãmodò præsefert peccatũ,nos omnes suscipimus misericordiã tuã, ac in hoc ostenditur ab omnibus peccatũ expulsũ.fauet his D.Ambrosius in Ps.47. dicens. *suscepimus Deus misericordiã tuã in medio templi tui,si ad filiũ Dei dicitur, ità intelligimus;secundũ,quod ipse de*

B *corpore suo dixit; soluite templũ hoc, & in triduò excitabo illud.verè templum Dei corpus est Christi, in quo est nostrorum purificatio peccatorũ*. & Rupertus Episcopus Aquinates, huic auctoritati addens, ait in quodam serm. *in quo sumus iusti constituti omnes,& positi in Christo,peccata non habent nobiscum cõmunicationẽ*. en incõmunicabilitas peccatorũ.q d clarius?In Christo Incarnato, in eius humanita-

C te assũpta, est nostrorũ purificatio peccatorũ,ibi fiũt nobis peccata incommunicabilia. simus igitur in Christo, ne abigamus à corpore eius, & eius humanitate, in qua non est creata personalitas, quę dicit incommunicabilitatem, & moraliter potest significare, nostra per eius Incarnationem, ablata peccata. clamemus igitur cum Sanctis Patribus & dicamus cum Nazian orat 4.

D de Teolog *Quæ autem humanitatis à Deo propter nos susceptę causa extitit? profectò, vt nobis salus pararetur, quid enim aliud causæ afferri potest?* dicamus cum Diuo Basilio, hom. de humana Christi generatione, quæ est 25. *Disce mysterium. propterea Deus in carne est, quia oportebat maledictam hanc carnem sanctificari*. Carnem nostram suscepisti Deus, & à carne peccatũ abstuli-

D. Ambrosius.

Nazianz.

D. Basil.

tisfactus es pauper, vt nos ditares; mortalis, vt æternos faceres in Beatitudine; paruulus, vt essemus magni coram Domino; mortuus es, vt nos viueremus; alapa confusus es, vt nos in libertatem filiorum Dei abiremus; & tādem à Patre venisti ad nos, vt nos asportares ad Patrem. ad hoc enim suscepimus in sancta tua humanitate misericordiam, & purificationem à peccatis, vt purgati à maculis criminum, & abstersa B cæcitatis caligine, quę nos impediebat, ne videre possemus Deū Patrem tuum, te, & Spiritum Sanctum in nuda essentia, liberi essemus ad intuitum. Aduentum Dei in carne exoptabat sponsa, aiebat. *Reuertere, similis esto dilecte mi caprea, hinnuloque ceruorum.* Ac si diceret; ò sponse dilecte mi, abijsti, recessisti tunc, cum primi parētes peccati hospites, te abiecerunt; eia, reuertere nunc, en totum animę meę palatium tibi offero, quidquid sum, tua sum. assimilare capreæ, hinnuloquè ceruorum. expēdo, cur, vti capream expetiuerit Deum sponsa? numquid quia capreæ, vt inquit Gesnerus lib. de quadrupedibus, cū in venatione vrgentur, altiùs sēper ascendunt, donec ad eas nullus canibus pateat accessus, deindè cum venatores per saxa manibus, pedibusquè raptando, D sequi vident, saxo in saxum transiliunt, ac montium cacumina petunt, donec nulla scandendi reliqua sit facultas. sponsaque sciebat peccatores veluti canes, contra eum sæuituros, edocta à Dauide, qui dixit in persona Christi. *Circumdederunt me canes multi.* & dicere voluit Deo. eia fili æterni Patris, dilecte mi, veni; & si ad instar canum, te persequentur pharisei, & peccatores, A sis veluti caprea, ascendas altissimos montes, quò nullus ad eos sit accessus, ibique tutè vitam deges. Eia sponsa venit filius Dei, voluntati tuæ condescendit, ascendit in montem, sed nec ibi tutus à canibus dilaniatus est. An fortè sciens sponsa peccatorum corda lapidea, nec ignorans in saxis habitare capreas, vt capreā expetiuit, ad hoc, vt viseret peccatorum corda, & molliret? vel fortè homines alloquuta est, ac Deum reuertentem, dixit vt capream, hanc cera cornibus imposita necat, sic Oppianus. *Ferè capreæ nostris domesticis, haud multò maiores, sed ad currendum velociores sunt, tortis capite armatæ cornibus, ac si quis cornibus ipsarum ceram infundit, vitę viam, & spiritus meatum includit, quod tenuis spiritus per media cornua ad cor eius proficiscitur.* C quis autem ignorat, hominē ratione peccati, dici ceram, ità Dauid de peccatoribus loquens. *Sicut cera, quæ fluit auferentur.* cera est peccator, ratione peccati; quod agnoscens sponsa, sic clamauit ad peccatores; Eia peccatores, voco filium Dei, veniet, at veniet, vt caprea, quæ perit ex cera. quod si ceram peccatorum ei afferetis, heù dabitis mortem. fortè omnia hæc, & complura alia, quę apud Sanctos Patres patent exprimere voluit in nomine Capreæ sponsa, ast in præsentiarū Origeni do; hic expēdens peccatores omnes cæcos iuxtà illud *ambulabūt, vt cæci quia Domino peccauerunt.* expendens item quod de caprea inquiunt naturæ inuestigatores, quæ intra se liquorem cōtinet, visum reparans; inquit, ideò, vt capreā voluisse filium Dei spōsam, quia

cęci

Marginal notes: Cāt. 1.17. — Gesner. — Capreæ proprietates. — Ps. 17.31. — Cur vti capream sponsa expetiuerit Deum. — Oppianus — Ps. 57.9. — Peccator nostro Christo in fert. — Sophon. 1. 17.

cęci sūt peccatores, & ideò inepti ad videndum Deum, desiderauitquè capreæ liquorem, vt sic illuminari, curatique cæcitate, ad videndum Deum Patrē traf ferrētur. accedit Origenes. hom. 3. in cant. expos. 2. *Nunc videmus quomodò etiam caprea, vel damulę comparetur fraternus: hoc animal, quantum ad græca vocabula, nomen à videndo, atque clarius prospiciendo sortitum est, & quis est, qui ità videat, vt videt Christus? solus namque est, qui videt, hoc est agnoscit Patrem nam, etsi dicantur hi, qui mundo sūt corde Deum visuri, videbunt, ipso finè dubio reuelante: quia, & caprea habet in natura sua, vt non solum videat ipsa, & perspiciat acerrimè, sed, & alijs visum prabeat. Asserunt namque hi, quibus medicinę peritia est, inesse huic animali intrà viscera humorem quendam, qui caliginem depellat oculorum, & obtusiores quosque visus exacuat. meritò ergo capreę, vel damulę Christus comparatur, quia non solum videt ipse Patrem, sed, & videri ab alijs facit.* hoc totum, & alia infinita beneficia nobis contulit in sua Incarnatione Christus. quis tanto beneficio, valeat retribuere? quis gratias agere? O Domine Deus, qui ad terras venire dignatus es, & nobiscum versari non abhorruisti, precor, vt nos omnes vicissim transferas ad Cælos, vbi tecum, sine fine versemur, ijs fruendo bonis, quæ preparasti diligentibus te. loquar tecum Domine mi audacter. Venisti ad terram, Redemisti nos de manibus inimicorum nostrorum, passus es, non nego; at numquid præmijs abijsti vacuus? haud; sed ex meis peccatis occasionalitèr corporis gloriam assequutus es. loquar cum Diuus Cirillo Dialog. de

Orig.

Christus cur ceruus & capua.

D. Cirillo

A Trinitate. *Dicam, nō curans, etiam si nunc minus decorum videatur; quandoquidem necessarium hominū lapsibus, & nostris peccatis erat vnigenitum pati.* hic loquitur Cirillus, vel de necessitate immutabilitatis, vel necessarium sumitur pro conuenienti, ratione iustitię. non autem accipitur pro simplicitèr necessario, *maximam gratiā habeat ipse. sciat autem, quod humanitatis crimina, illi Diuinę glorię* B *occasio fuerunt; nam si non peccauissemus, nec factus esset nobis similis, neque sustinuisset, et si non mortuus esset, non esset assequutus, vt adoraretur à nobis, & à sāctis.* Omnes à te, post Idola fugiebant, etiam populus tuus, quem elegisti Domine Deus meus, mortuus es, & en præmium, adoraris à nobis, & à Sanctis, mortuus es, & quia occisus, dignus es Domine accipere gloriam, & honorem, & bene- C dictionem. benedicimus toto corde, & Adoramus. da nobis pro hac adoratione, vt sēper te Adoremus, laudemus, glorificemus, benedicamus in secula seculorū. Amen.

Christus occasionaliter ex nostris peccatis habuit gloriam.

TEXTVS

VERS. X.

Editio Vulgata.

D *Et comedent, & non saturabuntur; fornicati sunt, & non cessauerunt; quoniam Dominum dereliquerunt, in non custodiendo.*

Sanctes Pagn.

Et comedent, & non saturabuntur; fornicati sunt, & non multiplicabuntur; quoniam Dominum dereliquerunt, vt custodirent.

70.

70. Interp.

Et comedent, & non implebuntur fornicati sunt, & non dirigentur; quia Dominum dereliquerunt ad custodiendum.

Vatab.

Comedent enim, & non saturabuntur: fornicabuntur, & non multiplicabuntur; quoniam Iehouam dereliquerunt custodire.

Editio Chaldaica.

Comedentque, nec saturabuntur; ducent vxores, nec generabunt liberos; propterea, quod Religionem Domini dereliquerunt, nec custodierunt.

Paraphras. Castri.

Comedent enim, & ità parcè, vt fami satis non fiat. Idola coluerunt absque interruptione; ac deseruerunt Dominum, non custodiendo eius mandata; quia se dabant fornicationi, & Idolatriæ, quæ mentem eripit, non minus, quam vinum, & mustum, quod inebriat.

COMMENTARIVM
iuxtà Literam.

DE Sacerdotibus Idolorum specialiter loquitur textus hic, licet cæteros non excludat; qui Sacerdotum exemplo ad mala tracti, nullam prętermittebant propriæ ruinæ occasionem. Sacerdotes igitur de carnibus, quæ ad Idolorum sacrificium portabantur, comedebant; & notatur eorum ingluuies, & gula, cum di-

A citur. *Comedent, & non saturabuntur.* tanto enim desiderio, & auiditate in pulmenta ferebantur, vt indigestum eructantes, nec onerare superfluuis stomachum desistebant. ò execranda auiditas, de qua D. Hieronymus lib. contrà Iouinianum. *Morbi ex saturitate nimia excitantur. Hippocrates in Aphorismis docet, crassa, & obesa corpora, quæ crescendi mẽsuram compleuerint, nisi citò abla-*

D.Hieron.

B *tione sanguinis, immiuuantur, in paralysim, & pessima morborum genera incidere. & Galenus vir Doctissimus Hyppocratis interpres athletas quorum vita, & ars sagina est, dicit in exhortatione medicinæ, nec viuere posse diù, nec sanos esse, animumque eorum, ità nimio Sanguine & adipibus, quasi luto inuolutos, nihil tenuè, nihil caleste, sed semper de carnibus, & ructu, & ventris ingluuie cogitare.* eccè auiditas ciborum sempiterna in gulosis, &

Gula infirmitates gignit.

C id signat, ni fallor, *non saturabuntur*, idest, semper de cibo cogitãt; vndè, haud germanus mihi videtur sensus illorũ expositorũ, qui aiunt, cibos fuisse ità tenues, vt saturitatem ex ipsis venter, non susciperet; quapropter semper fame torquebatur; nec eorum, qui aiunt textum intelligi de captiuitate Assiriaca, vbi fame tabescebant. non enim consonus

D esset textus antecedenti, vbi ait Deus per Prophetam. *Peccata populi mei comedent.* idest sacrificia pro peccatis, nec subsequenti. *fornicati sunt, & non cessauerunt.* enimuerò, non simul stat, cibi desiderium, & fornicatio. frigida mors occupat Venerem, vbi Ceres abeunt, & Bacchus. agnouit hoc Sanctus ille monachus, qui carnis illecebrarũ iaculis à Diabolo expetitus, Eia dixit, priuatio

tio generat appetitũ; ò caro mea, priuabo te panibus, vt panem desiderans, & appetens, desinas post carnes, quę non nutriunt, tuas effundere cogitationes. ast, vbi æpulum abundans est, fæcũdique calices, imperium stabilit fornicatio. quapropter Apostolus. *Ego.* inquit *sub nullius redigar potestate*? quid ais Apostole? est ne, aliquid, quod nihil sit? nihil, & aliquid opponuntur contradictoriè. nihil, venerea voluptas est, accipe in proprio nomine Veneris. *Venus*. vt apud multos legi. *Vana res.* interpretatur. Vana res, nihil. & quidem, vbi Magdalenam pensauit libidinis maculam infectam. Lucas, dixit. Peccatricem. *erat mulier in ciuitate peccatrix.* cur ita? nisi quia peccator nihil est, dum infinitè à vero, & proprio esse distat. itaque D. Paulus, dicens. *Sub nullius redigar potestate?* idem sibi vult, ac diceret, non supra me eriget Sceptrũ libido. sed quid vitat, quid prohibet Paulus, ne captiuus imperia luxurię substineat? audias, quid sequitur. *Esca ventri, & venter escis* ità Epist. 1. ad Corinth. cap. 6. gula igitur est miles captiuans sub Venere. vndè D. Chrisostomus hom. 17. in 1. ad Corinth. *fornicatio à cibo, & in temperantia proficiscitur.* & D. Aug. lib. de conflictu vitiorum, & virtutũ exponens illud Apostoli. *Multi, ambulant, quos sępè dicebam vobis, nunc autem, & flens dico, inimicos Crucis Christi, quorum finis interitus, quorum Deus venter est, & gloria in confusione eorum,* siuè *in pudendis eorum.* vt alij legunt, inquit. *Ille autem planè hoc vitium superat.* eccè libertas, eccè non esse victus, non subesse sceptro luxuriæ. *qui in sumendis dapibus*

1. Corinth. 12.

Famescens post Venerem non abit.

Libido nihil.

Luc.

Epist. ad Corinth. 1. c. 6. 13.

Gula facit veneris captiuum. D. Chris. D. Aug.

Philip. 3. 19.

A *non solum parsimoniam, vt scilicet refectionem semper exuriens, imperat, verum etiam accuratiores epulas excepta infirmitate contemnat.* valeat, oportet, dicat dapibus, qui non vult in lecto luxuriæ obdormire. comedebant isti lautè, & insatiabilitèr, & eccè. *fornicati sunt, & non cessauerunt.* quem textum, vt in trãslationibus obseruari potest, legunt alij. *& non multiplicabuntur.* in quo explicãdo,

B varię sunt expositorum sententię. Dico, quod puto, ex causis sterelitatis, quæ inter cęteras, sũt ebrietas, & nimius coitus, & quidem de ebrietate, sic ait Albertus Magnus. de anim. lib. 10. tract. 1 cap. 1. *sterilitatis causę in spermate sunt, quod malè fit complexionatum, calido, & frigido excedenti, vel humido, & sicco; ideò impediat virtutem generatiuam. & virtus incommunicatiua spermatum, &*

C *infantis; & nauseatiuam satietatem patientis frequenter, aut ebrÿ frequentius, aut senis, & cuius non sunt membra sana.* in his autem, & ebrietas exuberabat, ex qua oriebatur intemperies in spermate, & assiduitas, quæ, & nauseam generabat in patiente, & concoctionem spermatis perfectam negabat; vndè semen imperfectum, non attingebat generationem. dicit autem. *fornicati sunt.* & vel

D actus matrimonialis dicitur fornicatio; qui enim sicut equus, & mulus coeunt vel cum proprijs vxoribus, luxuriæ mulctam non euitant, & maculam, vt notatur in historia Tobiæ; sed, nec scortis publicis parcebat Israelitica ingluuies. Nisi placet dicere, etiam vxores adulteras, & filias fornicationi vacantes, & ideò dicitur. *fornicati sunt.* vtitur verbo generali, pro specifico; quod non rarò fit

Albertus Magnus sterilitatis causę quæ

Actus matrimonialis in perversè libidinosis dicitur fornicatio.

fit in Sacra Scriptura. vndè etiam sterilitas prouenit ex confusione tot seminum, quæ inuicem corrumpuntur. *V*xores autem, & filias, lasciuientes vaccas dicit in textu sequenti. sequitur textus. *Dominum dereliquerunt in non custodiendo*. quem variè explicant Doctores, sed sic placet exponere. Quia non custodierunt legem Dei, ideò totaliter Deum dereliquerunt, & obliti sunt beneficiorum eius.

Qui peccat tandè totalitèr Deū derelinquit.

Catena conceptualis.

ANVLVS XXXXIV.

Non satiat humanum animum iniqua voluptas, & peccaminosa; præcipuè autem auaritiæ, & fornicationis, vndè semper peccare exoptant voluptatibus addicti.

VAnitas peccatum est, nil solidi, nil positiuum componit peccaminosam voluptatē, quis vanitate, quis nihili implebitur; somniati cibi sunt excursus extrà Dei legem, nec mētem replent, nec ventrem negotia sūt non otia, quis in negotijs quiescet? dixit D.Hilarius can. 3. in Matth. *omnis seculi honor, Diaboli negotium est*. sunt gula, voluptates, non saturiéitas; ait Tertullianus lib. 9. de spectaculis. *Non tanti faciat gulam voluptatis* cur quæso saturata ex his, sededer anima. benè igitur noster Propheta Hoseas. *Comedent, & non saturabuntur, fornicati sunt, & non cessauerūt; Dominum dereliquerunt in non custodiendo*. Anhelus semper est ad cibos insaturatus venter; volup-

D.Hilar. Honor seculi diaboli negotiū. Tertull. Voluptates sunt Gula.

A tas non satians desiderium, acuit peccatoris ad vlteriora; famelicus nescit non concupiscere. *Vado ad Zaccharian*, impietatis voluptatisque iniquę perspectorem. dixit illi Angelus Domini. *Leua oculos tuos, & vide, quid est, hoc, quod egreditur, & dixi, quid nā est? & ait. hęc est amphora egrediens. & dixit, hęc est oculus eorum in vniuersa terra. & eccè talentum plumbi portabatur, et eccè mulier*

Zacch.

B *vna sedens in medio amphorę, et misit massam plumbeam in os eius*. cuncta sunt digna calculo. pōderabo. Vt impietatem videret, vndè egrederetur, Propheta, dixit ei Angelus; leua oculos tuos; quia Sancti Dei, adeò à peccatorum occasionibus se separant, vt nè loca illa, à quibus egredi peccata solent, aliquandò respiciant. vel dixit, leua oculos tuos: quia iustus nunquam à se ocu-

Occasio vitanda.

C los auellit, diligens est, vigilat, nec somnum dat oculis suis, sēperque, oculos habet apertos ad sui custodiam, nè inimicus aliquando insiliat, fiatque animę suæ possessor. leuauit ad iussum Angeli oculos Propheta, viditq; Amphoram egredientem, super quam mulier sedebat, quam obruit plumbo in amphoram proiectam Angelus. Glosa afferens D.

Iustus sibi attendit.

D Gregorium, per amphoram intelligit auaritiam: sed cur apertū est amphorę os? nonnè ità contractus est auarus, vt nè micam pauperi porrigat? adest testans auarus epulo, vel micas Lazaro negans. cur igitur apertum est os? proh. os apertum famem signat, quo designatur, auarum nusquam saturari diuitijs. *Volens Deus*. inquit Glosa. *ostendere Propheta humanum genus, ex qua culpa maximè à Deo dilabatur; per ima-*

Glosa. Auaritia à Deo separat.

imaginem amphora, quasi patens os, auaritiæ designauit; quippè velut amphora est, quæ os cordis in ambitu apertum tenet. non explet aurum auari desiderium; tantò plus crescit, quantò magis pecunia crescit. Describitur in tormentis diues ille, paulò superiùs in tenacitatis testem adductus; aitque Euangelista Luc. *Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura, & bysso.* Homo quidam ait. ly *quidam*; dicitur à logicis terminus vagus, & nunquid non semper vagus auarus, vt expleat inexplebilem suæ sitis appetitum? cecinit adhuc Poeta gentilis, quando de diuite auaro dixit: *Per Mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes*. pauperiem dixit quia sẽper pauper auarus, quod dixit Ausonius. *Quis diues? qui nihil cupit? quis pauper? auarus*. & D. Ambrosius lib. de Nabuthe. inquit. *Pauperiorem se iudicat omnis abundans, quia sibi deesse arbitratur; quidquid ab alijs possidetur; toto mundo eget, cuius non capit mundus cupiditates*. hic semper vagus, mundum discurrit; vndè termino vago appellauit diuitem Christus, dicens. *Homo quidam erat diues* (sequitur textus) *qui induebatur purpura, & bysso*. Purpura Regum insigne est, Regum propria; vndè Lucianus in Gymnasiis. *etenim ex purpura coniecturam facio, hunc esse vnum, ex illis Principem*. quod si Princeps non erat hic Epulo; quid est, quod purpura induitur? ad id intelligendum, purpuram illam aduoco, cui quidam adpictæ subscrpsit. *ignis deuorans*. ò vtinam, purpuræ Regna non aduorarer, semper famelicæ. Ignis semper deuorans in purpura illa significatur. nec nouum est purpuram signare ignẽ,

Ausonius. Auarus pauper. D. Ambros.

Auarus semper vagus.

Lucianus. purpura Regũ propria.

A etenim Trebellius Pollio ignem dicit purpuras. *Clamydes veri luminis*, hoc est ignis; & Arnob. lib. 5. de pomis; de purpura loquens ait. *idcirco illis color est purpurei luminis, suffectione subluteus*. purpureum lumen ignis est. en auarus erat ille, & purpura ignem præferente induebatur. cur hoc? igni quantò maiorem adhibeas escam, tantò maior fit; sic auarus non explebitur pecunia, sed

B eius desiderium auro coarceruato semper fit maius. hinc D. Chrisostomus in Matt. hom. 81. *Quemadmodum ignis addita materia, magis effertur, sic pecuniarum cupiditas, adiectione auri magis extollitur*. Proposuit se vti Deum adorandum Nabucodonosor, erexit statuam, precepit latriæ cultum; & en, non fuit ex Chaldeis, qui tanto nefas obsisteret. *Nabucodonosor Rex fecit statuam au-*

C *ream altitudine cubitorum sexaginta, latitudinẽ cubitorum sex, & statuit eam in campo Dura Prouinciæ Babilonis*. & inferius. *cadentes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt statuam auream, quam constituerat Nabucdonosor Rex*. expendit Diuus Hieronymus. cur adorantes tot, corruerunt antè statuam? cur in illa statua, illi flectebant genua, quem agno scebant hominem adhuc viuen-

D tem, non Deum? quid mirum? statua illa aurea erat. *Adorauerunt statuam auream*. ni aurea fuisset fortè non adorassent, vt Deũ; etenim auaritia est Idolorum seruitus. *Quàm velox est obliuio, veritatis* (inquit, D. Hieronym) *qui dudum seruum Dei, quasi Deum adorauerat, nunc statuam fieri iubet, vt ipse adoretur in statua. quod autem aurea sit, & infiniti ponderis. illud in causa est, vt*

Trebellius pollio.

Epulo purpura indutus.

Auarus ignis. D. Chris.

Dan. c. 3. 1

Statua Nabucdonosoris idcirò adoratur, quia aurea. D. Hieron.

stuporem videntibus creet, & adoretur vt Deus, dum vnusquisque suam consecrat auaritiam. non Nabucdonosorem, sed aurum adorabant, vti Deum, quia erant auari. Sed quid est, quod aurum, vt Deum adorat auarus? quid est quod in aurum, vt in Deum oculos suos figit auarus? Dicam. Deus visus, etsi satiet naturam, non tamen generat fastidium, sed ista saturitas gignit desideriũ vlterius; vti dixit Christus de Angelis. *Angeli eorum semper vident faciem Patris.* semper vident. eccè saturitas. ast non propter hoc deficit desiderium, vndè inquit. 1. Pet. 1. *In quem desiderant Angeli prospicere;* Sic auarus, auruũ, vt Deum adorat; quod si creatura in Deo satiatur, & semper desiderat; concludendum censeo, auarum, idcircò adorare aurum, vti Deum, quia licet natura, quæ vt inquit Philosophus paucis est contenta, satietur; eius tamen cupiditas semper anhela est ad aurum, aurumque indesinentèr desiderat. huc spectare potest illud D. August. serm. 48. ad fratres in heremo. *Quid est, quod nunquam dicit sufficit? nisi animus hominis, qui nunquam dicit satis est.* ast quando non dicit. *Satis est.* subiungit Diuus Augustinus. *O homo, non ignoras, quod omnium malorum radix auaritia est; & seruitus Idolatriæ?* expendo, quod ideò, nunquam dicit sufficit, quia seruitus Idolatriæ. quasi dicat, quia aurum, veluti Deum adorat, ideò nunquam dicit sufficit, semper desiderat aurum. his alludit idem Sanctissimus Doctor, qui ea, aptat auaro, q̃ Paulus sibi aptabat, & seruis Dei, nè vsquã à Christo separarẽtur. *Quis*, inquit. *nos separabit à Charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persequutio? an gladius? sicut scriptum est, quia propter te mortificamur tota die.* quæ sic ad auarum conuertit Diuus Augustinus serm. 50. de sanctis. *A studio conquirendi diuitias, quis nos separabit? & ab illorum amore? An persequutio ipsa, & ipsa non frangit? Auarus rapit, & timet pœnam astuat in rapinam, multi famem patiuntur, dum acquirunt, & faciunt lucra. Quibus præcipimus ieiunare, & excusant se stomacho, vacet illis tota die solidos numerare, & ieiuni dormiunt. Quid dicam de nuditate? quotidiè negotiatores de naufragio nudi euadunt, & iterùm nauigant ad periculum; vndè quotidiè periclitantur homines, nisi propter diuitias conquirendas? nec gladius prohibet Auarus dicit in corde suo, qui fortè non audet lingua; Quis nos separabit à cupiditate auri? tribulatio? an angustia? an persequutio? possunt, & auari dicere auro. Propter te occidimur tota die.* En Deum adorantium, illique seruientium, & auarorum aurum insectantium, æqua cupiditas, æqua existimatio; sicut igitur cęlici semper Deum desiderant, itá auari, etsi saturata natura, paucis contenta, tamen insatiabilitèr in aurum, desiderio feruntur, nunquam ab auaritia separantur auari. De lucri cupidis loquens Habacuc Propheta cap. 2. inquit. *Vę ei qui multiplicat non sua. vsquequò aggrauat contra se densum lutum?* mirum est, cur aurum, quod vti Deum colit auarus densum lutum nominet Propheta; quandoquidem, nec contemptui habetur aurum in Sacra Scriptura; cui quandoq; charitas, quandoq; ipse Deus comparatur. An non caput

Matt. 18. 10.

1. Pet. 1. v. 12.

Auarus aurũ adorans vti Deum, sẽper aurum desiderat.

D. Aug.

D. Aug.

D. Aug.

Auarum ab auro nil periculum segregat.

Habacuc 2.

caput Chriſti Deus? & hoc caput, aurum dixit ſponſa. *Caput eius aurum optimũ*. quid eſt, quod luto comparat Propheta, quod pedibus calcatur? vt ſenſum Prophetæ aperiam, reuoco Amphoram, quam vidit Zaccharias, quæ auaritiam ſignabat; in hanc ſe mergit auarus, dum ſe ſe auaritia obruit; at adeſt os, exire poteſt, quid ille? trahit lutum, & ad quid lutum, niſi, vt foramina obſtruantur? ait igitur Habacuc, aurum contrà ſe, vt denſum lutum agrauare, quia merſus in auaritiæ amphoram, ità ſe ibi coanguſtat, vt ſemper ibi ſit, quandoquidem nuſquam expletur auarus. fauet Diuus Gregorius lib. 34. moral. cap. 9. *Per denſum lutum terrenarum rerum multiplicitas figuratur: denſo enim ſe lato agrauat qui ſui ſe oppreſſione coanguſtat*. opprimet ſe, & coanguſtat in auaritiæ amphora auarus, quia nuſquam dicit, ſufficit, ſemper anhelus ad turpe lucrum eſt, quadere, ait noſter Propheta, *comedent, & non ſaturabuntur*. vbi Rupertus Abbas. *Duo mala principalia, ſcilicet auaritiam, & luxuriam breuiter expreſſit quam inſatiabilia ſint; Auaritia quippe, cum ſemel animum occupauerit, nihil ſatis eſt, ait ergò, comedent, & non ſaturabuntur*. i. *accipient à populo, qui de extremis populi conſtituti ſunt, & acceptis, quamuis plurima ſint, contenti non ſunt*. nedum auarus, ſed libidinoſus ſatur vſquam euomet libidines, inquit Rupertus, torpeſcet, imò computreſcet libidinoſus in ſtercore ſuo, & libido cibus eius erit, ad quem ſemper tendet. non quieſcet huic infami vitio deditus. A luxuria auertere volens Chriſtus Dominus dixit. *Sint lumbi veſtri præ*

Cant. 5. 11. | Zacch. | Auarũ ſe ſe in auaritia claudit. | D. Greg. | Luc. 12. 35.

A B C D

cincti, & lucernę ardentes in manibus veſtris. lumbos præcingere iubet Chriſtus. cur quęsò, non cor, vbi fons caloris excitatur, vt ſic coanguſtatum ſemper ad ſe tenderet ſurſum? à lumbis, luxuriæ opera prodire affirmant Sancti, hos iubet conſtringi, quia, ni conſtringantur, ſemper ad negotia luxuriæ erunt anheli. audiatur Dinus Chriſologus ferm. 24. qui vnico verbo totam expedit luxuriæ indolem. *Cur tanta iubentis reuerentia lumborum facit magnopere mentionem? quæris? quia in lumbis eſt tota corporis cauſa, ex lumbis tota carnis negotia ſuſcitantur*, en quid ait *cauſa, & negotia*. qui apud Iudicem cauſam habet, non quieſcit, mox ad Procuratorem, mox ad Aduocatum, mox ad fautores, mox ad actuarium, mox ad Iudicem currit, properat vadens, mox aduerſarij technas ſtudet ſuperare. qui negotijs incumbit, quando quieſcit? nuſquam. ait igitur Chriſologus, in lumbis eſſe cauſas, & negotia: quia, qui luxurię deditus eſt, nunquam ſatur, nuſquam peccatis ceſſationem indicit, ſemper creſcit. Perpendi ſæpius aduenientem Deum ad Iudicium; ibi ſortem damnatorum meis debitam peccatis ingreſſus ſum, ſtatui, & ſtatuo memet in ſiniſtra, nec Iudicis ſententiam expecto; cui enim peccatori dextera dabitur? & ego peccator ſum, omnium maximus. tuum eſt Domine glorificare; à memet non niſi inferni flamma procedit, peccatum, inquam, Diaboli flammis iungendum: vidi in ſiniſtra peccatores ſub nomine hædorum. *Statuet*. inquit Matt. *hædos à ſiniſtris*. contemplor, cur hædi

Libidinoſus ad luxuris ſem per tendit negotia. | Chriſol. | Matt. 25. 33.

dicantur peccatores, qui in malis vetustatem contraxerunt?cur quesò non hirci?alias dixi in hædis,luxuriosos, significari. Dicam aliquid ex D.August.demum ad propositum reuersurus. accessit Deus ad Ciuitates Sodomorum, vel oculis,more humano,probaturus(quid enim à Deo absconditum esse potest?)vtrum clamor contrà Sodomitas pulsans cęlum ad vindictam, verus fuerit. comperuit, non mendacem, & puniens, è cælo misit ignem, & sulphur, ità Genes. 19. *igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorram sulphur, & ignem à Domino de Cęlo.* exquirit D. Augustinus. cur entia absque necessitate multiplicentur? si ignis ad punitionem sufficiebat, ad quid sulphur?& inquit putulenti peccato, putentem pęnam deberi. accedit Doctor. *meritò igitur per sulphur ciuitates illæ submersæ sunt, & destructæ; quia tam eorum feminę, quam eorum masculi, fætenti luxuria ardebant.* ex quo intelligo, cur luxuriosus hędus dicatur præscitus? de hædo ait Vgo Cardinalis *fætet hędus.* vt igitur indicentur luxuriosi fętentes, ideò hædos dixit in Euangelio tales peccatores Deus. *fętet hędus.* sed nunquid non putens, hircus? quis negabit? experientia magistra oppositum confutat. cur igitur semper hędus;& non hircus? hircus iā in perfectione sui augmenti est, non amplius ad augmentum tendit:stat,non, addit sibi;non sic hædus, sed semper in augmento est. dicitur ergò hædus,luxuriosus peccator;quia sicut hædus semper est in augmēto,ità libidinosus, nusquam cessans semper tendit ad augmentum vitiorum,& libidinum. firmat D. August. ad fratres in heremo. serm. 47. dicens. *O luxuria pessima virtutum destructio, vitiorū augmentatio.* en vti semper in augmento vitiorum libido est, semper crescit,non enim expletur libidinosi appetitus. Crescit,promptaque est semper ad peccatum, libido, & deficientibus viribus, stat semper, magis strenuus appetitus: Non discedo à Zacharia. Post primæ illius mulieris visionē,de qua inferius, vidit alias duas alatas, spiritusquè erat in earum alis. *& leuaui oculos meos, et vidi, & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum.* mulieres has significare posse libidinē, affirmabit quisquis leget Antonium Ricciardum Brixianum. imò apud glosam moralem non est obscurum;inquit enim. *Et ecce duę mulieres, per quas significatur copia temporalium, & libertas ad libitum; quę gulam, & luxuriam, portant, per mundum.* habent hæ alas, vt citius libidine cōspurcēt mundum,& vel eos polluant,qui ad Dei cōtemplationem sursum à terra eleuantur. vnum expendo,ad quid spiritus in earum alis ponatur? nunquid non velocitas alarum fornicationi sufficiens erat? nunquid nō mulier aliquādò fortior ad inducēdū ad peccatum ipso Diabolo est? dicat nequam ille spiritus, qui pluribus vsus est, vt Euam pelliceret ad esum pomi;& tamen,nil tale de Eua inductrice Adami ad peccādum,loquitur scriptura; sed inquit. *Dedit, & comedit.* & vel suis artibus,vxorem Iob, vt Sanctum labefactaret animum, anteposuit, vt loquuntur Sācti. quid est ergò, quod spiritus nequam in alis ponitur luxuriæ? eruam ex Teologis dubij solutionem. disputat

D. Aug. *Genes. 19. 24.* *Pœna delicto accommodatur.* *Luxuriosi fœtent.* *Luxuriosus semper ad augmentum tendit libidinis.* *Zacch. 5. 9* *Glosa.* *Mulier vel diabolo fortior vbi de scādalo agitur.* *Genes. 3. 6*

D. Bonau. putat D. Bonauentura. in secundo sententiarum distinctione. 14. de motu cęlorum reiecta illorum erronea opinione, qui aiebant, cælum esse animatum, si enim tale esset, esset vegetabile, & sensibile, & per consequens corruptibile, quod nullus sanè mentis affirmat. tandem concludit eius motum esse ab intelligentia, nēpè à spirituali substantia, & nos spiritus, siuè Angelos vocamus: vndè etiam concludit, quod motus cælorum non potest cessare; tum quia, non est improportio motoris ad mobile; vndè posset esse laxatio; tum quia voluntas spiritus est inuertibilis, & sēper prompta ad illum motum. ex quibus, cur spiritus in alis luxuriæ ponatur colligo. spiritus inuertibilis est, & ad motum semper promptus, nusquam cessat. quod si spiritus ponitur in alis luxuriç; concludendum est luxuriæ deditos, nusquam, ni maxima Dei gratia preueniantur, cessaturos à peccato, sed semper voluntate saltem, futuros promptos. hinc *D. H*ieronymus in Hoseam. *Fornicati sunt, & non cessauerunt. Vires in fornicatione deficiunt, & fornicandi desiderium non quiescit.* quiescūt in libidinis fętore spurci isti, & ad inferni lutum hoc luto descendunt infecti.

Calum nō est animatum.

A

B *Motus cælorum non potest cessare.*

Mouetur ab intelligentia.

C

D. Hieron

Luxuriosus ad libidinem semper promptus.

*M*andauit Diuo Ioanni Euangelistæ Deus, vt Epistolam ad Episcopū Tyatiræ Ecclesiæ scriberet; vbi, de pænitentia eum cōmonebat, eoquod mulierem Iezabel hæresim spargere permitteret, scripsit ergò. *Habeo aduersum te pauca, quia permittis mulierem Iezabel, quæ se dicit Prophetam, docere, ac seducere seruos meos, fornicari, & mandacare de Idolothytis. & dedi illi tempus, vt pęnitentiam*

Apoc. 2. 20.

P. Franc. de Franch in Hos.

D

ageret, et non vult pęnitere à fornicatione. Ecce mittam eam in lectum. en quò peruenit spurcitijs his maculatus. accipit quidem à Deo tempus pænitentiæ; paratus est misericors Dominus dare gratiā, vt conuertatur à via sua mala, & viuat in æternum; at non vult, obstat gratiæ Dei libera sua voluntate. *Dedi illi tempus, vt pænitētiam ageret, et non vult.* quid obstinatæ obuenit? mittit eam Deus in lectum. mirum quidem, in lectum mittitur fornicatrix: cur quæsò non eicitur, & consignatur pauperiei? cur non deformitati? vt panem appetens, desinat à fornicatione, nec sit qui deformitatem eius non abhorreat. scio luxuriosum filium prodigū, & hic pauperiei, tortori datus est, vndè fame compulsus, redijt ad Patrem. quid est, quod hęc, quę pęnitentiam agere renuit, mittitur in lectum? scio Antiochum Brondum hunc locum de infirmitatibus, quas luxuria causat intelligere; ait enim. *Ex hasque dictis, liquidè apparet aliqua damna, & mala, quę ex fornicatione, et coitu illicito nasci solent. Primò quidem fornicatio causat infirmitates corporales, hoc clarè indicat illud. Ecce mittam eā in lectum.* verùm, aliud puto in hoc lecto latere; cū audio Dauidem flentem adulterij peccatum, ac dicentem. psa. 6. *Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meū rigabo.* vbi Campensis ait, per hunc lectum intelligi peccatum libidinis. sed peto, cur libidinis peccatum lectus dicitur? O quiescit quis in lecto, ad hoc, lectulus datur, vt dulcius quiescat homo, & securè, vndè dicere solemus; Dormit in lecto suo; hoc est tutō, quod si lectus libidinem exprimit,

Antioch. Brondus.

Luxuria infirmitates causat corporales.

Psal. 6 7.

primit, & in lecto non est, nisi quies,& somnus; mulierque illa fornicaria mittitur in lectum. statuendum censeo peccatori libidinoso, ità charum esse libidinis cenum, vt in illo veluti in lecto dulciùs quiescat, & securè dormiat; & Deo permittente ibi, in pœnam suæ obdurationis mittitur. accinit his prçcitatus Antiochus in idem caput Apoc. *Cubare autem, vel aliquem esse in lecto securitatem quandam denotat, quę inter fornicarios, & adulteros, deceptoria securitas est.* Deceptoria quidem securitas est, quia à lecto ad luctum itur; vndè alij legunt *mittam eam in luctum*. an luctus non erit sempiternus in inferno? & ad hunc vehit spiritus fornicationis. Narro horrendum euentum, à D. Gregorio Dialog. cap. 32. A concupiscentia sua abstractus, & illectus adolescens quidam, spiritu fornicationis concitatus, perrexit ad adolescentulã, stuproque eam contaminauit: ac vix portas mortis, peccati scilicet, & inferni ingressus est, & en, timor, pauorque animum eius obsedit, derelictus enim à Deo omnem creaturam videbat in se armatam, perrexit die Paschatis ad Ecclesiæ Asylum, sed nec ibi, quieti dabat anima locum, expectabat, qua hora traderetur torquendus Diabolo, & ad momenta, possessionem animę suę Satanam ingressurus formidabat. ast benignissimus Deus, qui nõ vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat, ligauit Satanam, ac à tormentis exemit adolescentem. & en in adolescente, non pœnitentia, sed securitas, cœpitque in peccati lecto obdormire, pergebat ad Ecclesiam, qua si iustus, Iudicis Dei iram, pietatem pensabat Patris; dormiebat sopore pressus in culpa: sex dierum spatia suæ lętitiæ concessit Deus, septima autem die, permisit Diabolo sua, etenim improuisa morte perijt, sepultaque est anima in inferno, corpus autem sepulturæ traditum est. & O horrendum, vix foueæ datum corpus, cœpit diras emittere flammas, ac per longum tempus, cunctis cernentibus, eius ossa cibus fuerunt ignis; quousque, vel sepulchrum in cinerem redactum est. en vti à lecto securitatis, & à perseuerantia fornicationis in luctum itur. abstineamus ergò à fornicatione, libidinis volutabrũ effugiamus, quod ità tenaciter tenere solet, vt qui fornicantur, nõ cessent, vndè noster Hoseas ait. *fornicati sunt, & non cessauerunt.* vbi Rupertus Abbas. *luxuria cum hominem imbuerit, nunquam dicit sufficit, et licet ad horam extinguatur sitis eius, statim exardescit, ait, ergò, fornicati sunt, et non cessauerunt; nam, et vsque ad decrepitam senectutem, in cano libidinis computruerunt, iuxtà illud, computruerunt iumenta in stercore suo. I. vitam finierunt bruti, et immundi homines in peccato.* & huc etiam puto spectasse lectum fornicariæ. in lecto vitæ cedimus, ibique vt plurimũ efflamus animam. in lecto, ergò permissiuè ponitur à Deo, quia fornicaria tamdiũ remanet in peccato, quamdiù vita conceditur, vsq; ad spiritus emissionem. *Vitam finierunt bruti, et immundi homines in peccato.* nec mirũ, quia non satiat peccatum, prçcipuè libidinis, & auaritiæ, sed nec aliqua peccaminosa voluptas homini peccatori satis est. & redeo ad primam mulierem; hęc, impietas erat, sic habeo ex ipsamet

Quiescit luxuriosus in lecto luxuriæ obduratus

Rupertus.

Luxuriosus finit vitam in peccato.

Pro-

Prophetia. *& dixit ſcilicet Angelus, hæc eſt impietas.* & impietas, in muliere, quæ voluptatis ſymbolum eſt, ſignificat voluptates peccaminoſas. circà amphoram, vt aiunt complures Doctores, erat ſcriptum illud met, quod dixit *[Zacch. 4.6]* Angelus. *hęc eſt oculus eorum in vniuerſa terra.* ad quod intelligẽdum, noto inſcriptiones in ſymbolis poni, vt ſymbolum explicent. exempli gratia. *[Symbolum Reginę Galliæ.]* Vxor Henrici Regis Galliæ, Stellam adpinxit circa quam ſerpens videbatur in anuli formam, caudam habens in ore, cum hac inſcriptione. *Fato prudentia maior.* quo ſignificauit, ſe primas laudis partes inter ceteras Galliarum Reginas, virtute modeſtia, ac rerum tolerantia adeptã vti refert *[Gabriel Simeon.]* Gabriel Simeon ſymb. 6. in Stella *[Stella fati ſymbolum.]* ſignificatur fatum, variè influẽs; in ſerpente *[Serpens ſymbolum prudentiæ]* prudentia. vndè ipſa prudentia ſua cuncta ſuperauit. Et item. Stella comata cum gladio inter comas rutilante adpicta, *[Stella comata iræ Dei ſymbolum.]* vbi ſit talis inſcriptio. *Ventura deſuper orbi.* iram è cælo ſignat. Inſcriptio igitur, ſymboli anima eſt, totum adpictum explicans. oſtendit impiam voluptatem Angelus Zachariæ, & inſcripſit. *[Zacch 4.6]* *Oculus vniuerſæ terræ.* illi oculum vniuerſę carnis appendis, quid prædicat oculus? dicat *[Eccleſ. c. 1]* Eccleſiaſtes. *Non ſatiatur oculus viſu.* cap. 1. quod ſi Angelus peccaminoſã voluptatem oſtendit Zacharię, & circa eam appoſuit. *oculus vniuerſę terrę*; & oculus nuſquam ſatiatur, equidem edocere voluit *[Voluptas non ſatiat.]* voluptate peccaminoſa, nuſquã expleri humanum appetitum. *[D. Hieron.]* qua de re exclamat D. Hieronymus, in Hoſeam. *Voluptas inſatiabilis eſt, & quanto magis capitur, tãto plus vtentibus ſe, famem creat.* *P. Franc. de Franch. in Hoſ.*

A Non ſatiat, ſed famem creat voluptas, quia ſicut qui comedit, & fameſcit ſemper nouum cibũm deſiderat; ità peccator, cui vana voluptas cibus eſt, non ſatur, ſẽper aliam expoſcit. De peccatoribus loquens Dauid inquit. *Corrupti ſunt, & abbominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis.* *[Pſal. 13. 2.]* explicat D. Ioannes Chriſoſtomus in Ioan. cap. 1. quid præſeferat putrefactis iſthęc; & inquit præſeferre B peccatorum fætorem. *[Peccatoris fætor in putrefactione. D. Chriſoſt.]* *Quoniam* inquit. *vulnerati, & male olentes, & tabe, ſanieque madentes ſunt abbominabiles.* malè olent peccatores, etiam materialitèr, vnde habui ex P. D. Ianuario de Franchis meo germano Amatiſſimo, *[P. D. Ianuarius de Franchis Germanus auctoris fætoris peccati teſtis.]* qui Deo cooperatur in ſalutem animarum; pręcipuè autem in confeſſionibus audiendis deſudat. adoleſcentulos voluptati peccaminoſæ vacantes, ſtatim C agnoſci ex fętore; qui tantus, taliſque eſt, vt ei nullis odoribus obuient. fętet peccator vnde iniquitas, impietaſque illa, quam ſub mulieris typo vidit Zaccharias, in terram Sennaar aſportata eſt. *[Impietas cur aſportet in Sennaar. Zacch. c. 5. 11.]* *& dixi ad Angelum, qui loquebatur mecum; quò iſti deferunt amphoram? & dixit ad me, vt ædificetur ei domus in terra Sennaar.* quod expendens. D. Gregorius *[D. Greg.]* inquit in Gloſa. *Sennaar fętor eo*D*rum interpretatur; ſicut bonus odor ex virtute, ità è contrario fętor ex vitio.* vnde benè inquit Dauid. *[Pſ. 13.]* *Corrupti ſunt, & abbomir abiles facti ſunt in ſtudijs ſuis.* vęrum quia inexhauſtus pelagus Scriptura Sacra eſt: aliud in hac corruptione contemplabor. & primò curro ad currentem ad pedes Chriſti, Magdalenam, de qua ſic Lucas. *erat mulier in ciuitate peccatrix.* *[Luc. 7. 37]* peto, cur notam pęccati non auſe-

auferat Lucas à pœnitentium apice Magdalenæ enimuerò non desinit esse iustus, qui post peccatum redit ad pænitentiam, & retroactæ vitæ merita mortificata reuiuiscunt. quid est, quod peccatrix dicitur. afferam Vegæ sensum in psal. pœnit. in indice p. 1. hic meditans Christũ inter duos latrones crucifixum; ac sciens comunem sensum Doctorũ, alterum appellare, Bonum latronem, *Bonus latro* (inquit) *Videtur* B *implicatio in adiecto: Bonus, & latro*. Bonitas à charitate consurgit; furari, charitatem destruit, quid ergò est, quod dicit. *Bonus Latro?* soluitque dubium ex illo Scipionis Africani. Hic Romanus ciuis erat; quarè ergò dicitur Africanus? certè ab Africa edomita, & subiugata. ità pariformiter, quia *Bonus Latro* latrociniũ pęnitentia superauit: ex victoria ab inimico latrocinio asportata, C latro dicitur, & Sacri Doctores aiunt. *Bonus Latro*. sic philosophandum est de Magdalena; in hac vniuersitas vitiorum erat, & pænitentia superauit; vndè Deo auxiliante, reportauit triumphũ. *De qua septem Damonia eiecerat*. quia autem nomen à victis habere solent *Victores*; ideò Peccatrix dicitur. Audiatur Vega. *Primò videtur implicatio in adiecto; Bonus, & Latro, sed similiter dixit Origenes, ad aliud propositum. Verba, sunt boni, imò optimi peccatoris. Sic etiam filius ille, qui ad Patrem rediȷs, dicitur filius prodigus, & Scipio dicitur Africanus ab Africa edomita. sic viri Sancti quandò, ex anteacta vita appellantur vitioso nomine, dicuntur à vitio edomita, quasi alij Scipiones*. ex quo infero, Magdalenam à peccatis edomitis dici peccatricem. optimus

Magdalena cur dicatur peccatrix.

A victis victores habent nomen.

Vega.

A quidem sensus. verum alium excogito, ex Philosophis. certum est, nomen debere sequi esse rei, omne autem esse rei est, à forma, quia autem peccatori forma, veluti peccatum est, ideò peccatrix dicebatur Magdalena in Ciuitate, & inquit Lucas. *Erat mulier in ciuitate peccatrix*. concupiscibilis, veluti materia est in peccatore, forma quodlibet peccatum. Pergo mox ad Philosophos, disputant hi; Vtrum naturalis sit materiæ corruptio? & alij sustinent corruptionem esse naturalẽ materię. Ratio autem huius rei est, quia materiæ appetitus, non determinatur ad vnam formã, sed ad omnes formas naturales; & ideò materia vna forma informata, non finitur, ità vt non possit habere aliam formam, quia materia non habet minorẽ proportionem cum vna forma, quã cum alia, & quantum est, ex se respicit omnes formas, vndè naturalis est ei corruptio, & ideò est ei naturalis, quia ad alias naturales formas inclinatur. qua Doctrina supposita, deuenio ad Dauidem. inquit ille. *Corrupti sunt, & abbominabiles facti sunt in studijs suis*. quãdò est corruptio, ideò D est, quia materia appetit nouam formam; quod si concupiscibilis est in peccatore, veluti materia, & peccatum est forma; ideò dicuntur corrupti peccatores, quia non satiati primã peccati forma, semper nouum, & nouum, appetunt. huc spectat citatus Chrisostomus, dicens. *Quæ natura negauit, ea mala cogitauit affectio*. negat natura plures formas, sed cõcupiscibilis in peccatore omnes desiderat, & propter hoc omnes affectat. *ea mala cogitauit affectio*. quia neutiquam vna forma peccati

nomina rẽ exprimũt.

Luc. 7.

Forma dat esse rei

Corruptio est materiæ naturalis quia non vna finitur forma.

ps. 13. 2.

Peccator veluti nouam formã aliud peccatum appetit.

catí fatur efficitur peccator, semper noua affectat peccata, & voluptates. Docuit hanc doctrinam Christus Dominus, cũ Samaritanæ dixit, *Qui biberit ex aqua hac sitiet iterum*. Vbi Lodulphus de vita Christi. *Christus induxit nos ad contemnendum amorem mundi, cum dixit. Omnis, qui biberit ex hac aqua, scilicet, materiali sitiet iterum; licet ad tempus sitim auferat. Amor enim mundanorum, scilicet, diuitiarum, delitiarum, & honorum, sitim non extinguit, sed auget*. Hoc prædicat nostri Hoseæ prophetia, cum ait. *Comedent, & non saturabuntur, fornicati sunt, & non cessauerunt*. vbi D. Hieronymus. *Voluptas insatiabilis est, & quantò magis capitur, tantò plus vtentibus se, famem creat. E contrario, Beati esurientes, & sitientes iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Sicut iustitia saturat: sic iniquitas substantiam non habens, vana comedentes fraude deludit, & ventres deuorantium vacuos reliquit*. Bene Samaritana, quę à Domino vocata, reliquit hidriam: Deo se se subiecerat, redijt ad Ciuitatem, hidriamque destituit quia, qui Deo seruit, omnia illa in quibus mundana, & fluxibilia contineri possunt, relinquere debent. Astat D. Aug. q. 64. dicens. *Oportet autem, vt Christo credens seculo renuntiaret, & relicta hydria cupiditatem secularem reliquisse demonstraret: proiecit ergo cupiditatem, & properauit annunciare veritatem*. Seruire cupienti Deo necesse est abrenuntiare cupiditatem; si enim habitus concupiscentię remanebit; heù semper noua peccata, sitiet; & comedens non saturabitur. Sæpiùs morientes contemplatus sum; complures vidi, qui, Diabolo,

Ioã. c. 4. 13

Lodulphus.

Contemptum mũdi docet à Christo homines.

D. Hieron

D. Aug.

Linquat humana Christum cupiens.

A iram magnam habenti contra animam nostram, eo quod modicum tempus habet, & ideò totis viribus tentanti, gestu, oculis, manibus, & submurmure obstitisse, & vicisse consideraui, vndè tanta vis in confectis infirmitate fuerit? & relicta prima causa. Dixi ex habitu bono insipidus, imò abhominabilis semper fuit illis peccati cibus, auersati sunt continuis actibus; B factum est quapropter, vt etiam viribus destituti, abhorrerent. heù quid erit de illis, qui comedunt, & non saturantur, & nouis actibus, semper ad noua inhiant peccata; facillimè assentientur proponenti dulcè illis peccati pabulum Diabolo, & peribunt. Abhominemus igitur peccata, & seculi voluptates. Continuisque actibus fiat in nobis obsistentiæ mundi illecebris C habitus. *Vt*, & in morte fortes simus contrà Diabolum, obsequium præbeamus Arist. qui ait. *Voluptates contemplandæ sunt, non venientes sed abeuntes*. Si contemplassent tales, qui modo sunt in inferno, certè non dicerent; Quid nobis profuit superbia? quid luxuria? quid gula? quid rapinæ? quid voluptates? pręterierunt, & pæna non preterit, stat immobilis, quo D vsque viuet Deus, heù, heù in ęternum.



ANVLVS XXXXV.

Simus in nostri custodia semper vigiles, nè à Deo cadentes ruamus de peccato in Peccatum.

Comedent, &c.

PAulus Apostolus, Electionis vas, totus Deo plenus, vinctus Domini, sæpè, sæpius dicit de semet. *Ego vinctus in Domino.* Cur vinctus ille, qui in libertatē filiorum Dei, vocatus est? cur vinctus ille qui semper cum Domino, libertatis pelago erat, seruosque suos Reges facit? *Dedecet vinctiri Regem*, inquit, D. Bernardus de Passione. Ast accedit Tertullianus, qui lib. Apolog. sic ad Romanos Iudices loquitur. *Vestros enim iam contestamur actus, qui quotidio iudicandis custodijs, præsidetis, qui sententijs elogia dispungitis.* vbi per custodias, intelligit vinctos. *Custodia hic.* ait Cerda in Tertull. *sumitur pro vinclo.* quod neutiquàm abolitum vocabulum est. Etenim Seneca Epist. 5. inquit. *Quemadmodum eadem Catena, & custodem, & militem copulat.* & in actis Apost. cap. 27. *Vt autem iudicatum est, nauigare eum in Italiam, & tradi Paulum, cum reliquis custodijs Centurioni, nomine Iulio.* Cum igitur audio Paulum vinctum in Domino, intelligo, custodiam, & se vinctum. *In Christo* dicit se vinctum Paulus; quia se semper custodiebat Christo. Vigiles seruabat oculos, nè aliquid in animam eius obreperet, quod Christi oculos offenderet; bonus miles, qui custodiebat semetipsū in Domino. Etenim *Vigil* debet esse Christianus Iesu Christi seruus, Dei miles, in sui custodia. *Vidit* Ezech. Propheta, cum esset iuxta flumen Chobar, in medio captiuorum, quatuor animalia plena oculis, pennata, ac ante suam faciem ambulantia; sic ille cap. 1. suarum visionum. *Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone, & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius, & de medio eius, quasi species electri. idest de medio ignis; & in medio eorum, similitudo quatuor Animalium, & hic aspectus eorum. Similitudo hominis in eis, & quatuor facies vni, & quatuor pennæ vni, & pedes eorum, pedes recti, & plāta pedis eorum, quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus æris candentis, & manus hominis sub pennis eorum, & pennas per quatuor partes habebant, iunctæque erant pennæ alterius ad alterum; non reuertebantur cùm incederent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur; similitudo autem vultus eorum, facies hominis, & facies Leonis à dextris ipsorum quatuor, facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. Et pennæ eorum extentæ desuper: duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum, & vnumquodque coram facie sua ambulabat. & c. & totum corpus plenum erat oculis.* Misterijs plena visio, quę non vnam, aut alteram patitur explicationem. A pennis, ipse, quid animalibus istis, quibus vnus pes Vituli cōceditur præseferatur, coniectabo. Glosa in quatuor his animalibus, omnes intuetur Sanctos. De eorum etenim pennis, loquens, ait. *Duæ pennæ, amor s. & spes Sanctorum, quę omne pēnatum animas*

Marginalia: Ephes. 4. 1. — D. Bernar. Tertull. — Cerda. — Seneca. ad ap. 27. — Act. 27. 1. — Custodia. pro vinclo accipitur. — Paulus se semper custodiebat in Christo. — Ezech. c. 1. 4. — pēnæ amorem signāt & spem.

animal ad Deum leuant, quæ benè iunguntur, amant enim, quæ sperant, & sperant quæ amant. Et D. Greg. Alas considerans, quibus vniebantur, & tegebant propria corpora, ait, nosmet, in his animalibus figurari. *Hic indicatur, quia pennas altèr ad alterum tendebant, & duabus alis corpus proprium velabant, quia sic debemus virtutes, quas accepimus, alijs impendere, vt peccata nostra, non desinamus cautè cogitare, & quotidiè per timorem, & pœnitentiam plangere, his enim alis, corpus velatur*. Non sistendum est in prædicatione, nec in proximorum salute procuranda; ad nosmet contemplationis pennas vertere debemus, & peccata nostra plangere; ne cum alijs prædicauerimus, ipsi reprobi efficiamur Peto, vt quid nobis (nos enim vt dictum est animalia illa præferunt) tot oculi dentur? num Dei imperfecta sunt opera? è quādoquidem cuilibet duos impertitus est oculos? à pedibus horum animaliū, quid oculi deceāt, eruam. Omnibus vnus pes erat, & hic vituli. Vituli vestigiū omnia signabat animalia, ità vt, si quis, tantū vestigiū vidisset, dixisset vitulū, vel vitulam. Nunc ad Antiquitatis figmenta, sub quibus veritatem celabant progredior. Finxerunt Adolescentulam conspurcatam à Ioue, quæ mox in vitulam transformata est; ac ne vlterius vim pateretur, Argo data est in custodiam, cui centū oculos dabant: vndè Ouidius,

Centum luminibus cinctum caput, Argus habebat,
In quę suis vicibus capiebant bina quietem.
Cætera seruabant, atque in statione manebant,

Glosa. D.Greg.

Propria peccata cogitemus, & plāgamus D. Greg.

Argo centum oculos habebat. Ouidius.

A Ex quibus, cur plenum oculis animal describatur agnosco. Illud, in pede vituli, vitulam signabat: vitula Argò centum oculis illuminato datur, vt custodiatur; dantur ergò animali præseferenti nos multi oculi, vt ad instar vitulæ Argi; semper, & assiduò nosmet custodiamus. Qua de re, inquit Vgo Cardinalis. *Et totum corpus plenum erat oculis, quia scriptura omnimodam*
B *docet circumspitionem*. Et clarius Glosa in hunc locum. *Et totum corpus plenum erat oculis, quia sanctorum actio omni ex parte circumspecta est, qualem Argum describunt fabulæ Poetarum*. Nusquam dormiebat Argus, semper vigil in sui, & aliorum custodia erat: ità debet esse Christianus, semper vigil, circumspectus semper, ne obrebat in animam suam Diabolus; nec vnquam à suimet
C consideratione, & custodia, debet se se auertere. Contemplatur animalia illa Diuus Gregorius. Mox ante faciem suam ambulantia, mox coram facie, ità enim ait Sacra Prophetia. *Vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. Et iterum vnumquodque coram facie sua ambulabat*. Contrarius motus hic est, antè faciem ambulare, vlterius progredi est; coram facie gradi, est
D retrogradi. Quid? impossibilia narrantur? absit, sed quid nobis peragendum sit, vt ad Regna salutis tandem perueniamus, demonstrat. Qui antè faciem suam ambulat eo tendit, quo direxit faciem hominis Deus, qui os homini sublime dedit, cęlumque videre; qui coram facie sua ambulat, à sui contemplatione nusquam decidit. Suiq; custodiam, nusquam derelinquit

Vgo Car.

Glosa.

Ad instar Argi nos, & custodire debemus.

D.Greg.

Ezech. c. 1.9.

Propria custodia nusquam derelinquenda.

belle. D. Greg. in hunc locum. *ante faciem suam ambulare, est calestia appetere. In præsenti verò, siuè coram facie ambulare, est sibimet absentem non esse. Omnis enim iustus, qui vitam suam sollicitè aspicit & diligenter considerat, quantum quotidiè in bonis crescat, aut fortasse, quantum à bonis decrescat; iste quia se, antè se ponit, coram se ambulat; quippè qui diligentèr videt, vtrù surgat, an defluat. Quisquis verò vitæ suæ custodiam negligit, & discutere, quæ agit, quæ loquitur, quæ cogitat, aut despicit, aut nescit, coram se ipso non ambulat; quia qualis sit in suis moribus, vel actibus ignorat; nec sibimet ipsi præsens est, qui seipsum quotidiè exquirere, atque cognoscere sollicitus non est.* Absit, vt propriã negligamus custodiã, parui enim faceremus ea nomina, quę nobis Spiritus Sanctus per os Prophetarum concedit.

D. Greg.

Inuitat creaturas omnes ad Dei laudes Dauid. psal. 148. 7. & tandem descendens in terram inquit. *Laudate Dominum de terra Dracones, & omnes abyssi.* haud in malam partem sumuntur hic Dracones; sed nos, imò, & maximos Sanctos repræsentant. Extrahit è terra venenum Draco; & iusti de terra peccatorum eos corrigẽdo extrahunt peccati venenum. Sic Sanctus Bruno relatus a Lorino in præsentem psalmum. *Dracones exprimunt correptionem peccatorum.* Vgo Victorinus maiores Sanctos sub nomine Draconum tegit. Quia Dracones sunt adeò magni, vt in illis possint signari illi, qui magno iustitię merito, reliquos superãt, & inquit. *Vt inter Patriarchas Abraham, Isaias inter Prophetas, Ioannes inter Euangelistas, Petrus inter Apostolos, Stephanus inter Martyres, Nicolaus inter Confessores, Beata Maria inter Virgines.* Alius sub nomine D. Hieronymi refert ad eos, qui primum Dracones erant habebantque venena serpentum; sed vbi abundauit in eis peccatum, abundauit, & gratia; suntque Cassiodorus, qui in bonam partem Dracones interpretantur, Anastasius Sinaita, & alij apud Lorinum. Nec immeritò; etenim, vel in ipsis humanis

Ps. 148. 7.

Draco sãctorũ symbolum.

Sancti, vt luti dracones venenum peccati extrahunt a peccatoribus. S. Bruno. Vgo Victor.

A

B literis Draconem agnoscimus proborum hieroglyphicum; vndè Hieronymus Ruscellius in insignibus Balthassaris Comitis Azaris. Draconem adpingit; qui volat ad Cælum, humi relicto lupo strangulato, qui Draco habet schedulã, cum hac iscriptione. *Vigilantibus nunquam,* & significat hominem, qui demonstrat se, ità vigilaturum in suis negotijs, vt maleuolorum, & inuidorum proteruiam extinguat, & ipse à laude dignis viris in cælum laudibus extollatur, vt notat Brixianus in suis simbolis. Draco itaque, homines, & etiam iustos signare potest. Inquiro, cur hominibus Draconis nomẽ tribuat Scriptura? *Laudate Dominum de terra Dracones, & omnes abyssi.* Nonnè primus expulsus è cælis Draco fuit, cum Michael pugnabat cum Dracone? An forte, vt timeamus? quia si Draco celestis è cęlo eiectus est, quia subijcere se Deo noluit; quantò magis nobis inobedientibus non concedetur ad illa dulcissima pabula ingressus, qui de terra sumus. Nõ dissentio. Sed alio pergo; & ex Christi Doctrina enodabo, cur homines Dracones appellẽtur? Alloquebatur Phariseos Christus, ac illorum arguens nequitiam, dixit. Matt. 12. *Quomodo potestis*

C

D

Hieron. Ruscellius.

Draco vigilãtium, ac prudẽtum symbolum.

Ps. 148. 7.

Homo dicitur Draco, vt timeas expelli è cælestibus.

Matt. 12.

testit bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur: Bonus homo de bono thesauro suo profert bona, & malus homo, de malo
Rabban. *thesauro profert mala* vbi Rabbanus. *Thesaurus cordis intentio est cogitationis.* Habemus thesaurum in corde nostro, & ipsa anima nostra thesaurus Dei est. Sic Diuus
D Aug. Augustinus. *Thesaurus est anima.* Quo supposito sciendũ est, apud veteres, fictos quondam hortos hesperidos, hortos, inquam, in quibus Deorum thesauri multoties asseruabãtur; his, vt diligẽtiã adhiberẽt, custodiã Draconẽ, qui vigilantissimum animal est, preponebant; vndè tuta omnia seruabantur. *Draco custos erat,* in-
Pierius. quit Pierius. lib. 14. *qui hesperidũ*
Dracones antiquitus hortor vbi thesauri asseruabãtur custodiebant. *hortis in insula positis tutelaris effingebatur*; quod si Dracones vigilantissimi sunt, & ad custodiam destinati hortorum, & thesaurorum; & cor nostrum, & anima nostra hortus, vt ait D. Bernardus, & thesaurus Dei est, equidem, dum nos dicimur Dracones omni custodia illam custodire debe-
Ferdinandus Quirinus. mus. Hinc, inquit, Ferdinandus Quirinus in cap. 4. Prouer. *Cum magna debeat esse cura tuendi cor, & animam nostram, quæ thesaurus est, satis liquet Draconis custodiam potiori iure à nobis imitandam; quo tutum cordis nostri thesaurum reddere possimus.* Sed vix memini
Anima nostra thesaurus, draconibus custodienda. Draconum, siuè serpentum; & succurrit mihi sententia Saluatoris nostri Christi, qui fidos comites Apostolis suis, voluit esse serpentes, & columbas; vndè è serpentibus, & Draconibus, euolo ad Columbam. Conspexit, rectisque oculis sponsam animam contemplatus est Deus, & illicò erupit per ora, quod concepit
Cant. cor, dixitque ei. *oculi tui Columba-*

A *rum.* O sponsa, tota pulcha es, sed quid pulchritudinis peculiarius in oculis micat, qui sunt veluti columbarũ. Placuit semper Deo vitæ puritas, & innocentia; quam, quia repræsentat columba, ideò columbarũ oculos sponsæ suç dat; vt sic puritatis, & innocentiæ dicat habitaculum. Sic
Sotomayor in cap. 1. Cant. *Non enim sponsę pulchritudinem ab oculis glaucis, aut bouinis, vt Homerus* Sotomayor
B *& alij prophani poetę, sed potius columbinis celebrauit, & commendauit; ad significandam profectò eximiæ sponsæ suæ simplicitatem, sinceritatem, & munditiam, atque candorem, idest innocentiam simul, & fidem, atq; puritatem.* Pulchram, dixit Deus, sponsam suam, & columbam; quia, illæ animæ pulchritudine sua Christi amorem in se alliciunt, quæ gementes in hac lachrymarum valle, semper Deũ, Puritas Deo, in nobis placet. Columba puritatis symbolum innocetiæ, & charitatis.
C desiderant, nec sciunt consolari in terra, vbi semper luctus datur occasionè. D. Gregor. Magnus; D. Greg.
& D. Augu&st. ad hanc inuitans D. Aug.
pulchritudinem inquit, tract. 6. in Euang. Ioan. *In nobis gemit Spiritus Sanctus, quia gemere nos facit, neque parua res est, quam nos doceat Spiritus Sanctus, gemere; insinuat enim nobis quia peregrinamur; & docet nos in patriam suspirare, & ipso desiderio gemimus.* & idem D Gemendũ nobis est propter vitam æternam.
D August. serm. 16. de verbis Domini in Matt. inquit. *Geme, vt columba, & tunde pectus, geme, non inani gemitu.* nec cessant sacri Doctores, eruere mysteria ex Dei verbis in sponsę pulchritudinis laudem prolatis. Alium eruam, ex columbę proprietatibus, hæc vel sistit, vel volat, si sistit fluenta inquirit limpidissima, vbi velut in speculo contuens, vndique circumspectat, & volitantis acci- D. Aug. Matt.

 pitris

Orig.

Columba astutias accipitris ... circumspecte deludit.

deludit astutias. *Ità* Orig. hom. 3. in leuit. *Ferunt colũbã, cũ ad aquas venerit, quia ibi solet accipitris insidias pati, venientem desuper inimicum, volitantis vmbra inspectã aquis deprehendere, & oculorum perspicacia, fraudem periculi imminentis euadere. Quid, etsi tu poteris prospicere insidias* Diaboli, *& cauere, sacrificium* Deo, *columbas obtuleris.* Vega autem in septem psal. pænit. aliam refert columbæ proprietatem, aitque, quod cum euolat, aut peragrat alibi, oculos ad pectus assiduo fixos tenet. Vndè quidam, ad innuendum hominem, qui relictis quibusuis rebus, soli sibi vacabat Columbam adpinxit cum hac inscriptione. *Nec cor, sinè oculis.* Ac si dicere vellet; auferetur à me cor, si vigilans semper, eiusdem cordis vigilias non custodio. Ex quibus, cur oculos sponsæ suę animæ laudet Deus, dicatque columbarum, non obscurè colligi potest. *Instruebat* in Canticis his *Deus* animam, ac qualis esse deberet, vt pulchritudine sua sponsum Christum alliceret ad amorem docebat. *Dedit*que oculos columbarum: quod si placitura anima *Deo*, oculis columbarum decoranda est; ac huius auis oculi diriguntur ad proprium cor custodiendum; vtiquè concludendum est, cordis nostri custodiæ assiduò inuigilandum, vt placeamus Deo. Prestò est Antiochus in Bibliotheca *VV. PP.* dicens *Esto tui custos, esto columba, dirige oculos tuos in cor tuum, vt sic custoditum, nil mali in illud possit immittere inimicus.*

Vega.

Symbolũ sibi vacãti colũba.

Antioc.

Anima cur columbarum oculi dẽtur.

Ad hanc cordis nostri custodiam, reuocans nos Christus Dominus, ita discipulos suos, nosque in illis affatus est. Luc. 12. *Sint lumbi vestri pręcincti, & lucernę ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quandò reuertatur à nuptijs, vt cum venerit, & pulsauerit confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod pręcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda Vigilia, & si in tertia vigilia venerit: Beati sunt serui illi.* Lumbos primum iubet præcingere Deus. Cur non potius ait, sint lumbi vestri constricti? etenim, si petulantiam carnis diffluere nolebat Dominus, vt multi ex Sacris Doctoribus sentiunt, potius constringendi, quam præcingendi, lumbi erant; quandoquidem, & potest diffluere præcinctum, ni sit constrictum, quid est, *Sint lumbi vestri pracincti?* Quod cingitur circumbatur; circundatum, vndique costoditur, voluit igitur lumbos præcingi Deus, propè quos mouetur cor nostrum, vt sic circumdatum, in assidua esset custodia, nec vnquam incustoditum relinqueretur non abest ab his Cirillus, *Cum igitur Dominus veniens, suos insomnes inuenerit, & pracinctos, cor illuminatum, idest custoditum habentes, tunc eos promulgabit beatos.* Nox, quæ quietis tempus est, & somni, nequaquam somnifera debet nobis esse, quandoquidem, & timores nocturni vallare solent cor, & sæpius occupare. O quam vigilantes, & custodientes cor suum, sunt illi, qui vel in somnis, obsistunt, pugnant, & tandẽ vincunt Diabolũ obscæ-

Luc. 12.

Cirillus.

Pracingere lumbos est propriè custodia incũbere.

obſcæna repræſentantem; aptat figuras, pingit mulieres, allicit ad amorem, vt quos in die, meridianus Dæmon, præoccupare non poteſt, ſaltem occupet nocturnus, qui etſi ad peccatum non impellit, etenim ſoporata voluntas (ſi ità loqui fas eſt) non ruit; tamen, vel illuſionibus delectatur. Aſt quid ſerui Dei? ſpuunt, vel ſopore depreſſi in repræſentatam mulieris faciem, fugiunt, clamant cum Ioſepho, dicentes. *Quomodo poſſum hoc malum facere*. En vti præcingũt, circundant, vallant, & cuſtodiunt cor ſuum. Notat inſuper, D. Bernardinus in ſermone de triplici cuſtodia, manus, linguæ, & cordis In hoc Euangelio, non dici Beatos, niſi illos, quos in tertia vigilia inuenerit vigilantes, nõ enim ait, & ſi in ſecunda vigilia venerit, Beati ſunt ſerui illi. Peto, cur ij, qui in tertia vigilia, vigiles inueniuntur, publicantur Beati? quid eſt tertia Vigilia? dicam, edoctus ab Aritmeticis; numerus Ternarius, iuxtà Pythagoricos, primus numerus eſt; dicebant enim Pythagorici, Binarium, nõ eſſe numerum, ſed potius quandam numeri confuſionem; & Binarium dicebant litem, & audaciam. Itaq; ſecundum ipſos Ternarius erat primus numerus, & Goropius in Vertumno ait, numerum Ternarium eſſe vinculũ amoris. Quis autem ignorat principium amoris eſſe cor in homine? Quod ſi Ternariũ principiũ dicit, & amorem, abſque dubio cor ſignificat. Chriſtus igitur, cũ illos vigiles dicit Beatos, qui in tertia vigilia inſoporatos, & cuſtodiens cordis vigilias inuenit voluit inculcare, non ſufficere, cuſtodiam manus, quia multo-

Gen. 39. 9.

D. Bernardin.

Numerus ternarius eſt primus numerus

Binarius lis eſt, & audacia. Goropius. Ternarius vinculum amoris.

A ties opera ſolent eſſe bona materialiter, & mala ex intentione; non ſatis eſſe cuſtodire linguam, quia, & hanc eamdem poteſt incurrere iacturam. Sed quod in tertia Vigilia, neceſſe eſt immorari, vt cuſtodiatur cor. Adſit D. Bernardus. *Chriſtus Dominus in Euangelio de vigilantibus ſeruis, & aduentum Domini præſtolantibus loquens, ſi, inquit, in tertia vigilia venerit, & ità inuenerit, beati ſunt* B *ſerui illi, quod nequaquam de prima aut ſecũda vigilia dictum reperies. Eſt autem Vigilia hęc ſuper cor, cui ſanè omnem iam cuſtodiam exhibere ſapiens monet; nimirum, quia ex ipſo vita procedit. Ego tamen etiam hanc conſtare arbitror in duobus, vt videlicet ſuper affectionum pariter, & cogitationum ſuarum greges, mens ſollicita vigilanter intendat.* Sollicita vigilans debet eſſe mẽs, ne cogitatio mentem inficiat, nè C affectio corrumpat. Sit oculatus Argus, qui ad Dei viſionem venire concupiſcit. Si enim ſe non cuſtodierit ab omni mundi, carnis, & Diaboli incurſu, peccabit inceſſanter, vti Hebræi, qui rapido volatu ad peccati fætorem ferebantur; ità Rupertus Abbas, dicens. *Cur hoc? quarè fornicati, nũ ceſſauerunt? quoniam Dominum dereliquerũt in nõ cuſtodiendo, id eſt in eo, quod non ſe cuſtodierunt.* D

Cor cuſtodiendum, quid tertia vigilia ſignificet.

D. Bernar.

Rupertus.

ANVLVS XXXXVI.

Quilibet ſe non coſtodiens, & peccans, peccato vti proprio Domino, à Deo traditur.

Comedent, & non ſaturabuntur.

FVit Magiſtri docentis cathedra Crux. Ibi Magiſter noſter Chri-

Christus, Christiano necessaria A ad vitam, sermone dixit, & opere. Aliud obseruo opus; inclinationem, scilicet, capitis priusquā moreretur, pectus versus, & cor suum. Nā inquit Ioannes 19.30. *Inclinato capite tradidit spiritum.* Scrutor, cur caput inclinet, cur illud caput, ꝙ Dei symbolū erat, Deū in cælis sedētē, non attēdebat? tū maximè, quia vt dictū est, nos in Cathreda Crucis caput illud instruebat, nosq; sursum esse B mente debemus, non in terra; quidquid enim in terra stat citius putrescet. Quamobrem exponens illa verba, quę Sacerdos recitat in Missa. D. Aug. sup. *Sursū corda*, inquit, in Ps. 31. *Iam post remissionem peccatorum, leua oculos tuos ad Deum: putruerat enim cor tuum in terra, non gratis audis, sursum corda.* Est terra corruptionis fons: in Cęlo thesaurus cordis nostri à tinea non timebit. Cur C igitur ad Cælum non vertit caput Christus, sed. *Inclinato capite tradidit spiritum?* vt Dei assequar instructiones, noto doctrinam Salomonis, qui Spiritus Sancti dictamine, sic nos alloquutus est Pro. 4. *Omni custodia serua cor tuū.* Tigurina sic legit. *Omni custodia muni pectus tuum.* diligentèr inuigilandum est circà pectus, & cor, idque custodiendum, ne machinamenta inimici, subuertāt. Docuit hoc Salomon; confirmare voluit opere Christus, vndè inclinauit caput versus pectus suū, & cor mox reuelandum, vt nos doceret cor debere custudiri. Quibus edoctus Rodulphus in cap. 2. Prou. inquit. *Præ omni custodia serua cor tuum idest longè accuratius serua cor tuum, quam asseruantur ea, quæ tutissimè, & occultissimè repont solent idest hęc cordis custodia aliorum custodiam longo interuallo superet.* Hæc Magister docet Christus nos eius discipulos, illeque in schola permāserit, qui Christi disciplinam non abiecerit, quod si contempserit, iustè à Christo eijcietur, eiectusque à Christo erit in peccatis. Custodiā suimet docet Christus, hæc nostra disciplina est. Quicunq; igitur, hanc sui custodiam, hancque disciplinam proiecerit, proijcietur iure à Christo, ruetq; in peccata. Confirmat Ecclesiasticus c. 20. dicens. *Est processio in malis viro indisciplinato.* Vbi sic Vgo Cardinalis. *Est processio in malis idest de peccato in peccatum, & de pæna in pænam, viro indisciplinato; idest abijcienti disciplinam.* Quæ custodiam suipsius mandat, ruit in peccata semper, cor nostrum incustoditum; cumque in se Deum, eiusque sapientiam nō custodit, tunc Diabolo traditur. Crassabatur in omnes libera voluntate, scilicet nondum ira frænata, vt post Christi mortem fuit, Diabolus, serpens antiquus, quem aspiciens Angelus Domini durissima catena ligauit, misitque in abyssum. Ità Apoc. cap. 20. *Vidi Angelum descendentem de Cælo habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprabendit Draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Satanas, & li-* D *gauit eum per annos mille, & misit super illum.* Peto, quid abyssus hæc significet; & cur in abyssum Diabolus mittatur? D. Gregorius lib. 18. mor. cap. 25. inquit. Abyssum hanc cordis humani esse typum. *Quid hoc loco, abyssum, nisi corda hominum vocat?* mirum quidem, illud cor, quod Deus à nobis expetit, nunc datur Diabolo. Inquiram causam, tum ex adinuentis

Margin notes: Io. 19. 30. — Cor sursū erigendum ne putrescat in terra. — D. Aug. — Pro. 4. — Cor custodiendum. — Rodulph. — Vgo Card. — Cor incustoditum ruet in peccata. — Apoc. 20. — D. Greg. — Cor humanum abyssus.

uentis humanis, tùm doctrinis Diuinis. Abyſſum quidam adpinxit, cum hac inſcriptione. *Quis cuſtodiuit;* Et ſignificabat cor humanum ab homine minime cuſtodia munitum. Quod ſi Diabolo datur cor ſub nomine abyſſi; & Abyſſus, cor non cuſtoditum ſignat; eruitur ex hoc, ideò Diabolo dari cor humanum, quia ſui cuſtodiam negligit. Huius cuſtodiæ carentiam indixit Iob, cùm quærens ſapientiam audiuit Abyſſum dicentem, non eſt mecum. *Abyſſum dicit non eſt in me.* Abierat Sapientia, quia portas reſerauit cuſtos, neglexitque cuſtodiam; quapropter cordis humani abyſſus Diabolo datur. Hinc Diuus Gregorius loco citato ait. *De hac abyſſo, ſcilicet, cordis humani per Ioannem dicitur. Vidi Angelum deſcendentem de Cælo habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua, & apprahendit Draconem ſerpentem antiquum, qui eſt Diabolus, & Satanas, & ligauit eos per annos mille, & miſit in abyſſum, & clauſit. Antiquus Serpens, ligatus Catena, in abyſſum mittitur, quia relegatus à bonorum cordibus, apud reproborum mentes recluſus, eis atrocius dominatur. Hæc itaque abyſſus, in qua nunc Diabolus ſeruatur occultus, non eſſe in ſe ſapientiam dicit.* Quia ſe non cuſtodiuit in Dei Sapientia, ideò Diabolo traditum eſt cor humanum. Nec negandum erat ei; quandoquidem, quiſquis peccato ſubiectus eſt, Diaboli peculium eſt, illique iure dandum. Diſpungit Rupertus Abbas, cur populus Iſraeliticus, quem ſibi Deus elegerat abijcitur, ac in reprobum ſenſum traditur, vt patet in hac Hoſeæ Prophetia? Et ait. Totam rei cauſam eſſe,

Iob. c. 28. 14.

D. Greg.

Cur non cuſtoditũ traditur Diabolo.

Rupertus.

F. Franc. de Franch. in Hoſ.

A quia ſe ſe non cuſtodiens, tradidit animam ſuam peccato; quia autem; qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, & ſeruus iurè Domini ſui eſt, ideò peccato traditus eſt, & relictus, vt in reprobum ſenſum rueret, eſſetque Diaboli. Adeſt Rupertus in Hoſeam. *Poterant enim ſe cuſtodire, liberum habendo arbitrium, ſimulque Dei quærendo auxilium. Hoc non fecerunt, ſed legitimum derelin-*

B *quendo* Dominum, *ſpontè tyranno mortis peccato ſe ſubdiderunt. Eſt autem ius, vt ſuis quique ſerui tradantur* Dominis; *ergò, & peccato debuerunt tradi, tamquam Domino ſuo, quia qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Itaque quemadmodum ſæpe dictus Apoſtolus de gentilibus dicit. Propterea tradidit illos Deus in deſideria cordis eorũ, in immunditijs, vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis, quia commu-*

C *tauerunt veritatem Dei in mendacium, & Creatura potius, quam Creatori ſeruierunt; ità, & de iſtis dicendum. Ideo Domino ſuo ſpiritui fornicationis traditi ſunt, vt fornicarentur, & non ceſſarent, quia Dominum dereliquerunt, ſcilicet in non cuſtodiendo.* Quia ſe ſe non cuſtodierunt, peccato, & per conſequens Diabolo, traditi ſunt. Difficilis eſt cordis noſtri cuſtodia, attamen neceſſaria, ſi

D caſtrum relinquitur promptus eſt inimicus; ingredietur, nec vi la vis humana expellet,

Peccatum & Diabolus domini eſt peccatoris cui iurè tradi tur.



ANVLVS XXXXVII.

Inferni pęna nusquam deficiet; eritque immortalis, & ęterna.

Comedent, &c.

Figuerius

Fami traduntur ferui Dei puniti ipsi non seruientes.

FIguerius Sacerdotibus aptās hunc textum, inquit, idcircò fame puniendos, quia in diuinis obsequijs, nō quæ Iesu Christi sunt, quærunt, sed quę sua. Ait quapropter. *Quoniam ex Sacerdotio nullum aliud emolumentum quęrunt, nisi, vt comedant, & bibant, idcircò hac eos pęna vlciscar, quod eos fame afficiam insatiabili*. Ast Cornelius ex Teodoreto, expendens damnatos cibandos, sed cibo ignis, qui nutrimento humano, minimè aptus est, nec explere potest; inquit in hac insatiabili fame, in hoc esu, præter pęnas inferni designari, nihil; ait igitur. **Comedent pęnas, & supplicia, at nunquam ijs saturabuntur, quia vnum alteri continnò succedet.** *V*idebit Diabolus, non repleta viscera, & assiduo igne pęnis, & supplicijs animas damnatorum cibabit. Æternus est in pęnis ignis, tandiuque durabit, quandiù viuet Deus, qui est æternus, & immortalis; De puniendis in Inferno Propheta Dauid psalm. 20. ait. *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis*, *Dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt*. &c. videtur superflua addere: si quis enim inuenitur à Dei dextera, certum est etiam, Dexteram Dei eum inuenire; non enim stat, quod sinè dextera Dei sit, qui à dextera inuenitur Dei. Quid igitur; quod multiplicat minimè multiplicanda? respondet Vgo Cardinalis. *Nota, quod primo dicitur passiuè. Inueniatur,*

Cornelius a Lapide.

Pæna inferni damnatorum cibus.

Psal. 20.

Vgo Card

A *& secundò actiuè. Inueniat. ad notandum, quod ex parte malorum erit passio, & ex parte Dei erit actio*. Sed peto iterum; ad quid actio Dei notatur, dùm pæna exprimitur peccatoris? dictum alibi fuit, Deum, ità à pęna abhorrere, vt nec videri velit, quando punit; ideò fortè Loth vxorem in statuam vertit salis, vt sensu orbata castigantem non videret; ideò veluti alium Deum
B Moysen præfecit Pharaoni; quia viget consuetudo, vt ibi Prorex, vbi Rex non sit. Puniturus erat Pharaonem, quapropter, & Vice Deum constituit Moysem, cnm dixit. *Constitui te Deum Pharaonis*. Vt hinc coniectaremus; quasi Deum nolle esse, siue nolle considerari, vbi pæna sęuit in iniquos. Quid ergò est, quod inquid Dauid. *Inueniat*. Scilicet dextera tua, *omnes, qui te oderunt?*
C *Et Vgo ait*. *Ex parte Dei erit actio*. Explicabo, moralitati vacans, totum ex Teologis. Contemplantur ipsi Dei actiones, & aiunt. Actiones Dei non esse, nisi ipsumet Deum, nec distingui à Deo; vndè D. Bonauentura in secundo sententiarum distinct. 1. quæst. secunda, agens de creatione, inquit. *Est loqui de Creatione actione, & de creatione passione; si de creatione actione lo-*
D *quamur; sic dico, quod non est medium, scilicet inter creaturam, & Creatorem, secundum rem, sed solum secundum rationem intelligendi, pro eo, quod Deus, cum sit summè simplex, est sua actio* cum ergò notatur actio Dei in puniēdo peccatores, notatur ipse Deus in puniendo. Quis autem dicet Deum non esse æternum? ꝙ si actio Dei notatur, cū puniūtur peccatores in inferno. *dextera tua*

Deus quā tum à pęnis infligendis abhorreat.

Actio Dei ipse deus est.

D. Bonau.

Creatio actio non habet medium inter creaturam, & Creatorē.

tua inueniat omnes, qui te oderunt; A & Dei actio sit ipsemet Deus æternus pœna peccatorum tandiù durabit, quandiù ipse Deus ęternus,& immortalis.qua de re, inquit, Dionisius Cartusianus. *Peccatores, qui nunc in peccatis ducunt dies suos, tandiù punientur, quandiù Deus erit, qui est æternus, & interminabilis*. Verum dicet quis; ex hoc conceptu licet inferre pęnas Purgatorij adhuc futuras æternas; quia, & ibi actio Dei punientis consideratur. Quæ actio est B ipsemet Deus. Respondeo, Dauidem non notare tantum pœnam damnatorum, vt est actio Dei, sed etiam, vt est passio in ipsis. Equidē considerata Dei actione, nusquam aliquid deficeret. Sed quia omnia, quę creata sunt, ex eo quod sunt dependentia, intrinsecè, dicunt defectibilitatem. Ex actione passione; ideò Deus omnia in suo ordine relin- C quēs, vult, & illa actio passio, desinat esse, iuxtà subiecti dispositionem; & sic, quia actio passio, in animabus Purgatorij, intrinsecè defectibilis est, deficiēte dispositionesubiecti, cui pœnæ applicatur, deficiet pœna. At actio passio damnatorum, & dispositione subiecti æterna est quia in illis est culpa sēper durans. Et ideo, quia subiectum semper est capax pœnarum, & semper culpa vacat, pę- D nam semper patietur. Et tamdiù durabunt pœnæ, quandiù durabit Deus, penę inflictor. Nec pro animabus, quę non punientur in æternum, valebit, inferre, ergò Deus cessabit agere; & sic de agente fiet nō agēs, & mutabitur; quia tātum mutatur actio passio, & creatura; & illa actualis relatio. Ast Deus, qui est sua actio, sēper idem est. Sed de his hactenus.

Dionisius Cartus.

Nō enim Theologicis incumbo quæstionibus, sed studeo moralibus, pijsque considerationibus, & nunc æternitati pęnarum, quæ quamlibet vel ferream animam valet emollire. Ad hanc pœnarū æternitatem insinuādam, clamabat Propheta Isaias cap. 5. dicens *Dilatauit Infernus animam suā, & aperuit os suum, absquè vllo termino*. Haud ad terminum tendent inferni pœnę, sed sicut interminabilis Deus est, ità interminabiles pœnæ illæ sunt. Hinc Glosa. *Quidquid de populo Iudeorum diximus ad eos, qui delicijs seculi occupātur referamus, qui non respicientes opera Dei, in peccatum ducuntur captiui, nec habent scientiam Dei; & pereuntes fame, & siti operum, & virtutum, detrahuntur in gehennam perpetuo cruciandi*. Inferni pœnas contemplans Iob, tartareumque domicilium; lugens sic Deum exorabat. *Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine*. Terram tenebrarum dicit infernum; nunquid nō ibi collucebit ignis, licet ad maiorem dānatorum penā, vt alibi diximus, & firmat D. Greg. equidem. Cur, ergo tenebrosa terra vocatur infernus? Vado in huius intellectū, ad Deum creantem. Creauit sūmus opifex mundū, & primo die lucē fecit, statimq; lucē diuisit à tenebris, & ità diuisę sūt, vt nusquā cōiūgi possint. O fruētur Deo Beati; & q̄d Deus? nisi lux, & sūma lux, cōfortans animā. Lucē se dixi Christus. *Ego sum lux mundi*. & Dauid suspirās ad Regna Beatitudinis, & ad Deū, aiebat. *Et in lumine tuo videbimus lumē*, quod si Deus lumen est, & infernus tenebrę, & decreto Dei in ęternū diui-

Isai. c. 5.

Glosa.

Iob c. 10. 20.

Ioan. 8. 12

Infernus cur dicatur terra tenebrosa. fesunt tenebræ à lumine. Equidē concludēdum est animas agglutinatas tenebrosis pænis inferni, in æternum ibi puniendas. Firmat D.Greg.lib.9.moral.dicens. *D.Greg.* *Quid terrę tenebrosę nomine, nisi terrę tartari claustra signātur? quia damnatos quosque à vitę luce disiunget. Nec immeritò Infernus terra dicitur, quia quicunque ab eo capti fuerint, stabiliter tenētur. Rectè igitur inferni claustra tenebrosa nominantur, quia, quos puniendos accipiunt, nequaquam, pęna transitoria vel phantastica imaginatione cruciāt, sed vltione solida perpetuę damnationis seruant.* O si hęc assiduò mente volueremus; si ità perpetuo, vt perpetua sunt perpendęremus tormenta, nedum à peccatis abstineremus, sed quamlibet pænam libentissimè hic reuereremur vt ab illis nos Dei manus erueret. Collationi cuidam spirituali incumbebam cum alio, ex fratribus Capuccinis; & quia totus vitæ spiritualis eardo in abnegatione fuimet vertitur, & sufferentia abnegationis adiutrix est. Dixi, Pater, quid si carceri mancipaueris, ob delictum ignominiosum carnis non commissū. Probatum tamen, duobus omni exceptione testibus maioribus, ità vt non esset ex fratribus, qui delictum non fuisse commissum ambigeret? *Dictum de pænis huius vitæ.* heù quibus angereris doloribus, reluctaret ne anima tua, an tuimet oblitus totum Dei voluntati ascribens, gauderes? respondit. Desino, quæ perfectiora sunt. Adeo pęnarum inferni cōsideratio me terret, adeò æternitas illa incutit animæ meæ timorem, & pauorem; vt hæc pro nihili ducerem, gauderem in his pænis, per quas horrendam illā, inferni æternitatem sperarem effugere. En, quantum Dei seruos terret infernus. Vtinam, & omnes concutiat ad pęnitentiam, nè illi occurrant quod ait Propheta. *Comedent, & non saturabūtur.* idest, inquit, Cornelius à Lapide. *Comedent pęnas, & supplicia, & nunquam ijs saturabuntur, quia vnum alteri, continuò succedet.*

SECTIO X

Obseruatio mandatorum Dei astruitur, & commendatur.

Comedent, &c.

Vertit terga Deo, qui vitijs se commendat, fitque illicò vitiorum alumnus, qui legibus non regitur. Ad hoc quandoquidem lex posita est, vt vitia profliget; vndè dixit Tullius. lib. 1. de legibus. *Tullius. Lex vitiorum emendatrix.* *Vitiorum emendatricem legem esse oportet, commendatricemque virtutum: ab ea enim viuendi Doctrina dicitur.* Et Philosophus lib. 5. Ethicorum, vbi legis transgressionem obseruat, ibi iniustitiam omnem intuetur. *Arist.* *Hoc ipsum,* inquit, *violare leges, ac iniquum esse, iniustitiam omnem cōplectitur, susumque est per omnem iniustitiam. Quoniam autem, omnis est, qui contra legem facit; iniustus, & omnis iustus, qui paret legibus, perspicuum est, ea omnia, quæ legitima sunt in iustis esse quodamodo numeranda.* Ducit per vias rectas lex, & pręcipuè Diuina; hanc, qui derelinquit, aberrat à Domino; quapropter, & Israelitæ, qui à lege Dei longè facti sunt. Dominū de-

dereliquerunt; dicente noſtri Hoſeę Propheta. *Comedent, & nō ſaturabūtur, fornicati sūt, & nō ceſſauerūt; quoniā Dominū dereliquerūt in nō cuſtudiendo, ſcilicet, legem Dei.* Inquit Lyranus. Abſit hęc impietas à nobis. Qui libēter iugo ſuauiſſimo legis Diuinæ colla ſubiecimus, exulet pertinacia iſthæc à filijs gratiæ, qui in Sacra baptiſmatis vnda abrenuntiauerūt Satanæ, mundo, & operibus eius. Seruanda eſt à nobis lex, qui ſanguine Chriſti redempti ſumus, ne duplici pęna efficiamur digni. lex enim idcircò datur, vt ſeruetur; & inanes eſſent leges, vbi obſeruatio negligeretur. Agnouit ipſemet Terentius in Phorm. dicens. *Mihi non videtur, quod ſit factum, legibus reſcindi poſſe.* Et ſi vel à Principe, qui legibus ſubditus non eſt, auſpicari volumus obſeruantiam, quam tamen vel ab ipſo extorquere debemus, vt obſtinatius concendit Anonymus quidam in amphoris Politicis, dicens. *Leges ab ipſo Principe obſeruandę ſunt, vt earum obedientiā doceat ipſe ſuo exēplo ſubditos.* En, Princeps noſter Chriſtus, qui non venit legem ſoluere, ſed adimplere, & cæpit facere, & docere. Quapropter vlla remota excuſatione à nobis ſubditis mandata Dei obſeruanda ſunt. Perſonam agens electorum Iſaias Propheta cap. 6. ſuæ Prophetiæ, ſic Deum affatus eſt. *Anima mea deſiderauit te in nocte, ſed ſpiritu meo in pręcordijs meis de mane vigilabo ad te.* Inſolens hęc videtur oratio, & ficti amoris fructus. Etenim deſiderauit in nocte Deum; ad illum autem quærendum non ſurrexit, ſed manè expectauit, in quo ad Deum vigilauit. D. Gregorius Nazianzenus oratione, quam habuit ad ciues ſuos Nazianzenos cum reuerteretur ex agro, in quo aliquantulum fuerat commoratus, ſic eos alloquutus eſt. *Ego cum apud vos agerem, minimè ſētiebam affectum; cum verò ſeparatus eſſem, deſideriū cognoui, tyrannum illud dulcem; ſicut auicula fętum ſuum deſiderat, quem nuper reliquerat, tandem cum ſtridore, ad nidum aduolat, ac in ſtridentes incidit pullos, aliſque cōfouet.* Tyrannus eſt deſiderium, extorquet, quod vult, ac ad deſideratū cogit. Teſtis adeſt ſponſa Dei, quę adoleſcentulas ſodales alloquens, ſeque excuſans, ait. *In lectulo meo per noctes quæſiui, quem diligit anima mea: quęſiui illum, & non inueni. Surgam, & circuibo Ciuitatē per vicos, & plateas, quæram quem diligit anima mea.* Diſceſſerat ab illa ſponſus, rogauerat, vt ſe penniter accelerarct regreſſum; aſt moræ impatiens, reliquit lectulum, etſi floridum; & iuit vt quem diligeret, inueniret. *Sponſa alioquin caſtiſſima*, inquit Sotomayor in hunc locum, *Inuulgare quodamodo, & manifeſtare, non veretur, quid ipſa ex abundantia amoris fecerit, & paſſa ſit aliquando, abſente, moramque trahente ſponſo; nē quis forte exiſtimare poßet eam, dū abeſt ſponſus otioſam, aut oblitam fuiſſe, ſed potius, maximè anxiam atque ſollicitam, etiam per noctem, ideſt tempore ſomni, atque quietis, nō dormiebat, aut requieſcebat, ſed potius peruigilabat, nihilque aliud, quā ſponſam ſuam ſomniabat. Vndè cogitauit apud ſe, ſurgere, & ipsū Dilectum, quem per noctem in lectulo inuenire non poterat, ciuitatem circumeundo per vicos, & plateas diligentiſſimè quærere: donec tandem inueniret, & fortiter teneret.* Et ſequitur Sotomayor. Senſus igitur

Oſeæ. c. 4. 10.

Lira. ib.

Terentius Phorm.

Principes legem ſeruent.

Iſa. c. 6.

D. Greg.

Deſiderium Tyrannus

Cant. 3. 1.

Anima ab ſentia Dei ...

Sotomayor

Propria custodia nusquam derelinquenda.

D.Greg.

belle. D.Greg. in hunc locum. *ante faciem suam ambulare, est calestia appetere. In presenti verò, siuè coram facie ambulare, est sibimet absentem non esse. Omnis enim iustus, qui vitam suam sollicitè aspicit & diligenter considerat, quantum quotidiè in bonis crescat, aut fortasse, quantum à bonis decrescat; iste quia se, antè se ponit, coram se ambulat; quippè qui diligentèr videt, vtrū surgat, an defluat. Quisquis verò vitę suę custodiam negligit, & discutere, quę agit, quę loquitur, quę cogitat, aut despicit, aut nescit, coram se ipsa non ambulat; quia qualis sit in suis moribus, vel actibus ignorat; nec sibimet ipsi pręsens est, qui seipsum quotidiè exquirere, atque cognoscere sollicitus non est.* Absit, vt propriā negligamus custodiā, parui enim faceremus ea nomina, quę nobis Spiritus Sanctus per os Prophętarum concedit.

Ps.148.7.

Inuitat creaturas omnes ad Dei laudes Dauid. psal. 148.7. & tandem descendens in terram inquit, *Laudate Dominum de terra Dracones, & omnes abyssi*. haud in malam partem sumuntur hic Dracones; sed nos, imò, & maximos Sanctos repræsentant. Extrahit è terra venenum Draco; & iusti de terra peccatorum eos corrigēdo extrahunt peccati venenum. Sic Sanctus Bruno relatus a Lorino in præsentem psalmum. *Dracones exprimunt correptionem peccatorum*. Vgo Victorinus maiores Sanctos sub nomine Draconum tegit. Quia Dracones sunt adeò magni, vt in illis possint signari illi, qui magno iustitię merito, reliquos superāt, & inquit. *Vt inter Patriarchas Abraham, Isaias inter Prophetas, Ioannes inter Euangelistas, Petrus inter Apostolos, Stephanus inter Martyres, Nicolaus inter Confessores, Beata Maria inter Virgines.* Alius sub nomine D. Hieronymi refert ad eos, qui primum Dracones erant habebantque venena serpentum; sed vbi abundauit in eis peccatum, abundauit, & gratia; suntque Cassiodorus, qui in bonam partem Dracones interpretantur, Anastasius Sinaita, & alij apud Lorinum. Nec immeritò; etenim, vel in ipsis humanis literis Draconem agnoscimus proborum hieroglyphicum; vndè Hieronymus Ruscellius in insignibus Balthassaris Comitis Azaris. Draconem adpingit; qui volat ad Cælum, humi relicto lupo strangulato, qui Draco habet schedulā, cum hac iscriptione. *Vigilantibus nunquam*, & significat hominem, qui demonstrat se, ità vigilaturum in suis negotijs, vt maleuolorum, & inuidorum proteruiam extinguat, & ipse à laude dignis viris in cælum laudibus extollatur, vt notat Brixianus in suis simbolis. Draco itaque, homines, & etiam iustos signare potest. Inquiro, cur hominibus Draconis nomē tribuat Scriptura? *Laudate Dominum de terra Dracones, & omnes abyssi.* Nonnè primus expulsus è cælis Draco fuit, cum Michael pugnabat cum Dracone? An forte, vt timeamus? quia si Draco celestis è cęlo eiectus est, quia subijcere se Deo noluit; quantò magis nobis inobedientibus non concedetur ad illa dulcissima pabula ingressus, qui de terra sumus. Nō dissentio. Sed alio pergo; & ex Christi Doctrina enodabo, cur homines Dracones appellētur? Alloquebatur Phariseos Christus, ac illorum arguens nequitiam, dixit. Matt. 12. *Quomodo potestis*

Draco sāctorū symbolum.

Sancti, vt luti dracones venenum peccati extrahunt a peccatoribus. S.Bruno. Vgo Victor.

Hieron. Ruscellius

Draco vigilātium, ac prudētum symbolum.

Ps. 148.7.

Homo dicitur Draco, vt timeat expelli è cęlestibus.

Matt. 12.

teſtis bona loqui, cum ſitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur; Bonus homo de bono theſauro ſuo profert bona, & malus homo, de malo theſauro profert mala vbi Rabbanus. *Theſaurus cordis intentio eſt cogitationis.* Habemus theſaurum in corde noſtro, & ipſa anima noſtra theſaurus Dei eſt. Sic Diuus Auguſtinus. *Theſaurus eſt anima.* Quo ſuppoſito ſciendū eſt, apud veteres, fictos quondam hortos heſperidos, hortos, inquam, in quibus Deorum theſauri multoties aſſeruabātur; his, vt diligētē adhiberēt cuſtodiā Draconē, qui vigilantiſſimum animal eſt, præponebant; vndè tuta omnia ſeruabantur. *Draco euripus erat,* inquit Pierius. lib. 14. *qui heſperidū hortis in inſula poſitis tutelaris effingebatur*; quod ſi Dracones vigilantiſſimi ſunt, & ad cuſtodiam deſtinati hortorum, & theſaurorum; & cor noſtrum, & anima noſtra hortus, vt ait D. Bernardus, & theſaurus Dei eſt, equidem, dum nos dicimur Dracones omni cuſtodia illam cuſtodire debemus. Hinc, inquit, Ferdinandus Quirinus in cap. 4. Prouer. *Cum magna debeat eſſe cura tuendi cor, & animam noſtram, quæ theſaurus eſt, ſatis liquet Draconis cuſtodiam potiori iure à nobis imitandam; quo tutum cordis noſtri theſaurum reddere poſſimus.* Sed vix memini Draconum, ſiuè ſerpentum; & ſuccurrit mihi ſententia Saluatoris noſtri Chriſti, qui fidos comites Apoſtolis ſuis, voluit eſſe ſerpentes, & columbas; vndè è ſerpentibus, & Draconibus, euolo ad Columbam. Conſpexit, rectiſque oculis ſponſam animam contemplatus eſt Deus, & illicò erupit per ora, quod concepit cor, dixitque ei. *oculi tui Columbarum.* O ſponſa, tota pulchra es, ſed quid pulchritudinis peculiarius in oculis micat, qui ſunt veluti columbarū. Placuit ſemper Deo vitæ puritas, & innocentia; quam, quia repræſentat columba, ideò columbarū oculos ſponſæ ſuę dat; vt ſic puritatis, & innocentiæ dicat habitaculum. Sic Sotomayor. in cap. 1. Cant. *Non enim ſponſę pulchritudinem ab oculis glaucis, aut bouinis, vt Homerus & alij prophani poetę, ſed potius columbinis celebrauit, & commendauit; ad ſignificandam profectò eximiā ſponſa ſua ſimplicitatem, ſinceritatem, & munditiam, atque candorem, ideſt innocentiam ſimul, & fidem, atq; charitatem.* Pulchram, dixit Deus, ſponſam ſuam, & columbam; quia, illæ animæ pulchritudine ſua Chriſti amorem in ſe alliciunt, quæ gementes in hac lachrymarum valle, ſemper Deū, deſiderant, nec ſciunt conſolari in terra, vbi ſemper luctus datur occaſionē à D. Gregor. Magnus; & D. Auguſt. ad hanc inuitans pulchritudinem inquit, tract. 6. in Euang. Ioan. *In nobis gemit Spiritus Sanctus, quia gemere nos facit, neque parua res eſt, quam nos doceat Spiritus Sanctus, gemere; inſinuat enim nobis quia peregrinamur; & docet nos in patriam ſuſpirare, & ipſo deſiderio gemimus.* & idem D. Auguſt. ſerm. 16. de verbis Domini in Matt. inquit. *Geme, vt columba, & tunde pectus, geme, non inani gemitu.* nec ceſſant ſacri Doctores, eruere myſteria ex Dei verbis in ſponſę pulchritudinis laudem prolatis. Alium eruam ex columbę proprietatibus, hæc vel ſiſtit, vel volat, ſi ſiſtit fluenta inquirit limpidiſſima, vbi velut in ſpeculo contuens, vndique circumſpectat, & volitantis accipitris

Rabban. *D. Aug.* *Pierius. Dracones antiquitus hortor vbi theſauri aſſeruabātur cuſtodiebaut.* *Ferdinandus Quirinus.* *Anima noſtra theſaurus, draconibus cuſtodienda.* *Cant.* *Sotomayor* *Puritas Deo in nobis placet.* *Columba puritatis ſimbolum innocētiæ & charitatis.* *D. Greg. D. Aug.* *Gemendū nobis eſt propter vitam æternam.* *D. Aug. Matt.*

Orig. Columba astutias accipitris ... declinat ... deludit.

deludit astutias. Ità Orig. hom. 3. in leuit. *Ferunt colūbā, cū ad aquas venerit, quia ibi solet accipitris insidias pati, venientem desuper inimicum, volitantis vmbra inspecta aquis deprehendere, & oculorum perspicacia, fraudem periculi imminentis euadere. Quid, etsi tu poteris prospicere insidias* Diaboli, & *cauere, sacrificium Deo, columbas obtuleris.* Vega autem in septem psal. pænit. aliam refert columbæ proprietatem, aitque, quod cum euolat, aut peragrat alibi, oculos ad pectus assiduo fixos tenet. Vndè quidam, ad innuendum hominem, qui relictis quibusuis rebus, soli sibi vacabat Columbam adpinxit cum hac inscriptione. *Nec cor, sinè oculis.* Ac si dicere vellet; auferetur à me cor, si vigilans semper, eiusdem cordis vigilias non custodio. Ex quibus, cur oculos sponsę suę animæ laudet Deus], dicatque columbarum, non obscurè colligi potest. Instruebat in Canticis his Deus animam, ac qualis esse deberet, vt pulchritudine sua sponsum Christum alliceret ad amorem docebat. Deditque oculos columbarum: quod si placitura anima Deo, oculis columbarum decoranda est; ac huius auis oculi diriguntur ad proprium cor custodiendum; vtiquè concludendum est, cordis nostri custodiæ assiduò inuigilandum, vt placeamus Deo. Præsto est Antiochus in Bibliotheca VV. PP. dicens *Esto tui custos, esto columba, dirige oculos tuos in cor tuum, vt sic custoditum, nil mali in illud possit immittere inimicus.*

Vega.

Symbolū sibi vacāti colūba.

Antioc.

Animæ cur columbarum oculi dētur.

Ad hanc cordis nostri custodiam, reuocans nos Christus Dominus, ita discipulos suos, nosque in illis affatus est. Luc. 12. *Sint lumbi vestri pręcincti, & lucernę ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quandò reuertatur à nuptijs, vt cum venerit, & pulsauerit confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod pręcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda Vigilia, & si in tertia vigilia venerit: Beati sunt serui illi.* Lumbos primum iubet pręcingere Deus. Cur non potius ait, sint lumbi vestri constricti? etenim, si petulantiam carnis diffluere nolebat Dominus, vt multi ex Sacris Doctoribus sentiunt, potius constringendi, quam præcingendi, lumbi erant; quandoquidem, & potest diffluere præcinctum, ni sit constrictum, quid est, *Sint lumbi vestri pracincti?* Quod cingitur circumbatur; circundatum, vndique costoditur, voluit igitur lumbos præcingi Deus, propè quos mouetur cor nostrum, vt sic circumdatum, in assidua esset custodia, nec vnquam incustoditum relinqueretur non abest ab his Cirillus, *Cum igitur Dominus veniens, suos insomnes inuenerit, & pracinctos, cor illuminatum, id est custoditum habentes, tunc eos promulgabit beatos.* Nox, quæ quietis tempus est, & somni, nequaquam somnifera debet nobis esse, quandoquidem, & timores nocturni vallare solent cor, & sæpius occupare. O quam vigilantes, & custodientes cor suum, sunt illi, qui vel in somnis, obsistunt, pugnant, & tandē vincunt Diabolū obscæ-

Luc. 12.

Cirillus.

Præcingere lumbos est propriè custodia incūbere.

A obſcæna repræſentantem; aptat figuras, pingit mulieres, allicit ad amorem, vt quos in die, meridianus Dæmon, præoccupare non poteſt, ſaltem occupet nocturnus, qui etſi ad peccatum non impellit, etenim ſoporata voluntas (ſi ità loqui fas eſt) non ruit; tamen, vel illuſionibus delectatur. Aſt quid ſerui Dei? ſpuunt, vel ſopore depreſſi in repræſentatam mulieris faciem, fugiunt, clamant cum Ioſepho, dicentes. *Quomodo poſſum hoc malum facere*. En vti præcingũt, circundant, vallant, & cuſtodiunt cor ſuum. Notat inſuper, D. Bernardinus in ſermone de triplici cuſtodia, manus, linguæ, & cordis In hoc Euangelio, non dici Beatos; niſi illos, quos in tertia vigilia inuenerit vigilantes, nõ enim ait, & ſi in ſecunda vigilia venerit, Beati ſunt ſerui illi. Peto, cur ij, qui in tertia vigilia, vigiles inueniuntur, publicantur Beati? quid eſt tertia Vigilia? dicam, edoctus ab Aritmeticis; numerus Ternarius, iuxtà Pythagoricos, primus numerus eſt; dicebant enim Pythagorici, Binarium, nõ eſſe numerum, ſed potius quandam numeri confuſionem; & Binarium dicebant litem, & audaciam. Itaq; ſecundum ipſos Ternarius erat primus numerus, & Goropius in Vertumno ait, numerum Ternarium eſſe vinculũ amoris. Quis autem ignorat principium amoris eſſe cor in homine? Quod ſi Ternariũ principiũ dicit, & amorem, abſque dubio cor ſignificat. Chriſtus igitur, cũ illos vigiles dicit Beatos, qui in tertia vigilia inſoporatos, & cuſtodiens cordis vigilias inuenit voluit inculcare, non ſufficere, cuſtodiam manus, quia multo-

Gen. 39. 9.

D. Bernardin.

Numerus ternarius eſt primus numerus

Binarius lis eſt, & audacia. Goropius. Ternarius vinculum amoris.

ties opera ſolent eſſe bona materialiter, & mala ex intentione; non ſatis eſſe cuſtodire linguam, quia, & hanc eamdem poteſt incurrere iacturam. Sed quod in tertia Vigilia, neceſſe eſt immorari, vt cuſtodiatur cor. Adſit D. Bernardus. *Chriſtus Dominus in Euangelio de vigilantibus ſeruis, & aduentum Domini præſtolantibus loquens, ſi, inquit, in tertia vigilia venerit, & ità inuenerit, beati ſunt*
B *ſerui illi, quod nequaquam de prima aut ſecũda vigilia dictum reperies. Eſt autem Vigilia hæc ſuper cor, cui ſanè omnem iam cuſtodiam exhibere ſapiens monet; nimirum, quia ex ipſo vita procedit. Ego tamen etiam hanc conſtare arbitror in duobus, vt videlicet ſuper affectionum pariter, & cogitationum ſuarum greges, mens ſollicita vigilanter intendat.* Sollicita vigilans debet eſſe mẽs, ne cogitatio mentem inficiat, nè
C affectio corrumpat. Sit oculatus Argus, qui ad Dei viſionem venire concupiſcit. Si enim ſe non cuſtodierit ab omni mundi, carnis, & Diaboli incurſu, peccabit inceſſanter, vti Hebræi, qui rapido volatu ad peccati fætorem ferebantur; ità Rupertus Abbas, dicens. *Cur hoc? quarè fornicati, nõ ceſſauerunt? quoniam Dominum dereliquerũt in nõ cuſtodiendo, id eſt in eo, quod non ſe cuſtodierunt.*
D

Cor cuſtodiendum. quid tertia vigilia ſignificet.

D. Bernar.

Rupertus.

ANVLVS XXXXVI.

Quilibet ſe non coſtodiens, & peccans, peccato vti proprio Domino, à Deo traditur.

Comedent, & non ſaturabuntur.

FVit Magiſtri docentis cathedra Crux. Ibi Magiſter noſter Chri-

Christus, Christiano necessaria ad vitam, sermone dixit, & opere. Aliud obseruo opus; inclinationem, scilicet, capitis priusquã moreretur, pectus versus, & cor suum. Nã inquit Ioannes 19.30. *Inclinato capite tradidit spiritum*. Scrutor, cur caput inclinet, cur illud caput, ꝙ Dei symbolũ erat, Deũ in cælis sedẽtẽ, non attẽdebat? tũ maximè, quia vt dictũ est, nos in Cathreda Crucis caput illud instruebat, nosq; sursum esse mente debemus, non in terra; quidquid enim in terra stat citius putrescet. Quamobrem exponens illa verba, quę Sacerdos recitat in Missa. D. Aug. sup. *Sursũ corda*, inquit, in Ps. 31. *Iam post remissionem peccatorum, leua oculos tuos ad Deum: putruerat enim cor tuum in terra, non gratis audis, sursum corda*. Est terra corruptionis fons: in Cęlo thesaurus cordis nostri à tinea non timebit. Cur igitur ad Cælum non vertit caput Christus, sed. *Inclinato capite tradidit spiritum?* vt Dei assequar instructiones, noto doctrinam Salomonis, qui Spiritus Sancti dictamine, sic nos alloquutus est Pro. 4. *Omni custodia serua cor tuũ*. Tigurina sic legit. *Omni custodia muni pectus tuum*. diligentèr inuigilandum est circà pectus, & cor, idque custodiendum, ne machinamenta inimici, subuertãt. Docuit hoc Salomon; confirmare voluit opere Christus, vndè inclinauit caput versus pectus suũ, & cor mox reuelandum, vt nos doceret cor debere custudiri. Quibus edoctus Rodulphus in cap. 2. Prou. inquit. *Pra omni custodia serua cor tuum idest longè accuratius serua cor tuum, quam asseruantur ea, quae tutissimè, & occultissimè reponi solent idest hęc cordis custodia aliorum custodiam longo interuallo superet*. Hæc Magister docet Christus nos eius discipulos, illeque in schola permãserit, qui Christi disciplinam non abiecerit, quod si contempserit, iustè à Christo eijcietur, electusque à Christo erit in peccatis. Custodiã suimet docet Christus, hæc nostra disciplina est. Quicunq; igitur, hanc sui custodiam, hancque disciplinam proiecerit, proijcietur iure à Christo, ruetq; in peccata. Confirmat Ecclesiasticus c. 20. dicens. *Est processio in malis viro indisciplinato*. Vbi sic Vgo Cardinalis. *Est processio in malis idest de peccato in peccatum, & de pana in panam, viro indisciplinato; idest abijcienti disciplinam*. Quæ custodiam suipsius mandat, ruit in peccata semper, cor nostrum incustoditum; cumque in se Deum, eiusque sapientiam nõ custodit, tunc Diabolo traditur. Crassabatur in omnes libera voluntate, scilicet nondum ira frænata, vt post Christi mortem fuit, Diabolus, serpens antiquus, quem aspiciens Angelus Domini durissima catena ligauit, misitque in abyssum. Ità Apoc. cap. 20. *Vidi Angelum descendentem de Calo habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua, & apprabendit Draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus, & Satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit super illum*. Peto, quid abyssus hæc significet; & cur in abyssum Diabolus mittatur? D. Gregorius lib. 18. mor. cap. 25. inquit. Abyssum hanc cordis humani esse typum. *Quid hoc loco, abyssum, nisi corda hominum vocat?* mirum quidem, illud cor, quod Deus à nobis expetit, nunc datur Diabolo. Inquiram causam, tum ex adinuentis

Margin notes: Ioa. 19.30 — Cor sursũ erigendum, nè putrescat in terra. — D. Aug. — Pro. 4. — Cor custodiendum. Rodulph. — Eccl. 20. — Vgo Card. — Cor incustoditum ruet in peccata. — Apoc. 20. — D. Greg. — Cor humanum abyssus.

uentis humanis, tùm doctrinis Diuinis. *Abyſſum* quidam adpinxit, cum hac inſcriptione. *Quis cuſtodiuit*; Et ſignificabat cor humanum ab homine minime cuſtodia munitum. Quod ſi Diabolo datur cor ſub nomine abyſſi; & Abyſſus, cor non cuſtoditum ſignat; eruitur ex hoc, ideò Diabolo dari cor humanum, quia ſui cuſtodiam negligit. Huius cuſtodiæ carentiam indixit Iob, cùm quærens ſapientiam, audiuit *Abyſſum* dicentem, non
Iob. c. 28. 14. eſt mecum. *Abyſſum dicit non eſt in me.* Abierat Sapientia, quia portas reſerauit cuſtos, neglexitque cuſtodiam; quapropter cordis humani abyſſus Diabolo datur.
D. Greg. Hinc Diuus Gregorius loco citato ait. *De hac abyſſo, ſcilicet, cordis humani per Ioannem dicitur. Vidi Angelum deſcendentem de Cælo habentem clauem abyſſi, & catenam magnam in manu ſua, & apprahendit Draconem ſerpentem antiquum, qui eſt Diabolus, & Satanas, & ligauit eos per annos mille, & miſit in abyſſum, & clauſit. Anti-*
Cur non cuſtoditū traditur Diabolo. *quus Serpens, ligatus Catena, in abyſſum mittitur, quia relegatus à bonorum cordibus, apud reproborum mentes recluſus, eis atrocius dominatur. Hęc itaque abyſſus, in qua nunc Diabolus ſeruatur occultus, non eſſe in ſe ſapientiam dicit.* Quia ſe non cuſtodiuit in Dei Sapientia, ideò Diabolo traditum eſt cor humanum. Nec negandum erat ei; quandoquidem, quiſquis peccato ſubiectus eſt, Diaboli peculium eſt, illique iure dandum.
Rupertus. Diſpungit Rupertus Abbas, cur populus Iſraeliticus, quem ſibi Deus elegerat abijcitur, ac in reprobum ſenſum traditur, vt patet in hac Hoſeæ Prophetia. Et ait. Totam rei cauſam eſſe,

F. Franc. de Franch. in Hoſ.

quia ſe ſe non cuſtodiens, tradidit animam ſuam peccato; quia autem; qui facit peccatum ſeruus eſt peccati, & ſeruus iurè Domini ſui eſt, ideò peccato traditus eſt, & relictus, vt in reprobum ſenſum rueret, eſſetque Diaboli. Adeſt Rupertus in Hoſeam. *Poterant enim ſe cuſtodire, liberum habendo arbitrium, ſimulque Dei quærendo auxilium. Hoc non fecerunt, ſed legitimum derelinquendo Dominum, ſponte tyranno mortis peccato ſe ſubdiderunt. Eſt autem ius, vt ſuis quique ſerui tradantur* Dominis; *ergò, & peccato debuerunt tradi, tamquam* Domino *ſuo, quia qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Itaque quemadmodum ſępe dictus Apoſtolus de gentilibus dicit. Propterea tradidit illos Deus in deſideria cordis eorū, in immunditijs, vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis, quia commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & Creaturæ potius, quam Creatori ſeruierunt; ità, & de iſtis dicendum. Ideo Domino ſuo ſpiritui fornicationis traditi ſunt, vt fornicarentur, & non ceſſarent, quia Dominum dereliquerunt, ſcilicèt in non cuſtodiendo.* Quia ſe ſe non cuſtodierunt, peccato, & per conſequens Diabolo, traditi ſunt. Difficilis eſt cordis noſtri cuſtodia, attamen neceſſaria, ſi caſtrum relinquitur promptus eſt inimicus; ingredietur, nec vlla vis humana expellet.

Peccatum & Diabolus dominus eſt peccatoris cui iurè traditur.



ANVLVS XXXXVII.

Inferni pęna nusquam deficiet;eritque immortalis,& ęterna.

Comedent, &c.

Figuerius

Fami tradiuntur serui Dei pu- ré ipsi non seruientes.

FIguerius Sacerdotibus aptās hunc textum,inquit, idcircò fame puniendos,quia in diuinis obsequijs,nō quæ Iesu Christi sunt,quærunt,sed quę sua. Ait quapropter. *Quoniam ex Sacerdotio nullum aliud emolumentum quęrunt,nisi,vt comedant,& bibant,idcircò hac eos pęna vlciscar, quod eos fame afficiam insatiabili.* Ast Cornelius ex Teodoreto,expendens damnatos cibandos, sed cibo ignis,qui nutrimento humano, minimè aptus est, nec explere potest; inquit in hac insatiabili fame,in hoc esu,præter pęnas inferni designari, nihil; ait igitur. *Comedent pęnas, & supplicia, at nunquam ijs saturabuntur, quia vnum alteri continnò succedet.* Videbit Diabolus, non repleta viscera, & assiduo igne pęnis, & supplicijs animas damnatorum cibabit. Æternus est in pęnis ignis, tandiuque durabit, quandiù viuet Deus, qui est æternus, & immortalis; De puniendis in Inferno Propheta Dauid psalm. 20. ait. *Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis, Dextera tua inueniat omnes, qui te oderunt.* &c. videtur superflua addere: si quis enim inuenitur à Dei dextera, certum est etiam, Dexteram Dei eum inuenire; non enim stat, quod finè dextera Dei sit, qui à dextera inuenitur Dei. Quid igitur; quod multiplicat minimè multiplicanda? respondet Vgo Cardinalis. *Nota, quod primo dicitur passiuè. Inueniatur,*

Cornelius a Lapide.

Pæna inferni damnatorum cibus.

Psal. 20.

Vgo Card

A *& secundò actiuè. Inueniat. ad notandum, quod ex parte malorum erit passio, & ex parte Dei erit actio.* Sed peto iterum; ad quid actio Dei notatur, dùm pæna exprimitur peccatoris? dictum alibi fuit, Deum, ità à pęna abhorrere, vt nec videri velit, quando punit; ideò fortè Loth vxorem in statuam vertit salis, vt sensu orbata castigantem non videret; ideò veluti alium Deum B Moysen præfecit Pharaoni; quia viget consuetudo, vt ibi Prorex, vbi Rex non sit. Puniturus erat Pharaonem, quapropter, & Vice Deum constituit Moysem, cum dixit. *Constitui te Deum Pharaonis.* Vt hinc coniectaremus; quasi Deum nolle esse, siue nolle considerari, vbi pæna sęuit in iniquos. Quid ergò est,quod inquid Dauid. *Inueniat.* Scilicet dextera tua, *omnes, qui te oderunt?* C Et Vgo ait. *Ex parte Dei erit actio.* Explicabo, moralitati vacans, totum ex Teologis. Contemplantur ipsi Dei actiones, & aiunt. Actiones Dei non esse, nisi ipsumet Deum, nec distingui à Deo; vndè D. Bonauentura in secundo sententiarum distinct. 1. quæst. secunda, agens de creatione, inquit. *Est loqui de Creatione actione, & de creatione passione; si de creatione actione loquamur; sic dico, quod non est me-* D *dium, scilicet inter creaturam, & Creatorem, secundum rem, sed solum secundum rationem intelligendi, pro eo, quod Deus, cum sit summè simplex, est sua actio* cum ergò notatur actio Dei in puniēdo peccatores, notatur ipse Deus in puniendo. Quis autem dicet Deum non esse æternum? qꝫ si actio Dei notatur, cū puniūtur peccatores in inferno. *dextera*

Deus quā tum à pęnis infligendis abhorreat.

Actio Dei ipse deus est.

D. Bonau.

Creatio actio non habet medium inter creatu ram, & Creatorē.

tua

tua inueniat omnes, qui te oderunt; A & Dei actio sit ipsemet Deus æternus pæna peccatorum tandiù durabit, quandiù ipse Deus ęternus, & immortalis. qua de re, inquit, Dionisius Cartusianus. *Peccatores, qui nunc in peccatis ducunt dies suos, tandiù punientur, quandiù Deus erit, qui est æternus, & interminabilis*. Verum dicet quis; ex hoc conceptu licet inferre pęnas Purgatorij adhuc futuras æternas; quia, & ibi actio Dei punientis consideratur. Quæ actio est ipsemet Deus. Respondeo, Dauidem non notare tantum pænam damnatorum, vt est actio Dei, sed etiam, vt est passio in ipsis. Equidē considerata Dei actione, nusquam aliquid deficeret. Sed quia omnia, quę creata sunt, ex eo quod sunt dependentia, intrinsecè, dicunt defectibilitatem. Ex actione passione; ideò Deus omnia in suo ordine relinquēs, vult, & illa actio passio, desinat esse, iuxtà subiecti dispositionem; & sic, quia actio passio, in animabus Purgatorij, intrinsecè defectibilis est, deficiēte dispositione subiecti, cui pænæ applicatur, deficiet pæna. At actio passio damnatorum, & dispositione subiecti æterna est quia in illis est culpa sēper durans. Et ideo, quia subiectum semper est capax pænatum, & semper culpa vacat, pęnam semper patietur. Et tamdiù durabunt pænæ, quandiù durabit Deus, penę inflictor. Nec pro animabus, quę non punientur in æternum, valebit, inferre, ergò Deus cessabit agere; & sic de agente fiet nō agēs, & mutabitur; quia tātum mutatur actio passio, & creatura; & illa actualis relatio. Ast Deus, qui est sua actio, sēper idem est. Sed de his hactenus.

Dionisius Cartus.

F. Franc. de Franch. in Hos.

Nō enim Theologicis incumbo quæstionibus, sed studeo moralibus, pijsque considerationibus, & nunc æternitati pęnarum, quæ quamlibet vel ferream animam valet emollire. Ad hanc pænarū æternitatem insinuādam, clamabat Propheta Isaias. cap. 5. dicens *Dilatauit Infernus animam suā, & aperuit os suum, absquè vllo termino*. Haud ad terminum tendent inferni pænę, sed sicut interminaB bilis Deus est, ità interminabiles pænæ illæ sunt. Hinc Glosa. *Quidquid de populo Iudeorum diximus ad eos, qui delicijs seculi occupātur referamus, qui non respicientes opera Dei, in peccatum ducuntur captiui, nec habent scientiam Dei; & pereuntes fame, & siti operum, & virtutum, detrahuntur in gehennam perpetuo cruciandi*. Inferni pænas contemplans Iob, tartareumque domicilium; lugens sic Deum C exorabat. *Dimitte me, vt plangam paululum dolorem meum, antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine*. Terram tenebrarum dicit infernum; nunquid nō ibi collucebit ignis, licet ad maiorem dānatorum pęnā, vt alibi diximus, & firmat D. Greg. equidem. Cur, ergò tenebrosa terra vocatur infernus? Vado in huius intellectū, ad Deum creantem. Creauit sūD mus opifex mundū, & primo die lucē fecit, statimq; lucē diuisit à tenebris, & ità diuisę sūt, vt nusquā cōiūgi possint. O fruetur Deo Beati; & q d Deus? nisi lux, & sūma lux, cōfortans animā. Lucē se dixi Christus. *Ego sum lux mundi.* & Dauid suspirās ad Regna Beatitudinis, & ad Deū, aiebat. *Et in lumine tuo videbimus lumē*, quod si Deus lumen est, & infernus tenebrę, & decreto Dei in ęternū diui

Isai. c. 5.

Glosa.

Iob c. 19. 20.

Ioan. 8. 12

Infernus cur dicatur terra tenebrosa. ſeſunt tenebræ à lumine. Equidē concludēdum eſt animas agglutinatas tenebroſis pænis inferni, in æternum ibi puniendas. Firmat *D.Greg.* D.Greg.lib.9.moral.dicens. *Quid terræ tenebroſæ nomine, niſi terræ tartari clauſtra ſignātur? quia damnatos quoſque à vitæ luce diſiunget. Nec immeritò Infernus terra dicitur, quia quicunque ab eo capti fuerint, ſtabiliter tenētur. Rectè igitur inferni clauſtra tenebroſa nominantur, quia, quos puniendos accipiunt, nequaquam, pœna tranſitoria, vel phantaſtica imaginatione cruciāt, ſed vltione ſolida perpetuæ damnationis ſeruant.* O ſi hęc aſſiduò mente volueremus; ſi ità perpetuo, vt perpetua ſunt perpendere remus tormenta, nedum à peccatis abſtineremus, ſed quamlibet pænam libentiſſimè hic reuereremur vt ab illis nos Dei manus erueret. Collationi cuidam ſpirituali incumbebam cum alio, ex fratribus Capuccinis; & quia totus vitæ ſpiritualis cardo in abnegatione ſui met vertitur, & ſufferentia abnegationis adiutrix eſt. Dixi, Pater, quid ſi carceri mancipaueris, ob delictum ignominioſum carnis non commiſsū. Probatum tamen, duobus omni exceptione teſtibus maioribus, ità vt non eſſet ex fratribus, qui *Dictum de pænis huius vitæ.* delictum non fuiſſe commiſſum ambigeret? heù quibus angereris doloribus, reluctaret ne anima tua, an tui met oblitus totum Dei voluntati aſcribens, gauderes? reſpondit. Deſino, quæ perfectiora ſunt. Adeo pęnarum inferni cōſideratio me terret, adeò æternitas illa incutit animæ meæ timorem, & pauorem; vt hæc pro nihili ducerem, gauderem in his pænis, per quas horrendam illā, inferni æternitatem ſperarem effugere. En, quantum Dei ſeruos terret infernus. Vtinam, & omnes concutiat ad pęnitentiam, nè illi occurrant quod ait Propheta. *Comedent, & non ſaturabūtur.* ideſt, inquit, Cornelius à Lapide. *Comedent pęnas, & ſupplicia, & nunquam ijs ſaturabuntur, quia vnum alteri, continuò ſuccedet.*

SECTIO X

Obſeruatio mandatorum Dei *aſtruitur, & commendatur.*

Comedent, &c.

VErtit terga Deo, qui vitijs ſe commendat, fitque illicò vitiorum alumnus, qui legibus non regitur. Ad hoc quandoquidem lex poſita eſt, vt vitia profliget; vndè dixit Tullius. lib. 1. de legibus. *Vitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemque virtutum: ab ea enim viuendi Doctrina dicitur.* *Tullius. Lex vitiorum emendatrix.* Et Philoſophus lib. 5. Ethicorum, vbi legis tranſgreſſionem obſeruat, ibi *Ariſt.* iniuſtitiam omnem intuetur. *Hoc ipſum*, inquit, *violare leges, ac iniquum eſſe, iniuſtitiam omnem cōplectitur, fuſumque eſt per omnem iniuſtitiam. Quoniam autem, omnis eſt, qui contra legem facit, iniuſtus, & omnis iuſtus, qui paret legibus, perſpicuum eſt, ea omnia, quæ legitima ſunt in iuſtis eſſe quodamodo numeranda.* Ducit per vias rectas lex, & præcipuè Diuina; hanc, qui derelinquit, aberrat à Domino; quapropter, & Iſraelitæ, qui à lege Dei longè facti ſunt. Dominū de-

Osea. c. 4. 10. dereliquerunt; dicente nostri Hoseę Prophetia. *Comedent, & nō saturabūtur, fornicati sūt, & nō cessauerūt; quoniā Dominū dereliquerūt in nō custodiendo, scilicet, legem Dei.* Lira. vt. Inquit Lyranus. Absit hęc impietas à nobis. Qui libēter iugo suauissimo legis Diuinæ colla subiecimus, exulet pertinacia isthæc à filijs gratiæ, qui in Sacra baptismatis vnda abrenuntiauerūt Satanæ, mundo, & operibus eius. Seruanda est à nobis lex, qui sanguine Christi redempti sumus, ne duplici pęna efficiamur digni. lex enim idcircò datur, vt seruetur; & inanes essent leges, vbi obseruatio negligeretur. Agnouit Terentius Phorm. ipsemet Terentius in Phorm. dicens. *Mihi non videtur, quod sit factum, legibus rescindi posse.* Et si vel à Principe, qui legibus subditus non est, auspicari volumus obseruantiam, quam tamen vel ab ipso extorquere debemus, vt obstinatius concendit Anonymus quidam in amphoris Politicis, dicens. Principes legem seruent. *Leges ab ipso Principe obseruandę sunt; vt earum obedientiā doceat ipse suo exēplo subditos.* En, Princeps noster Christus, qui non venit legem soluere, [illegible]implere, & cæpit facere, & docere. Quapropter vlla remora excusatione à nobis subditis mandata Dei obseruanda sunt. Personam agens electorum Isaias Propheta cap. 6. suæ Isa. c. 6. Prophetiæ, sic Deum affatus est. *Anima mea desiderauit te in nocte, sed spiritu meo in pręcordijs meis de mane vigilabo ad te.* Insolens hęc videtur oratio, & ficti amoris fructus. Etenim desiderauit in nocte Deum; ad illum autem quærendum non surrexit, sed manè expectauit, in quo ad Deum vigila- D. Greg. uit. D. Gregorius Nazianzenus

A oratione, quam habuit ad ciues suos Nazianzenos cum reuerteretur ex agro, in quo aliquantulum fuerat commoratus, sic eos alloquutus est. *Ego cum apud vos agerem, minimè sētiebam affectum; cum verò separatus essem, desideriū cognoui, tyrannum illud dulcem; sicut auicula fętum suum desiderat,* Desiderium Tyrannus *quem nuper reliquerat, tandem cum stridore, ad nidum aduolat, ac in stridentes incidit pullos, alisque cōfouet.* B Tyrannus est desiderium, extorquet, quod vult, ac ad desideratū cogit. Testis adest sponsa Dei, quę adolescentulas sodales alloquens, seque excusans, ait. *In lectulo meo per noctes quæsiui, quem* Cant. 3. 1. *diligit anima mea: quęsiui illum, & non inueni Surgam, & circuibo Ciuitatē per vicos, & plateas, quæram quem diligit anima mea.* Discesserat ab illa sponsus, rogauerat, vt se penitùs acceleraret regressum; ast moræ impatiens, reliquit C lectulum, etsi floridum; & iuit vt quem diligeret, inueniret. *Sponsa alioquin castissima,* inquit Sotomayor in hunc locum, *Inuulgare quodamodo, & manifestare, non veretur, quid ipsa ex abundantia amoris fecerit, & passa sit aliquando, absente, moramque trahente sponso: nè quis forte existimare posset eam, dū abest sponsus eius, sam, aut oblitam, fuisse, sed potius, maximè anxiam* D *atque sollicitam, etiam per noctem, idest tempore somni, atque quietis, nō dormiebat, aut requiescebat, sed potius peruigilabat, nihilque aliud, quā sponsam suam somniabat. Vndè cogitauit apud se, surgere, & ipsū Dilectum, quem per noctem in lectulo inuenire non poterat, ciuitatem circumeundo per vicos, & plateas diligentissimè quærere: donec tandem inueniret, & fortiter teneret* Et Anima ob sentio impatiens sequitur Sotomayor. Sensus igi- Sotomai. tur

tur horum verborum sponsæ, cũ ait, in lectulo meo, per noctes &c. simpliciter, & planus talis esse videtur. *Audite* iam, ô charæ puellæ, quid aliquando acciderit mihi absente, & tardante sponso; nã cum ob eius amorem, ac memoriam seù recordationem, & desiderium, in lectulo meo nuptiali minimè requiescere possem, nocte intempesta surrexi, ac sumpto virili animo; in habitu, seu veste muliebri per omnia *Vrbis* loca, eum quęrere cæpi; nulla habita ratione personæ, aut dignitatis meę idest contra morem, & decorem virginalem. Omnia cõtemnit, qui Deum verè desiderat; ea, quæ corpori necessaria sunt, non curat, honori facillimè cædit, & dignitati; pericula non timet. En Magdalena Christum, vel mortuum desiderans; nocte emit aromata, percurrit per Ciuitatem, peragrat montis asperitates, vt videret Christum suum, vel mortuum; cumque non inuenit Angelis, *Vale*, dicit: vel cęlica amara sunt, non habenti Deum. Gloriosus erat *Angelus* Mariam alloquens, at illa conuersa est retrorsum. *Magdalena*, inquit idem Doctor. *Christum Dei filium, non solum absentem, sed etiam mortuũ, atque sepultum, exemplo sponsæ nocte quęrebat. Qui desiderat, Qualis coniecta cerua sagitta fuga Siluas saltus peragrat Dicteos: Haret lateri lethalis arundo.* O Christe, fortè arundinem voluisti in tua Sacra passione, vt nos in deserto huius mundi habitantes, ferires; vt sic vulnerati corde, ad te viuum fontem curreremus. Infer vulnus in anima mea Domine, auge amorem. Quod si hi desiderij, & Amoris effectus sunt; quid est, quod Propheta *Isaias*, qui de no-

Christus arundine ignita nos ferit

A cte Dominum desiderauit, non surrexit de nocte, sed expectauit mane lucidum. *Anima mea desiderauit te in nocte, sed spiritu meo in præcordijs meis, de mane vigilabo ad te.* Non est quid in Sacra Scriptura, quod optimis documentis plenum non sit. Ad hoc audiendum, supponere oportet, mane non esse partum, nisi lucis; accedẽte enim lumine corruscat mane, fugantur tenebrę. Quid autẽ

Isai. 26.9.

B lumen signat, nisi Domini pręcepta? ità Dauid. *Præceptum Domini lucidum illuminans oculos*. ps. 18. & En Mysteriũ. *Vidit* mane, & per consequens lumen, & pręcepta Domini Isaias, & statim surrexit, vt præceptis astaret; hęc autem surrectio, dicit vigilantiã, obseruantiam, & custodiam pręceptorum Domini, igitur dum mane vigilat *Isaias*, & exurgit, custodiam legis *Diuinæ* incul-

Psal. 18.9. Mane surgere quid sit.

C cat. *Eruditè D.* Hieronymus super huuc Isaię locum. lib. 8. *Manè vigilabo ad te; manè consurgit Spiritus iusti ad Dominum; quia lux præcepta tua super terram, seruans enim mandata tua, & illuminatus eorum lumine, de quibus dicitur pręceptum Domini lucidum illuminat oculos, dormire neq[illegible]sed omni tẽpore te desiderans, meo ad te consurgo spiritu.* En, vt, pręcepta Domini videt, desiderans Dominum

D. Hieron.

D surgit, & seruat. Custodiẽda enim & seruanda sunt Domini præcepta. Audio sæpè repetitã Christi Domini nostri vocem, sponsã suam ferè, assiduo columbam resonantem. Mox enim ait. *Oculi tui columbarum.* Mox. *Veni columba mea in foraminibus petrę in cauerna.* Mox aquas conspicit attendẽtem, & comparat columbę. *Sicut columbę super riuulos aquarum.* Nonnè hęc est illa, cuius comæ sunt

Cant. 1.15
Cant. 2.14
Cant. 5.12

sunt veluti purpura Regis idest naturalis Regina, non ad scititia; non aliundè purpuram emendicat, sed secū nascitur, quia filia Principis æterni Dei est. Vt superius dixit ei sponsus. *Quam pulchri sunt gressus tui filia Principis in calceamentis.* Et si purpuram aliunde non habet, non est extera, sed è domo Patris sui Dei, qui sanguinem Christi libenter ei impertit. Quod contemplatus est D. Ambrosius, expressitque, his verbis in ps. 118. *Ecclesia tamquā benemerita, Regina, Christi sanguine coronatur; sicut scriptū est, & coma, seu ornatus tuus sicut purpura: Sanguis enim Christi purpura est, qui inficit Sanctorum animas, non solum colore resplendens, sed etiam potestate; quia Reges facit, & meliores Reges, quibus Regnum donet æternum.* Quod si Regina, sponsa; cur non Aquilæ auium merito Reginę? cur non Phęnici, quæ saltem rara auis est, comparatur, sed repetito vocabulo, appellatur columba? nec in sponsam suam elegit, nisi columbam. Vndè cant. 6. dicit. *Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ.* Vnam columbam elegit Deus in sponsam hoc scrutari oportet, & assequi puto, si ad eandem confugio, quę sponsum suum Christum ad se inuitans inquit. Cant. 8. *In portis nostris omnia poma noua, & vetera Dilecte mi, seruaui tibi.* O quam dissoni sunt Iusti peccatorum moribus. quid seruant peccatores Deo in portis? peccata; quæ in ianuis astant, vt amaricent Christum. Peccauit Cain, & illicò in foribus peccatum suum adfuit; vt habetur Gens. cap. 4. secus sponsa prouida, dulcia seruat sponso suo in portis; vt in promptu habeat, vndè satietur eius appetitus; qui præter suauitatem virtutum nostrarum concupiscit nihil. Qua de re Sanctes Pagn. legit. *Omnia dulcia noua, & vetera dilecte mi, abscondi tibi.* Quod si intimius perscrutaberis; amice lector; quid in fructibus his lateat; inuenies ex Philone Carpatio; qui omnia prę cepta, tùm veteris, tùm antiquæ legis in his pomis intuetur, ac omnia à sponsa obseruata. Audiatur ille. *Hęc sunt, quæ fideli spōso, vetera, & noua, & noua cum veteribus sanctissimè seruauit, & seruare debet, quęque fidelis anima; vt per vtriusque testamenti diligentem obseruationem, ac sāctam, mereatur audire. Veni electa mea, & ponam in te thronum meum.* En, omnium præceptorum Dei fidelis, ac prudens seruatrix spōsa anima. Hæc placet Deo, quę ab obseruatione legis minimè se iungitur. Huic nedum iūgitur, sed ligatur Deus, vndè est, quod, vbi nostra vulgata legit. Cant. 7. *Comę tuę sicut purpura Regis iuncta canalibus.* Rabbini quidam legunt. *Rex ligatus in canalibus*, & sic dispūgit Rabb. Selomeoh. *Rex cælestis quodammodò ligatus, & captus est vinculis charitatis, idest amore Ecclesiæ suę, & omnium eorum, qui mandata eius rite obseruant.* Ex quibus; cur non aliā nisi columbam sibi eligit in sponsam Deus? Conijcio. Lex Dei iugum quodam est. Dixit ipsemet, *Lex mea onus suaue est, & iugum leue.* & veteres in Iugo leges exprimebant; vndè iugum collo duorum hominum impositio adpingebant leges; vt videre est apud Pierium lib. 48. vbi ait. *Sūt, qui per eiusmodi dictum.* (Et loquitur de Iugo.) *Leges intelligi putant, quod appellatione Iugi legum onus fuerit, etiam à Dauide nuncupatur.*

Margin notes: Cant. 1. 7. — D. Ambros. — Anima sposa Dei Regina. — Cant. 6. 8. — Cant. 7. 13 — Genes. c. 4. — Pagn. — Philo Carpatius. — Mandatorum obseruātia dulcis Christi cibus. — Ab obseruantia mādatorum Dei ligatur Deus Cant. 7. 5. — Iugum leges significat Pierius.

eum autem obseruatorem legum declarare aliqui volebant, illum extento esse collo dicebāt. Quia iugum, ità suscipitur. Et en, colūba collum etiam ad iugulum libenter extendit; quod si colli extensio significat legum, & mandatorum præcipuè Dei obseruatorem, & columba collum, in signum obseruationis legum extendit, columba custodem legis Dei præsefert. Si igitur Deus columbam vult animam, vndè hāc elegit in spōsam, obseruationem legis, & suorum mandatorum custodiam à nobis exposcit. Hinc ait Sotomayor ex Rabb. Selomoh. in Cant. cap. 4. *Hęc auis, idest columba, naturaliter fidelissima est in amore coniugali, semperque compari suo cohæret, & ad eum respicit, maximeque abhorret ab adulterio, seu diuortio, & naturaliter mitissima est, ac mansuetissima; est, & patientissima, cum enim iugulatur, parū, vel nihil resistit, sed potius facilè porrigit collum, & ad iugulum præbet, ac proinde hac similitudine, seù cōparatione, puto cum hebręis ænigmaticè iudicari, atque laudari singularem Ecclesię Israelitica, quę quondā sponsa Dei fuit, mansuetudinem, obedientiam, & deuotionem, in ferendo iugo diuinę legis.* Collum extendit columba ad iugum diuinę legis suscipiendum, hanc amat Deus, qui animas concupiscit obsequentes diuinis mandatis, ac assiduò Diuinam legem custodientes.

Sotomayor

Diuinam legem custodiens anima sponsa Dei est.

Obseruabat Deus animam, impia libertate publicè meritricantem, & motus illa bonitate, & misericordia, quæ sibi propria est, ità illam affatus est. Hieremię cap. 3. *Leua oculos tuos in directum, & vide vbi nō prostrata sis, in vijs sedebas expectans eos, quasi latro in solitudine, & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis. &c. frons mulieris meretricis, facta est tibi, noluisti erubescere. Ergò saltem amodò, voca me Pater meus, Dux Virginitatis meę tu es.* Ac si diceret. O anima, quæ à me auersa totum amorem tuum creaturis consignasti, leua oculos tuos in directum, idest ad me, & vide, quam amarum est reliquisse Dominum; contemplare speculum puritatis meę, & ibi cognosces tuorum peccatorum spurcitias; leua ad me oculos tuos, non amplius ad creaturas, vt ex mea pulchritudine, qua per peccatum priuaris, agnoscere possis peccati deformitatem, & malitiam. Vnde Dionisius Cartusianus in caput 3. Hieremiæ, inquit. *Leua oculos tuos in directum. Quasi linealiter ad veritatem, & solum, Deum præ oculis habendo, & vide in quibus vitiorū generibus succubuisti, & quibus tentationibus victa, circumstantias etiam peccatorum pensando. Alioquin peccatores oculos suos aperiunt, quia se peccatores esse cognoscunt; sed eos non leuant sursum, quia ad temporalem distantiam, siuè presens incomodum, magis respicilit, quam Deum. Alij oculos leuant ad Deum, sed obliquè, non penitus in directum; nam quamuis intuitu Dei, peccatores se esse fateantur, impietates tamen suas perfunctoriè, & semiplenè corde pertractant, & quod magnum est vitium reputant paruū.* Leuent igitur in directum peccatores purè, scilicet ad Deum, oculos. Respice in me dicebat Deus huic, &, *vide vbi non prostrata es, in vijs sedebas expectans eos.* Vbi notatur maximum peccandi & fornicandi desiderium, qui enim in via aliquem expectat, desiderio illius tenetur. Enimuero. inquit Ghis-

Hieremię cap. 3.

Dionisius Cartus.

Oculos ad Deum leuent peccatores, & quando

Luxuriandi desiderium vehemens.

Ghisl.

Ghislerius in hunc locum. *Qui* A *magno alicuius tenentur deſiderio, & qui circà aliquid ſoliciti ſunt, ad vias egrediuntur, vt quantociùs eius compotes fieri queant, quod peroptant, & nulla eis excidat, quę circà id fieri poſſet occaſio.* Et hoc meretricibus conſuetum erat, vndè Thamar, meretricem ſimulans in biuio ſedebat. Geneſ. 38. eccè quanto ſtudio, in ſcortationem anhelabat iſta. Et tandem impudenter meretrix aperto fronte B erat. *Frons mulieris meretricis facta eſt tibi.* quod ſi ſcortum mulier iſthæc erat, quid eſt, quod vocans eam Deus inquit. *Ergò ſaltem amodò voca me Pater meus, Dux Virginitatis meæ?* Nunquid Virginitas poteſt, etſi à Deo reparari, ità vt, corrupta, incorruptionis gemmulam accipiat? heù, nec Deus facere poteſt, inquiunt Theologi; qui hoc ſolo priuatur: Quod factū non poteſt facere infectū. C Vnde aiunt Teologi, & pręſertim Diuus Thomas. *Virginitas perdita, non poteſt reparari ratione præteriti; ſed benè quò ad omnem integritatem, operante Deo: Et quo ad Virginitatis propoſitum. Nulla tamen potentia fieri poteſt vt quæ corrupta eſt, corrupta non fuerit.* Ità Teologi. Hæc Terrā polluerat ſua fornicatione; & Deus eam ad ſe vocat, Virginitatis ornat decore, & inquit. *Dux Virginitatis meæ.* D Ità pius eſt Deus, vt illicò peccatorū obliuiſcatur, cū pęnitentia induti homines pergunt ad Patrem. Sponſat tunc animam; & reparat Virginitatem, eo modo quo fieri poteſt, vt dictum eſt; non enim niſi cum virginibus ſponſalia contrahit Chriſtus. Qua de re Paulus Apoſtolus. *Deſpondi enim vos vni viro Virginem caſtam exhibere*

Geneſ. 38.

Hierem. 3. 3.

Virginitas amiſſa non poteſt reparari nec à Deo D. Thom.

2. epiſt. Corint. 11. 2.

Chriſto. Omnes animas Virginitatis indumento, induit Chriſtus, cum ad amplexus adducit ſuos. Expeto: cur ſic Virginitati incumbit Chriſtus? nonnè nuptæ? nonne viduæ thalamum aſcendunt Dei? quid eſt, quod omnes appellat Virgines? Docebor à Spiritu Sancto, quem miſit in orbem terrarum Deus, deſcenditque in linguis igneis, ſeditque ſuper capita Apoſtolorum. Quarè autem in linguis apparuerit igneis Spiritus Sanctus; venari poſſumus ex ipſamet lege noſtra; quæ ignea eſt, & amoris, vnde aiebat. Deuter. 33. *In dextera ignea lex.* Hæc amoris lex, die Sacro Pentecoſtes fuit promulgata; quia autem, legem amoris, haud promulgare debebat, niſi ignea, ardenſque amore lingua; ideo in lingnis igneis aduenit Spiritus; quia à Patre filioquè procedit. Accinit his Ludouicus Pontanus in Cantic. exhort. 31. ſ. 2. dicens *Adueniente igitur die Pentecoſtes, factus eſt ſonus ſpiritus vehementis; qui terreret hebręos, ſed excitaret Apoſtolos; & cum vento Auſtro, apparuit Spiritus Sanctus in linguis, tamquam ignis, ferens in manu ſua igneam legem, quam cordibus eorum impreſſit, & ſimul veteri finem impoſuit, eamque aboleuit.* ignis noſtra lex eſt. Et notandum, quod cum datur in linguis igneis, ſtat Spiritus Sanctus legem ferens ſuper capita Apoſtolorum. Quaſi coronans; vt alibi dictum fuit; & firmat Angelicus in opuſc. dicens. *Igne quaſi coronantur Apoſtoli.* Vti corona mittitur lex in capita Apoſtolorum; quia corona neutiquam ſcindenda eſt; vt aiebat Pithagoras. *Coronā ne ſcindas*, quod

Deut. 33. 2.

Spiritus Sāctus venit in linguis igneis quia ignea legem non niſi ignea lingua promulgare debebat. Ludouic. Ponte.

Pitagoras

F. Franc. de Franch. in Hoſ. KKK ſi

Lex Dei non scindenda. si lex est corona, nec scindenda est, equidem hac coronatione edocere voluit Spiritus Sanctus Apostolos suos, nunquam legem Dei scindendam, sed perpetuò integrè seruandam. Quod firmari potest, ex ijs, quæ ait Pierius *Pierius.* Valerianus lib. 41. de corona, adducens Diuum Hieronymum. *Ad Coronarum denique hieroglyphica reuersi; Coronam dicimus legum indicium esse, propterea, quod certis est vinculis complicata, quibus vita nostra veluti religata coerceetur, atq; hęc* Diui *Hieronymi sententia est, qui Pithagoræ symbolum (*Coronam *ne scindas) Interpretatur leges non esse dilacerandas, sed in vigore, & incolumitate sua cõseruandas,* ignis coronans lex nostra est, ex quibus facilè percipitur, cur fideles omnes animę, virginitatis nomine decorentur à Domino? *Vocasti me Dux Virginitatis meę.* Virginibus Romæ datus est ignis in custodiam, nusquam extinquẽdus, hocque instituit legislator ille Religionisque custos, Numa Põpilius; ipseque dedit Virginibus Vestalibus, vt inquit Florus, focum colendum; vt ad simulacrũ cælestium sydeрum, custos imperij flamma vigilaret. Dicunt alij, vt notat Oliuerius Arziganensis, quod ideò ignem Virginibus Vestalibus seruãdum dederũt, vt significarent, se ità perpetuò puras, & inuiolatas esse debere; sicut inuiolatus seruabatur ignis. Hunc ignem extinguere execrãdum erat, & vel paruula neglegẽtia, vsque ad Rei mortem puniebatur, vndè Valerius Maximus de quadam Virgine Vestali loquẽs lib. 1. de Religione, inquit. *Adijciendum his, quod Publio licinio Pontifice Maximo Virgo Vestalis, quia quadam nocte parum diligens ęterni ignis custos, fuisset, digna visa est, quę flagro admoueretur.* Scrupulosa, siuè superstitiosa, hæc obseruatio erat. Hoc tamen, vtilitatis hauriendum nobis est, vt simus, in vera Religionis obseruantia vigiles; dum flagris dirè ceditur, quæ in falsa custodiẽda segnis fuit. En, Virginibus datur ignis, vt diligentissimè, perpetuò seruetur. Quod si legem Dei ignẽ agnoscimus, animasq; nostras Virgines vocat Deus. Virginumque sit perpetuò, apertisque oculis ignem seruare: Cõcludendum est, omni custodia, omnibus post habitis, legem Diuinam, sacrumque illum ignem, à nobis perpetuo seruandum.

Floruс. Virgines Vestales ignem nè extingueretur custodiebant. Oliuerius Arziganensis. Valerius Maxim.

Hinc D. Athanasius lib. de Incarnatione: exponens illud leuit. cap. 6. *Ignis in altari meo semper ardebit, inquit, Ignis lex amoris est, quam assiduò anima fidelis seruare debet, ne quandò ob Diaboli subreptionem extinguatur.* Operibus, quod in lege audimus, adimplere debemus. Adsit manus in mandatis Domini, vt in manibus, ea iugiter habentes, nusquam inseruata periclitentur. *D. Athanasius. Leuit. 6. 12.*

Alia ex laudatis mulieribus, quæ scriptura commemorat, Rebecca est, vxor Isaac filij Abraham. Hęc die quadam descendit ad fontem impleuit hydriam, & ascendit. Huic; cũ potasset Abrahę seruum, imò, & Camelos, dedit Abrahami nuncius inaures aureas, & armillas. Ità Genes. capit. 24. *Postquam autem biberunt Cameli, protulit vir inaures aureas, appendentes siclos duos, & armillas totidem pondo siclorum decem. Deditque ei, quę accepit.* Librat hic, totum, Diuus Ambrosius libro 1. de Abraham, & inquit. In Rebecca Ecclesiam desi- *Genes. 24. 22. D. Ambros.*

A designari, & consequentèr fideles animas. *Spectare licet Ecclesia Mysterio.* Ast dubitari potest; cur Ecclesia *V*irgo, quæ cunctorum oblita, solum Deum concupiscebat, inaures, & armillas non contempserit? hæc dona neutiquam sunt ab extraneis à Virgine excipienda. Quid est, quod accipit anima fidelis? luculenter, vt assolet, totum dilucidat præcitatus *D*octor. Lex Dei auditu percipitur; tunc obligationem inducit, B cum promulgatur, & en aures dat libentèr Rebecca, anima scilicet fidelis, quia libentèr *D*ei legem, iustaq; diuina audit. Quid post auditum relinquitur? obseruatio. Hæc in manibus prefiguratur quia igitur anima quælibet legem *D*ei auditam debet seruare, ideò inaures, & armillas quæ aurium, & manuum ornamenta sunt, suscipit libenter Rebecca. Affero Sanctum *D*octorem. C *Fortasse audientes, hæc dicta; quæ ad gratiam Domini tenditis, & vos prouocamini, vt habeatis inaures, & virias; & dicatis quomodò probibes nos Episcope, vt habeamus, quod Rebecca accepit pro munere, & hortaris, vt similes simus* Rebeccæ? *sed non has inaures Rebecca habebat, & virias, quæ lites in Ecclesia ferre solent: alias inaures habebat, alias virias, quas, vtinam, & vos habeatis. Inaures Rebeccæ pij auditus insignia,* D *& viria* Rebeccę *ornamenta sãctorum sunt; has inaures habebat, quę non grauarent aurem, sed demulcerent, has virias, quę manum, non materiali auro ornarent, sed spirituali actu leuarent; ideò, & fratri, & parentibus in hoc placuit ornatu, & tu sume inaures, quas sibi Abrabam reliquit; audi verba* Domini tui, *sicut ipse audiebat, exe-*

In manibus sit lex Dei vt seruatur.

Inaures, & armilla cur data Rebecca.

quere iusta, sicut ipse properauit implere. Impletio, & obseruantia mandatorum Dei, *A*nimæ fidelis ornamenta sunt; hæc decorant, hæc dignam reddunt sponso cælesti, his adnectuntur premia Regni; q̃ sic ornata procedit anima, audit. *V*eni electa mea, & ponam in te thronũ meũ. Quia ille speciosus forma p̃ filijs hominũ, cuius vultum desiderat vniuersa terra, concupiscit speciem suam. Hęc electa, quia hęc perfecta, nusquam cessat à Dei legis custodia.

Finem suis sermonibus imposuit Salomon, Ecclesiastes assumpto nomine, qui Prædicator interpratatur; ac vno omnia complectens, quæ hominis salutem vallare ab omni incursu possent, dixit. *Ecc.*cap.12. *Deum time, & mandata eius serua, hoc est omnis homo*, vbi sic Glosa. *Positis itaque diuersorum sententijs, more boni Concionatoris, qui vt omnes audiant ipsum, manu silentium indicit, suam sententiam promulgat, quam omnes acclamant firmiter, tenere. Ità finem loquendi omnes pariter audiamus; Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo*. Quæ sententia, vti à sapientissimo procedit, ità sapientia plena est, & sublimem claudit doctrinam; etenim Philosophis omnino cõtraria primo videtur, ait .n. *Hoc est omnis homo*, ac si diceret. Qui, isthæc perficit omnis homo est. Omnis autẽ homo dari non potest. quandoquidem omnis homo hic, esset illas Platonis natura vniuersalis, separata à singularibus, contrà quam disput. Arit. 1. metaph. c. 3. tex 12 & c. 5. tex. 5. cum .n. natura vniuersalis, vtpotè humanitas prędicetur de suis singularibus, puta

Ecclesiastes idem, quod Prædicator.

Ecc cap. 12. 13.

Glosa.

Arist.

Petro, Ioanne, Francisco &c. debet esse in illis singularibus; alioquin prædicationes non essent veræ, & reales, sed fictæ. Non potest igitur dari hæc natura vniuersalis abstracta, & in cõmuni, separata à singularibus. Quapropter D. Aug. l. 73. quęst. longè ab hac vniuersalitate, fuisse mẽtem Platonis tuetur; nec enim tantũ virum in manifestis errasse, facilè concedere potest; & inquit, per Ideas intellexisse Platonem, quasdam rerum omnium similitudines, quas habet Deus in se, per quas producit ad extra; insuper, adeò contrà hanc vnitatem vniuersalem pugnant aliqui Philosophi, vt nec posse corsurgere antè operationem intellectus, velint concedere; quia antè operationem intellctus, natura, v. g. humanitas, est diuisa; est enim in multis, & per differentias indiuiduales, est in Petro, Francisco, &c. quapropter nõ est vna Cumque vna non sit, non potest prædicari de pluribus differentibus numero; non enim in illa vnitate contracta per differentias indiuiduales, est indifferens ad plura indiuidua. Ast quid in litigijs scholarum immoror? Hoc mihi sufficit naturas, scilicet vniuersales, & per consequens vnum hominem, qui omnis homo sit; non dari à parte rei. Quid igitur est, quod ait Solomon, *Deum time, & mandata eius serua, hoc est omnis homo?* In huius intelligentiam, propero ad Sacros Teologos. Disputant illi. Num vnusquisque Angelus constituat vnam speciẽ, an sub vna specie Angelica sint plura indiuidua solo numero distincta? & D. Thomas cum sua schola, docet vnumquemque

Natura vniuersalis separata à singularibus non datur.

Eccl. c. 12. 13.

A Angelum constituere vnam speciem; cuius opinionis fundamẽtum est; quia distinctionem numericam sumi, ait, à materia; cũque Angeli sint immateriales, nec habeant hoc principium distintiuum numericum, non possunt numero differre; & sola specie differunt. Secus opinantur, qui principium indiuiduationis, neutiquam à materia esse contendunt. Aliud pręcitatæ opinionis fundamentum affert

B Aegidius; & est, quod Deus substantijs illis separatis dat tantum esse, & tantam perfectionem in esse naturali, quantam potest recipere, & ideò cum reperiatur tota perfectio speciei, quam posset habere in multis indiuiduis, in vno Angelo, non multiplicantur Angeli in numero, sed vnusquisque Angelus constitnit vnam speciem. Si subsistat hæc opinio

C videant Teologi; *Probo*, vt in moralibus fulciar. Et induco ex his, ideò Angelum quemlibet constituere vnam speciem, quia quamlibet perfectionem, quam talis natura potest recipere habet. Et ad Salomonis Doctrinam redeo; ait Salomon, Deum timẽtem, & mandata eius seruantem esse omnem hominem. qui omnis homo est, & includit omnem perfectionem humanam, censendus est non indiuiduum, sed spe-

D cies; ad modum Angeli; igitur seruans legem dei, aliquo modo ob suam perfectionem censendus est non indiuiduum, nõ quid imperfectum, quod nõ dicat omnem perfectionẽ, & species omnem claudens perfectionem vnde omnis homo dicitur. Hinc inquit Lorinus in hunc locum ex Olimpiodoro. *Omnis homo, idem valet,*

Angeli cur in vna specie non multiplicentur.

Lorinus.

valet, quod totus, integer, perfectus, quidquid homo eſt. Sed peto quarè talis? quarè veluti quodam vniuerſale eſt hic homo? certè, quia legem Dei ſeruat. Sic textus. *Deū time, & mandata eius obſerua; hoc eſt, omnis homo.* Peto iterum, quid conueniat naturę vniuerſali, & ſpecificę, hoc cõuenit, quod propoſitiones eius, ſint ſempiternę veritatis, vt eſt iſta propoſitio. *Homo eſt animal rationale.* hæc propoſitio ſempiternæ veritatis eſt, quia, etſi indiuiduum corrūpatur, tamen vt inquit Ariſtot. ſemper manēt genera, & ſpecies. quod ſi ſpecies ſtabilis eſt; & quidquid de ea intrinſecè dicitur, eſt ęterne veritatis; & homo dicatur, veluti ſpecies, quia omnis homo, ex obſeruatione mandatorum, & legis Dei. Equidem æterna debet eſſe ſecundum vitæ durationem legis Dei obſeruantia; ſemper verificāda eſt obſeruatio legis Dei de homine. His accomodo D. Ambroſij dicta, qui exponens illud. *Pſ. 118. Secundum miſericordiam tuam viuifica mè, & cuſtodiam teſtimonia oris tui*, inquit, *Si enim culpa moriatur in nobis, erit vita Deo viuens ideſt perfecta.* Eccè perfectio ſpeciei, & omnis hominis. Sequitur Doctor. *Et cuſtodia præceptorum cæleſtium perſeuerant, quam vtique ille cuſtodit, qui viuificatur à Domino Deniq; viuificari ſe poſcit à Domino, & poſtea cuſtodia mandatarū cęleſtium pollicetur; non enim communis hęc vita cuſtodit cęleſte mandatum; ſed quę munere fulcitur æterno.* Æterna eſt ſpeciei vita, æternæ ſunt prędicationes illius. Si igitur quędam ſpecies eſt, & munere fulcitur æterno ſeruans legem Dei, in perpetuum, quouſque ſeruanda eſt, perſeuerantèr debet

Obſeruare Dei legem, debet eſſe propriū æternæ veritatis de homine.

Pſ. 118. 88

A ſeruare, & cuſtodire homo. *Et cuſtodia mandatorum cęleſtium perſeuerans.*

Quis talem excellentiam non ambiget? quis ſpernet illud per quod tantam perfectionem habere poteſt, quantam habet tota natura humana? hanc dat legis præceptorum Dei obſeruantia. Seruemus igitur, quæ præcepit Deus, non enim ab eorum cuſtodia abire debet fidelis. Sponſam

B animam alloquebatur ſponſus Deus, & aiebat, & nunc cuilibet. *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachiū tuum.* Offert, ſe ſe Deus ſponſæ, præcipitque, vt ſicut ſignaculum nedum ſuper cor, ſed ſuper brachium portet. Diſpungunt textū quamplurimi. Et ex eis, aliquis ſuſtinet, hoc ſignū exquiri à Deo in anima, vt ſic famulatum exprimat, & agnoſcatur ſerua. So-

C lēt enim Domini charactere aliquo ſignare ſeruos ſuos, vt famulatum ſemper agnoſcant. O Beatiſſima Virgo, ſine qua, nec viuere volo, agnoſcebat tuam ferè infinitam humilitatē Dilectus tuus Deus, ſciebat Ancillę profeſſionem, quam emiſiſti facta mater. Et quia voluntatem timentium ſe facit pius Dominus, dixit tibi. *Pone me, vt ſignaculum ſuper cor tuum, vt ſignaculum ſuper brachiū*

D *tuum.* Vt omnes vidētes te, agnoſcāt ſeruam meam, & Ancillam. Cumque perſpexerint ancillam, & matrem, non ſuperbiant, ſed tuam ſectētur humilitatem. Sint hæc tibi dicata ò Maria. Regredior ad animam fidelem, & peto, cur illam, quam Deus in ſponſā elegit, Ancillę inuſtione ſignat? inquit etenim, Ludouicus Pontanus in hunc locum. *Petit igitur ab anima, vt ſe totam intus, & foris illi*

Cant. 8. 6.

Mater Chriſti Beata Virgo ſemper agnoſci voluit Dei ſerua.

Ludouic. Ponte.

illi tradat, tanquam Ancillam, & sponsam, quę iam non est sui iuris; sed sui Domini, & sponsi. Proprio enim sigillo, & propria nota signamus, ea quę nostra sunt, quę ab alijs vsurpari nolumus; sed tanquam nostra ab alijs haberi, & dignosci, à cęteris, non nostris secerni; quemadmodum pecudes charactere proprio inurunt pastores, & heri seruos, aut ancillas. Vt seruam signat animam Deus, signatque in brachijs, & in corde. Inquiro Mysterium. Deus noster, qui totus amor est legem sanciuit Amoris, ac Spiritus Sancti digito inscripsit in cordibus nostris; vndè amoris fons ebullit. Similia enim similibus conseruantur: posuit igitur legem in medio cordis nostri, iuxtà dictum Hier. *Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam.* quia autem, ea quæ in vno loco semper seruari volumus signamus sigillo; ideò super cor sponsæ posuit signaculum suum Deus, & dixit. *Pone me, vt signaculum super cor tuum.* Signaculo (inquit Clemens Alex. lib. 3. pedag.) *ea signamus, quę custodiri volumus.* Posuerat in corde legem suam Deus; quia autem custudiri, & seruari uolebat, signauit. Placet hoc. Sed ad quid brachium signatum, famulatus insignibus, & seruitutis? Dicam: Dederat legem Deus, poterat tamen homo dicere, nō ad me spectat seruare. Quid Deus? signat, vt seruum. In lege autem definitur, quod seruus dicitur à seruādo. Essentiale est seruo seruare. quod si legem scripsit Deus in hominum cordibus, & illicò signauit, vt seruum, cuius est seruare. Legem suam ab anima fideli seruandam esse; & vt quid ei intrinsecum, & essentiale esse voluit edocere. Huc spectat Sanctus Ephrem. cap. 11. In illud. *Attende tibi. Seruiamus Deo in timore, ac tremore multo, & spe bona, quia aduenæ, & peregrini sumus in hac vita &c. seruatè in omnibus vos ipsos irreprahensibiles, vt sitis absque confusione &c. Etiam fratres mei dilectissimi studeamus in vana, & breui hac vita, quamdiù in ea versamur, perficere mandata optimi, & benignissimi Dei, & Saluatoris Nostri.* En quid ait. serui sumus, seruare debemus nos irrepræhensibiles, hocq; fit, ex custodia mādatorum Dei. Quis Deo, obseruando eius mandata, non seruiet? cū cogitat, Deum, sua benignitate nos nedum creasse sed seruare. Educitque ventos de thesauris suis ad obsequium nostrum; eleuat nubes ab extremitatibus terræ in ministerium nostrum, multiplicat volucres cęli, pisces maris, & bestias terrę ad obsequium generis humani; qui fecit Solem in lumen diei, & Lunam, & Stellas in lumen noctis, propter nostrum genus; qui saluauit nos per Mysterium prætiosæ crucis suæ; qui peccantes non illicò damnat, sed vocat ad pænitentiam, & vasa irę apta in interitum sustinet in multa patiētia; qui nedum sua, sed se, præparauit, & dat diligentibus se. En quot Dei beneficia circumuallant; seruemus nos Dei præcepta, quæ in corde nostro posuit, vt facilius seruentur; seruemus, inquam, nil prętermittentes vigilię, & diligentię, huius enim debitor est quisquis fidelitatem Deo iurauit. Fidelium personas repræsentans Christus, inquit, Ps. 39. *In capite libri scriptū est de me, vt facerem voluntatem tuā, Deus meus volui, & legē tuā in medio cordis mei.* Nedum in corde

Marginalia: *Non semper, vult esse suos Deus.* — *Hier. 31. 33.* — *Sanctus Ephrem.* — *Signat cor, & brachium animæ Deus.* — *Ps. 39. 8.*

de legem ſculptam habere debēt fideles, ſed in medio cordis; quid eſt in medio cordis? cor voluntatem ſignare ſolet, & ſcio alibi; hoc eſt Pſ. 1. ità ſcripſiſſe Dauidem. *Beatus vir, qui non abĳt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentię non ſedit, ſed in lege Domini voluntas eius.* Si voluntas, ſiue cor in lege debet eſſe; quid eſt, quod ait Propheta, *Et legem tuam in medio cordis mei?* Et quidem voluntas debet eſſe in lege, non extrà legem. Terminus voluntatis & cordis noſtri debet eſſe lex. Mala eſt voluntas, iniquum cor, quod extrà legem eſt, eamque traſgreditur; erit peccati reum, flammiſque dignum inferni. Si voluntas in lege debet eſſe, cur in volũtate, & in corde lex ponitur? *Et legem tuam in medio cordis mei.* Explicabo, quid vtriuſque ſcripturę ſenſus ferat ſecum Spiritus Sancti ſuffultus eloquijs, qui pulcritudinem propalans animæ inquit. *Collum tuum ſicut monilia.* Cant. cap. 1. aſſimilatio equidem magnam cõtinens Emphaſim; etenim ornamēta corporea, corpori aptanda ſunt; & mēbris eius debēt aſſimilari, & quid monilia, niſi colli ornamenta? collo igitur ſimilia eſſe debebāt. quid eſt, quod ordo mutatur, & collum animæ ſimile dicitur à Spiritu Sancto monilibus, non monilia collo? Sacri Doctores, variè locum illuſtrant, vnum affero Diuum Bernardum, qui literalem ſenſum primo attingit, perecturus deindè ad viuificantem Spiritum. *Solet.* Inquit Sanctus Bernardus ſerm. 41. in cant. *ornari collum monilibus, non ipſis comparari. Sed hoc illa faciant, quibus quia de proprio non ineſt decor,*

Pſ. 1. 1.

Cant. 1. 10.

D. Bernar

A *aliundè, vt mendicent neceſſe eſt; vndè ſe ſpecioſas mentiantur; nam ſpõſa collum, ità in ſeipſo formoſum, & iam decenter, quaſi natura formatũ eſt, vt extrinſecus, non requirat ornatum; quod enim opus eſt peregrinorum fucos adhibere colorum, cui propria; & tanquam innata ſubſit pulchritudo, in tantum, vt ipſorum, quæ ad ornandum quæruntur monilium, poſſit, adęquare nitorem.* Sic D. Bernardus. *V*erum alij in mo-

B nilibus his, Dei legem collo impoſitam ſponſæ, quam velut monilia, & ornamenta, quæ chariſſima ſunt mulieribus, charam habebat, introſpiciunt. de lege .n. ſcriptum eſt, Prou. 6. *Liga ea, ſcilicet præcepta in corde tuo iugiter, & circumda gutturi tuo.* *V*ndè D. Ambroſius ſerm. 3. in pſ. 118. inquit. *Vultus liberior eſt, vbi eſt caſtitatis continentia. Et portare Chriſti iugum ſuaue eſt; ſi ornamenta putas*

C *eſſe ceruicis tua non onera. Attolle ergo oculos tuos ad Dominum Deũ tuum, & quære Deum, & inuenies, erige ceruicem, redimicula, non vincula geris.* En vti legem Dei, monilia, & ornamenta iſta colli prę ſeferunt, Peto nihilominus, cur collum ſimile ornamento legis, dicatur, & non potius, lex collo ſimilis; naturæ etenim noſtræ lex aptatur? aduoco D. Bernardum

D qui ſerm. 41. cant, inquit, collum ſignificare intellectum. *An non tibi videtur colli quodamodò vicè fungi intellectus?* Et iam quid ſibi velit Dauidis pronunciatum ſapio. *Et in lege Domini uoluntas eius, & legem tuam in medio cordis mei.* Deus legem ſtatuit, & dixit, ornamenta colli, hoc eſt intellectus inquit D. Bernardus. Intellectus quando aliquid in ſe habet, ità in ipſum, veluti transformatur, vt fiat illudmet, quod habet in, ſe.

Lex Dei monilia.

D. Bernar

Vndè

Arist. Vndè, inquit, Arist. *Intellectus est omnia fieri.* Vt doceat igitur Spiritus Sanctus fidelem animam, ità legi incumbere, vt ipsamet lex videatur: Ideò non comparat monilia, hoc est legem collo, hoc est intellectui, sed potius intellectum legi. Quasi dicat: fidelis anima sponsa mea, ità legi meæ conformis est; vt in ipsam legem videatur conuersa; videanturque vna, & eadem essentia; lex, & anima, inuicem se penetrant. & hoc B dicit Dauid. *Et in lege Domini voluntas eius.* En, vt voluntas penetrat legem, & iterum. *Legem tuam in medio cordis mei:* eccè, vt cor à lege, penetratur. Miscentur, fiunt vna, veluti essentia, volūtas, cor, & lex: tanta enim est in fideli anima legis obseruatio, vt à præceptorum Dei obseruantia discerni non posse videatur. Quo tetēdit Ludouicus Pontanus in Cant. exponens præfatum versum, & C dicens. *Iam modum portandi præceptorum iugum, qui eisdem verbis præscribitur amplius explicemus; magnam enim emphasim habet assimilatio ista colli ad monilia; etenim corporea monilia fabricantur per artem, vt aptentur collo; & ideò ad similitudinem colli figuram sortiuntur. At spiritualia monilia, non sic, quia potiùs collum fieri, & aptari debet ad similitudinem eorum; & tunc erit verè pulcrum, quandò fuerit si D cut monilia, illis omninò simile, & conforme, vt scilicet quidquid dictāt præcepta, in animam per obedientiā transferatur.* Quid clarius? ea præcepta in animam transferuntur, & anima fit præcepto similis. Fiunt vnum, se se penetrant, miscētur. O felix anima, quæ sic præceptis Dei incumbit; hanc laudat, hanc celebrat Spiritus Sancti lingua, quæ præcepta dictauit,

Vnum, & idem fit intellectus, anima nostra, & Dei lex.

Ludouic. Pontanus.

A Et ad illorum semper tendit, & inclinat obseruantiam; ità vt Angelicos spiritus ptiuet cælo, licèt semper videant faciem Patris qui in cælis est, vt homo præcepta Dei seruet. Certum est de fide, vnicuique hominum ab ineffabili Dei prouidentia destinatos Angelos ad Custodiam; claret hoc in Euangelio Matth. 18. vbi Christus sic ait. *Videte ne contemnatis vnum ex pusillis istis, qui in me credunt; dico enim vobis, quod Angeli eorum in Cælis, semper vidēt faciem Patris.* Et Paulus Apostolus Heb. 1. inquit. *Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capient salutis.* Qui textus non intelligendus est, quod solis prædestinatis assignetur Angelus, qui custodiat. Datur enim Angelus custos omnibus, quia Angelus spectat ad numerum auxiliorum sufficientium, quæ dantur à Deo, & hæc auxilia sufficientia dantur, etiam damnandis; & hoc ad bonitatem Dei spectat, apud quem non est distinctio Iudei, & Græci, sed est idem Dominus, Diues in omnes, qui inuocant illum; & neminem priuat illis beneficijs, quę solent esse Vniuersalia, & Angelus datur à principio natiuitatis, vt inquit D. Hieronymus. *Magna dignitas animarum, vt vnaquæque ab ortu natiuitatis, habeat in custodiam sui Angelum delegatum.* Deus autem non solet priuare beneficijs, & auxilijs propter peccata præuisa: vnusquisque igitur homo, siue prædestinatus sit, siuè præscitus, habet Angelum sibi deputatum ad custodiam. Priuat loco empireo Deus Angelos, vt vel præscitos custodiant. Peto, ad quid reuoluit cælum, vt ità dicam, De-

Angelos Custodes nobis dari est de fide.

Matth. 18. 10.

Heb. 1. 14

D. Hieronim.

us, mittatque in terram Angelos? nonnè ipse omnia gubernare per se solus potest? non nego potentiam, ast hoc conuenientius est, nam vt inquit Diuus Augustinus, quem adducit Diuus Thomas libr. 3. de Trinitat. cap. 4. *Sicut corpora crassiora, & inferiora, per subtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur, ità omnia corpora per spiritum vitæ, & spiritus vitæ irrationalis, per spiritum vitæ rationalis, & spiritus desertor, per spiritum pium, & iustum, & ille per ipsum Deum*. Mittit igitur Angelos ad homines quorum officium exprimens Dauid inquit. *Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis, in manibus portabunt te, ne vnquam offendas ad lapidem pedem tuum*. Hoc curant ad hoc mittuntur Angeli, ne ad lapidem offendamus. Bone Deus, quis homo lapidem non vetabit? quis offendet in manifestè offensiuum? refugit, vel ipsa natura nociuum. *Verum alius lapis hic est, ille porrò in quo Dei lex scripta digito Dei fuit, & data Moysi; cum ergò Angeli ad hoc, empireo loco ad tempus priuentur, vt nos non offendamus in lapidem, in quo lex Dei scripta est, eamque transgrediendo conculcemus; sed vt potius seruemus; licet inducere, Deum quasi reuoluisse cælum, vt legis suę obseruantia floreret in nobis. audiatur primo D. Bernardus, & deinde Franciscus Offunensis. Ait Sãctus sermone in Psalm. Qui habitat. *Domine, quid est homo, quia innotuisti ei, aut quid apponis erga eum cor tuum, geris pro eo sollicitudinem, curam illius habens, denique ei mittis Vnigenitum tuum, immittis spiritum*

D. August.

Ps. 90. 13.

Angeli priuantur loco empirei ad tempus & quare.

D. Bernardus. Frãciscus Offun.

A *Sanctum, promittis etiam vultum tuum; & ne quid in cælestibus vacet ab opere sollicitudinis nostræ beatos illos Spiritus, propter nos mittis in ministerium, custodiæ nostræ deputas, nostros iubes fieri pædagogos.* Sed ad quid præcipuè destinat? ne forte offendamus ad lapidem pedem nostrum. Et ecce Offunensis ex Diuo Augustino serm. quinto in 40. *Legem in lapide voluit scribere Deus, propter duritiam*

B *cordis eorum, vt ostenderet punitionem duram, quam consequerentur transgressores; vnde dantur Angeli, vt portent in manibus, ne offendant in lapidem, idest in legem lapide scriptam, & sine gratia teneãtur rei.* Vidit Seraphicos illos spiritus Isaias, cũ ab aula Regia ad cõspectũ Dei raptus est. quis auertet à Regalibus opibus, ni Dei vultus? sic terrenis humana mens fixa, aglutinatur; expandebant alas

C amantes fœlicesque columbę, & quò nam volatus hic, ni ad Isaiæ doctrinam? volabant, inquam, quia volatu ad Dei legem in lapide sculptam, itur.

Promoueant ad legis obseruantiam Angeli; *Ast* sit nobis exemplum Christus, qui nascens, & moriens, in legis obseruantia, se se prębuit exemplar. Diuus Bernardus serm. 2. de Natiuitate exponens illud Genesis 2. *Flu-*

D *uius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandam vniuersam superficiem terrę.* inquit. *Fluuius iste est Dominus meus Iesus, qui de duobus locis voluptatis egreditur. ex vtero Patris, & ex vtero Virginis.* & interius: *Hic locum voluptatis, vterũ Marię intelligo, in quo cumulauit omnes delicias deliciarũ Dominus: de cuius delicijs Spiritus Sãctus admiratorio sermone, in amoris Cãt. eructat. Quę est ista, quę ascẽdit*

Gen. 2. 10. Christus nascens & moriens dat exemplum obseruantiæ legis. D. Bernar.

Vterus Mariæ locus voluptatis.

de deserto delicijs affluens. Opinio est aliquorum, locum voluptatis, quem Deus à principio condiderat, diluuio fuisse deletum; sed cum destructæ delitiæ illæ, diluuium Spiritus Sancti in te omnes delitias illas asportauit, O Maria verè locus voluptatis, & delitiarum, in quo Christus caput suum, quod alibi reclinare non potuit reclinauit. At fluctuo in fluuio Dei filij, è loco voluptatis egresso, enimuerò, venit passurus, & moriturus. Quid delitiæ, cum afflictionibus? quid voluptatis locus cum passione? quid est quod nascens, primo voluptatis elegit locum? doceat Adam. Creauit illum Dominus Deus; posuit in loco voluptatis; ast ibi præceptum Domini seruaturus erat, custodire debebat lignum scientię boni, & mali intactum. *Plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio, in quo posuit hominem, quem formauerat*. & inferius. *Posuit eum in Paradisum voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum*. Scilicet vt custodiret præceptum, ei à Domino datum, quod in custodia ligni scientiæ boni, & mali consistebat. Vndè, sequitur. *Præcepitque ei dicens: ex omni ligno Paradisi comede; de ligno autem scientię boni, & mali, nè comedas*. Non longe est ab hoc sensu Isidorus dicens. *Ex eo, quod additum est, & custodiret, &c. innuitur, qualis operatio esset, quia in tranquillitate beatę vitę, vbi mors non est, omnis operatio, custodire, quod tenes; Datum est enim pręceptum, vt de omni ligno paradisi sumerent, sed non de ligno scientiæ boni, & mali*. Positus est igitur Adam in Paradiso voluptatis, vbi præcepta Domini seruare debebat; ac ab ipsamet terra, quę fructus affluenter proferebat, disceret fructus obedientię Deo ab anima sua producere. Quod obseruauit Vgo Cardinalis in cap. 2. Genesis inquiens. *Tulit ergò hominem extrà Paradisum formatum, vt ipse homo operaretur, non laboriosè, sed delitiosè, vel sic. Vt homo operaretur, quantum voluntati satis esset, non quod indigentia cogeret, Et custodiret illum Paradisum, homo, scilicet, idest, attenderet, vt quod faceret in terra per agriculturam, custodiret in se per disciplinam; & sicut ager colenti homini obtemperaret, ità homo obtemperaret Deo præcipienti. Vt sumpto præcepto, redderet fructum obedientiæ, sicut ager reddit fructum culturæ*. En obseuantia præcepti lati. Et ex Adam in loco voluptatis posito, intelligo, cur Christus, qui passurus venit, nascens voluit esse in vtero Mariæ; qui erat locus voluptatis. Homo positus in loco voluptatis, seruare debet imposita pręcepta; imposuerat præceptum Christo Pater patiendi pro nobis, & ipse statim in loco voluptatis est; ibi tenetur homo seruare pręcepta, vt indicaret igitur Christus se positum ad obseruantiam pręcepti Paterni, in loco voluptatis, nasci voluit. Concordat. Diuus Augustinus libr. de Genesi contra Manich. dicens. *Constitutus est*. idest Christus. *In Paradiso; idest Virginis vtero, vt operaretur ibi, & custodiret, idest in voluntate Patris, vt eam impleret, atque seruaret*. Sed videamus morientem. Stat Christus in cruce viuus, & omnis creatura moritur; nec antea emittit spiritum, quam felle potetur, & aceto; ipseq; potū petit. O Domine non nè satis fuerunt colaphi, sputa,

Gen. 2. 8

Adam in paradiso positus, vt præcepta Domini seruaret.

Isidorus.

Adam ex à terra discere poterat obedire Deo.

Vgo Card.

A sputa, conculcari pedibus, per terram vehi, atque raptari, flagella, spinæ, ictus arundinis, funes, ferreę catenæ collum stringẽtes, & manus, crux, claui? quid sitim tuam propalas, sciens non aliud tibi paratum haustum, quã fellis, & aceti? ò quam exacta debet esse obseruatio legis. Audacter dico: non poterat mori Christus à Diuinitate in vita seruatus, ni haustum fellis gustaret, & aceti; venit quandoquidem implere B Scripturas; sique eas non adimplesset, rueret fides nostra; Christus non esset ipsa veritas, qui dixit, non veni legem soluere, sed adimplere; & alibi oportet implere omnia, quæ scripta sunt de

Ps. 68. 22. Christus cur dixit sitio.

me. Scriptum erat. *Et in siti mea potauerunt me aceto.* Sitiuit; ergò Christus, propalauit sitim vt exacte omnia, quæ de eo in scriptura scripta erant, adimpleret, atque seruarẽt; vndè post potum, C dixit. *Consumatum est.* Et tradidit spiritum. Hinc Diuus Bernar-

D. Bernar.

dus serm. de passione. *Dixit Dominus: consumatum est. Nihil restat implendum; iam non est, quod ex-*

Sebastianus Berradius.

pectem. Et Sebastianus Barradius in hunc locum inquit. *Cum accepisset Iesus acetum, dixit. Consumatum est; omnia iam erant consumata, vnum restabat; videlicet, Scripturam implere illam: In siti mea potauerunt me aceto. Post-* D *quam ergò scripturam impleuit, accepto aceto, dixit, Consumatum est. Hoc est: omnia, quæ Pater me passurum decreuerat, & prędixerat, in scripturis, & figuris consumata, & perfecta sunt.* Christus, vt inquit Petrus Apostolus, passus est, nobis relinquens exemplum, vt sequamur vestigia eius, nec apiceẽ liquit inadimpletũ Christus filius Dei. Cur nos præcepta eius

calcabimus? si cum filio non adest dispensatio, cur nobiscum erit? O Christe Iesu, domine mi dulcissime; heù video, te spirantem, & non morior. Tradis spiritum, & viuo. Hinc agnosco meam vitam, non vitam, sed mortem. *Si enim ex tę viuerem, moriente te vita mea, morerer ipse: moreris, sed prius caput inclinas.* Ità Ioannes. *Et inclinato capite tradidit Spiritum.* Quæ gesta hæc nuntiãt? quid loquuntur? Dicam. Ioan. 19. 30.

Est in nobis irascibilis, & concupiscibilis potentia. Vndè homo, vel amore, vel timore mouetur: non datur medium. Dedit nobis legem. Et quia ad trangressionem euolabat animus etiam præueniendo, puniebat. Cum tamen punit; delicta punit: non enim Deus pęnas infligit, nisi delictum clamet, expetatque pænam. Expendit Saluianus lib. 6. de prouidentia. cur Deus concupiscentias eorum puniuit, qui in in deserto carnes desiderauerunt; quibus Deus annuens pluit sicut puluere carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata? Quandoquidem adhuc escæ eorum erant in faucibus eorum, &: *Ira Dei ascendit super eos.* Ps. 77. imquit Doctor. *Interdictum nondum fuerat vè desiderarẽt.* Ad quid Ps. 77. 31.

ergò puniuntur? respõdet. *Sed legali, vt reor obseruantia proficere Deus voluit; vt rebellẽ concupiscẽtiã coerceret; quo facilius cunctus populus agnosceret, quantum vitare debuisset, quę Deus, scriptis calestibus interdiceret; quandò etiam illa eam admissa lęderent, quę nondum vetuisset.* puniuit malas concupiscentias, legẽ scripta non vetitas; vt hinc addiscerent, haud transgressoribus legis scriptæ, promulgataq; parcendũ. En

timor, qui non compescuit. Stimulum addit, amoris, Deus se ob fetuantię ducem facit; nec tormenta vetat, vt seruet. Nunquid hic stimulus proficit. Heù scit mundus, non est apud homines lex, non præcepta, non mandata, non Euangelium, non Christus proficit, non Deus timetur, aut amatur. Vidit sua scientia hæc Christus. Et en moritur, & priusquàm moriatur caput inclinat. Quandò aliquis verecundia afficitur, in honoratusque dimittitur, inclinat caput in terram; sic Christus Dominus meus, verecūdia confusus, caput inclinat, & moritur. O Deus. O Christe. O Iesu mi dulcissime, spes animæ, confusus, quia tibi in præceptis tuis obedire nolo; nec ad hoc moueor, aut timore, aut amore, caput inclinas, & moreris. Verecundia madidus, quia nec spontè promissa vota adimplere volo; nec verbis stò, teque, vt vile quid conculco, inclinas caput, & moreris. O Domine saltem moriar tecum vt desinam te amplius cōfundere, tuumque conculcare honorem. Deuotissime Simon de Cassia lib. 14. de Passione Saluatoris, dicens. *Qui caput inclinat, subiecta oculis respicit; & Christus vultum declinauit ad terrā, ex qua secundum carnem sumptus erat; & erat in illa condendus; quamquam non resoluendus in puluerem. Sed nō credamus terram istam, quę pedibus subiecta calcatur, Christum Dominum aspexisse; sed defixit vultum ad ima, sicut malè faciens mūdo, seu turpitèr licentiatus, ab impijs, & aptitudinem faciens hominis morientis.* O quis non dolore confectus, morietur, hęc verè cogitando.

Simon de Cassia.

Christus moriens caput inclinauit, vti confusione affectus.

A

TEXTVS

VERS. XI.

Editio Vulgata.

Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.

Sanctes Pagn.

Fornicatio, & vinum, et mustum, auferunt cor.

B

70. Interp.

Fornicationem, & vinum, & ebrietatem, suscepit cor.

Vatab.

Fornicatio, & vinum, & mustum auferunt cor.

C

Editio Chaldaica.

Fornicatio, & vinum, & ebrietas se mouet, & inducit in errorem cor ipsum.

COMMENTARIVM iuxtà Literam.

Quoniam non desunt, qui ad literam, textum hunc dispungunt de corporali fornicatione; aliquid de eius malis in mediū adducere minimè duxi

D

incongruum; ipsa est, quæ, vt ait textus, aufert cor. Non enim fornicatio, est sinè amore; Amātisq; cor ad Amatum transfertur; vndè sine corde Amans est; quique est sinè corde, non viuit. Quandoquidem vitæ principium est à corde; en mortuū Venereis spurcitijs deditum, de quo dicere possum illud Dauidis. *Os habent, & non*

Libidinosus mortuus. *Ps. 113.*

non loquentur, oculos habent, & non videbunt. Nec absunt adhuc ex viuentibus testes. Dux scilicet militiæ, Michael Mazzuca, natione Albanus; Barrili in Lucania habitator; cui hodie, sex millia militum, iussu Regio subsunt; & ritè. Non enim labores, meritaque, premijs abire facit vacua Rex noster; columna fidei, Ecclesiæque Dei sponsæ Propugnaculum Philippus castissimus. Huic sanguine viuit adhuc coniunctus eques ex Mazzucis, qui inter multa luxuriæ inquinamenta fuerat Armellinus, cui est inscriptio. *Malo mori, quàm fœdari*. Et inter incensas libidinis flammas vixerat Salamandra. Heù nescio qua victus diabolica acie; cepit Quãdam fœdè amare; non obstitit initijs, crescit flãma, cremabat cor; & en tartareus fetor aerem contaminans, pestem Cõsanguineis inducebat. Accurrit Dux Michael, vt circumdatum cor liberaret ab incendio; fudit mox proprij honoris, quem spurcissimè fœdabat, mox pænarum inferni, vel ipsis Dæmonibus horribiles, mox cęlestis gloriæ, mox Dei, quem pro vili creatura amittebat, liquores. At qui dè tot, & sępe triumphauit hostibus; heù victus abscessit; addidit palestræ milites Consanguineum alium, qui, vt piè credo viuit in Cęlis. Dominus Dimitrus Mazzuca omni pietate Illustrissimus aggressus est pluries, ast non cedebat à Diabolo possessus; mihiquè testati sunt, ità à se dum hac peste, ille laborabat, abalienatum; vt nec audiret, nec seriò loqueretur; sed versa facie in eum locũ, vbi mulier illa esca Satanę habitabat; in eam partem, lapidea statua erat. Deogratias. E cęlo suc-

P. Franc. de Franch. in Hos.

A currit meus Beatissimus Pater Franciscus, cuius ardebat deuotione, antequã aliquid occupasset cor; & vt piè, & certè credo, eius meritis ab inferni laqueis ferreis fuit ereptus; viuitque in pace iam pænitens, seruũ Dei se agnoscens. Viuas amicissime mi. *En*, vt aufert cor scortatio; en, vt fornicator viuit sophisticè. De qua D. Hieronymus in Epist. Eusebij ad Damasum. *Luxuria huiusmodi facit opera, corpus debilitat, & quasi semper ipsũ morte destruit; famam denigrat; marsupia euacuat; furta instruit; homicidia causat; memoriam hebetat; cor aufert; oculos vtriusque hominis excęcat; iram Dei prouocat*. Aufert cor fornicatio, datque aliud; vt qui prius humana, imò Deifica viuebat vita; fornicans recipiat brutale cor, fiatque brutum. *Homo*. dixit Propheta Dauid. *cum in honore esset nõ intellexit; comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis*. Sed quandò? nam in honore fuit altissimo, homo? fortè nè, quãdo fuit in Paradiso terrestri? non nego; sed hic subiecta pecora habuit, terræque Dominus factus est. Maiorem inquiro honoris promulgationem; hanc, non aliam agnosco, pręter illam, qua hominis filius, filius Dei dictus est. Hoc lego in Genes. cap. 6. *Videntes filij Dei*, Sed heù concupierunt fœminas, adamarunt scortationem, & illicò toti caro, scilicet bestiæ effecti sunt. *Omnis caro corruperat viam suam*. Non amplius filij Dei, nõ amplius homines, sed caro, sed bestiæ, quia aufert cor fornicatio. ad hæc adduco D. Hieronymum in Epist. citata; vbi inquit. *Fugite luxuriam, nàm sicut Virginitas hominẽ ęquat Angelis; imò plus eum facit; quam* Ange-

D. Hieron.
B
Mala luxuriæ.
Ps. 38. 13. 21.
C
Genes. 6. 2
D
Genes. 6. 12.
Luxuriosus è filio Dei bestia peior.

Angelum; ità luxuria hominē, quasi bestificat, & vt, ità dicam, multò eũ peius bestia efficit. Filius Dei eras; venit luxuria, abstulit cor, & bestia factus es; quapropter, dixit Dauid. *Homo cum in honore esset, non intellexit comparatus est iumētis insipientibus, & similis factus est illis.* Ne igitur in bestias mutemur, fugiamus auferentem cor, fornicationem; claudamus oculos, ne per fenestras intrās mors; cogitet mens de fœmina. Ne dicas; virtus erit propugnaculum; ne sapientior Paulo sis, qui dicit, *Fugite fornicationem.* accipias, vel ex fabellis exemplar, non à me, sed à D. Hieronymo in Epist. Valerij ad Rufinum, sic dicente. *Vexilla pudicitię tulerunt cum Sabinis Lucretia, & Penelope, & paucissimo comitatu trophea retulerunt. Amice nulla est Lucretia, nulla Penelope, nulla est Sabina. Iuppiter Rex terrenus, qui, & Rex Cęlorum dictus est, prę singulari strenuitate corporis, & incomparabili mentis elegantia, post Europā mugire coactus est. Amice, ecce, quem bonitas super cęlos extulit, foemina brutis camparauit.* Et cur non brutum; cui ablatum est cor humanum? cor ferę homini succedit, corde ablato humano, vt docemur ex Sacra Scriptra de Nabuchodonosor loquente; qui vbi nō homo, statim cor feræ ei datū est. *Cor ferę detur ei.* Nec tantum fornicatio, sed Ebrietas aufert cor: vbi notandum, quod non ait vinū aufert cor; sed Ebrietas. Vinum etenim, moderatè sumptum, prodest ne dum corpori, sed animæ, occasionalitèr; puta, quia Spiritus vitales fauēt operationibus animæ. Vndè inquit D. Thomas in 2. 2. qu. 149. art. 1. *Vsus vini mensuratus, multū confert; & modicus excessus, multum*

1 Corint. 6. 18. — *D. Hieronim.* — *Dan. 4. 31.* — *Vinum corporis prodest, & animæ.* — *D. Thom.*

A *lędit. qui impedit vsum rationis, magis etiam, quam excessus cibi: vndè in Ecclesiastico dicitur. Sanitas est animę, corporis sobrius potus.* Iungit ista duo Propheta, fornicationē, scilicet, & ebrietatem. Quia vinū mater luxuriç est; quod multis Sacrę scripturæ exemplis probat Figuerius, quem transferre huc, non grauabor. Inquit ipse; Filiæ Lot cum Patris concubitum sibi expetendum credidissent, eamq; B rem turpem intelligerent, nec à Patre, dum cor retineret, obtinēdam sperarent; cor ei prius auferendum esse decreuerunt, ad quā rem perficiendam, vinum ei bibere dederunt, dormiuitque cū filiabus grandeuus Pater, corde per vinum expoliatus. Populus Israel, non antè in deserto vitulū adorauit, quam se se vino, & esca ingurgitando, cor perdidit; ait enim Scriptura. *Sedit populus mādu-* C *care, & bibere, & surrexerunt ludere.* Exod. 32. & tandem concludo cum Salomone Prou. 23. *Luxuriosa res est vinum.* At quia non desunt, qui ad fornicationē spiritualem, scilicet, Idolatriam, textum trahunt; vt est Theodoretus, & Theophilatus, qui expendentes Idolatriæ malum, ac cor debitum Deo, datum lapidibus, & lignis aiunt. Infidelitas, & Idolatria aufert cor, scilicet, mē- D tem, iudicium, animum, ac hominem dementat, facitque vecordem. Puto hos, non ità ad fornicationem spiritualem applicasse textum, vt literam abiecerint, sed potius quādam similitudinē in his inuenisse, quę talis esse potest. Sicut fornicatio, & ebrietas auferunt cor, sic Idolatria. Diuus autem Hieronimus aliud, alio explicat; & ait. *Sicut enim vinum, & ebrietas, eum qui biberit mentis*

Vinum ad luxuriam mittit. — *Exod. 32. 6.* — *Pro. 20. 1.* — *Fornicationis, & Idolatræ similitudo*

suę

sui impotem facit:ità, & fornicatio, ac voluptas peruertit sensum, animumque debilitat, & de rationabili homine brutum efficit animal; vt ganeat, & luparaтia, & libidinum lustra sectetur, eamque ità cor loco suo motum fuerit, ligna, & lapides Deos putat, & adorat opera manuū suarum Mihi autem textus à sua literali significatione, non videtur amouendus, & dicerem coniungi antecedenti, sicut causa suo effectui, Etenim dereliquerunt Dominum Israelitæ non custodiendo; & adorando Idola. Causa autem, huius rei, inter cæteras, fuerūt, fornicatio, & Ebrietas; scimus namque è sacra scriptura sæpius ad Idolatriam, hæc duo vitia traxisse fideles.

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS XXXXII.

Libidinis peccatum, mortem gignit, & aufert ab homine proprium cor.

FORNICATIO.

Fornicatio quamlibet immūditiā claudit. Est insigne vitium, fornicatio. *In fornicationis autem nomine*, quælibet immunda pollutio includitur. Doctrina hæc *D. Bern* est D.Bernardi lib. de modo bene viuendi. Serm. 23. dicentis. *Omnis immunda pollutio, fornicatio dicitur*. Cui meritò Propheta noster primum inter vitia assignauit locum, dum ait. *Fornicatio vinum, & ebrietas, auferunt cor*. quia ipsa facilè ad vitia cuncta precipitat. Hinc ait Sanctus *Isidorus* relatus à Diuo Bernardo,

A sermone citato. *Fornicatione coinquinari, deterius est omni peccato. Fornicatio maior est omnibus peccatis. Fornicatio graue peccatum est. Fornicatio omnia mala superat.* *Fornicatio omnibus peccatis maior & quare.* Quod, licet non verificetur ratione entitatis, vt ità dicam, peccati, Tamen, vera hęc omnia probantur, eius effectus considerantibus; qui sunt Cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, Amor sui, odium Dei, *Fornicationis effectus qui.* B affectus præsentis sęculi, Desperatio futuri. Per hanc, vt docet *Diuus* Thomas secunda secundę qu. 153. artic. 5. deordinantur in actibus suis superiores potentię; quia anima nostra operatur mediantibus sensibus exterioribus, & inferioribus potentijs; hę autem, cum vehementer afficiuntur ad sua obiecta, tunc impediuntur potentię superiores; quia trahuntur, & deordinantur; & C ideò non operabuntur bonum. Impeditis autē intellectu, & voluntate; vbi erit consilium? vbi appræhensio veri boni? vbi iudicium de agendis? vbi desiderium Dei? vbi eius *A*mor? & hinc est, quod ligatis intellectu, & voluntate propter concupitam creaturam, vehementerque dilectam; cęcus est homo, & sinè consilio. Et vti cęcus ruens præceps, iudicia Dei nō contemplabitur, bo- D nis inspirationibus, non assentietur; quia meretrix, dilecta, auertet cor; amabit se, plusquam Deum, Deum odio habebit, Soli præsenti sęculo erit affixus. En, quid parit libidinis culpa; en, vt deordinat totum hominem, qui sic deordinatus, sine corde humano dici potest. Et quia deficiente corde, non datur vita; ideò non viuens talis peccator erit, sed phantasma: nomen habebit viuen-

viuentis, sed mortuus erit. Peccantium libidine, vel à mundi exordio maculata terra, languebat; quia. *Omnis caro corruperat viam suam.* Quid Deus? extinsit hominem, pluit super terram, apertis cæli cataracteribus, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus; quod perpendentibus, facilè occasionē prębebit inquirendi, cur Deus diluuio libidinosos illos puniuerit? solet quandoquidem, vt iustus Iudex, iuxtà delictorum mensuram taxare pęnam: quis autem ignorat fornicationis ferè totā causam esse oculos? oculi primi saggittarij cordis sunt, ità D. Bernardus serm. citato. *Oculi nuncij sunt fornicationis. Visio est prima causa fornicationis. Mens enim per oculos capitur. Per oculos intrat ad mentem Saggitta amoris. visio oculorum mittit Saggittas fornicationis in mentem. Oculus est prima Saggitta fornicationis.* Cæcitate igitur percutiendi erant fornicarij illi, aut ob infirmitatem oculorum perire. Sampson proprio visu Sagittatus est, & ex iusto Dei iudicio oculis fuit orbatus: hoc contemplatus est Diuus Bernardus serm. citato, & dixit. *Sampson descendit in regionem Philistinorum; & vidit ibi mulierem, atquè adamauit, & in gremio illius dormiuit, illa verò crines capitis eius rasit, & tradidit eum in manibus inimicorum eius; qui statim oculos eius eruerunt; & sic miser, quia vidit, quod videre non debuit, oculos perdidit.* Quid est, quod eadem pæna mundus, qui ad concupiscendas mulieres oculatus abibat, punitus non est, sed diluuio, sed aquis? vt arcanum Dei mentis assequar deuotus, non superbus scrutator, suppono, hominē quemlibet ob peccatum perire,

Genes. 6. 12.

D. Bernar

Oculi fornicationis nuncii.

Iuxta mensuram delicti datur pęna in eo in quo, quis peccat.

A quod, vel in ipsa potestate data à Domino nostro Iesu Christo Petro, non obscurè percipitur. dixit enim. *Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in Cęlis, & quodcunque solueris super terram, erit solutū, & in cęlis.* Equidem illa ligatio peccatum hominis designat. Sed quid est, quod peccatorem dicit ligatum Christus? hebreorum illorum ætate, mortui ligabātur, Vndè Christus
B videntibus resurrectionem Lazari, dixit. *Soluite, eum, & finite abire.* Vt igitur, quemlibet peccatorem esse mortuum doceret Christus, potestatem dans Petro, sub nomine vinculi, & solutionis dedit. Fauet his D. Laurentius Iustinianus libr. 1. de spirituali animæ interitu, dicens. *Rectissimè censendum est, neminem posse spiritualitèr mori, in quo Diuini timoris inest flamma, quæ pedetentim igno-*
C *rantia detergit caliginem peccatorū, vincula soluit, seruilis metus excutit iugum, & ad castissimi susceptionem amoris mentem ordinat. Ipso denique ingrediente ad cor, fugatur metus dubietatis, mēs nō opaca clarescit, exultat spiritus, inardescit affectus, euigilat animus, omnis hebetatę mentis pristinus vigor reuertitur, & efficitur spirituali resurrectione viua, quæ prius ex sui corporis ignauia iacebat mortua. Quomodò inquā*
D *illa non fuit mortua, quæ extrinsecus quidem seculo lętabatur, in proprijs carnis se voluptatibus immergebat, intrinsecus verò sui ignara, & cæca, sine aliquo virtutis gustu insensibiliter effluebat? Sanè in illa complebatur, quod de Sceleratis Propheta loquitur, dicens; lętantur, cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Fatent huiusmodi, more quatriduani Lazari in monumento sepulti, & multorum compediti sunt*

nexi-

Matt. 16. 19.

Ioan. 11. 44.

Peccator mortuus.

D. Laurentius Iustinianus.

nexibus delictorum, à quibus, niſi iubente Domino, & Apoſtolica interueniente auctoritate nequaquam valent abſolui. Illi namque ligandi, atque ſoluendi animas, atque Regni Cælorum reſerandi aditum, tollata eſt poteſtas. En, quis ſoluitur, qui ligatus ad modum quatriduani Lazari, iacet in ſepulchro, vndè cum dixit Deus, *quodcunque ſolueris*, mortuum peccatorem prædicauit. Occidit quodlibet peccatum, & nos, ex Adam progeniti, mortui lucem hanc obtinemus, ait quandoquidem Apoſtolus. *In Adam omnes moriuntur.* Sed nunquid mortuos vult Deus? abſit, vita eſt, vitam dabit, & hanc primo dat lymphis, aquarumque baptiſmate. Ex aquis viuimus, qui mortui ob peccatum, à clauſtris procedimus matris: aqua igitur mortuis vitam, & vetam vitam dare ſolet, nec ad vitam vocantur, niſi mortui, vt indicaret igitur Deus, terram, ob libidinis peccatum mortis pœnam incurriſſe; aquis vitam dantibus, voluit eam diluere. tetigit Chriſologus ſerm. 145. dicens: *Cum mundus intrà generis primordia per deſcenda, nefando vitiorum ſqualore ſordeſceret, & totus criminum fœtore horrore, ac penè ipſo iniquitatis ſuæ fumo fuſcare Cæli tantam contenderet claritatem; quadraginta diebus, ac noctibus expiaturus terram, cæleſtis imber effunditur, vt quia perire ſibi mundus, quod factus fuerat, iam dedibat, gauderet tali baptiſmate ſe renatum.* Quod renaſcitur mortuum erat. Mundus ergò, qui ex aquis renaſcitur, illoſque ſignabat, qui libidinis peccato immundi erant, mortuus erat. inſligit enim mortem peccatum libidinis, vti ait P. Franc. de Franch. in Hoſ.

Primo Cor. 15. 21.

Chriſolog.

Mundus vir diluuio madidus.

A Diuus Bernardus ibidem. *Qui luxuriatur, quamuis videatur viuens, tamen mortuus eſt.* Et cur non mortuus ille, quem cor dereliquit, aut cui ablatum eſt cor? hoc opus fornicationis eſt, auferre cor. In libidinis peccati profundam foueam, à cæco ductus Cupidine, ruit Dauid, & en in profundo laci ſe conſpiciēs ad Dominum, qui ſolus leuare poterat, clamauit, dixitque. *Cor mundum*

B *crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.* Inepta videtur loquutio, ſi Theologos adimus, ipſi enim, hanc inter generationem, & creationem ſta tuunt differentiam, vt generatio ſubiectum, ſiuè materiam, in quam agat præexigat, Creatio nullum requirat ſubiectum, aut materiam, ſed eſt de nihilo. Dauid minime excors erat, nec genitatum cor aptum eſt ad homi-

C nis ædificium; vt quid igitur clamat, & inquit *Cor mundum crea.* germana; quæ mihi, circà huius textus enucleationem, videtur, expoſitio eſt, quod Dauid verè tetigit creationem. ob quod, eſt aduertendum, cor, ſiuè animam noſtram mundari neutiquam poſſe, ſinè gratia iuſtificante, quæ immediatè à Deo eſt, & ab ipſo creatur, & licet accidentia, quia ſemper in aliquo ſubiecto ſunt,

D non dicantur creari, ſed concreari, Vndè aiunt Theologi, gratia non creatur, ſed cōcreatur, ad cōcreationem ſubiecti in eſſe grati. Tamen verè ex nulla materia eſt quādoquidem vnina mi cōſenſu, & veriſſima aſſertione, tū philoſophi, tum Teologi aiunt, accidētia nō cōponi ex aliqua materia, & item, vt dixi, quod creatur, ex nihilo eſt, & ita, dicēs Dauid. *Cor mundum crea in me Deus*, dicere vo-

D. Bern.

Pſ. 50 12.

Differentia inter Creationē & generationem.

Gratia creatur.

Accidentia concreantur.

Cor qua ratione dicatur creari. voluit. O Domine, crea in corde meo gratiam, vt habita ad concreatam gratiam ratione, dicatur etiam cor meum ceratū; vbi, cor pro anima accipitur. hęc mihi magis germana videtur expositio. Transeo tamen ad morales sensus; et suppono, vt iàm prelibatum est, libidinis peccato se maculasse Dauidem. Quid autem efficiat hæc culpa in homine, patebit illicò, si Linceos adimus antiquiores. Adest Phidias, qui obscenæ Veneri testudinem præmendam adpinzit; *Veneri cur testudo ad pingatur.* & interpretes quamplures aiunt, idcircò id factum, quia testudo excors est, quique Veneris imperio subiugatur, perdit cor. Dauid imperio Veneris se se subdidit, cum Bersabeam concupiuit, & cum ea concubuit, perdidit; proinde cor. Quia autem cor ob hoc peccatum amiserat; idcircò aliud cor optans, sic rogabat Dominum. *Cor mundum crea in me Deus*. En, vti libidinis peccatum aufert cor. Hinc Diuus Gregorius adductus à Lorino in ps. *D. Greg.* 39. ait *Cor nostrum nos derelinquit, quando sic à concupiscentijs carnalibus vincimur; cùm intentiones cordis in terrenis, & carnalibus, atque corporeis, & non in cęlestibus, & spiritualibus ponimus.* benè quapropter inquit noster Propheta Hoseas. *Fornicatio aufert cor.*

Elucet veritas isthæc, vel in ipsa *Euæ* creatione, quę ex costa Adę ædificata est in mulierem. *Vidit* Dominus hominem non esse bonum, solum; processit ad adiutorium simile sibi, formauit Euam ex Adam osse, reddiditque pro osse carnem, ità Genes. *Genes. 2. 21.* 2. *Immisitque Dominus Deus soporem in Adam; cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea.* Si Dei opera perfecta erant; quid est, quod aufertur os, detrahitque costam? quod si detrahit, cur similem non efformat, & loco primæ substituit? magnum, vt opinor, mysteriū latet in his Dei operibus, in quod enucleandum, præsupponere oportet, omni custodia custodiendum esse cor, vt consuluit Salomon. prou. cap. 4. *Omni custodia serua cor tuum.* Et hæc *Prou. cap. 4. 23.* in Adamo nobis præcipuè imposita fuit, cum in paradiso positus est, vt. *Operaretur, & custodiret illum*, Quem locum expunsit in hanc custodiam Marcus Heremita in opusculo de Paradiso, & *Marcus Heremita.* lege spirituali dicens. *Cùm igitur scripturam audieris enarrātem, quę pertinent ad Paradisum, omnibus affectionibus semotis, ad cor tuum conuerte animam, & inuenies Paradisum*, & paucis interiectis sequitur, *Quo circa iubet scriptura hominem omni custodia seruare cor suum, vt conseruans io eo paradisum, fruatur gratia spirituali, nec audiat serpentem intus se implicantem, & consulentem, quę faciunt ad voluptatem*, Hæc Marcus. quia autem cor omni custodia custodiendum est, ideò, vel visibilibus *Ossibus cur circūdatum cor.* nos instruere volens Deus, circumdauit ossibus, quæ duriora sunt, & vti murus Ciuitatem, circumdant, & tuentur cor. Hinc Diuus Gregorius in cap. 14. moral. cap. 7. docet, costas esse cordis munimenta. *Costa viscera constringunt, vt latentia intrinsecus soliditate muniantur. Costa ergò vniuscuiusque sunt animi sensus, qui latentes cogitationes muniunt, ne ad exteriora prodeant, & nullatenus regi possint*, en vti costis custoditur cor. & si vlterius inquiras, ad quā *D. Gregor.*

Plinius. Cor ad leuam incli nat. Mulier tur excoſta ædificata. Cirillus. Hieremi. 3.2. Ariſtoph. Mulier cornix ad ad cordis prædam volans.

inclinet partem cor hominis? reſpondet Plinius libr. 11. cap. 37. ad leuam, ab eaque parte tulit coſtam Deus Adæ, & ædificauit illi in mulierem. Si cuſtodiendum eſt cor, quid eſt, quod oſſa euellit cordis munimenta Deus? O creanda erat mulier, quæ ad libidinis allicit peccatum; vt autem doceret Deus, hanc culpam ruinam cauſare munimentis cordis; vndè, & munimentis ablatis auferri poſſit, & cor; Coſtam ab homine, cum ædificauit mulierem, abſtulit, poſuitque carnem pro ea. attingit iſthæc Cirillus lib. de adoratione dicens. *Tulit Deus coſtam ex Adam, & ædificauit eam in mulierem. hinc eſt, vt ex latere, vna coſta vir imminutus ſit, atque ex parte cor naturali careat munimento; nam coſtas, ad cor muniendum natura compegit; itaque mulieris fabrica cordis murum labefactauit, mulier autem eſt figura voluptatis.* Labefactat murum cordis voluptas libidinis, rapit cor cuſtoditum. Bene igitur Hoſeas. *Fornicatio aufert cor*. Cornix eſt libidinoſa mulier, quæ ſemper ad cordis prædam anhelat, animam tentat perdere, vndè vbi nos legimus. Hieremiæ 3. *Vide, vbi non proſtrata ſis? in vijs ſedebas, quaſi latro in ſolitudine*. Septuaginta vertunt. *Quaſi Cornix in ſolitudine.* Cornix ſemper ad prędam crocitat. quadere Ariſtoph. in Pluto. *Quid corniceris, ſeu crocites ſcio; nempè, ſi quidquam rei, fur to inuolarim, vt hinc partem feras*, pars mulieris meretricis, & præda, anima, & cor eſt; aduertit iam ſapiens Prou. 6 dicens. *Mulier, viri pratioſam animam rapit.* Vbi Tigurina legit. *Mulier autem viro iuncta, venatur prętioſam animam.* quid prętermittit fornicaria mu-

A

B

C

D

lier, vt cor pudicorum prędetur? tendit laqueos, foueas fodit, retia aptat, multiplicat technas, donec ſui voti compos fiat. *Quemadmodum*, inquit Diuus Chriſoſtomus *Epiſt.* 3. ad Olimpiad. loquens de mala fœmina *Peritus venator, feras captu difficiles potiri deſiderans, nullum artis inſtrumentum in motum relinquit ad eundem modum, ipſa iuuenis pudicitiam perſpectam habens, ingenti ſtudio ad venandum iuuenem apparatu opus eſſe iudicauit; ob eamque cauſam nulla libidinis machina erat, quam non moueret.* Et poſt pauca. *Cum autem aliquandò domo ſolum inueniſſet, & voraginem fodit, escam appoſuit, ac voluptatis pennis, vndique expanſis, tanquam medijs retibus interceptam aquilam iam habens, irrepſit, ac ſola ſolum adoritur.* En, vt prędatur meretrix. Cornix eſt, ſtatimque euiſcerat hominē, rapitque cor. hinc Hoſeas. *Fornicatio, vinum, & ebrietas, auferunt cor.* & Rupertus Abbas. *Non enim caſu, aut facili neceſſitate cor ſuum perdidit, ſed fornicando.*

D. Chriſoſt.

ANVLVS XXXXIII.

Luxuria à Regno Cęlorum excludit.

Fornicatio Vinum &c.

CReatus eſt à Deo homo, vt ipſum ſummum bonum intelligendo, amaret; amando poſſideret; & poſſidendo, frueretur. verum Diabolus, qui nuſquam inuidia cor vacuat, ſummum bonum, de quo ipſe excidit, homini inuidet; vndè ſtruit acies, prouocat ad bellum, & mox palam, mox inſidioſus occultè in-

filit in eum. fortissima eius acies, A libido est, mulierque compta, hęc etsi victa, non cedit, sed muscæ ad instar sæper infesta est. vnde D. August. serm. 2. Dominicæ 25. post Trinitatem de incauta familiaritate extranearum mulierum. inquit. *Inter omnia Christianorum tentamina, sola duriora sunt prælia castitatis; vbi quotidiana est pugna, & rara victoria. Grauem castitas sortita est inimicum, qui quotidie vincitur, & timetur*. San- B ctitas, & puritas, necessaria sunt ad Cælorum aditum; nihil enim in illam Sanctam Ciuitatem, quæ tota aurum est, simile vitro mundo, inquinatum ingreditur. & libido nil præter sanctitatis interitum, scit expostulare, & expostulans obtinet. Luxuriabatur in conuiuio natalis sui impius ille Herodes, & en filia, incestus partus, fractis gressibus, vt inquit Chrisologus, corpore dissoluto, C disiuncta compage membrorum, fluentibus ex arte visceribus, tota Patri fit deformitate formosior; hanc ex ipsa lasciuiæ Marcha, agnouit suam filiam Herodes; quid enim pareret luxuria nisi libidinosam vitulam? vndè inquit. Chrisologus serm. 164. *Et re vera, suam credidit tunc Herodes, cum talem vidit; nam putasset alienam, si pudicam, vel aliquantulum prouidisset*. Non potest ar- D bor mala bonos fructus facere; similis est arbori frutex; si parentes iniqui iniquos germinabunt filios: Studeant quapropter parentes bonis moribus probos gignere, & alere filios suos. filiæ saltibus allectus Herodes cucurrit ad munera. Sic iniqui Reges, & Præsules mala remunerant. *Pete*, inquit, *à me quod vis, & dabo tibi*. quid tunc lasciuiæ funus petit? funus Ioannis Baptistę. *Volo, vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistę*. Quid hic Baptista? nisi Sanctitatis vertex? hic est, de quo Saluator dixit. *Non surrexit inter natos mulierũ maior Ioanne Baptista*. Hic est, qui corã Domino, apud quem omnis Sanctitas paruula est, & lactens, erat magnus. *Erit enim magnus coram Domino*. hic est, cui Dominus aperta manu diuitias Sanctitatis dedit, *Etenim manus eius cum ipso est*. Huius funus petit lasciuia. Quod si absque Sanctitate, impossibile est ad Deum peruenire; equidem concludere necesse est, lasciuiam Sanctitatis interfectricem nullatenus Regna Cælorum, & Christum possessurã. adsit primo Chrisologus, deinde D. Bernardus sermonibus supra citatis. *Quid peteret*, ait Chrisologus. *Luxuria, nisi castitatis interitum, pudicitiæ necem, mortem sibi semper contrariæ castitatis?* siuè sanctitatis, vt alij legunt codices: & D. Bernardus. *Ex delectatione fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus Regnũ Dei clauditur, & homo à Deo separatur*. Et cur nõ separabitur à Deo, ille, qui per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membra Christi facit templum meretricis. Verè luxuriæ partus vt diximus ex D. Thoma, Desperatio. enimuerò, desperata causa eius est, qui inemendatus luxuriæ inquinamenta non deserit.

Adeo mox venditum Ioseph, & mancipium, mox Ægipti, post Imperatorem, Dominum. hic adhuc seruus, liber in Domino, pulcher duplici aspectu, vt inquit. D. Chrisostomus in cap. 39. Genes. hom. 42. *Ioseph non solum anima pulcher erat, sed, & corpore*. impudicè à propria Domina adamatus

D. August. | Herodis filia ex lasciuo saltu propria agnoscitur Chrisol. | Marc. 6. 22. | Matth. 11. 11 | Luc. 1. 15. | Luc. 1. 67. | D. Bern. | Luxuria necat sanctitatem. | Chrisost.

matus est. O quam cæca est libido: nil pensat, sui decoris omnia prosternit; vndè ista non attendens, quod Domina, Ioseph autem seruus, tempus inquirit, quo in speciosissimum iuuenem insiliat, & animam furetur. en temporis oportunitas. Solus adest cum sola Ioseph, est ipsa ad concubitum turpem in lecto præparata, putat omnium oculos effugisse, non cogitans Dei oculum semper apertum, aggreditur sanctum iuuenem, arreptaque lacinia vestimenti eius, tenensque pallium, dicebat, *Dormi mecum*, cui Ioseph, *Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquã est, quod non in mea sit potestate, vel nõ tradiderit mihi, prater te, qua vxor eius es. Quomodò possum hoc malum facere?* Ex beneficijs malum vitat. O. Si quandò Diabolus animam nostram in adulterium à Deo titillat, beneficiorum eius recolemus, fortè non sic adulteræ abirent animæ. *O gratitudinem viri* exclamat D. Ioannes Chrisostomus. *Vide quomodò enumerat beneficia Domini, vt doceat, quantam illa gratitudinem erga coniugem habere debeat. Nam ego, inquit, famulus non sum? num non peregrinus? num non captiuus?* quomodò possum hoc malum facere? ast quid erit obstinati animi antitodum? persenerabat illa, cogebat seruũ ad concubitum, apprændit, tenuit. Sed quid Ioseph? reliquit obstinatæ pallium, & aufugit. *Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras.* hoc premo. Cur in manu luxuriosæ mulieris reliquerit pallium Ioseph? quid ni, qui potuit superare animo, corporis viribus non potuit de manu fœminæ tollere pallium? absit.

P. Franc. de Franch. in Hos.

Gen. 39. 7.

Ioseph gratus Domino suo.

D. Chrisost.

Gen. 39. 12.

A Sed cuncta disposuit, qui nescit aliquid relinquere inordinatum Deus. vt autem pallij relicti dispositionem assequi valeam, consulo animam Deum assiduò contemplantem; hæc vbi agnouit Christum à foribus declinasse suis, ierat enim, vt pulsauerat, dicens. *Aperi mihi, soror mea sponsa.* myrrha delibuta, arrepto pallio, intempesta nocte, cursitabat per Ciuitatem, sponsum Deum quærens; quam inuenientes Ciuitatis

B Vigiles percusserunt, vulnerauerunt, & pallium, quo vtebatur, tulerunt. Angelos Ciuitatis præsides, siuè custodes, hos esse vigiles affirmant quamplures textus Cant. expositores. quid est, quod Dei sponsam percutiunt? quid est, quod vulnerãt? quid est, quod agnitę familiari non parcunt? O per Ciuitatem inuenerunt errantem, nec à flagellis familiaritas

C auertit. Discant ex hoc, qui præsunt, non dissimulare amicorum crimina, non palpare defectus, & aliorum, non amicorum reuelare; Non sunt hęc peragentes Patres, non Reges, non Præsules, sed Tyranni. Vnum hic adnoto. Sponsam, scilicet, gloriari in infirmitatibus, & pœnis suis; statim enim, atque inuenit sodales adolescentulas, dixit eis. *Inuenerunt me Custodes, qui circumierunt Ciui-*

D *tatem, percusserunt me, & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum.* nonne pallium mulieribus honestatis insigne est? nonnè custodia pudicitiæ? nonnè reijcitur mulier sine pallio? hoc, vel apud ethnicos viget, non adeò pudicitię amatores; ait enim Valerius Maximus Caium Sulpitium Gallum vxorem repudiasse, quod eam capite aperto, foris versatam agnouerat. Pudori

Cant. 5. 2.

Cant. 5. 7.

Pallium pudicitiæ custos.

dori mulierũ cõsulit pallium. Vt quid igitur, beneficium putat eo priuari sponsa, anima iusta? accedit D. Gregorius Nissenus orat. 12. in Cant. mysterium pallij his verbis reuelans. *Anima egressa ad sermonem eius, hoc est sponsi Dei, & quęrens illum, qui non reperitur, vocans eum, qui nulla indicatione vocum comprehendi potest, à custodibus docetur adamari ab ea, quod cõsequi nequeat, & expeti, quod sub perceptionem non cadat, quo fit, vt illa, quodamodò propter desperationem consequendi, quod desideraret, verberetur, ac vulneribus afficiatur, arbitrata cupiditatem hanc sine suo excedere, neque se bono illo potiri posse. Verum, adimitur, hoc ei mœroris peplum; siuè pallium, dum discit veram desiderare fruitionem, & esse, semper inquirendo proficere; neque vnquam in progressu cessare; semper ea cupiditate, cui quouis tempore satisfit, aliam cupiditatem gignente.* putabat anima, Deum, qui nec oculis corporeis videri potest, nec animo comprehendi, posse contemplatione circumdare, & vulneratur percussa. quis enim potest ad illius celsitudinem peruenire, ad quam, 'ni ala Diuina, pertingere non potest. Et, en desperat posse dilectum inuenire sponsa, vndè pallio velatur. solēt, & illi pallio velari, qui aliquid posse obtinere desperāt, Sic Aman damnatus ad mortem, vitā desperans, velatur, vt igitur hanc desperationem tollerent Angeli; Deus enim licet non inueniatur, vt comprehendatur, inuenitur, vt apprehendatur, tulerunt pallium. Nam Deus, dum quæritur inuenitur, & inuentus, & quæsitus, dulcius apprehenditur. *Desperationis peplum adimitur.* inquit, Nissenus. ex quibus, cur libidinosæ mulieri detur pallium, capio? pallium desperationē significat inueniendi Deum, fruēdi Regno Cęlorum; Dum ergò mulieri libidinosæ, ipsa arripiente, relinquitur pallium, libidinis cæno inuolutum, dum sic lutulentus iacet obstinatus, neutiquam posse Deum attingere, tenendum est, quarè dicat D. Bernardus. *Luxuria inimica est Deo, & paternę benedictionis, idest Dei, atque substantia perditio.* Non est iudicium, nisi damnationis contra fornicarios, sic idem et Sanctus Doctor. *Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus, idest damnabit.* Et S. Eligius *Desperatio luxuriam comitatur; Vendit animam suam Diabolo, qui voluptates cupit libidinis, Diaboli igitur, sēper erit.* O quid facit homo, quam peruersus, verè consilium peruertit libidinis peccatum, verè cor tollit, intellectum obtenebrat, voluntatem ferè perdit, propter modicam delectationem, ex qua pondus ęternarum pœnarum perueniet, amittit felicitatem ęternam, priuatur Deo, pro nihili vendit animam suam Diabolo. Hoc deplorat. D. Augustinus sermone citato; *Et quanta iniquitas. ait, & quam lugēda peruersitas, vt animam, quam Christus sanguine suo redemit, luxuriosus quisque propter vnius momenti delectationem libidinis Diabolo vendat. Verum enim nimirum plangenda, & miseranda conditio est, vbi citò præterit, quod delectet, & per Diabolum in Cruce, manet sinè fine, quod cruciat, sub momento enim libidinis impetus transit, & opprobrium infelicis animæ permanet.* A libidinis fętore, & ardore, ad sulphureum ignem transibit peccator libidini adiuntus; & ibi dabit sinè fine supplicium, Dicant Iuuenes

Margin notes: Gregorius Nissenus. — Pallium desperationem figurat. — Sponsæ cur pallium Angeli auferant. — D. Bern. — D. Eligius. — D. August.

uenis ſum, caro moleſtat, libido incitat, occaſiones titillant, mulieres alliciunt, peccabo, & demũ lachrymis ſordes abluam. Fratres audite non me, ſed D. Auguſtinum. *Sed dicit aliquis. Homo iuuenis ſum, facio quod me delectat, & poſtea pœnitentiam ago. Hoc eſt dicere, percutio me gladio crudeli; & poſtea ad medicum vado: & neſcit, quod vnius horę puncto vulnus accipitur, & vix longo tempore ad ſanitatem priſtinam reuocatur: qui enim adulterans dicit ſe poſtea pœnitentiam acturum, quarè non timet, ne eum ſubitum periculum, ſuperueniens capiat, & pereat illi delectatio, & ſuccedat illi damnatio.* Quandoquidem libido Regni cælorum prohibet ingreſſum. Creſcebat indies filiorum Heli iniquitas; & peccatum ipſorum erat grande nimis coram Domino. Præter enim ſacrilegium, quod in incẽdendis victimis, Deo oblatis cõmittebant, cum mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtium tabernaculi concubebant. ita 1. Reg. cap. 2. *Heli autem erat Senex valdè; & audiuit omnia, quæ faciebant filij ſui, & quomodò dormiebant cum mulieribus, quæ obſeruabant ad oſtiũ tabernaculi*, legunt alij, *excubabant ad oſtium tabernaculi*. Semper eſt deuotus fœmineus ſexus. diligentes erat hę, totaque attentione orationi vacabant. Iſtud ſonat. *excubabant*. Vnde Abulenſis qu. 12. in cap. 2. Regum inquit. *Multa mulieres deuotę frequentabant Sanctuarium, venientes ſępiſſimè ad oſtium templi, & ibi orabant. hoc autem excubare dicitur, nam quicunque ad aliquid diligenter eſt attentus excubare dicitur, ſic patet num. 18. cum dicitur, quod leuitę excubabant, ad pręcepta Aaron, ideſt erant diligenter attenti ad faciendũ quidquid Aaron iuxerit.* Attenta ſit oratio noſtra non vagabunda non ſegnis, non pigritans, hæc enim nõ aſcendet ad Dominum. Sed heu, vel oratio murus mulieribus non eſt, cum extra domum inueniuntur, vel in Eccleſia periclitatur honeſtas, vel Deum non reueretur libidinoſus. Deo contrarius. veniebant filij Heli, filij Diaboli, & illicito concubitu fędabant, vel ante templi oſtium. inquit Sanctus Greg. Magnus. cur non alio diuertebant? cur libidinis non quærebant aſyla mulieres? cur atria prophanabant? quęcunque ſcripta ſunt, noſtræ ſunt inſtructiones. antè oſtium templi ſtant mulieres; ibi luxuria ponitur. quis ignorat templum Cœli eſſe figuram, & glorię? ponitur ergò ante cæli fores libidinis peccatum; vt hoc denotetur, libinem ingreſſum vetare glorię, tẽplique cęleſtis. Sic D. Gregorius cap. 2 in primum lib. Reg. *Mulieres quippè meretrices, ſunt concupiſcentię ſeculares, quę benè ad tabernaculi oſtium obſeruare perhibentur, quia ad introitum Regni cæleſtis tẽdẽtibus inſidiãtur.* excubabãt ideſt vigiles ſemper erant mulieres illæ, ad vetandum aditum cęlorum. Hinc ait Albertus Magnus in Hoſeam. *Fornicatio vinum, & ebrietas auferunt cor, ideſt auferunt Regnum Dei*, & benè cor interprętatur Regnum Dei, quia vita in cor de eſt, & in illo Beatitudinis Regno, vera & ſempiterna vita reperitur.

Regnum calorum prohibet luxuria.

1. Reg cap 2 22.

Abulenſis.

Oratio ſit attenda.

D. Greg.

F. Franc. de Frach. in Hoſ.

ANV-

ANVLVS XXXXIV.

Ebrietas inducit ad peccatum, consequenterque animam pœnis inferni & Diabolo exturbans à Regno Cælorum.

Fornicatio, & vinum.

VT El vini mater prædicat quid de vino filio suo agendum sit, à vitibus nascitur. & vitis mater quasi nomine suo dicit, *Vita vinum*, quod inebriat, & mentẽ peruertit, in quo est luxuria; Dei iram prouocat, Apostatare facit à Deo, eneruat corpus, separat pacem, secreta manifestat peruertit totum; vt habetur. prou. 27. *Ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius, ingreditur blandè, & in nouissimo mordebit, vt coluber; & sicut Regulus venena diffundet, oculi tui videbunt extranea, & cor tuum loquetur peruersa.* En, vt mentem peruertit. Sed noto hic, Salomonem vinũ serpenti assimilare. cur serpens, vinum? primus docebit serpens. iuit ad Euam diffudit venenum; & en, illicò vertens oculos, & animum, ad extraneum pomum, perdidit innocentiam, & in peccatum lapsa est. Vt indicet igitur sapiens vinum in peccatũ inducere, atque ad vitia præcipitare hominem, serpenti assimilat, & ait. *Mordebit, vt coluber, & sicut Regulus venena diffundet*, & sequitur *oculi tui videbunt extranea.* vndè ait D.Greg. in Epist. ad Sacras Virgines. *Ebrietas est flagitiorum omnium mater, culparum materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subuersio sensus, procella corporis, naufragium castitatis, amissio temporis, insania voluntaria, ignominiosus languor, turpitudo morum, dedecus vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela.* In vino luxuria est, dixit Apostolus, quique continens est, inebriatus currit ad fornicationem. Notus est Iudæ incestus, cum nuru vxore duorum filiorum suorum, hæc in biuio ornata sponsalibus vestimentis sedebat, quam vti vidit Iudas, putans meretricem, accessit, & concubuit cum ea. peto, quis fuerit iste Iudas? equidem filius Iacob? sed nunquid inhonestus vnquam audiamus ipsum in suo testamento, quod est in Bibliot. VV. PP. ex Roberto Linconiensi. *In bellis non decepit me facies mulieris formosæ, exprobrans Rubeo fratri meo de Bella vxore Patris mei* hic, quem nec facies mulieris, nunquam in iuuentute, cum fortissimus prębabatur, sẽper victor in bellis, vt in ipsomet testamẽto scriptũ est; decepit, videns ornamẽta mulieris ignorans, nũ pulchra esset, aut fœda, pallio n. cooperta, faciẽ suam non nudauerat Tamar, vt bestia ad illam diuertit, & coiuit. quid quæsò honestissimũ cor labefactauit? O, ad tondendas oues perrexerat, vbi conuiuia instruebantur. vt notat etiam scriptura de Absalon, ibi vino potus incaluit, & vino labefactatus in turpissimum incestum dilapsus est. sic illemet loco citato *Et nunc filij mei, ne ebriemini vino, quoniam vinum auertit intellectum, à veritate, & immittit iram desiderij, & ducit in errorem oculos: spiritus enim fornicationis, vinum, vt ministrum ad voluptates habet intellectus, quoniam, & duo hęc auferunt potentiã hominis, si enim aliquis biberit vinum in ebrietate, cogitationibus sordidis conturbat intellectum in for-

fornicationem, & accendis corpus in admixtionem, & ſi adeſt deſiderij cauſa, operatur peccatum, & non verecundatur. Tale eſt vinum filij mei, quoniam ebrius nihil erubeſcit, & ecce, ità me errare fecit, vt non erubeſcerem multitudinem in Ciuitate, quoniam in oculis omnium declinaui ad Tamar, & feci peccatum magnum. non erubeſcit vinum, peccat publicè. ſolebât quæ nuptijs tradebantur inter Amorrheos, vt ipſummet teſtamentum refert, per ſeptem dies in fornicatione ſedere in porta, ſic ſedit Tamar, vt refertur in eodem teſtamento. *Vidua exiſtente Tamar, poſt duos annos, aſcendo tondere oues, & ornata ſponſalibus ornamentis, ad portam ciuitatis ſedit. lex enim Amorrhæorum eſt, nuptam præſidere in fornicatione per ſeptem dies, iuxta portam.* & vino ebrius Iudas, vel in porta, vel in hominum conſpectu, cognouit eam, tali crimine fædatus eſt Iudas, nec niſi vino ebrius, vt ipſemet in eodem teſtamento fatetur, quia luxurioſa res eſt vinum. ſed nunquid ſinè pęna abibit ebrietas? abſit, inflammat cor vinum, & flammæ flammæ iungitur. docet hanc veritatem ex D. Paulo Apoſtolo Sanctus Auguſtinus ſerm. 2. de ebrietate vitanda, dicens. *Qui ergò credit ebrietatem eſſe paruum peccatum, ſi ſe non emendauerit, & pro ipſa ebrietate, pęnitentiam non egerit, cum adulteriis, & homicidis, æterna ſinè remedio vllo pęna cruciabit: ſecundum illud quod ipſi bene noſtis Beatum Apoſtolum prædicaſſe. neque, inquit, fornicarij, neque Idolis ſeruientes, neque molles, neque maſculorum concubitores, neque auari, neque adulteri, neque ebrioſi Regnum Dei poſſidebunt. Videte, ebrioſos, cum fornicatoribus, & Idolis ſeruientibus, & maſculorum concubitoribus, & adulteris, iunxit.* Duo loca dantur finaliter, infernus, & Paradiſus in Inferno erit, qui ad paradiſi delitias non vocabitur, Sancta illa Ciuitas fætentem ebrioſorum ructum horret. Dies propè Iudicij nuntians Chriſtus, & Antichriſti perſecutiones, inquit tandem. *orate ut fuga veſtra fiat hieme, vel ſabbato.* quaſi diceret, in vanum effugere cupitis, ſi ſabbatum vobis ſuperuixerit, vincemini perſequutionibus, & tandem ab illa cæleſti exulabitis requie. quid eſt quod ſabbatum, pro ſabbato cæleſtis quietis non requiritur? quid eſt iſtud ſabbatum, quod ad ſabbatum paradiſi non perueniet? reſpondet D. Aug. & ait, Sabbatum hoc, eſſe ebrietatem, ſabbatum enim, dies otij erat hebræis, & in otio viget ebrietas; vt igitur indicet Dominus, nequaquam illis ſabbatis ęternis potituros, qui ebrietate hic potiuntur, inquit. *Orate nè fiat ſuga veſtra hieme, vel Sabbato. Ad hiemem verò.* inquit ſanctus Auguſtinus *pertinent curę huius vitę, quas Lucas apertè poſuit; ad ſabbatum verò crapula, & ebrietas. curæ quippe triſtes, ſunt velut hyems; crapula verò, & ebrietas carnali lætitia, luxuriaque cor ſubmergit, atque obruit; quod malum Sabbati nomine propterea ſignificatum eſt, quia hęc erit, ſicut, & nunc eſt Iudæorum peſſima conſuetudo, illo die delitijs affluere, dum ſabbatum ſpirituale ignorat.* En, qui in Sabbato crapulæ erunt, ſabbatum ſpirituale, & æternę vitæ ignorabunt. non guſtabit cælicam ebrietatem, qui ab hac fętentiosa nō auertet: à gloria enim exulabunt ebrioſi, vt inquit D. Aug. in Epiſtola ad Virgines.

Iudas cur cum Tamar peccauit.

Teſtamentum Iudæ Patriarchæ.

Ebrietas inferno deſignatur. D. Aug.

Matt. 24. 20.

Sabbatū pro ebrietate.

Ebrietas in vtroque sexu cuncta mala appetit, & nefanda committit, & vt ait Apostolus, Regna Cælestia appetentibus denegat. Non perueniet ad illud ineffabile sabbatum, sabbatizans in vino, sed Diabolo tradetur. Destructionem Babilonis prænuntiās Hieremias, inter complurima, quæ prædicit inquit. *Currens, obuiam currenti veniet, & muntius obuiam muntianti, vt annuntient Regi Babilonis, quia capta est* Ciuitas *à summo, vsque ad summum, & vada praoccupata sunt, & paludes incensa sunt igni*. Babilon isthęc theatrum quorumlibet signabat peccatorum. scrutatus sum, quis nam impius in paludibus pręfigurabatur, & à *D.* August. edoctus intellexi ebriosos, vinoque fruentes. *Omnes enim ebriosi*, inquit Augustinus Dominica 17. post Trinitatem de ebrietate vitanda. *Tales sunt, quales paludes esse videntur*. Sed quid in paludibus reperitur? quid gignitur ex ipsis? sequitur Sanctus Doctor. *Quid enim in paludibus nascatur, non ignorat Charitas vestra; totum quod, ibi nascitur, nullum fructum habere dignoscitur; nascuntur ibi Serpentes, Sanguisugę, nascuntur ibi ranę, & diuersa genera vermium*. Et quid Serpens nisi Diabolus? quid sanguisuga nisi Satan? sic *D.* Hieronimus. *Sanguisuga est Diabolus*. Quod si Paludes ebriosi sunt; & illic serpentes, & sanguisugam Diaboli typum licet conspicere, ebriosum, *Diaboli* habitaculum esse, & eius possessionem inducere, non erit absurdum. Hinc inquit Hoseas. *Fornicatio vinum, & ebrietas auferunt cor*. cor aufert ebrietas, quia inducit ad peccatum, quique peccat amittit cor, vt dixit Dauid. *Cor meum dereliquit me*. amittit Paradisum. vt inquit Albertus. *Ebrietas aufert Regnum Cęlorum*, traditurque *Diabolo* ebriosus; vt notat D. Bernardus lib. de modo benè viuendi. cap. 25. *Multi per vinum à Dæmonibus capti sũt, nec est aliud ebrietas, quam manifestissimus Dęmon*. hinc D. Petrus Apostolus, sciens Diabolum circumire, vt animas ingrediatur, possideatque peculium Dei carum, sobrietatem intimat, dicens. *Fratres sobrij estote, & vigilate; quia aduersarius vester Diabolus, tanquam Leo rugens, circuit quęrens, quem deuoret &c.* obediamus Petro, seruiamus Christo in sobrietate, fugemus ebrietatem, sicque à Domino benedictionis gratia sublimabimur, filijs enim Noe Sem, & Iaphet, quia operiētes Patris ebrietatem, eam veluti à mundo fugare satagebant, Dominus benedixit; quod notauit Clemēs Alexandrinus dicens. *Noe cbi in decora ebrietas scripta est; vt ebrietatem, quam maximè vitemus; scriptisque mandatam lapsus imaginem habentes, propter quam, qui ebrietatis turpitudinem texerunt, nempè Iaphet, et Sem, benedicuntur à Domino.*

Hierem. — *Diabolus Serpens, & sanguisuga. D. Hier. Ebriosus Diaboli possessio.* — *Ps. 38. 13.* — *1. Pet. 5. 8* — *Clemens Alex. Fugans ebrietatē habet benedictionē à Domino*

SECTIO XI.

Dilectus Deo, & hominibus à memoria nusquam excidere debet Ioannes Euangelista, quapropter eius precellentię astruuntur.

Fornicatio, Vinum, & Ebrietas auferunt cor.

HOrũ, quę à Propheta enumerata sunt, vnũquodq; ad furtum

tum cordis sufficit; ita expositores dispungentes hunc textum, ast vino cędit fornicatio. Viribus & industria antecedit; ea quę, pacis sunt postulet libido; alioquin Vini captiua erit, duceturque victa antè currum. Adsit testis, Alexander, qui Veneris voluptates sæpius vicit, & formositate micantes Darij Regis filias oblatas recusauit. Secedit victor. ast Vini agressus non substinuit, victus est. Vnde Seneca epist. 25. *Refertur Alexandri Macedonis exemplũ; qui Clitum charissimum sibi, ac fidelissimum inter epulas transfodit; & intellecto facinore mori voluit.* & demum. *Alexandrum cuius modo feci mentionem; qui tot itinera, tot prælia, hyemes, per qua victa temporum, locorumque difficultate, transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot Maria tutum dimiserunt, intemperantia bibendi, & ille Herculaneus, ac fatalis scyphus submersit.* Hinc quin mirer non abstineo. cur, Christus Dominus primo miraculo, vinum dedit conuiuio, & in nuptijs Canæ Galileæ, vbi necessarium potum exhibuisse sponsorum diligentiam, credendum est, vini, munus exhibuit, deficiente enim vino, dixit Maria ad filium. *Vinum non habent.* Et ille aquam mutauit in vinum optimum, vt conuiuantes biberent. *Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinum factam, & non sciebat, vndè esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquã, vocat sponsum Architriclinus, & dicit; omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc, id quod deterius est, tu autem seruasti bonum vinum vsquè ad huc.* Hoc fecit *initium Signorum Iesus in Cana Galilea.* vel Lucius Apuleius dixit. *Sapientis viri super*

Alexander à vino victus.

Seneca.

Ioan. 2. 3.

Lucius Apuleius.

A *per mensam celebra dictum est. Prima cratera ad sitim pertinet, secunda ad hilaritatem. Tertia ad voluptatem. Quarta ad insaniam.* nec tor, non bibisse conuiuias, credendum facile est. vt quid igitur, nouum, & optimum vinum præparat Iesus? Landolphus in vita Christi, ex D. Hieronymo, ait, has nuptias fuisse Ioannis Euangelistæ: erat ille inter conuiuas, vti sponsus. sciebat Christus, qui ad prædam venit. *Ad prædam fili mi ascendisti.* Vinum auferre cor; quia autem, vti cor suum existimabat Ioannem, poterat enim dicere. *Cor meum, idest, Ioannes, dereliquit me*, ideò vinum porrigens, abstulit ab ipsis, & dicens ei, sequere me. tandem, vti cor collocauit in pectore suo *Qui supra pectus Domini in cęna recubuit. Finito autem conuiuio* inquit Landolphus, *Dominus vocauit Ioannem seorsum, & dixit ad eum. Dimitte hanc vxorem, & sequere me. qui viso miraculo sci licet vini, in eius nuptijs facto, relicta sponsa sua, sequutus est Dominum.* En, vt vinum rapuit cor. Ioannes enim ideò in pectore Iesu recubuit, quia cor Iesu est. Sic Sotomayor in adnotatione conc. Sancti Ioan. Euang. *Qui, & recubuit supra pectus eius; Cor suum, quasi spongiam ad fontem applicando.* Hoc cor, Ioannem inquam, qui inter conuiuas erat, rapuit vinum illud. Excors nõ viuit negat excordi natura vitã; rapit hoc cor igitur Iesus, quasi sine Ioãne viuere nõ possit. O quis cordis huius, cordis nimirum Iesu, valebit scãdere virtutes, prerogatiuas, excellẽtias quis dicet? equidẽ tãtæ, totque sunt, vt omnẽ dicant perfectionẽ. In vno Ioanne Iesu corde, omnis perfectio epilogatur.

B

C

D

Nuptiæ Canę Galileæ cuius fuerunt. Ioannis Euangel.

Genes. 49. 9

Cur in Cana Gali leæ Vinũ dederit Christus.

Landulfus.

Ioannes Euangelista cor Iesu.

Sotomayor.

Nnn 2 Re-

Resurrexerat iam Dominus, A & sæpiùs ad discipulos suos diuersans, tandem à Petro amoris pignus exquisiuit, deditque oues animas nostras, vt pasceret, munerauitque laborem martyrio, quapropter dixit illi. *Sequere me*, idest per mortem Crucis, vt communiter exponunt Sacri doctores. Audiuit à Domino Petrus, *Sequere me.* nec sequutus est illicò Christum, sed versus ad Ioannem, dixit Iesu. *Hic autem quid?* B & notat textus Petri ad Ioannem conuersionem, dicens. *Conuersus Petrus.* expeto, cur in Ioannem oculos vertit caput Apostolorũ Petrus? nunquid ter amoris flammas erga Iesum, non protestatus erat? nunquid non verum est adagium illud. *vbi Amor, ibi oculi?* vt quid igitur, oculos non vertit in Iesum, sed in Ioannem? O maximam Ioannis præcellentiam, ò dilectissimum Iesu cor, equidem C D. Aug. positus in medio Christi Crucifixi, dulcissimæquè Matris Mariæ, ab illo inuitatus ad vulnera, ab ista ad vbera, dixit. *Hinc pascor à vulnere, hinc lactor ab vbere. positus in medio, quo me vertam nescio.* at Petrus positus erat, inter Iesum, & Ioannem, inuitabat Iesus ad sequelam, dicens. *sequere me.* tacebat Ioannes, tacebant, & alij Discipuli, qui præsentes erãt. & non inuitante Ioanne, quasi D relicto Iesu, relictisque consocijs discipulis, vertit se ad Ioannem. *conuersus Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus sequentem, qui supra pectus Domini in cęna recubuit, & dixit Domine. Hic autem quid?* fecit Petrus, quod quidam effinxit de auaris. oculos duos delineauit, & hinc sceptrum Regis, indè Thesaurũ ei usdem, oculosque auari versus thesaurum, relicto sceptro, intuitum dirigentes, cum hac inscriptione. *Quid ditius? satiarer.* ac si diceret vellet, auarus sum, cuius sitim, nusquam aurum extinguit: at hic thesaurus, tot tantasque continet diuitias, vt ipse, qui insatiabilis sum, eo complerer. En, ex vna parte Rex super omnes Reges Christus, ex alia Ioannes, Petrus perfectionis, & diuitiarũ Cæli auarus erat; quod si auari oculi, ibi sunt, vbi in hesauribilis thesaurus est, & Petrus relicto ferè Christo, in Ioannẽ oculos vertens, obstupescens, ait. *Hic autem quid?* concludere, non temerè licet Ioannem Euangelistam Domini Dilectum, qui supra pectus Domini in cæna recubuit, tantæ fuisse perfectionis, & adeò cæli diuitijs cumulatum, vt omnem perfectionem in ipso clamare possimus, & admirari sanctitatẽ, præsto est Ioãnes Episcopus Monopolitanus in serm. de Sancto Ioanne, dicens. *Ioannes tantę fuit Sanctitatis, vt stupendo dicere possimus cum Beato Petro, hic autem quid?* Verum, inquiro vlterius, cur Petro dixerit Christus, *Sequere.* quod tamen, non dixit Ioanni? deuota contemplatione respondet quidam Hispanus, & inquit, Ioannes dilectus erat Domini, & per consequens Ioannes Dominum diligebat. patens est doctrina Diui Augustini. Amorem esse pondus ferens amantem in amatum. currit velocissimo impetu, tamquam põdere pressus ad suũ centrum amatum amans; vndè non fuit necesse sequelam inculcare Ioanni, qui amoris pondere ferebatur in Christum. verùm quis hoc pondus negabit Petro? qui tunc ardentem amorem erga Iesũ ter professus est, & tãdẽ, vel

Ioan 21. 21.

Petrus ferè relicto Iesu vadit ad Ioannem.

Ioan. 21. 20

Ioannis Sanctitas.

Ioannes Episcop. Monop.

vel Ieſum in huius amoris teſti- A monium adduxit, dicens. *Tu ſcis Domine,quia amo te.* cur ergò Petrus hoc pondere agitatus, non præceps euolaſſet in Chriſtum? alij dicunt paruulam fuiſſe in Petro flammam amoris, paruulaq; flamma flatu fit maior. *V*ndè inſufflans Chriſtus, Petro dixit. *Sequere me:* quia autem, ingens flāma amoris in pectore Ioannis ardebat, excitantis auræ opus nō fuit. Sed inquiunt Theologi Ioannē amare, & amari dulcius, & familiarius, Petrum, fortius. vt B quid igitur, Petro. *Sequere me.* dicitur. & non Ioanni? Ibo ad Crucem. ſtabar ibi Maria Beatiſſima semper Virgo, & ea corde promebat, quę iam in Cant. lib. cap. 3. Prophetata erant, *ſub vmbra illius, quem deſideraueram ſedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* dulces guſtabat fructus Redemptionis, quos dilectiſſimus filius ſuus C copiosè producebat; & ipſa tunc ſtetit ſub vmbra Christi. peto, quā in Cruce fuerit vmbra, ſub qua ſtetit Maria? & ſuppono per vmbram ſignificari protectionē, iuxtà illud Dauidis. *Sub vmbra alarum tuarum protege me. V*mbra igitur, ſub qua ſedit Maria ſemper Virgo, fuit Ioānes, eius enim curæ conſignauit Dominus, dicens. *Ecce Mater tua; & ex illa hora accepit diſcipulus in ſua.* vbi D. D Auguſt. tract. 119. *Suſcepit illam Diſcipulus in ſua, non prædia, quæ nulla poſſidebat, ſed officia, quæ propria diſpoſitione exequenda curabat. Suſcepit eam diſcipulus in ſua, vt ad eius curam, quidquid ei eſſet neceſſarium, pertineret.* En vmbra, & protectio Ioannis in Virginē, dum omnia Virginis curat: Ioannes igitur vmbra Chriſti erat. & quidem circumſpecto ſemper

Ioan. 21. 17.

Ioannes familiarius à Deo diligebatur.

Cant. 3. 3.

Ioan. 19. 27.

vmbram. elongatus eſt à Ieſu, cū relicta Sindone, qua amictus erat, nudus profugit ab horto, vbi captus fuit Chriſtus; quis autem ignorat Chriſti Ieſu vitam Solem eſſe illuminantem hunc mundum; tūc vergebat hæc vita, Sol in occiduum, patet autem longiores fieri vmbras, cum occidit Sol, quapropter Ioannis vmbra, longè à Chriſto facta eſt. En vmbra, Ioannes. certum autē eſt vmbram naturalitèr ſequi corpus, & ſupervacaneum eſſet vmbrę dicere, vt corpus ſequeretur, quia igitur Chriſti, Ioannes vmbra erat, ideò non dixit Ioanni Chriſtus *Sequere me,* ſed Petro.

Ioannes Ieſu vmbra.

Ioannes cur à Christo elongatus.

Mox ſcrutor, cur Chriſti vmbra dicatur Ioannes? & quid iſte materialis noſter Sol (non enim ſto in allegoria, qua vitam Chriſti dixi ſolem ſed tranſeo ad hunc viſibilem,) præſeferat primo excogito. *Sol,* inquit Cicero. *Mundi mens eſt.* Sed quid mundus? ait D. Baſilius lib. de Spiritu Sancto cap. 22. *Mundus, hoc eſt, carnis cupiditatibus dedita vita.* Mundus in Sacra Scriptura, ſæpius idem eſt, ac omnium ſentina vitiorū, tranſgreſſio diuinorum mandatorum, amiſſio innocentiæ, & ſingulariſſima imperfectio. de hoc mundo loquutus Ioannes dixit cap. 1. non agnouiſſe Dominum; *Et mūdus eum non cognouit.* Quarè non cognouit Deum? inquit Rupertus, quia veneno Diaboli cęcus, mandatum Dei tranſgreſſus eſt, & ità omnem imperfectionem incurrit. *Et mundus eum non cognouit. O caecitas, ò ingratitudo.* Ait Rupertus in hunc locum. *Ingrati namquè primi homines clauſerunt, cum ſe aperire putabant oculos ſuos, promittente mendacij Patre Diabolo, quod ſi tranſgrederentur manda-*

Ioan. 1. 10

 datum

datum, aperirentur oculi eorum, fierentque sicut Dij, scientes bonum, & malum. En mundus, transgressionis legis Dei, & vniuersorum vitiorum asylum, quod si Sol mundi mens, & anima est; equidem omne vitium signare potest; vndè, & in morte Christi se velauit, quasi diceret; ò Christe ego typus vniuersorum vitiorum sum, quaproptcr velor, vt damnationis reus; quandoquidem velari solebant antiquitus damnati ad mortem. & Solon de Sole dixit. *illuminat, sed ad malum.* En vti Sol quodlibet aliquandò signat malum. Ex quo capio, cur vmbra dicatur Ioannes? *Sub vmbra illius, quem desideraueram sedi.* Vmbra oppositum Solis est, quod si Sol, vniuersa mala, & imperfectiones significare potest, quapropter Iob iniquitatem maximam asserebat, si Solem videns, manus oscularetur, & Ioannes Euangelista est solis oppositum, inducere oportet, Ioannem, vt Christi vmbram, nusquam ab ipso separabilem, omnis perfectionis, & gratiarum esse epilogum. confirmat Thomas de Villanoua serm. de Sancto Ioanne Euangelista, dicens. *Benedixit olim Deus Obededon, quia in domo sua arcam Domini recepisset; & Ioanni, quomodò putas benedixerit, qui Virginẽ Teotocon, hoc est Matrem Dei sot annis apud se habuit? hæc, vt existimo omnium gratiarum maxima fuit, hoc maximum, & præcipuum amoris indicium, quamquam, & in alijs nihil omisit Christus, quod dilecto suo non donaret, omnium quippè dignitatum titulis, omnes gratias, & honores, quos per alios domus sua famulos, & officiales diuisit in hoc vno plenius accumulauit, & coaceruauit.* En Ioannes, omnium virtutum

Solon.

Thomas de Villanoua.

Ioannes perfectionis totius Epilogus.

A Epilogus; en Ioanes mundi, qui totus in maligno positus, & solis mundum præseferentis, vmbra, & oppositum. totius iniquitatis officina est mundus: omnem iniquitatem sol demonstrare solet, & Ioannes vmbra Christi, Christum semper sequens, omnium virtutum gratiarum cunctarum, florens est paradisus. Superuolat Ioannes humanam naturam, eoque appulit, vbi impossibile est B naufragium. nemo scit vtrũ odio, an Amore dignus sit; ast Angeli, ab hac nutatione, quæ inquietam animam, huc, illucq; assiduò agitat, longè absentes sunt. Dicam igitur, non in sorte huminum, sed in Angelorum contubernio positum Ioannem, qui diligi scit à Deo. Vas ille electionis Paulus assumptus vsque ad tertium Cælum, hoc est, Deum, multa ibi audiuit, & arcana. scimus ex ipso C raptum, audimus enim sic loquẽtem. Epist. 2. ad Corinth. cap. 12. *Veniam autem ad visiones, & reuelationes Domini. scio hominem in Christo, ante annos quatuordecim, siuè in corpore, siuè extra corpus, nescio, Deus scit, raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum; & scio huiusmodi hominem, siuè in corpore, siuè extra corpus nescio, Deus scit; quoniam raptus est in paradisum, & audiuit arcana verba, quæ non licet* D *homini loqui* Quid tunc vidit Paulus? equidem Patrem, Verbum, & Spiritum Sanctum. hinc ait, Vgo Cardinalis. *Non licet ergò homini loqui secreta Dei, quod significatum est. Exod. 4. vbi dicit Moyses esse factum impeditioris linguæ, ex quo incepit loqui cùm Deo, expedite tamen loquebatur scientias Ægiptiorum. non licet ergò homini loqui secreta Dei, quia modos nesciret exprimere, vnde Isaias, ait Generationem eius,* quis

2. Corinth. 12. 2.

Ad loquẽdum Dei mysteria impedita est humana lingua. Vgo.

Isai. 53. 8.

quis enarrabit. noto hic per tranſitum;ſignum hominis, qui iam acceſſit ad Deum, eſſe ſilentium. ſi videris Religioſum vagũ, huc, illucque diſcurrentem, ad fabulas,& facetias conuerſum, ſolutumque linguę; dicas non eſſe ſpiritum Dei in eo. etenim, qui Dei adit præſentiam, qui Deum deguſtat, illicò impeditioris linguæ fit cum Moyſe. Redeo ad noſtra.inquit Paulus,homini non licere loqui Altiſſima Dei, generationem æternam, quod ſi aliquis loquetur, non erit homo. quis hic, qui loquitur? Ioannes, ille eſt,qui poſt Ieiunia poſt exiccatatam carnem tonitruum emiſit. *In principio erat Verbum, & Verbum,erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Quod ſi loquẽs iſta, pluſquam homo eſt, ſuperuolat, quæ hominis ſunt, adit Angelorum prærogatiuas; vtique non homo, ſed Angelus dicendus eſt Ioannes adſit Diuus Auguſtinus. *Qui autem ſuſceperint pacem nunciandam populo,contemplati ſunt ipſam Sapientiam, quantum humanis cordibus potuit contingi:quod,nec oculus vidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcendit; quomodo aſcendit in cor Ioannis? An non erat homo Ioannes? an fortè, nec in cor hominis aſcendit,ſed cor Ioannis in eam aſcẽdit? quod ſi aſcendit in cor hominis, de imo eſt ad hominem, quo autem aſcendit cor hominis, ſurſum eſt ab homine. etiam ſic fratres dici poteſt, quia ſi aſcendit in cor Ioannis,ſi aliquo modo poteſt dici,in tantum aſcẽdit in cor* Ioannis,*in quantum ipſe Ioannes non erat homo, quid eſt non erat homo? in quantum caperat eſſe* Angelus.en vti Ioannes ſuperuolat humana. traſcendit terreſtria; & dum homo apparet,& eſt,Angelus gratia cenſendus eſt.

Lingoſus Deum non habet.

Ioan. 1.1.

Ioannes pluſquam homo Angelus.

D. Aug.

F.Franc. de Franch.inHoſ.

A

Aſt quis Angelorum, nunquid ex inferioribus? abſit. Ioannes in tantam perfectionum altitudinẽ euectus eſt,vt meritò ſummis Angelis,præferri poſſit. Elegit Apoſtolos Chriſtus Dominus noſter; aliquos tamen ex ipſis,vti ad nouam vitam, ità ad nouum vocauit nomen. vnus ex his fuit Beatiſſimus Ioannes Euangeliſta,qui Boanerges,hoc eſt tonitrui filius fuit appellatus,ſic Marcus.cap.3 *Et impoſuit Simoni nomen* Petrus. *& Iacobum,ſcilicet miſit diſſeminaturos fidem, & Ioannem fratrem Iacobi; & impoſuit nomina Boanerges,quod eſt filius tonitrui.* tonitrui filius abſque dubio fulgur eſt.Ioanni igitur impoſuit nomen, fulgur.expeto, cur terrentis fulguris,nomen aſſignatur Ioanni, qui totus ſuauitas eſt,& amor primũ Angelorum, fulgur dixit Chriſtus. *Videbam Satanam, ſicut fulgur,de Calo cadentem.* cur ſic tunc talem dixit Dominus Luciferum,cum factis compluribus miraculis, expulſiſque dæmonibus è vexatis corporibus redierunt ad Chriſtum diſcipuli, ac elatio in eorum cordibus pullulare cęperat,quã eradicauit illicò Chriſtus exemplo Luciferi,qui ob ſuperbiam ad inſtar fulguris de cęlo eiectus eſt.ità Vgo Cardinalis. *Videbam Satanam cadentem de Calo, ſicut fulgur,ideſt, velociter, terribilitèr, irreuocabilitèr. & eſt ſenſus,quaſi dicas* Dominus, *ne ſuperbiatis, de poteſtate vobis data,ne cadatis,ſicut* Satanas. & ſuperius. *Vidit Dominus aliquantulam elationem ſubortam in animis eorum.* Sic Vgo.peccati fœtorem in fulgure odoratuit Lyranus, & dixit. *Fulgur enim cadit celeriter,manifeſtè, & cum fœtore, & inflammatione, ſicut* Demones *de Cęlo empireo*

B

C

D

Marc 3. 16.

Luc. 10. 18.

Exemplo luciferi ſuperbia eradicatur

Vgo Card

Patet peccator.

ceci

ceciderunt in instanti, & videntibus A *Sanctis Angelis, & cum fatore peccati, & ad inflammandum homines per tentationem parati.* optimæ quidem expositiones, verum seligo illam Sancti Titi in Glosa. *Sicut fulgur, &c. Hoc addit, quia licet Diabolus prauo voluntatis proposito effectus sit obscurus, & tenebrosus; secundum naturam tamen, quandoque illustris, & clarus extitit.* Itaq; fulgur dicitur Lucifer, non in statu peccati, sed à statu naturæ; hoc nomen fulguris datur Ioanni, cũ vocatur filius tonitrui, idest fulgur. sed nunquid natura Angelus? nequaquam, vt quid ergò nomen accepit, quod secundum naturam Angelo datur? Doctrina est D. Thomæ, D. Petri Chrisologi, & aliorum, Nomina diuinitus imposita, significare gratiam, quã aliqui accepturi sunt. peto ex Teologis, quantam gratiam accepturus fuisset Lucifer, si stetisset? respõdent ipsi cum Magistro sent. in 2. dist. 3. D. Thom. & alijs, gratiam accepisse Angelos à Deo secundum proportionem naturę, ita vt, qui perfectioris naturæ erat, altiorem gradum à Deo accepit, sic etiam D. Basilius lib. de Spiritu Sancto c. 15. dicens. *Calorum virtutes, non suaptè natura Sancti sunt; sed iuxta proportionem, qua se inuicem superant à Spiritu, habent Sanctificationis gratiam.* Et D. Ioannes Damas. lib. 2. c. 3. ait *Per verbum omnes Angeli creati sunt, ac per Sancti Spiritus sanctificationem, omnes perfectionis numeros acceperunt; ità tamen, vt pro sua quisque dignitate, & classe luminis, gratiaque participes sint.* Et quidẽ; vt ait Diuus Thomas, hoc consentaneum sapientiæ Dei erat, vt quos in natura meliores effecerat, altioribus gratiæ gradibus

Angeli iuxtà naturam acceperant gratiam. D. Bas. Damas. Mag. sent.

sublimaret. sensus autem communis Theologorum est, Luciferum primum fuisse Angelorum, ac nobilioris naturę cęteris, ergò, si stetisset, maior fuisset omnibus in gratia, & gloria. quod si hic, fulgur appellatur, & Ioannis nomẽ in fulgur commutatur à Christo, & nomina imponuntur secundũ gratiam, quam aliqui accepturi sunt: gratiam, quam Lucifer habuisset, habuit Ioannes Euange- B lista. hęc gratia gratiam omnium Angelorum superasset. igitur Angelos omnes possumus dicere aliquo modo superasse Ioannem, & primum Angelorum, vt puto dici à D. August. cum ait. *Quid est, non erat homo, in quantum cęperat esse Angelus.*

Ioannes Euang. supra omnes Angelos gratia eni micauit.

Possunt autem hæc ex Doctrina D. Dionisij Areopagitæ facilius confirmari. de Angelis in lib. qui est de Cælesti. Hierarchia agens Beatissimus hic cælestium C secretorum indagator, inquit. *Pulchrè igitur, primę Calestium Hierarchiarum ab excellentissimis essentijs Sanctificatur, ordinem habẽs omnibus altiorem, hoc est circa Deũ immediatè collocatur,* vbi clare patet, primos Angelorũ viciniores esse Deo, cæterosque ab ipsis recipere illuminationes, & Dei iussa, si quandò ad aliquid mittuntur; vndè Dionis. Cartus. in Pa- D raphrasi huius capitis inquit. *Congruum autem est, vt talibus supremis substantijs, ordinetur prima hierarchia, quę super cęteras exaltatur, & circa Deum immediatè collocatur, & ad quam, tanquam Deo proximam, deferuntur principalius primę Dei influxiones, & perfectiones.* itaque secreta Dei manifestantur inferioribus per superiores Angelòs, quique manifestat maior est in gratia, & in glo-

Areopag.

Cartus.

Primæ influxiones Dei recipiuntur ab Angelis primæ Hierarchiæ, quæ Deo propinquior.

ria

ria. Accedit mox Beatissimus Paulus, hic Angelos aliqua ab Ecclesia didicisse affirmat. ità Eph. 3. *Vt innotescat Principatibus, & potestatibus, in cælestibus, multiformis sapientia Dei.* In cælestibus, hoc est, inquit Vgo, Angelis, qui sunt in Cælo, nō ijs, qui mittuntur, sed assistētibus. quid autem est, quod audiunt supernæ illæ substantiæ? *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum &c. & Verbum caro factum.* hoc à quò audiunt? à quo, Angelis notum factum est? à Ioanne Euangelista: quod si ille maior est, qui Dei secreta manifestat, & Ioannes hæc Dei arcana, quæ non licet homini loqui, vel Angelis innotescere, quodamodo facit; Ioannes, vel ipsos supræmos Angelos superat in gratia, & Sanctitate. audiamus D. Chrisostomum. *Huic Apostolo, scilicet Ioanni, supernę virtutes assuerunt, eius animę pulchritudinem, Sapientiam, & speciem virtutis admirantes.* en, admirantur Angeli Ioannis gratiam, tamquam rem, amplius non visam, nec agnitam. *Etenim, tamquam liram quandam pretiosis lapidibus, auroque distinctam, sic suam sibi animam exornando effecit, vt per eum magnum, & altum spiritum sonaret, nihil nobis humanum, sed è Spiritus Sancti profundis, & abditis thesauris, omnia proloquutur, quæ nec Angeli priusquam hic diceret, nouerunt. Nam & ipsi nobiscum per Ioannis vocem, & per nos didicerunt, quæ cognouimus, & quod nobiscum Beatus etiam Paulus significauit, vt innotescat Principatibus, & Potestatibus: Cherubim quoque, & Seraphim, hęc per Ecclesiam didicerunt.* planè constat ipsos Angelos summa cum attentione

Ephes. 3. 10.

Ioan. 1. 1.

D. Chrisostomus.

Ioannes Euangelista Doctor Angelorum.

Chrisostomus.

A *eius se se auditores exhibere.* Quod si auditores; ergò inferiores; si inferiores, Angelus est Ioannes, vt inquit Diuus Augustinus non homo, sed omnibus superior; Nec mirum, quia Iesu fuit immediatus, dum supra pectus Domini in cęna recubuit, & qui contēplationis alis nedum terrena, sed cęlestia transuolauit, nedum homines, sed supremos transcendit Sāctorum spirituum Ordines, qui B animā suā infinito Verbo, Verbo, inquā, Patris exaturauit, & in nos ex plenitudine eructauit, nequaquā in infimis iacuit gradibus gratiæ sed succensus Amoris igne, in Deo, qui ignis est, & amor quieuit, fuitque Dei Dilectus, ac proptereà tātam in altitudinem euectus est, vt gratia ferè abundaret infinita.

Noto discrimen inter Diuum Petrum, & Diuum Ioannem. in- C ter hos, inquam, Apostolos, Ecclesiæ Dei columnas, pupillas, & papillas. vterque Deum amabat, vterquè in Christum vehementissima ferebatur flamma. ast non vtriusque est eadem amoris promulgatio in Sacra Scriptura: cum enim amat Petrus, Petri amor notatur. dixit enim Dominus Petro. *Petre amas me.* & trinæ interrogationi, trina fuit amoris confirmatio; dicen- D te tandem Petro, ò Domine, tu corda nosti omnium; patet cor meum, vides iam in te propensum, atque flammigerum. Quid vltra quæris? *Tu scis Domine, quia amo te.* Cum autem de Ioannis amore sermo fit in scriptura, non notatur amor Ioannis in Christum, sed Amor Christi in Ioannem. *Conuersus Petrus, vidit discipulum illum, quem diligebat Iesus, qui supra pectus Domini in cæna*

Ioan. 21. 17

Gratia D. Ioannis Euangelistæ infinita fere fuit

recubuit. Et hic, notatur amor Ioannis, nam Deus, cum amat donat, cumq; donat, donat amorem; hic enim animas Deo reddit charas: & amor addit alas terrestribus, vt possint in cælum euolare. quod si notatur Ioannis amor, cur non dicitur. *Vidit illum discipulum, qui diligebat Iesum*. Sed inquit. *Vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus*. in huius textus intellectum aduoco illos, qui de amore scripserunt. adsit primo. D. August. hic in suo manuali inquit. *Anima insignis Dei imagine, illustris similitudine, habet in se ex Deo, quo admoneatur semper autem stare cum eo, aut redire, si mota suis affectibus, imò defectibus fuerit; & non solum habet, vndè respirare queat in spe veniæ, & misericordiæ, sed etiam vndè audeat aspirare ad nuptias Verbi, & cum Deo inire fœdus societatis, atque cum Rege Angelorum ducere iugum suaue amoris, hæc omnia facit amor, si amore exhibeat se similem Deo per voluntatem, quæ similis est per naturam. solus enim est amor ex omnibus animæ motibus, in quo potest creatura, etsi non ex æquo, respondere auctori, vel sibi mutuam respondere vicem*. petit amor compensationam exquirit vices; nec alia amoris compensatio, nisi amor: tantum amare teneor, quantum amor. hinc dicebat Diuus Bernardus sermone 71. *Amor Dei Amorem animæ parit*. quia non compensat anima Dei Amorem, nisi amore. & Tullius Epist. ad Brutum. *Nihil minus hominis videtur, quam non respondere, aut rependere ab ijs, à quibus prouocetur*; & hoc, vel natura nostris indidit cordibus, vndè Diuus Ambrosius lib. 2. officiorum cap. 6. *Quid tam insi-*

D. Aug.

Amor est pensatur amore.

D. Bernardinus.

Tullius.

D. Ambros.

A *tum naturæ, quam vt diligentem diligam*. ab hac lege, nec se eximit Deus. testis est sponsa. *Ego dilecto meo*. inquit, *& dilectus meus mihi*. Quæ enucleans Diuus Bernardus inquit sermone 71. *Neque dubitat se amari, quæ amat*. & Diuus Chrisostomus hom. 13. ad populum Antiochenum, illustrans, quæ dixit Christus Matt. cap. 7. *quæcunque vultis, vt faciant vobis homines, & hæc vos facite illis*. ait. *Vis beneficium capere, confer beneficium alteri, vis misericordiam consequi, miserere proximi, Vis laudari, lauda alium. Vis amari ama*. & vt insolenter nostris addam alienos. en ille prophanus lib. primò de arte amandi.

B

Cant. 6. 2.

D. Bernar.

D. Chrisostomus Matt. 7. 12.

Ouidius.

Fallitur Hermonias si quis decurrit ad artes,
Datque quod è teneri fronte reuellit equi.
C *Non faciunt, vt viuat amor Medeides herbæ*
Mirtaque, cum magicis, Marsa venena sonis.
Sit procul omne nefas, vt ameris amabilis esto.

Rependimus Amorem, Amore; & æqualis erit hæc compensatio, non enim nisi æqualibus fit iusta compensatio. Mox ad Theologos accedo. concedunt omnes, tamquam de fide certū, D Deum esse infinitum. & ratio est, quia ab vllo potest limitari esse simpliciter, & purus actus, nam quod limitatur, vel limitatur ab agente, vel à subiecto, in quod recipitur. Deus autem nullam habet sibi superiorem causam agentem, nec recipitur in aliquo subiecto; quapropter nec potest admittere limitationem suū esse; & propterea infinitus est Deus; & esset contradictio dicere

Deum,

Deus est infinitus quia purus actus.

Deum,& finitum,quia ab aliquo A finiretur,& nō esset purus actus; quia autem quidquid est in Deo est ipsemet Deus, ideò omnis Dei actio est infinita, & potentia est infinita. amat nos Deus, & ratione illius volitionis, quæ est actio immanes,est infinitus amor Dei ergà nos, licet illa actio transiens sit finita, quià effectus illius amoris, cum subiectiuè sint in creatura limitata, & distinguantur à Deo, necessariò B finiti sunt. itaque amor Dei in aliquem,saltem radicaliter, prout est actio immanens, est infinitus. ex quibus cur cum *Amor* notatur Ioannis, non ipsius Ioannis, sed Dei in medium adducatur. *Vidit illum discipulum,quem diligebat* Iesus, inuestigare possumus; poterant hi fieri discursus. Amor compensatur amore, & tunc perfecta compensatio est, cum est ad equalitatem. Si C notatur primò amor Ioannis in Deum, necessariò amor finitus notatur,non enim creaturę actus potest esse infinitus,& Deus, qui diligentes se diligit, non videtur teneri, vt ita dicam, nisi ad compensationem finitam. Quid Chrstus, vt præcellentiam amoris, & consequenter Sanctitatis Ioannis illustrem faceret, ponit primò suum amorem in Ioannem. *Quem diligebat Iesus.* D Amor Dei saltem radicalitèr, & immanenter est infinitus; quod si Ioannes, hunc amorem compesabat, voluit hac phrasi vti Deus, vt innotesceret Diui Io- Ioannis amorem, & charitatem tantam esse; vt quantum licet creaturæ, & tali creaturæ,qualis Ioannes erat, pertingeret aliquatenus infinitum. Quod si ex Dei amore sanctitas mensura-

D. Ioannis sanctitas, & charitas in Deum quasi infinita. Landulphus.

tur, estque veluti infinitus amor Ioannis in Deum; dicamus ferè infinitam Ioannis Euangelistæ Sanctitatem; dicamus talem, vt sub admirationem cadere possit, & stuporem quadere,inquit Landulphus de vita Christi cap. 29. *Diligebat Iesus Ioannem, non quidem singulariter solum, sed præ cæteris familiarius, & specialia signa dilectionis ei ostendendo præ cæteris, & hoc signum inter cætera, vt per pacem exiret de vita, non per certamen passionis. Diligebat primò quippè propter munditiam puritatis,quia Virgo est electus à Deo, & Virgo permansit, secundo propter sublimitatem suę sapientię, quia cæteris altius arcana Diuinitatis vidit. Tertio propter feruorem sui affectus ad Christum.* En Ioannis feruor in Christum; quasi diceret, quia compensabat Ioannes amorem. O, quis amor erat hic, Ioannis in Christum; ferè infinitus agnoscitur.

Eò euolauit suis alis hic, qui in sinu Domini collocauit nidum suum, quo quisque cum peruenerit amplius non sustinet bella. tanta fuit Ioannis Sanctitas, vt adhuc hic viuens, Beatorum sortem aliquādò fuerit adeptus. consideremus Christi Iesu, & Petri colloquia, ibique Ioannis, Altissima effodiemus dona. dixit Petrus Christo. *Domine, hic autem, quid.* De Ioanne qui sequitur te, (conuersus namque Petrus vidit illum discipulum, quem diligebat Iesus sequentem)quid erit? Pastor sum Ecclesiæ, ad me pertinet de ouibus, quis erit Ioanni terminus? tunc Christus. *Sic eum volo manere, donec veniam, quid ad te?* tua cura Petre; Thesaurus meus Ioannes est, pendet in illum *Ioan 21. 22.*

cor meum nescis dilectum Ioannem, nescis amorem esse impulsum in rem amatam? nescis sine amore non contingere diù viuere? infer humano more. si Iesus diligit Ioannem, quodamodo ex Ioanne viuit. sic Petrus Vega in annot. conc. D. Ioannis Euangelistæ. *Inquit Arist. sine amore, non contingit diù viuere. Christus igitur amans Ioannem, quodamodò ex Ioanne viuebat, & sic videtur, à Ioanne aliquid vitę accepisse.* hæc poterat, humana non trascendens, inducere Petrus. quis vitę suę obliuescetur? Ioannem, vt vitam meã existimo, sequere igitur tu me, de Ioanne dico tibi. *Sic eum volo manere, donec veniam*. inuolutus sermo, nec facilè seruis Dei accomodabilis, qui ascensiones in corde suo disponunt in valle lachrymarum. ille perfectus est, qui non stat, sed semper ad perfectionem tendit. vt dixit D. Bernardus scribens ad Drogonem Monach. Epist. 34. *In te nunc frater veram probamus illam esse sententiam, quæ dicitur. Cum consumatus fuerit homo, tunc incipit. Iudicium ergò suæ consumationis est, quod nũc cępisti, & in quo arbitraberis te iam non comprehendisse; iam comprehenderas; nemo quippè perfectus, qui perfectior esse non appetit; & in eo quisque perfectiorem se probat, quod ad maiorem tendit perfectionem.* hinc perfectionis semper auidus Dauid perfectus aiebat. *Ego dixi, nunc cępi.* en, ascensiones in corde dispositæ. Quid igitur est quod de Ioanne dicitur. *Sic eum volo manere.* istud. *Sic.* quo refertur? quid respicit? quo tendit? Accurro ad cænam. Sedebat ibi Christus epulis, plus doloris, quam dulcioris cibi, & en, Ioannes festinat ad pectus, supra illud serpit, & obdormit. *Qui supra pectus Domini in Cęna recubuit.* Quid hoc est, Ioannes Baptista, nec corrigiã calciamenti soluere audet, Petrus interrogare de proditore veretur; & Ioãnes premit pectus illud doloribus pressum? Ioannis, vt audaciam (si sic loqui fas est) tuear, accurro ad D. Ambros. expendit Sanctissimus Doctor, cur serpens, super pectus suum gradiatur, ac assiduis reuolutionibus terram premat, ac nesciat eleuari à terra? ac supponit serpentem Diabolum significare, qui, vt serpens, siue Draco, à Michaele in infernum deiectus est. quandoquidem positus in cælestibus ea quæ terrena sunt, mente voluit, iisque adhæsit, quia autem, semper affectu ad terrena fuit; ideò terrę semper adhæret, corque suum terræ infigit. audiatur D. Ambros. lib. 1. de Paradiso cap. 10. *Pectore autem, & ventre, ait scriptura, reperè serpentem; & tam propter corporis figuram, quam propter terrenas cogitationes, de illa Cęlesti Beatitudine sic lapsus, pectus enim frequenter, recessus quidam accipitur sapientię.* Quia affectu ad terrena fuit serpens Diabolus, ideò super terram continuo repit; tales sunt Dei dispositiones. vndè, licet inducere, quod si Ioannes supra pectus Domini recumbit, & sæpius recubuit, vt quamplurimi affirmant; totus eius affectus, tota mens, desiderium totum, erat ad pectus, & cor Christi. Vnde sequitur. D. Ambros. *Et ideo Apostolus supra pectus Christi reclinauit caput, non in terrã deiecit.* assiduus erat ad Iesu cor Ioannis affectus. attendamus stabat iuxta Crucem Maria Iesũ Mater, stabãt mulieres, stabat, & Ioannes; accessit Longinus, Lancea pectus

Iesus ex Ioanne ve luti viuit. Petrus Vega.

Perfectio in continua consistit inceptione serui cuius Dei.

Ps. 76. 11

D. Ambros.

Serpens cur semper repat super terrã.

Dia bolus terrenis adhæsit.

pectus Christi transfodit, vndè A exiuit Sanguis, & aqua. quis in testem aduocatur? nunquid Magdalena, nunquid Maria Iacobi? Salome? solus Ioannes; & quare? quia vidit; cur vidit? O, in cor Christi erat intuitus Ioãnis, quia ibi erat affectus. Quod si ex Doctrina D. Ambrosij, idcircò serpẽs semper reptat super terram, quia affectu terrena sequutus est, & teste eodem D. Ambrosio, Ioannes affectu ferebatur in pectus, & B cor Christi, concedendum est Ioannem semper in cor Christi suã mentem, & suum affectum dirigere. quià autem, in Christi corde semper erat, ideò dixit Iesus Petro. *Sic eum volo manere*. Ac si diceret; ò Petre in corde meo Ioannes est, quid vltrà exquiret? maneat ibi, & ideò antequam Ioannes hæc Christi verba referat, adducit recubitum super pectus, ac si diceret. Iesus dixit. *Sic eum* C *volo manere*. quomodo, & vbi recubui in cæna super pectus, in corde suo; ab illo nusquam separaui intuitum, & affectum, quando in Cruce erat, hic vult me manere, hoc cor vult semper me intueri. pergo vlterius, & inquiro; cur cor Ioanni, cur pectus det Christus? ait Ioannes ex illo Sacro pectore fluxisse aquam. cur aqua hæc? de illa Sancta Ciuitate Ierusalem scriptum est. *Fluminis* D *impetus lætificat ciuitatem*. Flumina signa paradisi sunt, & de paradiso terrestri fluuius egrediebatur: vt indicaret igitur Christus in Sacro illo latere; & corde esse paradisum, voluit fluuium, ex illo Sacro corde prodire; hinc clamat D. Augustinus de aperto latere Christi. *Vitę ostium in eo nobis apertum est*. Quod si Christus, vult Ioannem sic manere, vt intuatur

Ioannes semper in corde Iesu

Ps. 45 5.

Cor Iesu paradisus

D. Aug.

cor suum, & in corde Iesu est paradisus; tantæ altitudinis, & ad tantum sanctitatis gradum, ascẽdit, vt vel, in vita aliquandò fuerit Beatus. confirmat Franciscus Labata, qui affert Rupertum Abbatem dicens. *Preterea hic est discipulus ille, qui suprà pectus Domini in Cęna recubuit. Singulare hoc Dei Beneficium, & priuilegium Ioannis perpendamus. Originale grecum hic, sic habet, supra pectus Domini in cęna audit, seu deliquium passus est, hoc est in extasim raptus est, & Rupertus super Apoc. cap. 1. ait, Ioannem Euangelistam in raptu isto, diuinam essentiam vidisse; sicut de Paulo in raptu suo affirmat Sanctus Augustinus, & de Moyse, etiam alij idem aiunt, quando in montem cum Deo, quadraginta diebus conuersatus est*. Vnde etiam capio, Cur Christus Petra vocari voluit. *Petra autem erat Christus*. inquit Paulus in petris aquila ponit nidum suum; Aquilam, Ioannem affirmat. D. Gregorius, & en Christus petra, & in suo pectore est Ioannes, vt in suo corde nidum poneret Beatus hic Euangelista, sed altius adhuc tendit aquila isthęc, in petram Christum auolans, cuius altitudinem reuelabit Iacob Mesopotamiam pergens. hic, vt narratur. Genes. 28. vt supra petram accubuit, vt sensus sopore pressi fuerunt, vidit cælum apertum, conspexit Deũ, intuitus est paradisum; quapropter euigilans, & obstupescens, dixit, *Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam Pauensque, quam terribilis est, inquit, locus iste, non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta Cæli*. vbi super petram requiescit Iacob, tunc porta Cęli ei aperitur. en, petra Christus est, in hac petra Ioannes requiescit, hic obdor-

Ioannes in hac vita per trãsitum fuit batus.

1. Corinth 10 4.

Genes. 28. 18.

dormit; numquid porta Cæli ei non aperietur? quis negabit? hoc videtur astruere Rupertus in Prolog. Euangelij Ioannis, dicens. *De eo, qui per munditie viam ad veram tendit sapientiam, loquitur Dominus per Isaiam: Iste in excelsis habitabit munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est, aquæ eius fideles, Regem in decore suo videbunt, oculi eius cernent terram de longè. imò quod ad rem euidentius attinet; hic sicut ad Beatum Iob, alijs quidem verbis, sed eodem sensu dictum est, ad præceptum Domini, eleuabitur, vt aquila, in arduis ponet nidum suum, in petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atq; inaccessis rupibus, indè contemplatur escam, oculi eius de longe prospiciūt, & quidem hæc omnia Ioannes huius Verbi, ac sempiterni principij contēplator excessus magnificè assequutus est; quia videlicet eleuatus est, vt Aquila, apertos intendens oculos in Diuinitatis radios, & in arduis posuit nidum suum, idest æterni huius Euangelij munimentum, in petris mansit, idest in soliditate veritatis, atque indè contemplatus est escam, scilicet illam, quā attingere meruit, huius Verbi sempiterni gloriam.* positus in Christi gremio, vbi Sacri Euangelij fluenta potauit, attigit eiusdem Verbi Gloriam per trāsitum, & aliquandò, quia, vt viator contemplatur per speciem, in enigmate, ità possumus interpretari Rupertum. en qualis Ioannes est, qui vel in hac vita, aliquando fuit Beatus. quis eius merita, quis gratias, quis dona, valebit penetrare; dum Petrus obstupescens inquit, *Hic autem quid*. ac si diceret, tantus est *Ioannes*, vt stuporis, & admirationis potius, quam assequutionis obiectum sit. *Hic autem quid*, qui

Rupertus.

Ioannes in Christi pectore, vt aquila in petra posuit nidum suum gustauitque gloriam.

A Christi personam mæruit supplere, quam solus supplet Spiritus Sanctus, *hic autem quid? Qui* potare mæruit è Christi pectore Verbum, quod Solus gignit Pater æternus. vndè ait Rupertus in cap. primum Ioannis. *Qui enim de corde suo Verbum bonum eructauit in vterum Virginis, vt Deus inuisibilis, visibilis, & verus homo fieret; ipse castis complexibus suis, ascitam dilecti Ioannis animam, eodem Verbo impregnauit, vt Verbum ineffabile per vocem, literamq; audibile, & intelligibile procederet.* Hic autē quid, qui vt Christus datus est Mariæ, sic Origenes in prefatium Euangelistæ Ioannis. *Nam, si nullus Maria filius, iudicio eorum, qui de ipsa sanè senserunt, preterquam Iesus; dicitque Iesus Matri, mulier eccè filius tuus, & non, eccè, etiam hic est filius tuus, perindè est, ac si dixisset. Eccè Iesus quem genuisti.* Hic autem quid, qui lætam in dolore mortis Dei incarnati, filij Mariæ, aliquo modo potuit facere matrem? Cūctorum in Cruce Maria effecta est genitrix, sed ibi cum dolore parturiuit, quadere, inquit Rupertus cap. 19. in Ioan. *Stabat Mater, iuxtà filij Crucem, sine dubio dolens; & dolores tamquā parturientis habens*. Quis autem ignorat, tunc dolores parturientis secedere in obliuionem, cum pepererit masculum. *Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius, cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mūdum* en partus dolentis Mariæ in Cruce Ioannes. *Mulier eccè filius tuus*. Talis igitur fuit Ioannes, vt detur in solatium Mariæ, soleturque eam ob mortem filij sui Dei. *Hic autem quid?* Qui vuluti Deus est. Excogitaui, cur Ioannem vo-

lucrit

Rupertus.

Anima Ioanni à Deo impregnata Verbum Dei parturiit.

B

Ioannes vt Christus datur est Mariæ. Orig.

C

Rupertus.

D

Ioannes Euangelista Mariam in morte Christi lætificare potuit.

Ioannes quaſi Deus

luerit in ſua paſſione Dominus; cur tam intentum, vt oculos nuſquam ab illo auerteret, en, quam attentus in Chriſtum erat, potuit aquam à Sanguine diſcernere; quis tinctam ſãguine aquam diſcernet? tamen ſecreuit *I*oannes. quod adſit mater, non miror; cur etenim non videbit morientem filium dilectiſſima Mater? cur à filio ſeparabitur Genitrix? ſed fugiunt Apoſtoli, & omnibus fugientibus, Petro negante, ſtat intrepidus antè Crucem Ioannes. aperiam myſterium ex aliquo Incarnationis fine. factus eſt Deus homo, & paſſus, vt veterem hominem delendo peccatorem, renouaret omnes gratia ſua. equidem *D*eus cum operatur aliquid, habet, vt ſummus artifex ideam in ſe, quę *I*dea eſt ipſemet Deus; & ſecundum varias rationes, quę in ipſa Idea includuntur creat diuerſa; formaturus erat Eccleſiã ſuam: ſolent Artifices in formatione rei, eiuſdem ante ſe tenere typum, ſiue Imaginem. Quid Chriſtus? Ioannem tenet, cùm Eccleſiã ſuam format in Cruce, antè ſe, vt ex hoc intelligeremus, *I*oannem tantę perfectionis eſſe, vt quodamodo in efformanda Eccleſia fuerit Chriſto imago, & Idea: quod ſi Dei non alia *I*dea ſtabilienda eſt, quam *D*eus; ad aliquam excellentiſſimam Deitatis perfectionem euolauit Ioannes. vndè ait Origenes, ***Non enim aliter potuit aſcendere in Deũ, niſi prius fieret Deus.*** in *I*oan. cap. 1. Attendamus iſtam Ideam. formaturus erat Chriſtus in *E*ccleſia ſua Virgines; & en, Virgo *I*oannes eſt; ædificaturus erat nuptos, & *I*oannem à nuptijs ad ſe adduxit Chriſtus; Illuſtraturus erat viduas, & en, Ioannes ſinè

Origen.

A vxorę; exaltaturus erat Confeſſores, & Pontifices, & Ioannes Confeſſor, & *P*ontifex eſt: Laureaturus erat Martyres, & Ioannes in feruentis olei doliũ, ad martyrium immiſſus eſt; futuri erant Prophetę, & Ioannem, pluſquam Prophetam prædicant Sancti *D*octores; præſidere debebant Apoſtoli, & *I*oannes Apoſtolus fuit: teſtificaturi erant Euangelium *E*uangeliſtę, & en, *I*oannes Euangeliſta; ſolaturus erat pænitentes, & *I*oannem fluctus Maris pęnitentem reddunt; vt dicetur, &

Ioannes totius Sãctæ Eccleſiæ Idea.

B tãdem, in vno Ioanne omnis Eccleſiæ ſtatus clarebat. quapropter, vt Idea ante Crucem ponitur, ſecundum quam, quodamodò Chriſtus voluit demonſtrare Eccleſię ſtructurã ſe erigere. hinc doctiſſimus quidam Hiſpanus Michael Perez, inquit. ***Ioannes veluti Imago totius Eccleſię, fuit antè Crucem.*** *A*iat igitur Pe-

Michael Perez.

C trus. ***Hic autem quid?*** *V*erum, aliud ſpeculans in hac Petri admiratione, in qua, in Ioanne nihil deſiderari videtur, aliam *I*oannis pręcellentiam coniecto; quam ex Petri dictis in Monte Tabor, vbi ad gloriæ Chriſti conuiuium vocatus eſt, video exurgere. Tranſfiguratus eſt ibi Ieſus, manifeſtauit, quam magna erunt, quæ preparauit diligentibus ſe, quibus

D aſſiſtens *P*rinceps *A*poſtolorum dixit. ***Domine bonum eſſe nos hic eſſe, ſi uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum.*** & en, vt auditur hæc propoſitio, ignorantiæ flagello punitur Petrus. ait enim Lucas. ***Neſciens, quid diceret.*** quid gloria melius? quid sũmo bono pclarius? quis finis hominis? certè Deus, dans gloriam, manifeſtanſque ſe facie ad faciem: quod ſi hic om-

Matt. 17. 4.

nia

nia ista in Iesu transfigurato poterat sperare Petrus, quid est quod inuritur ignorātiæ stigmate? *Nesciens, quid diceret*. D. Augustinus expendens maiora nobis daturum Christum, inquit, ob hoc inscium vocari Petrum ab Euāgelista. Est nè q̄d gloria creata maius? Deus. & vbi nam dandus erat nobis? in Augustissimo Eucharistiæ Sacramento. quia igitur tanto bono, si ibi stetissent, priuandus erat Petrus, ideò dixit Euangelista nesciens quid diceret. Vndè D. Augustinus apud Didacum Stellam in hoc Euangelium. *O Petre mundus perit, & tu secretū quaris? nescis Petre, quid dicas: restant magna peragenda negotia, & magna statuēda Sacramenta. Nondum enim stabilitum est Sacramentum Eucharistiæ*. verum aliud speculantur alij, & præcipuè Doctissimus quidam hispanus ex familia D. Augustini. Petrus ad Christi gloriam fuerat vocatus, & statim tabernacula ibi petijt. equidem tabernaculum, siuè domus sit, vt commodius alicubi commoremur; vndè, aliquid posse addi gloriæ, vt commodius essēmus in illa, innuit his verbis Petrus: & quidem, quid diceret nesciuit. quid enim ibi deficiet? imò quid non supererit hominis appetitui? Vides Petrū ad gloriam pergentem, & ibi aliquid vlterius excogitasse necessarium, etsi nesciret, quid diceret. *Vides* eundem videntem *Ioannem*, & obstupescere tantum virum; vndè dixit. *Hic autem quid?* quod si in Ioanne stupet virtutes Petrus, & in gloria aliquid videtur desiderare; equidem ad tantæ excellentiæ culmen euexit Deus Ioannem Euangelistam, vt si fas sit ità dicere, aliquid ipsamet glo

Petrus tar ignorantiæ, no ta in Thabor monte fuerit inustus.

Eucharistia quid gloria maius.

D. Aug. apud Stellam.

A ria maius ferè videatur *Ioannes*. forte huc etiam spectare potest illud Origenis in cap. 1. Ioannis dicens. *Superuolat Beatus Ioannes Theologus, non solum, qua intelligi, ac dici possunt, verum etiam quæ superant omnem intellectum. O Beate Ioannes. Hebræum nomen est, significans, cui donatum est, cui enim Teologorum donatum, est, quod tibi donatum est? abdita videlicet summi boni penetrare Mysteria? & ea, quæ* B *tibi reuelata, & declarata sunt humanis mentibus, ac sensibus intimare? dic quaso, cui talis, ac tanta donata est gratia? recubuit Ioannes in cæna super pectus Domini, qui postquā semel veritatis perspexit vultum, nequaquam eius acies repercutitur, nonfallitur, nulla caligine obcacatur*. en quid ait, cui talis, ac tanta gratia donata est. recubuit *Ioannes* in cæna, super pectus Domini. gratia est, cui dantur gloriæ C gradus; nec quis gloriosus in sinu Iesu recubuit. en, vt vel ipsam gloriam in aliqua consideratione, superat Ioannes. *Diues* in Sāctitate est Ioannes; nec auarus, sui copiam nō facit; impetrat omnibus affluenter; vndè gratia interpretatur. non erit in morte; qui verè, sub illius militabit protectione, acquiret vitam æternā. Non abfuit à duris tribulationibus Ioannes, non enim *Deus* di- D ligit, & non flaggellat. tamquam primum Petrus venerabatur Ioannem: sic inquit Procorus Christi discipulus, in vita *Diui Ioannis* Euangelistæ, referens Petri verba, dictā Ioanni *Nos omnes te veneramur, tamquam primum*. huic cecidit *Asia* in sortem; quo pergens, Christi Domini Euangelium daturus erat. graue erat nauigium *Ioanni*, vndè doluit, ast confortauit eum Petrus, iterque arri-

Ioannes Euangelista quasi gloria quid maius. Origen.

Procorus in Bib. PP.

Petrus Ap. tanquam primum venerasur Ioannem Euang.

arripuit, Aſcendit quandam de Ægipto veniẽtem nauem, vt nauigaret Aſiã. ſed en emulans maris fluctus, tribulatio, cor Ioannis pænę ſcopulo allidere excogitauit. vndè ſic Procoro diſcipulo, dixit Ioannes. *Fili mi Procore, multa tribulationes, & multa maris pericula ſuper nos ventura ſunt; & de morte, aut vita mea, nihil mihi à domino reuelatum eſt; vos tamen de maris periculo liberabimini, neque peribit vnus ex vobis; cum ergò fili mi ſaluus de maris periculo euaſeris, vade in Aſiam, expecta illic per tres menſes aduentum meum, & ſi infra id tempus me Deus aduenire voluerit, erit incumbendum miniſterio nobis commiſſo. &c.* vix dictis terminum impoſuit Ioannes, & en, turbatur Mare, flant inuicem aduerſantes venti, fulgurat Cælum, tonat aer, maris ora dilatantur, omneſque fluctus, vnam contra illam nauem, vbi Ioannes erat, militare videbantur. quid tanto impetui ſaxeum reſiſteret? alliditur tandem ad ſcopula ratis, quę peperit, quos portabat aquis. ad matris ſubſidium, quæ portauerat, confugiunt nautæ, acceditque Procorus; & ille remis, hic tabulis, hic arbore, peruenit incolumis ad portum. ſuſcepit de periculo mortis erutos, placidus portus omnes, vno excepto Ioanne. Solitaria turtur, multa paſſus eſt ibi Procorus; aſt ſemper comparem exquirebat Ioannem, qui expectatus quadraginta diebus, non comparuit. publica vitabant Procorus, & aſyla ignotus quærebat; habuit quadam die pro aſylo foſſam propè maris lictus, in quam intrauit; mare, vbi cor ſuũ reliquerat, aſpiciebat; & en, vir iactatus procellis, percuſſus vn-

A dis, petebat lictora: tunc Procorus neſciens quiſnam ille eſſet, accurrit, intrauit vndas, porrexit dexteram, duxit ad arenam; & en Ioannes. Audiatur Procorus. *Vidi grandem procellam, quę eiecit virum in lictore maris; & ego feſtinando ſurgens, multum compatiebar ei, vt qui maris pericula, prius expertus eram; & cucurri, vt illum addiuuarem, nondum enim ſciebam eſſe Ioannem, & appropinquans, ap-*

B *prehendi manum eius, & erexi, & agnouit me, & ego tandem illum; & cum multis lacbrymis nos inuicẽ amplexati ſumus. gratias ei agentes, qui omnibus eſt miſericors, & de omnibus periculis ſolus eſt liberator potentiſſimus; & aliquantulum pra concepta lætitia, tamquam muti manſimus, & Ioannes ad ſe reuerſus capit, quę circa eum acciderunt narrare, & quo pacto ipſum ſemper Deo ſaluante, quadraginta die-*

C *bus, & quadraginta noctibus inter lictus maris, fluctuſq; agitatus, ferebatur.* Vides, quam profundus in conſilijs ſuis Dominus, ille in mari agitatur quadraginta diebus, & noctibus, qui vel ad modicum Chriſti tẽpeſtatem, paſſionẽ, ſcilicet, auertit? quid expectat eos, qui inimici crucis Chriſti, quæ ventris, quę carnis, quæ mũdi ſunt, aſſiduò ſequũtur. ſed expeto Domine mi Ieſu Chriſte;

D quid eſt quod illum mari committis, quem ad tuum pectus aduocaſti? dicam quod ſentio. Ioannis in pectore fixit Verbũ in Euãgelio ſemet; quod, Margaritam vocat Rupertus, & ait in prologo in Ioan. *Nam, ſi Euangelici negotiatores ſumus, & bonas margaritas quærimus; ecce vna pretioſa Margarita inuenta eſt; hanc animarum verus amator Deus, dilecte Ioannis Anima, pro monu-*mento

Procorus.

Ioannes Euangeliſta quadragima diebus in mari fuit, & quarè.

Verbum in Euangelio velisi Marga rita in pectore Ioannis. Rupert.

mento dilectionis fixit in pectore; vt Verbum quod Maria sola protulit in carne; ipsum huius Socia Virginitas, prę omnibus sanctis, viua mortalibus promeret voce. erat Concha Ioannes, Margarita fęcundus. quia autem hę in mari reperiuntur, & à mari extrahuntur; ideò in mari quadraginta diebus, & noctibus, voluit immorari Ioannem Deus. vel dicam edoctus à D. Dionisio Areopagita. qui Ioannem Euangelistam, *Solem nominat Ecclesię*. Solem istum, aquę coniunxit Christus, aiebat enim Hesiodus, hominis vitam à Sole esse, & ab aqua; vt refert Pierius lib. 44. vt orbi toto, indicaret Deus, Ioannem allaturum vitam sua prædicatione; & intercessione. Sed en, vix in mari vidi, & aduerti fulmen. quid mari, cum fulmine? & iterum, peto, si tot diebus mãsurus erat in mari Ioannes, cur Deus, & Dominus noster Iesus Christus fulminis nomine insigniuit Ioannem? vocauit enim illum Boanerges, hoc est filium tonitrui, fulmen. Adeo Apellis adinuentum. adpingere iussus est Alexandrum. cumque multa animo, menteque voluisset, tãdem fulmine dexteram armauit; quiâ sicut stupidos silẽtes, & admirabundos reddere solet homines fulmen, sic Alexandri gesta in admirationem, & silentium mundum adduxerunt. en, quid ait Spiritus Sanctus de Alexandro. *Siluit terra à facie eius*. aspicio Ioannem fulmine, vel ab ipso Christo insignitum. intimat silentium fulmen, paritque stuporem, & admirationem. admiror igitur tantum Ioannem, obstupeo, & ora premo silentio.

Ioannes Concha in qua Christus Margarita est.

Ioannes Ecclesiæ sol.

Areopagita.

Pierius

Ioannes toti orbi vitam affert.

Alexãder quomodo ad pictus ab Apelle.

Ioannes admirabilis silentiũ cunctis imponit.

A

B

C

D

TEXTVS;

VERS. XII.

Editio Vulgata.

Populus meus in ligno suo interrogauit; & baculus eius annunciauit ei: spiritus enim fornicationum dęcepit eos, fornicati sunt à Deo *suo*.

Sanctes Pagn.

Populus meus lignum suum interrogauit; & baculus eius annunciabit ei; spiritus enim fornicationum errare fecit eos, & fornicati sunt à Deo *suo*.

70. Interp.

Populi mei in auguriis interrogabant; & Virgis eius annunciabant ei; spiritu fornicationis seducti sunt; & fornicati sunt à Deo suo.

Vatab.

Populus meus lignum suum interrogauit; & baculus eius indicat ei, spiritus enim fornicationum, errare fecit eos, & fornicati sunt à Deo suo.

Editio Chaldaica.

Populus meus simulachrum ligni sui interrogat; & putat baculum suum sibi respondere; quia spiritus erroris aberrare fecit eos, & aberrauerunt à cultu Dei *sui*.

Paraphras. Castri.

Populus meus quia vsus Rabdomantia per baculum interrogabat de futuris; & idem hoc, aut illo modo cadens respondebat ei, nam deceptus

ceptus appetitu Idolatriæ abripiebatur à cultu Dei.

COMMENTARIVM
iuxtà literam.

Vix peccatorem ex luxuria, & ebrietate intellexi excordatum, & ſtultiſſimum iudicaui; quid ſtultius, quam à lignis expectare futurorum ſcientiam, ipſis hominibus intellectu, & prudentia fultis ignota? nuſquam cauſam agnoui, & præcipuè qui uocam viuentem effectu ignobiliorem, homo Idoli cauſa eſt, cur ergò homine excellentius Idolum? audiamus Tertullianum lib. 10. de Idolatria. *Idolum*, inquit. *Aliquandò retro nō erat, priuſquam huius monſtri artifices ebulliſſent. Sola templa, & vacuę ędes erant, ſicut in hodiernum quibuſdam locis vetuſtatis veſtigia permanent, tamen Idolatria agebatur non in iſto nomine, ſed in iſto opere, nam, & hodiè extra templum, & ſine Idolo agi poteſt. At vbi artifices ſtatuarum, & imaginum, & omnis generis ſimulachrorum Diabolus ſeculo intulit; vndè illud negotium humanę calamitatis, & nomen de Idolis conſequutum eſt, & profectum à* Non eſt ſine artifice ſtatua. *En*, quam veſanus, & excors eſt peccator, qui opera manuum ſuarum adorat. Sic faciebat populus Iſraeliticus, qui interrogabat in ligno, & à baculo futura prænūciari poſſe putabat. ait. n. Prophetia. *Populus meus in ligno ſuo interrogauit, & baculus eius annunciauit ei.* textum Sacri Doctores variè interpretantur; refert omnes Caſtro, apud quem videre poteris lector amiciſſimè opinionum varietates. Puto ipſe nō idem eſſe baculum, & lignū. no-

Tertull.

A tāt Haimo, Hugo, Dioniſ. Vatab, aliiq; ſed in ligno ſignificari Idolum; in baculo inſtrumentum diuinatorium, cum ergo ait Scriptura. *Populus meus interrogauit in ligno.* puto hâc interrogationem, idem eſſe, ac orationē, quā Iſraelitæ Idolatrę rogabant Idolum, vt per aliquod ſignum præmonſtraret futura; futura autem hęc diuerſimodè annunciabantur, & variè Idolatras deludebat Dæ-
B mon, vt autem auguriorū, & diuinationum, aliqualem notitiam prębeam, Sciendū eſt, multa Deo permittente poſſe fieri à Dæmonibus, at prædicere res futuras, quæ non habent cauſas naturales, ex quibus pendeant, nec Dęmon poteſt, quapropter, illa, quæ prędicebantur ex Dęmonibus in oraculis, rarò eueniebant, ſæpequè reperiebantur falſa, ſemper verò dubia audiatur S. Ciprian.
C lib. de Idolorum vanitate, vbi ſic ſcribit: *Spiritus inſinceri, vagi, qui poſteaquam terrenis vitiis immerſi ſunt, & à vigore Cęleſti terreno cōtagio receſſerunt, nō deſinūt perditi, perdere, & deprauati errorem prauitatis infundere. Hi ſub ſtatuis, ac imaginibus cōſecratis delitęſcunt; hi afflatu ſuo vatū pectora inſpirāt, extorū fibras animāt, auiū volatus gubernāt, fortes regūt, oracula efficiūt, falſa veris ſēper inuoluunt,* nec Sā-
D ctorum ſola, hæc vox eſt; quando quidē, vel ipſi gentiles, qui à Dei veri cultu lōgiſſimi erāt, ludibria iſthæc agnouere. hinc Cicero 2. lib. de Diuinatione, Apollinē illudit, his verbis. *Sed, iam ad te venio, ò Sancte Apollo, qui vmbilicum terrarum certum obſides; vndè ſuperſtitioſa primum euaſit vox feraſtis etiam oraculis Criſippus totum volumen impleuit, partim falſis, vt ego opinor, partim caſu*

D. Cipr.

Oracula Dæmonis vel falſa vel dubia.

Cicer.

ueris, partim flexiloquis, & obscurius, vt interpres egreat interprete, & sos ipsa, referenda sit ad fortes. & iam, nota sunt aliqua oracula, quæ non nisi Amphipologia gaudent, vt sunt illa, Cresso ædita; & Pirro Epirotorum Regi. Primo dixit Apollo. *Cresus Halim penetrans, magnam peruertet opum vim.* Credebat ipse, vt inquit, Herodotus, inimicos dissipandos, at contra venit, ipse enim victus in bello succubuit. Pirro autem dixit oraculum. *Aio te Aeacida Romanos vincere posse.* en, amphiphologia. sic illud apud Valeriū Maximum. *Ibis, redibis, non, morieris in bello.* hac eadem ferè arte delusit Diabolus Regem Mãfredum, cum Carolo congressurum; dum interrogatus respondit. *Non, non Gallus superabit Apulum.* Firmat oraculorum ambiguitates Seneca in Epido, cui assentitur Cornelius Tacitus dicens. *Ferebatur germanico per ambages, vt mos est, oraculis, maturum exitium cecinisse.* hæc tamen prædictio, quæ, vel immediate à statuis erat per Demones, vel ab hominibus, afflatu Diaboli loquentibus, dicitur Dornantia; alij arte Necromantica, pactis cum Diabolo statutis, Diabolum aduocabant, qui futura prædicebat. Non desunt vel hodie, qui ex pelui aqua plena, Dæmonis vocem euocant; in aquam prius lapillis, & laminis iniectis. hęc diuinatio dicitur Leconomantia. Vident alij, pueri innocentis auxilio, qui respicit in vitro aqua pleno, ope Dæmonis, occulta: habet suum nomen, hæc diuinatio, Diabolica, & dicitur Gastromantia. Vident sæpesępius à Diaboli astutia alij in speculo, quasdam imagines, in quibus futura prædicuntur, per

Seneca.

A Cataptromantiam. adest, & vsus anulorum, olei, & fuliginis effusi in vnguem; capitis asini impositi super prunas, multorum philtrorum ad conciliandos amores, victimarum, antè mactationem, viscerum post mactationem, fumi ex granis papaueris, vini in victimas, iniecti, signorum in ouis apparentium, viscerum hominum, & centum millium Asinitatum, ad quas, voluntariè currunt per-B uersi homines. omniaque supernarrata, & alia, quæ consultò prętermitto, proprium nomen sibi vendicāt. ad hanc dementiam peruenit hebræus, vt crederet augurijs, & à Diabolo futurorum expectaret euentum; & ideò in ligno interrogabat. fortè sequens morem gentilium, qui vt inquit Nicetas Nazianz. oratione in Sācta Lumina, à quercu interrogabant futura. *Iam verò in Dodonea Ciuitate quercus erat mira proceritatis, ac pulchritudinis, quam Damon inhabitans, garrulam, fatidicamque reddebat.* Sed verior sensus videtur superior allatus. Orationem igitur fundebant, antè Statuas ligneas Idolorum Israelitæ, deinde à baculo expectabant responsionem. superstitio autem baculi erat, vt inquiunt expositores Prophetiæ, ex Cælio Rodigi. lib. 4. cap. 29. quod decorticabāt alteram partem baculi, altera cortici relicta, proiciebantque in aerem; si primo iactu apparuisset superior pars decorticata, & in secundo iactu, pars cum cortice, felix prędicebatur successus. Syn, contra, scilicet, primo iactu pars cum cortice, infelicem successum augurium portendebat. O execranda deliria. quid quęsò iactus baculi cum futuris euentibus? quā de-

Nicetas.

C

D

dependentiam habebit futurum ab his præſtigijs? quomodò autẽ ſcire poſſumus ex ijs,quę nullam in ſe connexionem habent, ſiuè cauſalitatem, quid futurum ſit? abeant hi ſine intellectu, & demergantur in profundum inferni, viuentes, vt intellectui reſtituantur. Tanti mali cauſam affert Deus dicens. *Spiritus enim fornicationum decepit eos.* Hic autẽ ſpiritus fornicationum, mox à Doctoribus ſumitur pro deſiderio Idolatrandi, mox pro impulſu ad fornicandum. vterque ſenſus verus eſt, ſecundus autem multis magis placet,attenta fornicationis malitia, quæ tandem ad iactum fidei inducit. aſſentior Ruperto, qui vbi dicitur. *Spiritus fornicationum*, pro fornicatione accepit corporali, vbi autem dicitur. *Fornicati ſunt à Deo ſuo.* fornicationem intelligit ſpirituale, vnde ſtatim ſubditur. *Super capita montium.*

Rupert.

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

Scienter, & voluntariè peccantibus durum Iudicium ſignatur.

Populus meus in ligno &c.

SEmina ſunt pietatis etiam in vaſe iræ;latent vel in furoris fiala:cum effunditur,pietatis germinat opus. Niniue ſubuerſionẽ, prædicabat Ionas;nec dubium, poſt quadraginta dies affirmabat,exitium, Deo ſic reuelante. Sed nunquid ſubuerſionem paſſa eſt? ſi confitemur, obſtat Niniue ſeruata,ſi negamus, mendacem dicemus primam veritatem. At

A non contra Niniuen parietes clamabat,ex pręcepto Dei, Ionas; ſed contra vitijs infectam,& confuſam. quis autem ignorat hanc, Dei gratiam in pænitentia Niniuitarum,ſubuertiſſe.Sic acutè D.Auguſt.lib.5.de Ciuit. Dei. cap.24 *Quis negabit, quod Dominus prædixit, in eis fuiſſe completũ, niſi parum aduertat, quemadmodũ peccatores Deus, non ſolum iratus, ſed etiam miſeratus euertat.* En in

D. Aug.

Niniue ſubuerſa, & quomodo.

B iræ facculo, miſericordię granũ. quod ſi vel in furore miſericordias ſuas effundit Deus. quid eſt,quod neſcit quieſcere,ſed eiulat & inquit. *Populus meus in ligno ſuo interrogauit, & baculus annunciabit ei.* Et demum, dum viſitationem aufert deturbat à miſericordia,datq;in manus iræ?quid eſt,quod ſemina pietatis comburit? ideo Rupertum abb. premit ipſe,affirmãs prius,quod, & nos,

C de fide credimus,Vnam eſſe perſonam Spiritus Sancti, & deindè expendens, mox columbę, mox ignis accepiſſe figurã,quęrit cur vna, & eadẽ perſona diuerſa formas ſuſcipit? columba eſt,antè Chriſti aſcenſum in Cęlum,ignis poſt aſcenſum. quod ſic reſoluit; antequam Chriſtus moreretur, aliquam habere poterat excuſationem peccator in ipſum non credens;quandoquidem, vel ſe

D Chriſtus occultabat, vt moreretur pro nobis,aſt poſtquam exaltatus eſt in cruce,vniuerſaq;creatura patefecit Deum, ſeque Dei filium promulgauit, cum dixit. *Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.* & Centurio exclamauit. *Verè filius Dei erat iſte*, excuſationem non habet, quandoquidem ex certa ſcientia peccat, qui in ipſum non credit, vndè ad illos, qui aliquam habere vtcum que

Luc.23. 46.

Spiritus Sanctus cur antè Christi paſſionem apparuerit in columba, & poſt paſſione in igne.

que poterant excusationem, columba venit Spiritus Sanctus, nō ità dirus; at in illos, qui excusationem nullam afferre possunt, venit, vt ignis; quia infallibilis est eorum punitio, qui videntes, & sciẽtes, quantum malum sit Deũ vulnerare peccatis; adhuc feriũt, & vulnerant. sic Rupertus lib. de Glorif. Trinit. & Proces. Spiritus Sancti 9. cap. 14. & 15. dicens. *Vtriusque ergò reatus, scilicet, per ignorantiam, & scienter, discretionẽ habens Spiritus Sanctus, non in specie ignis, sed in specie columbę apparuit super Dominum Iesum, antè glorificationem eius. & è contrà; non in specie columba, sed in specie ignis super Apostolos, post glorificationem eius. adhuc enim, qui dicebant Verbum contrà filium hominis, de ignorantia poterant excusari, & idcircò, dicebat agere eum, vel pati cuncta spiritu mansuetudinis. Verbi gratia, vt non consentiret discipulis suis dicentibus, Magister vis dicamus, vt descendat ignis de Calo, & consumat eos. filius hominis, non venit animas perdere, sed saluare. amplius autem, vt diceret, dum Crucifigeretur, Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt.* & cap. 15. *Spiritus Sanctus, qui in columba visus fuerat, quasi ignis demonstratus est, quia non, delinquētis per ignorantiam, sed voluntariè peccato submersi proprio iudicio condemnabimini.* Cessat quęlibet excusatio, vbi scientèr quis peccat, vndè nullum offendit retinaculum punitio. Peccaucrunt duo filij Iacob, primogenitus, Ruben, dictus, qui ascendit cubile Patris sui, violauitque Baal Nouercam; peccauit etiam Iudas, qui cum vxore duorum filiorum suorum, Raab, scilicet concubuit; & aufertur sceptrum à Ruben, & datur Iudæ. nonnè ambo peccauerunt? nōnè vtrorumque peccatum, nimis grande? quid est quod tota punitio redundat in Ruben? vndè dixit illi Iacob. *Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio effusus es sicut aqua, quia ascendisti cubile Patris tui, & maculasti stratum eius.* Genes. 49. dixit sicut aquam effusum. quia omnia dona perdidit. vndè Abulensis, in prædictum caput, sic inquit, *Ruben, vt aqua effusus est, idest quod sicut quandò aqua de vase effunditur, nihil manet; quod non fit in effusione aliorum liquorum, vt in melle, quod non potest tantum effundi, quin aliquid maneat inhærens, de vino autem manet odor saltem; de oleo effuso manet pinguedo, & sapor; idem de alijs liquoribus, quia aliqualitèr inhæsionis sunt, vel tenacis natura; de aqua autem effusa, nihil manet de sapore, vel odore, siuè colore. ità Ruben effusus fuit, quia de iuribus primogenituræ ad eum pertinentibus, nihil ei mansit, sed totum fuit translatum ad alias tribus.* Sed quid est, quod non sic punitur Iudæ incestus, ob peccatum enim incestus, hæc omnia acciderunt Ruben? aiunt Doctores Ruben agnouisse Nouercam, ac scienter peccasse cum ea; nō sic Iudas, qui Raab non cognouit, sed putabat meretricem. ex eo igitur, quia scienter peccauit Ruben ità punitus est, vndè Diuus Augustinus lib 4. de Bapt. *Peccata scientiū, peccatis ignorantium præponuntur.* & Vgo Cardinalis in ps. 3. *plus enim abhomitatur Dominus studiosam voluntatem peccādi, quam ipsum peccatum.* Scienter, & studiosè peccare irā Dei ad punitionem, veluti cogit; & peccata scienter perpetrata valdè Deo displicent. hinc. D. Mact.

Rupertus. *Genes. 49.* *Per peccatum omnia dona perduntur.* *Abulens.* *D. Aug.* *Ruben quare fuerit punitus Iudas autem minimè.*

A B C D

Matt. Iudæ proditionem enarrans, ait. *Ecce vnus de duodecim venit*. ad quid dignitatem pristinam memorat? Iudas etenim ab Apostolis, & Christo se se seiunxerat; quapropter Dominus Iesus Petrum alloquens, Iacobum, & Ioannem, in horto, dixit. *Ecce appropinquauit qui me tradet*. ita Matt. cap. 26. appropinquauit, dixit absolutè, non addidit mihi. quia iam, iam Domino abrenuntiauerat. quod notauit Orig. dicens. *Non dicit appropinquauit mihi, nec enim ipsi appropinquabat traditor eius, qui se elongauerat peccatis suis*, quod si abierat ab Apostolis, discesserat à Christo, non amplius reuersus Iudas, quid est, quod nominat vnum de duodecim Euangelista? exageratio erat peccati Iudæ, qui scienter peccauerat, & peccabat, & peccatum à scientia procedens, valdè abhominabile est. hinc Remigius, *Vnus, videlicet numero, non merito, hoc autem dixit ad ostendendum immane facinus, quia de Apostolica dignitate factus fuerat proditor*. Ac si diceret, fuerat in Apostolica dignitate, in qua Petrus confessus est Iesum filium Dei viui, nouerat eius miracula, nouerat vitam Deum olentem; & tamen tradidit. *immane facinus*. etenim indignum misericordia crimen illud est, quod scienter perpetratur. Euellere solet è peccatorum medio iustos suos Deus; & ille inter natos mulierum in gratia Antistes, Ioannes, ne leui saltem maculare vitam famine posset, deserta penetrauit; videmus tamen in medio Sodomitarum, stabilisse Loth, qui iustitiam seruauit, nec grauem illorum traxit maculam. quid est, quod in medio tot spinarum serit lilium, &

Matt. cap. 26. 46.

Orig.

Iudas à Christo alienatur ob peccata.

Remigius.

A mittit Margaritas ante porcos Deus? nec anteà puniuit, quam Loth cum illis habitasset? poterant pessimi illi fragilitatem allegare naturę pronæ ad malum, poterant dicere nullo exemplo, motos fuisse ad bonum, ast postquam, & hominem viderunt cōtinentem, & exemplo suo ad bonitatem allecti in illam reuerti noluerunt, inexcusabiles fuerūt. vndè puniuit Dominus, sic Pro-B copius. *Noluit Deus penitus extirpare Sodomitas, priusquam cognouissent virtutem Abraham, & Lothi, qui cum ipsis conuersabantur; neque reliquas gentes prius excidit, quam Abraham, Isaac, & Iacob in promissionis terra habitassent; nam in hunc modum patuit illorum ingenia esse insanabilia, vt qui nec seipsos salutaribus instituerent preceptis, nec alios ęmularentur virtute inclitos*. peccabant, & vo-C lebant peccare; Vnde puniuit Deus. ex his, cur adeò idolatriam in popolo Israelitico detestetur & tandem puniat Deus, capio. sciebant illi ex fornicatione, & ebrietate hominem perdere cor, & veluti bestiam, ad omne malū statim pronum: & nihilominus vitijs illis adhærebant, vndè sciēter ad Idolatriam currebant; & quia excusatione carebant, detestatur vehementer, & punit eos D Iudex Deus. ità Rupertus. *Populus autem meus lignum suum, baculum suum, pro Deo sibi posuit. quid ergò iste gentili melior, qui gentilem iudicat? & vide, quam rationabiliter dicturus tanta amentia nimietatem, præmisit. fornicatio vinum, & ebrietas auferet cor; vt videlicet inexcusabilis sit, in eo, quod amisit cor. in tantum, vt baculum suum poneret sibi pro Deo. non enim casu, aut facili necessitate cor suum perdidit*,

Sodomitę, cur puniti P, ocopius.

Rupert.

dit, vt in tantam deueniret amentiam, sed fornicando, bibendo vinum, & inebriando se, vim rationis obruit, & veri Dei, & baculi sui nō agnosceret distantiam.

ANVLVS XXXXV.

Qui malis adhæret, semper in deterius pergens, peccati cumulum auget.

Populus meus interrogauit in ligno &c.

A Pseudisprophetis interrogabat in ligno, gentilizans hebræus; nec sistebat in Idolatria, sed in noua ferebatur peccata. quid est, quod, vel gradum nō reuocabat? quid est, quod aliquādo beneficiorum Dei memor, à criminibus non auertebat animum? sed sequitur Prophetia, *& fornicati sunt à Deo suo*. ò quantū est malæ conuersationis detrimentum. erit indefessus in peccatis, qui malis innititur, & cum malis societatem ducit. Plangebat Ierusalem Hieremias. Trenorum primo. & aiebat. *Sordes eius in pedibus eius*. vt quid sordiū meminit in pedibus Hieremias? nonnè alia maior fletus existebat causa? & quidem. erat hæc, peccatum, semper dignum luctu, vndè, vt paulo antè, de Ruben, dixit Iacob, vbi peccati meminit, statim doloris vocitauit principium. Verè mille passus fuerat afflictiones, sustinuerat dolores Iacob, domo ferè eiectus fuerat, nè crater sanguinis, fratris iræ fieret; sustinuit inclementias aeris, & gelu, æstusquè cruciatū. tandem illusit illum proprius so-

Hierem. Tren. 1. 9.

A cer. quid est, quod Ruben principium appellauit doloris? O. peccauerat. quia autem solum peccatum lamentis dignum est, & luctu, peccatum solum, dolorem infert, peccati grauitatem agnoscentibus, ideò dixit. *Principium doloris mei*. Ruben peccantem. ità Lyra relatus ab Abulense. *Factus es principium doloris mei, idest quod, licet multos alios dolores senserim, nullus tam ità mihi durus, sicut*

Peccatum tantum doloris fletusque dignum.

Lyra.

B *iste, quem tu intulisti, coeundo cum vxore mea*. & Vgo Cardinalis in eundem locum inquit. *Primus dolor est de culpa hominum*. quod si peccatum peccauerat Hierusalem, dicente ipsomet Hieremia. *Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est*. Vbi, scienter peccasse, & non ex subreptione notat Olimpidorus, dicens. *Liquet omnem peccantem peccatum admittere; peccatum verò peccare,*

Vgo.

Hierem. tren. 1. 8.

Olimpidor.

C *is dicitur, qui scienter peccat*. Cur peccata non dolet? crimina non deplorat, sed sordes lamentatur in pedibus, dicens, *Sordes eius in pedibus eius?* sed, sordes in pedibus, peccati immunditia sunt. ità Orig. *Consideremus etiam principales Trenorum huius sensus. eiusmodi anima si lapsa fuerit, omninò etiam in immunditia est, qua immunditia impedimento est, nè sanctum iter prosequamur, & sicut in Sanctum*

Sordes in pedibus significant peccatum.

Orig. Peccatum impedit ne sanctè viuamus.

D *locum ascendenti, Sacro Moysi iussū est à Deo, vt calciamenta solueret, successorque eius Iosuè non congruè contectos habebat pedes pelle mortua in loco Sacro; ità, si quis absque impedimento progredi vult, fortasse debet, non tantum calciamenta soluere, sed etiam lauare sordes, quæ pedibus adhærent, à puluere; huius autē rei putamus symbolum esse, quod Saluator aqua in peluim iniecta, lauerit pedes discipulorum, dicens* Petro, *qui non-*

Christus cur pedes discipulorum lauerit.

nondum intelligens arcanum à se illum repellebat. Si te non lauero, non habebis partem mecum. & quod ego facio, tu non cognoscis adhuc, cognosces autem postea. Tollenda igitur est immunditia, quę est in pedibus animę; vt ità dicam, & orandus Iesus, vt eam expurget; vt possimus cũ illo partem habere, etenim si illa adhęreat impedimento erit, quominus viam, secundum rectam rationem ingrediamur, id est Saluatorem, qui dixit. Ego sum via. Sordes in pedibus peccata sunt. sed numquid peccatum in voluntate non est? equidem. cur igitur in pedibus, peccata, sordesq; notat Hieremias? pedes conuersationem malã signare solent precipuè. & enim Hieremias copulat simul, pedes, & sordes, quasi indicare volens, quòd vbi mala cõuersatio, & societas intercedit, ibi à peccati sordibus abesse nõ datur ex humana facultate. accinit Rabbanus apud D. Hieronym. dicens. *Sordes gestat in pedibus, qui gressũ cõuersationis suæ malis polluit operibus.* Et Diuus Bonauentura, clarius malę conuersationis effectum manifestãs has sordes, inquit. *Sordes, id est peccatum causaliter fuerunt in pedibus eius, id est Prælatis, à quibus debuerat supputari, quia ipsi fuerunt peccati sorditati, & causa peccati subditorum: fuerunt enim plures, & Idolatra.* ità D. Bonauentura apud Ghisl. in hoc caput Hieremię. Conuersatio cum malis sacerdotibus scaturigo sordium, & peccatorum in subditis fuit, non enim quis cum malis conuersabitur, & immunis à malo erit. Conuersionem peccatorũ optãs Deus, pręcepit corripi delinquẽtès, eorumq; honori præcauens secreto iussit admoneri, vndè dixit Matth. 18. *Si peccauerit in te*

Pedes cõuersationis simbolum.

Rabb.

D. Bonau

P. Franc. de Franch. in Hos.

A *frater tuus, vade, & corripe inter te, & ipsum solum.* vbi sic Tostatus. *Dicendum quod in correptione fraterna, Christus voluit teneri istum ordinem, vt primò secretò admoneretur, & postea corã testibus, & deindè coram tota Ecclesia, vt non infamaretur delinquens. vt si cum leuioribus remedijs, ex quibus non insurgit infamia posset emendari, non procederetur ad maiora, quę infamant.* inhonoramus Deum cum
B peccamus, contumelijs afficimus dum factori suo pręponimus facturam, & Diabolo deferimus, detrahentes Deo. ast non reddit par pius Dominus, etiam peccatorum, quos inimicos sustinet, & aduersarios, cõsulit honori. quod si secreto admonitus, non resipiscet, qui deliquit, adhibet alios, vt multiplicatis vocibus audiat Dei inspirationes; quod si adhuc surdus permanserit, tradi vult
C Sanctæ Matri Ecclesiæ, ad cuius vbera reuiuiscat. postquę sic, ait. *Si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* Explicat Abulensis, quid sit dicere, sit tibi, sicut Ethnicus, & Publicanus, & inquit. *Ethnicus enim gentilis est, publicanus autem publicus peccator, & trahitur hoc à publicanis, qui negationes publicas exercent, querentes lucra vndequaq; quia tales solẽt grauiter peccare.* desperata vi-
D detur lucris vacantium salus. potens est Deus ad sensum reuocare, ast difficilis valdè eorum conuersio est obstinato, lucris vacantẽ comparat Deus. sed quid est, quod istorum conuersationẽ vt abhominabilem prohibet? nunquid bonorum exempla voces nõ sunt impijs ad cõpunctionem? nõ sufficit Dei amori semel & sepius vocare nos, sed vt inquit Chrisologus serm. 49. ponderãs

Matt. c. 18.

Tostatus.

Corrigent caueat ab infamia.

Deus peccatorum honori cõsulit.

Matt. 18. 18.

Lucris vacans comparatur peccatori obstinat

illud Marci. *Egressus indè Iesus abijt in Patriam suam;* sepius vocat. *Egredietur, vndè? quò ingreditur, qui vllo continetur, nullo concluditur loco? ad quam Patriam vadit, orbem qui fecit, & possidet vniuersum, dicente Propheta, tui sunt cæli, & tua est terra, & orbem terrarum, & plenitudinem eius tu fundasti? verùm non sibi, per se, tibi egreditur, & ingreditur Christus, donec te intromittat expulsum, exulem reuocet, reducat, & reportet eiectū.* quærit, vt mater, & regreditur, & ingreditur, non derelinquit nos, qui filiorum non potest obliuisci Deus: etsi peccatores. vocat per se, vocat per suos, quod, si bonorum voces, etiam Dei voces sunt, Vndè Ioannes Baptista, qui homines ad pœnitētiam, vel interitui proximus vocauit, Verbi vox dictus est. *Ego vox clamantis.* quid est, quod suos à peccatoribus, qui Ecclesiā audire nolunt omninò separat? ò, quam detestanda est malorū cōuersatio; separat, ne, & ipsi fiant peccatores. etenim cū malis ducens consuetudinem, fiet malus. ità Tostatus. *Potest dici, quod fit hoc, vt consulatur non peccantibus, & c quia tales non solum, non corriguntur, sed etiam ad suam nequitiā alios trahere possunt. cum illis prouidere tam non possimus, vt boni fiant, prouidere debemus nobis, ne mali efficiamur; & hoc est cessando à conuersatione illorum, quia conuersatio trahit ad delicta.* trahit quasi violenter ad crimina mala conuersatio. hoc vnicum videtur Diabolo effugium. Sequit bonū semen Deus, crescebat rore diuinæ gratiæ profuso Dominica messis. at inuidus ille spiritus super seminauit Zizania, ita Matt. 13. *Superseminauit Zizania in medio tritici, & abijt.* haud opus Diaboli necessarium est, vbi conspicitur Zizania. Sed quid Zizania, nisi iniquus, & peccator? sperat igitur Diabolus ex sola malorum conuersatione damnandos, vel Christi seruos; vel semen Dei corrumpendum; vel messem Dominicam exstirpandam, vndè & supseminauit Zizania, & abijt accinit D. Chrisol. dicens. *Diabolus non peccatores quærit capere, quos possidet subiugatos, sed vt iustos capiat, sic laborat.* capere cupit, sed Zizania malę cōuersationis, vt enim ipse Christus dixit. *Zizania filij nequam sunt.* Matt. 13.

Christus sepius itinera arcipit vt nos adducat exules.

Matt. 3. 3

Tostatus.

Matt. 13. 25.

A

B

Vbi conuersatio mala adest, opus suum supernacaneum putat Diabolus. Chrisol. Matt. 16. 38.

Malū hoc praue cōuersationis agnoscebat Moyses, vndè puniturus Deus igne Dathan, & Abirō ambitiosos; nec. n. nisi inferni ignis ambitiosorum digna pœna est, vt notauit Glos. Moral. in hūc locum, dicens. *Per istos vsurpātes sibi Sacerdotium intelliguntur Ambitiosi dignitatum, & officiorum in Religionibus, & Ecclesijs, & puniri merentur, pęna ignis gehennalis.* dixit turbis Israeliticis, *Recedite à tabernaculis hominum impiorū, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.* exprimet malum, qui cum malo versatur: idcircò vt, puto, tactus hic notatur. Crux, quia Christum tetigit, Christum exprimens, oratione latria adoratur, vt Christus, sic suo modo, cum peccatoribus conuersans peccatorem exprimet; quapropter, tactus, vocatur conuersatio, & ait Moyses. *Nolite tangere, quæ ad eos pertinent.* quod tetigit D. Damas. lib. 3. parell. cap 72. dicens. *Stultorum familiaritates exitiosæ sunt, atque omnia etiam in uita, dementię ipsorum simulacra exprimit.* Non abstinebit à peccatis, qui peccatorū societate gau-

Ambitiosus igne dignus. Glos.

C

Num. 16. 26.

Conuersās cū malis, malos exprimet.

D

D. Damas.

D. Baſil. tate gaudet, nam, vt ait *D. Baſil.* apud eundem Damaſc. cap. cit. *Pernicioſa ſunt improborum hominum familiaritates; quandoquidem amicitiæ lege ità comparatum eſt, vt qui vita conſuetudine inter ſe copulantur, morum quoq; ſimilitudinẽ contrahant.* Male conuerſationi obuiare voluit Chriſtus cum in Cruce pendens, poſt illa. *Deus* Matt. 26. *Deus meus, vt quid dereliquiſti me,* &c. dixit, vti contẽplãtur Doctores Sacri. *Factum eſt cor meum tã* B *quam cera liqueſcens in medio ventris mei.* per ventrem. D. Auguſt. D. Aug. Infirmi in Eccleſia venter Chriſti dicuntur. infirmos in Eccleſia intelligit. *Vẽtrẽ ſuũ dicit infirmos in Eccleſia.* Sed quid eſt, quod, vbi nos videt Chriſtus debiles. ſtatim cor eius fit. *Sicut cera liqueſcẽs* reuelabo ex antiquorũ doctrinis miſteriũ. habeo ex ſcriptoribus, Vlyſſem pru dentiſſimum virũ, poſt multa facinora laudibus digna, tãdem ad Inſulam Sirenũ nauigio delatũ, quid tunc ipſe? nè ſocij perirent illarũ fallaci cantu? aures eis cera obturauit, ſeq; malo ligauit nauis. cera igitur, auribus, nè vafrorum alloquia audiantur vſui eſt. en Chriſtus affixus erat in Crucis malo, prouidere volebat ſuis, nè male conuerſationis lenocinijs deuorarentur. & cor propriũ dat auribus, vt ceram. hinc. Nazianzenus in Tetraſt.

Chriſtus vel corde ſuo malæ conuerſationi obuiat.

Nazianz.

Occlude verbis turpibus, cera tuas
Aures, ſonis cantuum molliſſimis,
Pateant honeſtis ſemper, & ſermonibus,
Audire, fari, facere non diſtant procul.
Præpone ſemper improbis, probos viros.
Nam ſi frequens ſis cum malis, eris malus.
Ad malum ducet mala conuerſatio.

P. Franc de Franch. in Hoſ.

A patet veritas, etiam in noſtri Hoſeæ Prophetia; enimuerò è malorum, & Pſeudoprophetarum conuerſatione, ruerunt in malum cuncti Iſraelitæ, vſque ad Idolatriam. hinc dicit. *Populus meus adorauit in ligno.* Confirmat Caſtro. dicens. *Populus hic interrogat, & opem implorat à Pſeudoprophetis; à quibus, vt à baculo pendet, & ſæpe fallitur, & corruit, deſcenditque in maiora mala:* quia cum malis erat, ſemper in deterius ruebat. Caſtro.

ANVLVS XXXXVI.

Ingratitudo taxatur.

Populus meus.

POpulum ſuum vocat Deus, vel Iſraelitas à ſe alienatos, C & ait *Populus meus.* & noſtræ ſalutis viſcera auida in fonte pietatis Chriſti conſpicio Ambigebat Ioſeph ſponſus Virginis, tumido Virginis vtero; anxiabatur Spiritus eius, & Virginẽ cogitabat occultè dimittere: at Deus, qui nõ diù ſuos torquet, miſit Angelũ, ſolatus eſt Ioſephum, reddidit certum diuini partus. & dixit. *Pariet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſaluum* D *faciet populum ſuum à peccatis eorum,* Saluabit Deus, ſed populum ſuum. vbi ſic Simon de Caſſia lib. 2. cap. 17. *Horrendam, ſed iuſta diuinantis ſententia; quoniam non ſalui fient, qui non ſunt de populo Dei. quem autẽ appellauit Deus populum ſuum, niſi populum circumciſum? vt ſpirituali circumciſione ſecernat, qui de populo Dei ſe tagit numerari. populus ergò Dei, cuſtodiens mandata Dei, ſabbata Dei,* Matt. 1. 21. Simon de Caſſ. Deus vel peccatores vult ſaluare.

Ceremonias Dei. populum suum saluat Deus, quod si suum populum dicit *I*sraelem *I*dolatram, pidicas in Deo viscera moueri pietatis, vt misereatur, & saluet. & hic, non inequalis esse potest textus sensus. verum Doctores aliũ intentant. *Populus meus, I*nquit Deus, ac in hoc pronomine, beneficia omnia quæ in eum contulit, claudit, & enumerat; & tamen dicit *I*dolatram. quid hac ingratitudine perniciosius? quid dolore dignum magis? *Populus meus,* inquit per Hoseam Deus, vt ingratitudinem promulget. Sic Ribera. *Emphasim habet, meus, quasi dicat; qui me Magistrum, ac Ducem habebat, qui me consulere poterat, maluit Idola per baculum suum interrogare, vt prenosceret futura.* ò quam benè de his Prophetauit Spiritus Sanctus Ecclesiast. cap. 29. dicens. *Bona fideiussoris euertet peccator; & ingratus in mente derelinquet eum, à quo liberatus est, hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos, & postea amara audiet.* hęc ingratitudo excedit vel fidẽ, quapropter inquit Damas. lib. 1. parall. *Incredibilis quædam profecto ingratitudo, ac malignitas hęc est; cuius beneficijs ornatus sis, eius benignitatem in ingratitudinis ansam trahere.* en quid ait. *Incredibilis,* non capit ratio, nec fides hanc ingratitudinem. Hæc, vel Deum premit. quid est quod orans, laxatus Iesus, procidit in terram? non nisi pondere grauatus, sic cadit. O, nostram, ergà suam passionem pensauit ingratitudinẽ, vtque tali pondere pressus est, in terram procidit hinc D. Gregorius Taumaturg apud D. Damascenum. loco citato. *Graue mibi scelus ingratitudo esse videtur, graue, inquit, atque adeò grauissimum*

Ingratitudinẽ taxat in beneficiis Deus. Ribera.

Ecclesiast 29.

D. Damasc. Ingratitudo incredibilis.

Gregor. Taumat.

A & quidam Cõmentator subiũgit *cuius grauitas, vel Christi humeros premit.* fere semper ingrata fuit Israelitica turba, plangit, & exprobat ingratitudinẽ eius Deus Ezzecch. præcipuè c. 16. inquiens. *& tulisti vasa decoris tui de auro meo, atque argento, quę dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis.* bona, quæ à Deo habuit, contra Deum vertit ingrata gens Israelitica,

B efformando ex auro Idola, quæ secum semper deferens honorabat, & venerabatur. ità D. Theodoretus. *A me, inquit, argentum, & aurum accipiens, Deosque ex meis donis fabricans, meo cultui eos prętulisti. Imagines autem masculinas appellauit, quia fornicationem, Idolatriam, per translationem nominat.* sed nunquid semper delitiabitur ingratus? audias ipsummet Prophetam. *Et accidit post omnem ma-*

C *litiam tuam, vę tibi, ait Dominus Deus.* sustinet in multa patientia hæc irę vasa Dominus, expectat, vt deformitate huius vitij, territus peccator reuertatur; & licet ingratitudo, vt inquit Diuus Laurentius Iustinianus lib. de humil cap. 15. *disperdat repentè agregatas cum sudore maximo spirituales diuitias, obstruet contra se ostium diuinæ bonitatis, misericordiarum Dei exiccet fontem, & charismatum Cęlestium communicatione se priuet.*

D nihilominus, vel per rimulam se se ingerit Deus. vnde inquit Clemens Alexandrinus lib. 1. pedag. cap. 8. *Quatenus bonus pluit super iustos, & iniustos.* ast cum tandem perseuerantia firmat ingratitudinem, luctus sempiternus ingrati terminus est. docet id Theodoretus loco citato dicens. *Fructum enim ingratę tuę mentis, lamentationem percipis, & luctum.* hinc

Ezech. 16 17.

D. Teodoretus.

Ezech. 16 23.

D. Laurentius Iustinianus.

Clement. Alex.

Ingratum luctus sempiternus expectat.

hinc *Populus meus*, dicit Iſraeli Idolatræ, Deus, & ingratitudinē inculcat; quem tandem luctui relinquit, cum ſummo bono priuat, & ait, *Non viſitabo*.

SECTIO XIII

Miſera, & infelix ſemper, ſors peccatoris eſt, qui penę diù addictus, ad illam, vel ipſe currit.

Populus meus adorauit.

LÆtus Nuntius de terra longinqua, ad quam mortalium vlli concedebatur acceſſus, venit ad Mariam. fæcūditatem, ſeruata Virginitate nunciauit, fructus etenim illius ventris *Deus* futurus erat, qui neſcit dona, tollere, ſed augere. & quid decentius magis, quam, vt incorruptibile Patris *Verbum*, *Virgo* incorrupta gigneret? nec Regnum negatur partui, quem Regina Virginitatis concepit. vndè dixit illi *Angelus*, Luc. 1. *Eccè concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Hic erit magnus, & filius Altiſſimi vocabitur; & dabit illi Dominus Deus ſedem David Patris eius, & regnabit in domo Iacob in ęternum*. Eia Archangele, noſter eſt hic fructus, q. in terra noſtra naſcitur; dicas, nonnè Redēpturus orbē adueniet? nōnè formam ſerui accipiet? nonnè exaniet ſemetipſum? nonnè condemnabitur? quid eſt, quod Regem promulgas? Ieſſurum annūcias? & purpureis decoras clamidibus? Regem clamat Angelus, eum, qui verè Rex eſt; vt dicat

Patris Verbum incorrupti bile incorrupta Virgo generat Luc. 1.

Regem cur Christum dicat Gabriel.

A Ieſum, & Saluatorem. punit iuſtus, ſaluat Clemens; at quid ſtabilit Regnum, ni Clementia? vndè prou. 20. inquit Rex Salomon Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem, & roboratur Clementia Thronus eius. *Hęc virtus*. inquit Valerius. *ad parīdum honorem dos potentiſſima eſt*. & Tacitus. lib. 20. ait *Nouum Imperium incboantibus, vel ipſa clementię fama eſt vtilis*. & D. Ambroſius de

B obitu Teodoſij. eius laudans clementiam, inquit. *Beneficium ſe putabat accepiſſe, cum rogaretur ignoſcere; & tum proprior erat venię, cū fuiſſet commotio maior iracundię. Prerogatiua ignoſcendi erat iratum fuiſſe*. & Marcellinus lib. hiſt. dictum referens Claudij Iuliani, inquit. *Hactenus incuſent iura Clementiam, ſed Imperatorem mitiſſimi animi legibus pręſtare ceteris decet*. Cum Regem igitur, Ieſum cla

C mat Angelus, dicit pium, dicit miſericordem: quod benè noſcens mulier Cananea, Dauidis filium, & per conſequens Regē, ſignauit, cum exigebat Clementem. *Fili David, miſerere mei*. Et obtinuit. an nō miſericors Deus, qui præſtabilis eſt ſuper malitia? an non pius, & clemens, qui pro inimicis orat? quis negabit? ſed ſi tam pius, tam clemens, quid eſt, quod populum hebræum, populum ſuum, in manu tradit inimi

D corum, decernit ſeruituti, ligat catenis, ſubijcit flagello, vt fere tota Hoſeę, Hieremię Ezzecch. & aliorum Prophetarum teſtatur Prophetia? ſed nunquid ex ſuo, ſupplicium infert Deus? abſit, proprium illius Clemētia eſt, peccator eſt, qui peccans currit ad ſupplicium, curuatur ad pænam; quod ſtatim in peccatis populi hebręi innuitur, cum adorat,

Prou. 2.

Valerius. Tacitus.

Clementia Regnum ſuſtinet. D. Ambroſ.

Marcell.

Matt. 15. 22.

Peccator lignum qui adorat quia currit ad pœnam ad quam curuatur.

rat, & adorans curuatur, sed cui curuatur? ligno. *Populus meus in ligno suo interrogauit, siuè adorauit.* vt alij legunt. ad lignum peccans currit, quia malus seruus, ligno percutitur, & pœnæ indi-tium lignum est. vt igitur manifestum fiat non Deum ex suo dare sed ex proprio peccatorem ad pœnam currere, ideò dum peccat, vadit ad lignum. Delinquit peccator, sed in semetipsum, ità Dauid. *Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso.* quid est in semetipso? nunquid non sunt contra proximum peccata, & contra Deum? nunquid in solo peccatoris indiuiduo lex Dei, quæ totum ordinat hominem, ad se, scilicet, ad proximū, & ad propriam animā claudetur? quid igitur est, quod in semetipso tantum dicitur delinquere iniustus? pondero prima Dauidis verba, in quibus peccatoris obstinationem intueor: loquitur de dictis iniusti, & inquit. *Dixit iniustus, vt delinquat in semetipso.* cogitauit, & dixit, vt faceret: non ex subreptione peccat homo, sed deliberatè, sed consultò, & ex certa scientia; ità Lorinus, & Vgo Cardinalis. *Tanta est, adeoque altè infixa impietas quorumdam, vt ex certa destinatione, decretorumque animi deliberauerint improbè agere.* cumque, vt desistant à peccato admoneantur, respondent insolenter, mihi noceo, quid ad vos pertinet? sic Vgo Cardinalis. *Dixit, vt delinquat in semetipso, idest, dicit, quod si peccat, peccatum suum non nocet, nisi sibi.* Melchiades Papa; & Hieron. ità legunt. *Dixit scelus impij, in medio cordis eius.* inuoluta equidem lectio. nūquid quod non est, loqui potest? peccatum nihil est, cur ergò dicit? & dicendo, dicit in medio cordis? Adest Theologus, qui dicere, idem ait esse, ac gignere. qui genitus est intra generantem est, sibi genitū generat. vti Pater, dicendo in Diuinis, generat Verbum filium suum vnigenitum, qui semper in Patre est, & in ipso Pater. *Ego in Patre, & Pater in me est.* liceat altissima hęc, ad malitiam peccati explicandam adducere, quandoquidem, nec infinitate sua defectiua, scilicet, caret culpa. *Dixit scelus impij in corde.* si dixit, ergò genuit. Sed quis nam est partus peccati? pœna, mors, calamitas? *& per peccatum mors.* dixit Apolus. quod si scelus impij dicit in corde impij, & dicere est generare, & partus peccati non est nisi pœna, vt dixit etiam Socrates *A labore ad otiū, ad pęnam à voluptate est iter.* equidem nil nisi cruciatum, & pęnam in corde peccatoris gignit peccatum. Sed partus, qui in generatione, quæ per dictionem, est, gignitur, semper est in generante; dum igitur peccator suo peccato gignit pęnam, quæ ex ratione dictionis, semper est in generante; equidem ipse peccator, cum peccat, sibi intrinsecam, & à se nusquam separabilem facit pęnam. vnde inquit D. Ambros. in præcitatum. ps. 35. *Sibi ergò deliquit. nihil hac sapientia sublimius dictum arbritror, in illis, qui sibi sapientiam seculi vindicarunt, nihil tale legi, nihil tale cognoui; nec mirum, quandoquidem illi humano ingenio loquuti sunt, hoc infudit Spiritus Dei, spiritus veritatis, quia iniustus sibi delinquat, sibi generet vulnera, en, genita pœna, seipsum confodit. & inferius. Loquitur iniustus, & interior eius conscientia vulneratur; quia in omni sermone, quem loquitur, non est frau* dis

Marginalia: *Infligere peccanti penam.* — *Ps. 35. 2.* — *Lorinus. Vgo Card.* — *Melchiades Papa.* — *Peccatum dicit in peccatoris corde, & quid. Ioan. 10. 38.* — *Romanor. 5. 12.* — *Socrates.* — *peccator penā sibi facit intrinsecam. D. Ambros.*

dis immunis; cuius enim grauior est pœna, quam propria, cum pro omni sermone det pœnas; &c. in eum enim refunditur quidquid effuderit. En vt ipsomet gignente iniusto per peccatum pænę partum, pæna in ipsum refunditur, nec vsquam ab eo separatur.

Est Vermis alatus peccator, qui ruit in flammas; pænas aliquando expectare nescit, sed sibi ipsemet procurat. Multa coram pharisæis ediderat signa Iesus, quibus Diuinitatem absconditā, non obscure rimari poterant. verum inuidia obstinatiores facti, adierunt, aliudque petiere signū è cælo dicentes. Matt. 12. *Magister volumus à te signum videre.* En voluntas propria, peccati radix; peccauerunt tunc hi, ait D. Chrisostomus, imò peccatis infidelitatis, & inuidiæ; obstinationem addiderunt. accedat Chrisostomus. *Cuius rei gratia, ità stultè loquuntur? profectò, vt rursus carpant; nam quoniam non semel, sed bis, atque sæpius inuerecūdorum linguam argumentis compescuit, opera rursum quærunt. at ideò quasi admirans Euangelista scribit. Tunc responderunt, &c. quando scilicet flexos iam esse oporteret, quando, saltem confusi decedere debebant; tunc in malignitate, atque pertinacia sua pertinacitèr perseuerant, fingunt humilitatem hyppocritę, adulantur ò quanta facinora in vno verbo. Magister volumus.* Sed quid nī? volebant signum videre. Et hoc à Cælo, vt alius Euangelista testatur. expeto cur, non à terra signum volebant, sed à Cælo? quę in regione propria sunt; non solent homines ità admirari: è cælo volebant signa, tanquam è non propria regione, quia ipsi de terra erant. iuxtà Domini pronuncia-

Matt. 12. 38.

Chrisost.

peccator in vno Verbo plura peccata cumulat.

A ta. *Qui de terra est, de terra loquitur.* & alibi. *Vos de deorsum estis.* petebant signa è cælis, se confitebantur terrenos. peto, vt quid, cū peccant implicita confessione, se dicunt terrenos? diuersò ab his, ad Teologos; petunt ipsi, num mala, quæ hic perpetiuntur homines peccatores, à Diabolo infligantur? & respondent affirmatiuè. Ratio est, quia Diabolus vincendo hominem, quodam quasi B ius acquirit in ipsum, & ideò pęnas infligit, non enim decens est per Angelos bonos exerceri pænas. vndè ait; Diuus Chrisostomus. *Lictores ergò sunt Angeli? absit, non hoc dixerim:* ministrant igitur Dæmones pænas. quod docet Diuus Chrisostomus hom. 48. in acta Apostolorum dicens. *Sicut inter homines sunt milites, qui honoribus ministrando insistunt; & alij, qui ad pænas exigendas, segre-* C *gantur; sic ad ministeriū, & hominū dispensationem Sancti Angeli, ad malorum verò hominum pęnas postulandas, Dęmones transmitti.* Et ipsi Dæmones sunt nocendi auidissimi, & semper vellent nocere. hi autem Dęmones, quomodò nominantur à D. Paulo? *Rectores Mundi, tenebrarum.* quod si Pharisei implicitè se terrenos dicebant, cum postulantes signa, peccabant, consequenter regi- D mini Diaboli se se submittebant. Diabolus inflictor pænæ est, & nocendi auidus, ergò peccator peccans subijciensq; se Diabolo, sponte ad pænas, quę non nisi à Diabolo infliguntur, currit. tetigit hęc Teophilatus dicens. *Admirans Euangelista, apposuit, Tunc, Cùm enim obedire illos oporteret, propter signa prȩcedentia, tunc signū petunt; de Cęlo autem volunt signū videre, sicut alius Euangelista dicit*

Ioan. 3. 31.
Ioan. 8. 23.

Dæmones pænas exercēt in peccatores.

D. Chrisostom.

Ephes. 6. 12.

Teopil. peccator se dicens terrenum diaboli se submittit ge.

putabant enim quod signa super terram potestate Diaboli faceret; mundi enim Rector est Diabolus. & Glosa incognita dispungens hęc, inquit. *Ipsi mundanos se sic fatebantur, & sub rectore Diabolo, qui immanissimo odio cruciat suos, militabant.* quid clarius. en ruens spontè ad pęnam peccator. en vti cōterminata pænę peccatum est, sed dicam cum Christiano Druthmaro in hoc Euangelium; signum è Cęlo quærebant; nec signa è cęlo, nisi ad hominum deuastationem, vt plurimum habemus. ob quod notādum est, quod quarto Regum narratur de Ocozia, qui cecidit per cancellos cęnaculi sui, quod habebat in Sammaria, & ægrotauit. num infirmitas hæc ad mortem fuisset, scire concupiuit ex Dęmonibus; quapropter nuntios misit, vt Beelzebuc, Deum Accaron, cōsulerent, ast monitus ab Angelo Elias, nūcijs occurrit, sententiamq; mortis à vero Deo Latam promulgauit. Resciuit decretū Rex, e aperuit ex habitu promulgatorē Eliā montium incolam, misit mil tem quinquagenariū cū qnquaginta militibus, vt Eliam ad se adduceret, obtemperauit Princeps; ac vti Doctores aliqui sentiūt, crudelitatis, virum Dei, in corde suo taxabat. peruenit iam ad mōtem, ac irridens Prophetam, Regis promulgauit præceptum, dicens *Homo Dei, Rex præcepit, vt descendas.* cui Elias. *Si homo Dei sū, descendat ignis de Cęlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos.* & statim factum est. peto quis ignem his procurauit? quis ignem incendit miseris? quis ad ignem accessit? peccauerunt hi irridēdo Eliam, nec non, quia, vt refert Tostatus, animo illum compręhendendi,

Christianus Druthmarus.

4. Regum.

A & occidendi ibant. & item, quia crudelitatis vitiū in Sancto pingebant. en peccatum. & quia peccatores statim currūt ad pęnam, ideo igne ex semet combusti sūt. quod, vt facilius compræhendatur, sciendum est, linguam Eliæ fuisse linguam, vel Cælum attingentem; iam notum est, clausisse, & aperuisse, quando prohibuit, deditque aquas. insuper lingua illa, ignis, & facula ardens erat,

B sic habetur Ecclesiastici c. 48. *Et surrexit Elias Propheta, quasi ignis, & Verbum ipsius quasi facula ardebat.* Ardebat, vt ingēs flamma, Eliæ Verbum, cęlum pertingens; Zelo loquutus est, exiuit flamma incendit hæc vicinos vapores, vndè descendit ignis, & combussit quinquaginta illos. peto quis ad ignem accessit? quis prouocauit? equidem qui linguam mouit Eliæ, qui tacebat. isti suo pecca-

C to, Prophetę Verbum ignitum sibi procurauerunt. igitur peccator, cum peccat, ex se vadit ad pænam, sibi procurat ignem. accinit Teodoretus, in Glosa Reg. 4. cap. 1. *Qui Prophetam accusant crudelitatis, aduersus Deum, Prophetę linguam mouent, ipse enim immisit ignem.* mouerunt, peccando, linguam Eliæ ignitam, vnde à Deo ignis immissus est in peccātes hæc sunt è Cælo signa, ignis

D comburens, deuorans flamma. quod, si dum peccant Pharisei, signum è cęlo petunt, & hæc signa, flamma, ignisque deuorans esse solent; equidem peccator dum peccat ex se se currit ad ignem, vadit ad supplicia. audiatur Druthmarus; *Alius Euangelista apertius dicit qualia signa postularent, videlicet, vel in morem Eliæ ignem de sublimi venire cupiebant, vt aliquos incēderet, Sic fecit Elias; quando*

Ecc 48.

Theodoret.

Christianus Druthmarus.

quando duos quinquagenarios cum quinquagenis suis iunioribus occidit. ignis est peccatum, non nisi in igne quiescit miser peccator, qui secum suam fert mortem, suam combustionem, suam pœnam, suū supplicium. Est mors stipendium peccati, non recedet à mortis faucibus, qui peccat, imò statim in hanc pænam, quam diligentèr custodit, se se immittit peccans.

*V*ulnerauit *I*obum vlcere pessimo *D*iabolus post dilapidatas opes, occisosque filios, qui vt sanie se se conspexit horrendum, perrexit ad sterquilinium, ibiq; sedit. *Egressus igitur Satan à facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsque ad verticem capitis, qui testa Saniem radedat, sedens in sterquilinio.* expeto cur Iob tot calamitatibus illud addat, vt in fętoribus statuat nidum suum? nunquid non alia loca erant, in quibus stercus vitare potuisset? vt quid ad stercora accedit, ibique iacet? Denudabo *I*obi excogitata ex Christo mortuo, & sepulto. Emiserat iam Spiritum *I*esus; haud verò, immane odium, quod pharisaica conceperat voluntas, Pharisei dimiserant; vndè ad Pilatum accesserunt, dicentes. *Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens: post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum, vsque in diem tertium, nè fortè veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi surrexit à mortuis.* Seductorem vocant *I*esum. O quam iniqua est peccatoris malitia insatiabilis perseuerat, nusquam à peccato se se retrahit. vel post mortem famam Iesu lacerant; dicunt Christum seductorem pharisei. Sic D.

Iob. 2.7.

Matt. 27. 63.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A Hieronymus. *Principes autem Sacerdotum, licèt immensum facinus in nece Domini perpetrauerint, non tamen sufficit eis, nisi etiam post mortem eius concepta nequitię virus exerceant, famam eius lacerantes, & quem innocentem sciebant, seductorem vocant.* Sæuiunt, vel post mortem, ferunt milites ad custodiendum defunctum, & ipsi signant lapidem, nè inde prodire possit. ponderat custodiam
B hanc *D*iuus Chrisologus serm. 64. & inquirit mysterium: cur Deus filij sui permittat custodiri sepulchrum ab impijs? cur non assignet amicis? cur non dat Matri, quæ Resurrectionis gloriam expectabat? magnum equidem Sacramentum. Christus vita erat, & quia Deus essentialiter vita. en vadunt peccatores ad sepulchrum, vitam ne exeat custodiunt; quia vitam nolunt. quod si
C custodientes, nè vita prodeat, currunt, imò sunt, & manent in morte; vtique concludendum, est, peccatores phariseos, aliosque, qui signabant, & custodiebant sepulchrum, ne exiret vita, in ipsomet peccato hoc, incurcurrisse mortem. non enim nescit non ruere in pænas, & supplicia peccator. Audiatur Chrisologus. *Obsidebant sepulchrum, resurrectioni ianuas obstruebant; &*
D *nè quà posset intrare vita, mors perire, seruabant.* Mortem viuere volebant, non vitam, peccatores, qui in ipso peccato mortis cibus fiunt; ex quibus, cur *I*ob ad sterquiliniū properet sanie coopertus, coniecto. *I*ob licet Sanctus, & iustus, tamē signare potest peccatores, qui vulneribus peccatorum propriam lacerant animam. nec mirum, quādoquidem

Hieronimi.

Impius vel post mortem infamat, & persequitur iustū.

e Peccator vitam ne habeat procurat etiā in morte Christi.

vel Christus pro nobis peccatum factus est, & personam gessit peccatoris, cum venit in similitudinem carnis peccati, vt peccata tolleret, colligo hoc ex D. Greg. cap. 17. in caput septimum Iob, vbi premens cur Iob, testa saniē radebat, inquit. *Quid enim per testam, nisi vigor districtionis? quid per saniem nisi fætor illicitæ cogitationis accipitur? percussi ergò, testa saniem radimus; cum post pollutionem cogitationis illicitè nosmetipsos asperè iudicando mundamus. Potest etiam testa fragilitas mortalitatis intelligi. testa ergò saniem mundare est mortalitatis cursum, fragilitatemque pensare, & putredinem miseræ delectationis abstergere.* peccatorem signat Iob, vlceribus plenus, sanie coopertus, & illicò vadit, seditque in sterquilinio. cur hoc? Mos erat aliquorum antiquitus, mortuos suos sepelire in sterquilinio. vndè quid mysterij recludant Iob gesta, penetrare possumus. peccatorem præse ferebat, & statim currit ad sterquilinium, mortuorum sepulchrum; vt ex hoc intelligamus, peccatorem adeò ad pænam pronum, vt illicò, perpetrato peccato, supplicium, pænam, & mortem à semet ingrediatur. hoc ponderans. Thomas à Villanoua conc. funebri inquit. *An non mirabiliter præuaricantem animam Diuina iustitia sui ipsius tortorem facit; vt puniat ipsa in se peccatum, quod superbè commisit.* Et Sanctus Saluianus. lib. 1. ad Eccles. cath. inquit. *Illi quos grauium delictorum error exagitat, & in quibus infelicior conscientia peccatorum, pænalium recordatione suspirat, primum, vt lapsi sunt, non commorentur in lapsu,*

D. Greg.

Iob cur sederit in sterquilinio.

D. Thom. de Villanoua.

S. Saluianus.

A *& nec in volutabris suis sordentium suum more versentur, non malè blandis lapsibus acquiescant, aut in barathro libidinum commorantes, in ipsis se sepeliant ruinis suis,* en quid ait. *se sepeliant.* peccat peccator, & se sepelit, & currit ad mortem, præcipitatque se impetu suo. Et quidem optimo iure: decens enim est, vt qui fugit à Deo, vita, eique terga vertit, incurrat mortem; quique se à Deo miserante absentat, inueniat Deum punientem; iustus quandoquidem, B & misericors Deus est, dabit misericorditer iustis paradisum; quod si ad iniustitiam se verterit homo, vel suo incessu incurret pænas. fugit Ionas à Deo, & ingreditur mare, quid per mare, nisi angustiarum, & pęnarum fluctus, inundatio suppliciorum signatur? hęc ingreditur, qui Deum non audit vocantem, C quique præceptis Dei colla nequit subiugare; quandoquidem vel ipso suo impetu in supplicia ruit, qui peccat, & extorquet mortis pęnam. Instabat culpa hominum Sodomæ apud Dei iustitiam. venerunt quapropter Angeli, vt non resipiscentibus illis digna animaduersione punirent. hospitatus est eos Loth, vt habet Genesis 19. at vix resciuerunt viri illi pessimi; & en cęlum contaminare, & ad inferos detrahe- D re satagebant Angelos, ad peccandum allicere, imò compellere volebant. restitit Loth, at quid prodest obstinato peccatori, qui semper illud facinus ambit, quod deformitatem retinet maiorem? quid tunc Angeli? apprehenderunt hospitem, traxerunt domum, illosque percusserunt cæcitate. *Percusserunt cęcitate*

peccator sepelit se tanquam mortuus vt peccat.

Genes. 19.

tate à minimo vſque ad maximum, ità, vt oſtium inuenire non poſſent. A ità vt cæci erant, oſtium quærebant. cur proprijs non accurrunt malis? cur cecitati non conſulũt, ſed vel cęci portas attentant? O cæci erant, omneſque cęcos peccatores repręſentabant, qui ideò cæci dicuntur, quia Domino peccauerunt, & Deum, qui lux vera eſt, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum, perdiderunt. hi, quia peccatores, B portis inſiſtunt. Sed cur ianuas incolant, protiſque ſiſtantur, eno dabo ex ijs, quæ narrat Luc. cap. 7. *I*bat Ieſus in Ciuitatem, quæ vocatur Naim, quem turba copioſa ſequebatur; *V*tque portæ Ciuitatis appropinquauit, en defunctus, en mors, ità Luc. *Cum autem appropinquaret portę Ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus Matris ſuę.* exquirò, cur non præuenit occursũ Chri- C ſtus, ità vt in Ciuitatis medio miracula eius pateſcerent, ſed expectat, & in porta morti occurrit? ſed opera ſua exercet Chriſtus, nam vt Ioannes inquit, venit *I*eſus, vt diſſolueret opera Diaboli. Diabolus peccatum induxit, & per peccatum mortem, aſt vbi peccat peccator, ſtatim in foribus peccatum ſuum adeſt, vt dicitur de peccato Cain: peccatum autem comitatur mors, cũ- D que ſit in porta, in porta etiam manet mors; vndè Chriſtus, q venit mortẽ deſtruere, voluit mortuũ ſuſcitare in porta: vt hoc, intelligeremus, in portis mortẽ accubare. tetigit iſthæc Didac Stella ſuper Luc. dicens. *Portę autem Ciuitatis appropinquat, quia porta, per quam egreditur mors, ingreditur vita.* ex quo, cur portam attentent cæci peccatores facilę intel-

Luc. 7.

Didac. Stella mors in porta eſt.

ligitur. percuſſerunt illos cęcitate Angeli, vt vel ſic afflicti reſilirent, portamque non amplius quęrerent, aſt illi obſtinatius portam inquirunt, in porta autẽ eſt mors. concludendũ igitur eſt, peccatorem adèò ſtultum, vt cum peccat, vel mortem, interitum, pænaſque extorqueat fauet Saluianus lib. 1. de prouidentia, dicens. *Quod in Sodomis actum eſt, plus habet miſericordia, quam ſeueritatis; quod enim pęnam eorum tamdiù diſtulit, miſericordia fuit, iuſtitię, quod aliquando puniuit, & ideò cum Angelos Sodomã Deus mitteret, hoc nobis probare voluit, quod etiam malos puniret inuitus; ſcilicet, vt cum legeremus, quę à Sodomitis Angeli pertuliſſent, & videremus ſcelerum immanitatem, probaret vtique nobis Deus; quod ipſe eos noluerit perdere, ſed ipſi extorſerint, vt perirent.* En, vt mortem, quæ pęnarum maxima ẽſt, peccatores, vt peccant, nedum incurrunt, ſed extorquẽant.

Si tamen vlterius ſcrutari libet ſcripturas, aliud in porta hac quam peccatores cęci inquirunt myſterium reperire licebit; quod ex illis manifeſtum fiet, quę operatus eſt Dominus, priuſquam Crucem aſcenderet. Ingreſſus eſt Ciuitatem *I*eruſalem, ſedens ſuper *A*ſinam, & pullum, cui veluti triumphanti occurrit obuiam turba cum ramis palmarum. ità Ioannes cap. 12. *In craſtinum autem turba multa, quę conuenerant ad diem feſtum, cum audiſſet, quia venit Ieſus Hyeroſolymam, acceperunt ramos palmarum, & proceſſerunt obuiam ei.* Miror, quarè Chriſtus mox, mox moriturus, palmas exquiſierit; palma etenim diuturni-

Saluianus

peccator extorquet, vt pereat.

Ioan 12.

Palma longitudinis ſignat . . . Quintiu.

tatis, & longitudinis annorum symbolũ est. qua de re Quintius auctor Græcus, vt refert Pierius. lib. 5. Asperum quendam locum & altum fingebat, superatuque difficilem, in cuius cacumine palmam apponebat, quæ virtutis solium erat; hocque symbolo significare volebat, non nisi laborum diuturnitate virtutem nos assequi posse; & ratio est, quia, vt apud ipsummet Pierium legere potes, Palma anni, & mensium symbolum apponitur, eoquod, vt aiunt Babilonij tercentum, & sexaginta vtilitates mortalibus affert, totidemq; sunt anni dies; vndè Pierius. *Temporis autem diuturnitas, quo conuenientiori signo figuratur, quam per id quod anni, & mensi habetur hyerogliphicum, valdè manifestum, & mensis symbolum palma est, quia per singulos ortus lunæ ramos producit singulos;* legas Pierium, quod si diuturnitatis temporum, & vitæ longitudinis hyerogliphicum est palma; quid est, quod post paucos dies morituro Christo palmis occurritur? Supponamus Iudeos illos non ex corde ad Christum conuersos, & proindè fuisse in peccato, quod multis coniecturis, potest probari. sit prima, illorum vox: clamabant Regi Christo, & dicebant. O Sanna, filio Dauid. hebream vocem, scilicet. *Anna*, interiectionem nos noscimus. O. S. est corruptum, & deberet legi. *O si*, & est, *Salua*. ita Beda. itaque clamabant, *Salua*, sed corruptum est in hac prece, quia non toto corde veram salutem affectabãt. vndè Beda ait. *est compositum ex corrupto, & integro. Anna, obsecrantis est interiectio. O si. ergò corruptũ, Anna est integrum.* Ratio autem quarè salus ista sic corrupta videtur, potest ex Teophilato adduci. qui sic inquit. *Iudei autem Regem Israel ipsum nuncupabant, quasi sensibilem Regem somniantes, &c.* Aliam cõiecturam seligo ex Vgone Cardinali; qui ait, quod, etsi Christus plausibus honoratus fuerit, non tamen hospitio à quoquam fuit receptus, quod proprium eorum est, qui labijs Deum honorant, cor autem eorum à Deo longe est. ita in cap. 19. Genes. *Iudei in ramis palmarũ occurrerunt Domino, sed minimè receperunt in hospitio, imò cum tota die prædicasset, cogebatur exire, & ire Bethaniam in domum Mariæ, & Marthæ.* itaque peccatores præferre possunt Pharisei hi, & deferunt Christo palmas. cur palmas? vado ad Isaiam. narrat Domini Dei venientis ad Iudicium iram, & inquit. cap. 30. *A voce Domini pauebit Assur, virga percussus, & erit transitus virgæ fundatus, quum requiescere facit Dominus super eum, in citharis, & tympanis, & in bellis præcipuis præparata est enim ab heri Topbet.* explicat D. Hieronymus quid sit istud. *Topbet.* & inquit esse infernum. *Id est lata, & spatiosa gehenna, quæ eos æternis vrat supplicijs.* sed adhuc ex hebræo, *Topbet,* idem significat, quod. *Silua amena.* bone Deus, Silua amena, delitijs spatiosa, voluptatibus abundãs erit infernus, vbi semper hiems, & stridor dentium, planctus, & vlulatus, perpetuusque luctus? quid est, quod Silua amena dicitur? notatur prius vox Domini venientis ad iudicium. *A voce Domini, pauebit Assur.* totque pænas, conspectus, iratusque vultus Dei afferet damnatis; vt amenam Siluam in eorum comparatione iudicent expertas pænas inferni. hinc

Pierius. Palma multas affert hominibus vtilitates.

Matt. 21. 9.

Iudei non veram salutem affectabant. Ofan. Rabani dicitur Osanna.

Teophil. Vgo Card.

Isaias. cap 30.

D. Hieron.

Vultus Christi ad venientis ad iudiciũ adeò terribilis erit damnatis vt Siluam amenam eius comparatione iudicent pænas inferni.

hinc Iob in illo recludi volebat, quousque furor pertransiret Domini. *vtinam in Inferno protegas me, & abscondas me, donec transeat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei.* D. Paulinus Epist 4. inquit. *De reprobis sic fatur, aut impietate duri, aut lasciuia molles, quorum diuitiæ peccatorum, itineris lubricum. gloria in inferno est.* & glosa quędam sic sequitur. *Pulchra hyperbole, damnati tanta in die Iudicij pæna suffūduntur, vt gloria videatur eis infernus.* magnus, & immensus erit à facie irati Iudicis pænarum decursus in peccatores. at quid ipsi palmas ferunt Christo, qui venit saluare. Palma iustitiam significat, vt notat citatus Pierius, qui de palma sic inquit. *Fructum præterea reddit pari cum folijs æquilibrio, atque hinc iustitiam significari voluerunt. prętet hac incorrupta est palmę materies, ac propemodū senij nescia; perindè, ac decet incorruptos esse neque vnquam temere flecti aliorum quorumquam arbitrio iustitię administratores.* Et Iuuenalis inquit Iudici damnaturo ad mortem reum, afferri palmas, quia Rempublicam fece ab illa mundauerat, & sat. secunda sic ait. *Vt tibi signantur virides scalarum gloria palmę.* Quod si palmas peccatores Christo ferebāt, equidem à semet expostulabant illū Iudicem, qui non iudicare, sed iudicari, & saluare venerat, quod si à Christo Iudice, omne pęnarum genus est in peccatore; & vel visus aspectus eius iratus, superat gehennæ pænam; vtique dicendum est peccatorem, à semet ad omne genus miseriarum accurrere. ex quo intelligitur, cur Christo portam ingredienti, occurrat defunctus. Defunctus

Iob. 14. 24

Paulinus.

Palma simbolum iustitiæ.

peccator Christum vult sibi omnium pænarum inflictorē

P. Franc. de Franch. in Hos.

A hic, hominem in peccato mortuum pręsefert, vt sentit Sanctus Gregorius. Et peccator, in porta petit Christum; quia in porta Iudices sedebant antiquitus, Iudicem quapropter vult Deum, & cum Iudici exsemet occurrit, ad omne genus pænarum currit. quo tetendit Thomas à Villanoua Archiepiscopus Valentinus, dicens conc. funebri. *O prodigiosū Angelicis spiritibus spectaculum,* B *animam seipsam vlcerans, seipsam lanians, seipsam Iudice astante flagellans, non alium extra quærit tortorem, seuerus Iudex, sed ipsa peccati sui vindictam facit. O Iudicis potentiam, quis non timebit te? ò Rex gentium, qui tales iniurię tuę repersti tortores.* Ac si dicat, vadit, accurrit Iudici Deo peccator, & sibimet tortor est, qui dum vadit ad punientem, à se ad pęnam anhelat.

Iudicem expetit peccator Deum Valentin. Archiep.

C Verè Diaboli filius imitatione peccator; qui cum peccat, nescit non penam introire. Creauit Angelos Deus, nobilioriquè natura decorauit Luciferum, qui in donis non suis superbiens, ea ambiuit, quæ sibi soli seruauerat Diuina potestas. dixit. *In Cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis.* En superbię inflatio, en peccatum pri- D mum, contra primum, & increatum ens pugnans, peccauit Lucifer, sed dum peccat, sedem postulat Aquilonis, vadit ad Aquilonem, vel cogitatione. peto, cur potius ad Aquilonem tetendit, quam ad Austrum? flante manè Austro fluunt aromata, & deliciarum flores, quibus paradisus abundat. Dicam, quod sentio, scrutando primum locum, vbi Deus in paradiso sedeat, ac prin

Isaias 14. 15.

cipe-

cipetur. audio Dauidem, qui sic omnes ad Dei laudes inuitat. ps. 57. *Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius, iter facite ei, qui ascendit super occasum. Dominus nomen illi.* super occasum ascẽdit Deus, nec mirum, in occasu enim tenebræ esse solent; & ipse, *posuit tenebras latibulum suum.* quia essentia eius comprehendi à nobis minimè potest, vndè *V*go Cardinalis, *Latet eius Diuinitas.* respicit tamen ad Orientem, quia cum in Oriente soleat figurari Diuinitas, Deus semper suam Diuinitatem, siuè se intuetur, & intelligit. Si nostris, nos Diuina mensuramus, & ex visibilibus contemplamur inuisibilia: Aquilo in Dei sinistra collocatur. Si enim Deus in occasu esse dicitur, & respicere Orientem, in sinistra eius esse Aquilonem necessariò cõuincitur: in Dei sinistra quid est? heù, omne malum; quapropter Diuus Chrisostomus dispunges matris Ioannis Euangelistę petitionem. *Dic, vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram, & alius ad sinistram in Regno tuo.* vbi Iesus dixit. *Nescitis, quid petatis*, inquit, *Ego vos vocaui ad partem dexteram, de sinistra, & vos vestro consilio curritis ad sinistram.* peccauerunt, & en statim ad sinistram pænæ currunt. & sequitur. *Ideò forsan per mulierem res agebatur, cõtulit enim se Diabolus ad consueta arma, vt sicut Adam per mulierem spoliauit, ita, & istos separaret per matrem; sed iam non poterat per mulierem perditio introire sanctos, ex quo de muliere salus cunctorum processit.* vacant mulieris arma Diabolo, vbi Maria mater Domini efficitur. & in sinistra tandem quidquid mali epilogatur. cecinit, quapropter *V*irgilius. *Sæpè sini-*

Ps. 75.

Ps. 17. 12.

Vgo Card.

D. Chrys. In Dei sinistra omne malum. Matt. 20. 21.

Vbi Maria Mater Domini fuit, vacant præcipua diaboli arma.

Virgilius.

A *stra caua prædixit ab ilice cornix.* Quod si Diabolus peccans, omnium peccatorum caput, cuius corpus impij sunt, illicò à se, ad Aquilonem, qui est in Sinistra Dei, cogitatione, vadit: equidem stabiliendum est, peccatorem, vt peccat, ex se ad pænam, & omnẽ pænam euolare. vndè Glosa ordinaria. *In lateribus Aquilonis, vndè ab Aquilone exardescunt mala.* exardescunt, inquam, tum in ip-

B sum Diabolum, tum in ipsos peccatores, qui dantur Diabolo, vt Aquilonari potestate vexet, cruciet, & affligat illos. quod dicitur. Iob. capit. 26. *Qui extendit Aquilonem super vacuum*, Quæ importuna videtur loquutio, quandoquidem vacuum extendi non possit, cum non sit, nec quantitas esse potest, nisi in substantia, naturaliter. cur ergò dicitur. *Qui extendit, Aquilonem su-*

C *per vacuum?* Impossibilia loquitur scriptura, cum de peccatore agitur, quia vti quid impossibile repertu deberet esse peccator. at vacuum dicitur peccator, quia anima nostra solo Deo repleri potest; soli Deo dignum dat locum; eijcitur autem Deus, cum peccat homo, vndè vacuum datur in eius anima. super vacuum Aquilonẽ extendit Deus; quia potestati Diaboli affligen-

D da dantur peccatorum corda. adduco primò D. Gregorium, de hinc Glosam. *Aquilonis nomine in Sacro eloquio appellari Diabolus solet; qui, vt torporis frigore corda constringeret, dixit, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, qui super vacuum extenditur, quia illa corda possidet, quę Diuini amoris gratia non replentur.* ostensa fuit Diabolo Verbi Incarnatio, vt ait D. Bernardus, in Cęlos & tunc dixit.

Glos. ord.

Iob. 26. 7.

Quantitas tantum in substantia est naturaliter.

Peccator cur dicatur vacuũ

D. Greg.

Diabolus peccatoris possidet corda.

dixit. *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis.* Vt stringeret humana corda, ne ob tantum beneficiũ dilatarentur in Dei amorem. Sed extenditur super peccatores Aquilo, inquit Glossa moral. quia *Ab Aquilone pandetur omne malum, & permittit Dæmonis potestatem super homines gratia vacuos.*

Glos. mor.

Nec immeritò, qui Diaboli est, Diabolo consignandus est. peccator quique ad penas, vt peccat, currit, pænarum diluuio est operiendus. quique cæli deserit delitias, miserijs omnibus est destinandus. Admiror Cainum, qui vbi de fructibus terræ Deo obtulit, ac vel in ipso sacrificio Deũ offendit, vt habetur Genes. 4. illicò in terram vertit vultum suũ, respiciebatque terram, vnde Deus. *Quare iratus es, & cur concidit facies tua?* solent erecto collo contra Deum superbire peccatores, vt habetur Iob. c. 15. quid est, quod peccans Cainus vultũ figit in terrã, eamque intuetur? *Iratus est Cain vehementer, & concidit vultus eius,* in terram vultum figit, quia ex terra data est primo homini pæna, cum dixit Deus. *Spinas, & tribulos germinabit tibi.* in terram figit oculos, quę lachrimarum est Vallis. figit oculos in terram, quia vbi oculi, ibi cor. vt autem notaretur, quod vt peccat homo, statim ad pænarum puncturas ex se se currit, ideò cõcidit vultus Cain, vt peccauit. vndè dixit Deus. *Nonnè si bene egeris, recipies, sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit.* Vbi Vgo. *Peccatum, idest, pęna pro peccato.* Et Nicolaus Gortanus in Euangelium. *Concidit vultus Cain in terram, misitq; cor suum inter spinas, & ęrumnas, quæ ortum habent*

Genes. 4. *Iob. 15. 26* *Genes. 3. 18.* *Cur Cain vultus in terram ceciderit.* *Vgo* *Nicolaus Gortanus*

A *à terra.* Ruit voluntario præcipitio in pęnas, etiam inferni peccator. Contemplor diuitis Epulonis mortem, & Lazari. Moritur mendicus, & Angeli portant ad Sydera iubilantes, properant ad Cęlum, diuitijsque complent eũ, qui vel panis micam, famescens, desiderauit. *Factum est, vt moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis.* Cùm autem de morte Epulonis agitur, alium stylum apprę-

Luc. 16. 22.

B hendit Euãgelista, & inquit. *Mortuus est Diues, & sepultus est in Inferno.* Cur non inquit, factum est, vt moreretur *Diues*, datusque est *Diabolis*, qui ad Infernum deduxerunt, præcipitantes illum in tormenta? Mendico dicitur factum est. quia, eccè completa sunt tormenta, cessarunt afflictiones, abijt fames, defecerunt lachrymæ. at non sic dicitur Epuloni, qui, vt multi volunt apople-

C xia, ex ipso peccato ingluuiei orta, mortuus est; iuit à peccato ad angustias febrium, ærumnas infirmitatũ, ast non factum est, non vltima illis manus morte imposita est; transiuit ad duriora tormenta, ad inferni flammas; quapropter, non dicitur, factum est. *Sed mortuus est Diues, & sepultus est in Inferno.* non deduxerũt Diaboli ad infernum, sed ipse se sua sententia damnans, desperans,

D præcipitauit semet in flammas, quod etiam de alio damnato dixit. D. Chrisostomus hom. 70. in Matt. A *seipso præcipitatus rapitur ad supplicium.* vitemus igitur peccata, & pænas vitabimus; deleamus fletibus, quod risu contraximus; quãdoquidem, quasi per risum stultus operatur malum. Si Christus, qui peccatum non fecit, nec dolus inuectus est in ore eius, propter peccata nostra, stan-

D. Chriso. Item Peccator à semet præcipitatur in infernu

 te

te diuino Decreto, non potuit effugere pœnas, & voluntariè se tradidit illis; quomodò effugiet peccator, qui Dei paruipendens sanguinem, & pretium in ara crucis pro se solutū, ęterno Patri, vendit animam suam Diabolo gratis, tantum facinus nunquid non punietur in æternum? absit hoc Domine. conuertantur peccatores, & viuant.

TEXTVS,

VERS. XIII.

Editio Vulgata.

Super capita montium sacrificabant: & super colles accendebant thymiama; subtus quercum, & populum, & therribinthum: quia bona erat vmbra eius. ideò fornicabuntur filię vestrę, & sponsa vestra adultera erunt.

Sanctes Pagn.

Super capita montium immolauerunt: & super colles adoleuerunt. subtus quercum, & Popùlū, *& Therribinthum: quia bona erat vmbra eius: ideò fornicabuntur filię vestra, & sponsę vestrę adultera erunt,*

70. Interp.

Super vertices montium sacrificabant, & super colles immolabant. subtus quercum, & Popùlum, *& nemorosam arborem, quia bonum erat vmbraculum, propterea fornicabuntur filię vestrę, & sponsę vestrę mœchabuntur.*

Vatab.

A *Super capita montium immolauerunt, & super colles adolent. sub quercu, & popùlo, & Therribintho; quod bona sit vmbra eius. ideò fornicantur filię vestrę, & sponsę vestrę adulteria committunt.*

Editio Chaldaica.

Super cacuminibus montium sacrificantes, & super collibus adolentes aromata; sub castaneo, & platano, & quercu; eoquod opaca sit vm-
B *bra eius. quamobrem fornicantur filię vestrę, quas suscepistis ex filiabus gentium, & nurus vestrę, quas accepistis filijs vestris ex gentibus mœchabantur.*

Paraphras. Castri.

In montium verticibus sacrificabant, & super colles adolebat thimiama. subtus quercum, Popùlum, *& Therribinthum; quia aptas colendis*
C *Idolis vmbras has existimabāt. ideò vestra absentię nacta occasionem filię vestrę fornicantur, & nurus vestrę scortantur.*

COMMENTARIVM
iuxtà literam.

DEscendit Propheta ad ea; quibus, etiam extrinsecè spiritualis Idolatria perficitur. quia autem isthæc præcipuè sunt
D sacrificia, suffitusquè aromaticis ideò inquit. *Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thimiama.* illuc secedebāt, vbi propinquior videbatur eis Cæli locus, in quo habitare, ac imperare credebant illa Idola, quæ pro Deo venerabantur. notat autem hic Figuerius, quod in coniugatione habetur hęc particula. *Piel.* quæ significat vehemēs studium, ac vt ità dicam, quandam

dam libidinem, & ſpiritum feruoris ad illa ſacrificia. Per Timiama, quod eſt nomen Grecum, ſignificatur quoduis incenſum, & aromaticus liquor, aut guttula ſuauiolens. Non in aperto aere fiebant iſthæc ſacrificia, ſed ſub vmbroſis, denſiſque arboribus, ex quibus nominantur in vulgata editione, Quercus, Populus, & Theribinthus. nec vacant miſterio, tum ſi peruerſam Idolatrantium voluntatem conſideremus, tum etiam ſi Dei permiſſionem ſcrutemur. nam de quercu, ſic dicitur in hiſtoria plantarum. *Radicibus nititur validis, non rectè deorſum actis, ſed vndique per tranſuerſum terram in obliquum comprabendentibus*. Et mores Iſraelitarum in quercu exprimebantur. Enimuerò radices ità fixerant in terra, vt nedũ in ea eſſe mallent, ſed complectebantur ad inſtar ſponſam, quã nefas eſt derelinquere. Quia potius Patrem Deum, quam terrena relinquere volunt peccatores. nonnè dixerunt de Chriſto loquentes hebræi, ſi dimittimus eum ſic, venient Romani, & tollent locum noſtrum? ac ſi dicerent amplexati ſumus ad inſtar quercus terram, quam vti ſponſam habemus, abeat Chriſtus, ſtringemus terram. Succum reſinoſum, & pinguem, ad inſtar picis, emittit quercus, denigrat, & coinquinat, quem tangit; ità eadem hiſtoſtria plantarum. Et peccantes illos, reliquoſque ſignificat, quos, vbi amore tangimus, inquinamur, maculãtes animam noſtram. Aſt pilulas quaſdam generat quercus ad inſtar pudẽdi virilis, vt lego apud eamdem hiſtoriam, vndè Deus ad ſi-

Geſnerus

Proprietas quercus quænam ſit.

Peccator terræ non Deo adhæret.

A ghandum impudicitiam eorum, permittebat aſcenſus ad cacumina montium, in quibus erat quercus, ſimulachrorum pudendorũ matres; vt hinc addiſcerẽt quam eſſent obſceni, & libidinoſi, etenim obſceni non contenti inhoneſtis operibus, imagines impudicas domi aſſeruant, vt paſcant viſum, & ſimul alliciantur ad venerea: quod quam grauis culpa ſit, cogitent confeſſarij, & perterB refaciant homines hos ſceleſtiſſimos: nec paueant, etenim magis Deus, quam homo timendus eſt. prætermitto alia, ad ea deueniens quæ Dei pietas excogitabat. ait Mattiolus ſtillatitiã aquã è tenellis folijs quercuum aduerſus venena valere. O veneno infecti erant hi, & veneno aſpidis inſanabili. quid Deus, vel cum offenditur piùs? permittebat ipſos ire ad quercus, vt venenum C peccati à corde fugarent. Valẽt, inquit Bodon, Caliculi glãdium cũ cortice quercus, mixti oleis, & emplaſtris ad sãguinis fluxum impediendum. videbat Deus, vt ſupra in eadem Prophetia dictũ eſt, Iſraelitas, ità peccatis aſſiduos, vt dicere coactus ſit. *Sãguis Sanguinem tetigit*. & adducit, vel peccantes ad quercus, vt ſanguinem peccatorum ſiſtant. Item, mos Athenis erat, vt in nuptijs D puer quiſpiam, vndique ſpinæ frondibus, & quercus glandibus opertus, coronatuſq; cunas panibus plenas geſtaret, & ingrediẽs, hęc proferebat. *Euaſi mala, meliora ſum nactus*. & ſic bona ominabantur ſponſis, tanquam meliori fortuna vſuros: mala enim, vt dicitur in eadem hiſtoria citata, erant ſpinæ, & glandes, quibus victitabant Antiqui. vndè

Mattiolus

Deus vel cum offenditur pius.

Bodon.

Quercus proprietates.

Oſea 4. 2.

Mos Athenienſium in nuptiis

dè videns Deus tot pueros centum annorum, permittebat esse sub quercubus, vt ad instar puerorum dicerent, valete quercus; ibimus ad panem viuum, meliora sumus nacti, illum scilicet, qui panem de Cęlo præstat suis. ast dicamus hęc nos, qui gentiles adorabamus sub quercu, & mox pane cęli pascimur. *Euasimus mala, meliora sumus nacti.* sed hactenus de quercu olim Ioui Sacra. Secunda arbos nominata est Popùlus. ritè ad hanc euolabant arborem sacrificaturi libidinosi Idolatræ; quia hęc arbor flosculos veluti lanę generat: quę propria vestis solet esse brutorũ; & in Gortina Ciuitate lana coronabant adulteros quasi dicẽtes, brutorũ apices, & summum genus, libidinosos; vndè, & in hac arbore, quę lanam super ipsos proijciebat, flante, vel leui vento, propriam brutalitatem, agnoscere poterant hebræi. ait Galenus lib. 7. simp. Populùm abstergentis esse facultatis. ad populùm permittebat ipsos ire Deus; vt memorantes popùli facultatis, propriam abstergerent iniquitatem. valet populeum vnguentum ad somnum conciliandum, vt dicitur in historia plantarum. & quid somnus, nisi mortis imago? volebat igitur Deus, dum sub popùlis sacrificia istorum permittebat, vel imagine mortis à peccato reuocare. Non sufficit peccatori propria vis ad peccandum, sed etiam à creaturis opem petit; sub his arboribus mæchabantur Israelitæ, noluerunt quapropter deesse Therribinthum, cuius fructus, vt inquit Dioscorides Venerem mouet. ad hæc

Quercus sacra Ioui.

Libidinosi cur lanæ oporti.

Galenus.

Proprietates arboris populi.

Diascorides.

A tendebant impij. at secus Deus; videns eorum vulnera, Therribinthum pręparat, cuius liquor vulnera curat. sed perdis Deus, cum his tuas adinuentiones, perseuerant in peccatis, & Idola adorantes, sub Platano sunt, vt ait Transl. Chaldaica, vt suos habeant peccati Auctores; quandoquidem fabellis credentes, supponunt Iouem cum Europa sub Platano concubuisse. vt

B enim ait Auctor historię plantarum, Est Cortynę in insula Creta iuxtà fontem Platanus vna insignis, vtriusque linguę monumentis, nunquam folia dimittens, statimque ei Grecię fabulositas superfuit, Iouem sub ea cum Europa concubuisse. Et ne in his arboribus diù immorer. vadunt ad Castaneam, vt indicat Chaldeus; quæ, vel in nomine castitatem negat. vn-

C dè Castanea dicitur, quasi castitatem negans. dicente Mattiolo, quod. *Venerem excitant Castanea.* vtinam considerarent peccatores sub castaneis, illas dolores acutissimos capiti inducere, & Deum perpendentes caput nostrum, maximo eum dolore afficere, cum peccant. attenderent. ad has arbores ruebant hebræi sacrificaturi; tum quia Dijs arbores erant sacræ antiquitus, vt no-

D tat Virgilius Eclog. 7. dicens.

Populus Alcidæ, gratissima Vitis Iaccho.

Formosa myrtus Veneri, sua laurea Phœbo.

Et in nemoribus numina quædam honorabant gentes, vndè idem Virgilius 8. Aeneid. loquẽs de monte Capitolino in quo erat lucus, inquit. *Hoc nemus, hunc inquit, frondoso vertice collem. Quis* Deus

Therribinthi propriet.

Castanea proprietates.

Mattiolo.

Virgilius. Arbores Dijs sacra.

Virgilius.

Deus? in certum eſt habitat Deus, Arcades ipſum, credunt ſe vidiſſe Iouem. tum etiam, quia vt ait Sacer textus. *bona erat vmbra eius.* ait namque Figuerius, quod poſt ſacrificia, & fornicationem ſpiritualem, ad corporalem, ſe ſe vertebant: huic fauent vmbræ delitię; quæ nedum refrigerant à ſolis æſtu, ſed cælant nefanda opera. Non ſunt immunes peccatores, vnde ſubiungitur. *Ideò fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſę veſtræ adulterę erunt.* ad menſuram ſuccedit pæna. illi à Deo Patre fornicabantur, & ipſorum filiæ, & vxores ab ipſis fornicabantur. vndè ait Figuerius. *Quia vos fornicamini à me, ideſt me relicto alienos Deos colitis, par pari reddam; atque permittam, vt eadem ipſi à filijs, & ſponſis veſtris patiamini. Vt Patres filias habeant fornicarias, ſponſi vxores adulteras, vt ex ſua ipſorum ignominia, & dolore ſentiant, quam grauis ſit iniuria, & offenſio, à Deo fornicari.* O vtinam ruminaremus iſthæc. Fortè, nō ità dedecore afficeremus Deū & dolore. Si enim Deus doloris capax eſſet, noſtra peccata, ac fornicari ab eo, eius beatitudinem amaricarent. vides quam anhelus eſt ad vindictam, qui filiam, aut vxorem conſpicit libidinis cæno maculatam, effrenis eſt, currit ad arma, acuit gladios, trucidat immiſericorditer, nullum non perſequitur peccati participem. O Deus fornicatus ſum abs te, tu patiens es, & ego nec doleo. ò cur non trucido occaſiones, morti dico ſenſus, luctui perpetuo animam, cur lachrymarum ſanguine, maculam, qua meam occidi animam, perdidi Deum, non abluo. ò quod omnium malorum ſumma eſt, inhonoraui Deum. O Chriſte Deus, da quod iubes, & iube quod vis.

Figuerius

P. Franc de Franch. in Hoſ.

CATENA CONCEPTVALIS

Voluptates Religionem eneruantes humanum animum trahunt ad peccatum.

Super capita &c.

CReauit Deus propter hominem mundum, qui hominē ad ſe voluit; aſt hunc vernantibus redundantem bonis gratię, à Dei manu exeuntem aſpicit Sacra Teologia; illum, ſcilicet mundum, ſqualidum, inanemque embrionem patefecit, cum dixit. *In principio creauit Deus cælum, & terram; terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſſi.* terrent tenebræ, reuocat abyſſus, reſpuitur quod, vel ad inſtans hominis deſideriū non allicit. his ſubiecta eſt dedecoribus terra, mox inanis, & vacua, mox tenebræ, vt quid quæſo, quæ pabulum homini pia matercula ſubminiſtratura erat, viduata bonis omnibus illicò adpingitur? nunquid, vt hominis taxetur ingratitudo, qui è terra factus eſt. & neſcit non terræ opprobria euulgare? neſcit, vel in beneficam linguam non acuere? haud ſpernenda eſt hæc allegoria. verum aliò tractus attendo D. Chriſoſtomum talibus Moyſis mentem aperientem hom. 2. in Geneſ. *Alia ratione deformem terram creauit: quoniam ipſa eſt nutrix, & mater noſtra, & ex ea facti ſumus, & educamur, ipſa*

Gregor.

Ingratitu de taxa tur

D. Chr ſo ſtom

nostra patria est, & comune sepulchrum, redditus enim noster ad eam est, & varijs per eam bonis fruimur. Ideò, *vt ne homines, ob vsus necessitatem, plusquam dignum est, eam venerarentur, ostendit primùm rudem, & absque forma, & inexpolitam, vt nè beneficia terræ, telluris naturæ imputes, sed ei tribuas, qui eam ex nihilo, vt esset creauit, propter hoc ait, terra erat inanis, & vacua.* Nesciunt mundi delitię in mundo consideratæ animum hominis ad se non trahere, hinc, à se agnoscendas, curat Deus. hoc docet, cum terram vacuam parat, & inanem; ni enim talis aspiciatur, sed voluptatibus plena, & delitijs, reuocat à Deo, trahitque hominem ad culpam.

Terra cur inanis describatur, & vacua.

Deo cuncta benefícia debemus.

Fędaturus humanum genus Dæmon, radicem vitiare cogitauit, vt illa infecta, nil producęretur sanum. huius non Eua erat prima radix, sed Adam; Ast abstinuit ab Adam serpens, sibilauitque ad mulierem, eamque misit ad Adam. peto, vt quid non primam aggressus est arcem Satan fortis, & potens, cuius potestati non facilè resistitur; sed debilem primò debellat mulierem, debilioremque factam, mittit ad strenuum Adamum, gratia robustum? delitiæ clamant in muliere; est fœmina voluptatum asylum, has obiecit Adamo, qui corruit illicò; à Deo auersus: quia vbi delitiæ voluptuosęquè mundi illecebrę, pompam faciunt; ibi certa ruina est, & à Deo ad peccatum transitus. fauet D. Cirillus lib. de adoratione in spiritu, & veritate. *Tum dolo, & artibus eum aggressus, ad inobedientiam pertraxit. muliere pro instrumento suæ calliditatis vsus est, semper enim nos ad deformitatem, hoc est peccatum,*

Cur Adamū prius non sit aggressus Dæmon.

D. Cirill.

A *impellunt, quę in nobis, & nobiscum existunt voluptates.* Nec ab Euæ memoria cecidit Deus, priusquā voluptatis obiectum occupasset visionem. *Vidit,* inquit Sacer textus Genes. 3. *igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit.* tinnierat esum Diabolus, nec accessit Eua, ni à ligni dulcedine, vel imaginata, allecta, B adest voluptas, vel imaginata, & en à dulcedine Dei fit transitus; en præcipitium è cęlicis ad inferna, à Deo ad peccatum, quo spectat Deodatus Episcopus Pluticces de perfectione spirituali cap. 56. dicens. *Quod aspectus, & gustus, & reliqui sensus memoriam cordis distrahunt, cum ipsis immoderate vsi sumus, Eua hęc nobis prima confitetur: tantisper enim dum illa ad arborem interdictam non aspe-* C *xit, memoriam diuini iussi studiosè retinebat; quamobrem veluti alis diuini amoris tegebatur. Postquam verè lignum libenti animo vidit, et valdè cupidè fructum eius attrectabit; & cum vehementi gustauit voluptate, continuò ad complexum corporis delinita est, adiungens se libidini, vt nuda; totamque suam cupiditatem ad fruendum præsentibus tradidit; postquam Adamum tam peccato suò propter fructum aspectu iu-* D *cundum miscuit.* Nescit non auerti à Deo, qui capitur voluptatibus, illaqueatus his, pręfocatur; dimittit libentèr veram vitam, qui voluptosa adorat, ac post ipsa currens, desciscit à Deo, nunquam reuersurus. Temporalium auidus, & terrenis voluptatibus captus Cain coactè offert, sed vitiosa Deo, nescit, vel in diuinis obsequijs non peccare Cain, ruit ad inuidiam, præcipitat in homicidia;

Gen. 3. 6.

Diodatus

cidia, ac inualeſcente voce ſanguinis Abel, Deus, qui non diuidit inter fratres, accedit ad reũ, interrogat de fratre. *Vbi eſt Abel frater tuus?* vt ad fratris nomen mollefcat durum cor homicidæ, profluat in lachrymas; & qui delet culpam, repararet occiſi iniuriam. at nec fratrem curat, nec Dei audit monita Cainus; cur hoc quæſo? cur à tanto non auertitur facinore? cur à Deo omnis boni obiecto auertit ſe, impius ſemper, fallor, ni à ſacro textu aliquid decerpo. non cælum, ſed terram intuetur Cain, audio ſic alloquentem Deum. *Cur concidit facies tua?* Verterat in terræ voluptuoſa vultum, illa aſpiciebat; & en, non amplius reſpicit, non accurrit ad Deum, perſeuerat obſtinatius in ſcelere. quocumque enim voluptas aduenerit, ſuccedet peccatum, & obſirmatio, non reſpicietur ibi Creator. accinit D. Hieronymus tom. 6. lib. 2. in Epiſt. ad Galat. c. 6. dum ait. ***Qui enim ſe luxuriæ, voluptatique permiſerit, non reſpicit Creatorem.*** Eſt luxuria, generale quodam peccatum. dicitur quiſquis luxurioſus, qui auidiſſimè ad temporalia fertur. voluptati, qui ſe permiſerit, ſuus non eſt, procurabit peccatum, nec ſiſtet quouſque perficiet, quandoquidem, vt inquit Diuus Gregorius lib. 18. moral. cap. 8. ***Qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur, eſſe ſine dilectione anima nunquam poteſt; nam aut infimis delectatur, aut ſummis, & quantò altiori ſtudio exercetur ad ſumma, tanto maiori faſtidio torpeſcit ad infima; quantoque acriori cura inardeſcit ad infima, tanto torpore damnabili frigeſcit à ſummis.*** ſeruatur peccato voluptuoſus. &

Gen. 4. 9

Caiuum cur peccati non pœnituerit.

D. Hieron.

D. Greg.

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

A eum cupiditas voluptatis, cuiuſuis animi claues præripit, ſigillat Diabolo, Diaboli ſigillo. Traxerat auri voluptas Iudæ voluntatem, & neſcit vel nocte quieta quieſcere, ſurgit à Cęna, abit ad Phariſeos, hic ſomnus eius eſt, hæc quies, poſſidere, quod auet. de Iuda loquens pſalmiſta inquit. *Diabolus ſtet à dextris.* non Chriſtum, ſed Diabolum honore proſequitur peccator; honora-

B tioris dexteræ prębet, & ſignat locũ; vndè Diabolus à Iudę dextris eſt. Sed quæro vlterius, cur Iudæ dexterā teneat Diabolus, qui ſemper in ſiniſtris eſt; damnaturque in ſiniſtris, ibi ſemper firmatus: duo in dextera collocari ſolent; ſuperior, & diuitiæ, de ſuperiore non eſt qui negat, & diuitias in dextera conſpici ſolere annuit ipſa ſcriptura Sacra. *In dextera eius diuitiæ.* Ac-

C cepit argentum à Phariſeis Iudas, amauit, adhæſit pretio Chriſti vendita, cum eius cupiditate victus in illud flagrabat. Et en illicò Diabolu a dextris, quod ſi ſuperior in dextera collocatur, certè, vt auri voluptate allectus elanguit Iudas, habuit obedientiæ alumnus ſuperiorem Diabolum, vndè à dextris collocauit. quid autem præcipiet hic ſuperior malus, niſi in Deum iniurias,

D offenſa, ſcelera, culpas? non abſtinebit igitur à peccato voluptatibus, & terrenis irretitus. quo tetendit D. Auguſtinus in pſal. 108. dicens. *De Iuda dictum erat, Diabolus ſtet à dextris eius. quia ſuas diuitias augere voluit Chriſto vendito.* ſubiungo ad pauperum, non ad propoſitum ſolamen, quę ait Diuus Auguſtinus. *Hic autem Dominus adſtitit à dextris pauperis, vt diuitiæ pauperis, ſit ipſe. Dominus*

Pſ. 108 6

Peccator Diabolum honorat.

August.

Pauper, diuitiæ Deus.

minus. O felices pauperes, quorũ A Dominus est census, & diuitię. quid mirum, si auidus paupertatis, abijcit vestimenta terreni Patris Seraphicus meus Pater Franciscus, reijcit obsoleta, ditior factus, sericis vtitur, pro antiquo stamine, fulgetque auro, reiecta vili lana, reijcit igitur vestimenta Diuus Pater Franciscus, dum fulget locuples, Deo, qui pauperis est diuitiæ. quis enim Francisco dilectissimo Patre meo pau- B perior? gaudet semper Deo, quia mundi contempsit voluptates, nec vsquam gloria fulgeret, si ijs adhæsisset. enimuerò non erit innocens, imò Diabolus erit à dextris, terrena voluptuaria amantis. premo adhuc, cur voluptati dediti Iudæ, Diabolus stet à dextris. *Et Diabolus stet à dextris eius.* & assequar fortè à fidei dogmatibus, psalmographi sensum: abijt Christus in Cælum, reuersusque C vndè venerat, sedit ad dexteram Dei Patris omnipotentis, non est in illa summa Dei simplicitate localis dextera, vbi nec sinistrum quid est, nec reperitur; quid est, quod sedet à dextris? respondent Sacri Doctores; locum hunc intelligi, vel de potioribus bonis Patris; sedet ad dexteram, scilicet, in potioribus bonis, vel de æqualitate, quia Verbum Patris filius, Patri æquale est. vndè in D dextera ęqualitas, imò identitas in essentia adstruitur, liceat ex his, ad intellectum psalmi prodire. stat à dextris terrena cupientis, & voluptatis amantis Iudę Diabolus, quod si, dextera dicit æqualitatem; equidem concludere licet, Diabolo Iudam æqualem, & ferè eũdem. qua, de, re dixit Christus de Iuda. *Vnus ex vobis Diabolus est.* Ama terrena; dilige voluptates auri, aut cuiusuis temporalis rei, & eccè Diabolus es; hoc habet Diabolus, vt semper ad mala promptus sit; erit igitur ad peccatum pronus, & peccabit, inhians, incumbensque terrenis voluptatibus.

D. Patris Francisci de Assisio Deus diuitia est.

Ioan. 6. 70.

Occisus ob peccatum primis nostris parentibus, Dei peculijs à Diabolo, qui serpente tamquã instrumento vsus est, nec serpenti pepercit Deus, sed maledictione percussit. nec enim, vel in instrumentum irasci nõ potest Pater, occiso filio, ità D. Ioannes Chrisostomus in Glosa. *Sed dixerit aliquis, cum Diabolus Serpentis opera vsus, malum attulit consilium, cur bestię illi pæna infligitur? est hoc ineffabilis misericordię Dei opus. nã sicut Pater puniens eum, qui filium occiderit, & gladium, & ensem per quem filius suus occisus est destruit, & in multas partes diuidit: eodem modo Deus agit, quippe Serpens qua si gladius quidam, diabolica seruiuit malitia, vndè perpetua ipsi pæna intentata est. Quo per visibile, & sensibile hoc ratiocinemur, in quanta ignominia sit* Diabolus. Punitur Diabolus, sed absit, vt in eius instrumenta non deseuiat Dei ira; non deludet pænas, qui instrumentum fit Diaboli, quo alios ad peccatum inducit. aduertant illi, qui scandalum inferunt; nam in illis verè latet Dæmon, vel Dęmonem in ipsorum pæna puniri; ac si inter ipsos, & Dæmonem nulla intercedat distinctio. pergo ad contemplationem sententiæ. *Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terrę, super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitę tua.* Philo Iudeus l. 2. alleg. legit, *Super pectus, & ventrem tuũ gradieris.* & deinceps terræ eius cer-

D. Chris.

Gen. 3. 14.

Philo Iud.

certiſſimus inducitur. quod calculo ſubmitto, quandoquidem, licèt ſuper ventrem, & pectus ſerpentes gradiantur, nihilominus parietes conſcendunt, ad arbores ſubeunt, vndè varia colligunt ad eſum. quid eſt, quod vbi dicitur, *Super ventrem, & pectus tuũ gradieris*, additur illicò, terrã comedes? latet hic myſterium. peccat, qui terrena ſemper mandit, Cæleſtia nuſquam. intellectualis naturę Deus cibus eſt. quod ſi viuit terra, à Deo auerſus, non eſt innocens. cum igitur Diabolo dicitur in ſerpente: *Terrem comedes.* Idem eſt, ac dicere, ſemper; quæ deorſum ſunt cogitabis; nuſquam cæleſtibus viues, mortuis paſceris operibus, qui mortuus, ſemper viues in pœnis. aſt quãdo hoc cum ſuper pectus, & ventrem graditur: pręcedit vẽtri, & pectori innixio, & ſubſequitur peccatum. & quid per ventrem, & pectus, niſi voluptas? ità Philo adducendus: adeſt voluptas, & ſubſequitur peccatum; nõ enim aliò ducit cæca voluptas, niſi ad peccati voraginem, & præcipitiũ. adſit Philo Iudeus. *Quando igitur quęres; ò anima, quam regionem voluptas ſortita ſit? ne ſpectes capitis locum, qui rationis eſt; nõ inuenies. reſiſtit enim huic affectui ratio; nec poteſt vna cohabitare; quod hac vincente voluptas peſſum eat. ſicut è diuerſo, dum voluptas vincit, exulat: proinde illam quęre in pectore, ventreq; vbi partes bruta domicilium habent; ira, concupiſcentiaque nam in his locis inuenitur: & iudicium noſtrum, & affectus ipſe non vetatur autem mens, relictis ſuis ſeptis, dare ſe deteriori; tunc neceſſè eſt in poteſtatem aduerſę partis deuenire.* vbi voluptas allicit, præparatur deterius; nec deeſt præcipi-

Philo.

Voluptas in ventre ſignificatur.

P. Franc. de Franch in Hoſ.

A tij impulſus certus, vbi ipſa comes eſt, & dux. firmat idem et Doctor dicens. *Execrabilis ille quoque, qui cęcum errare facit, & hoc voluptas impia.* & inferius. *Cęcum ſenſum voluptas fallit, quo minus res percipiat; ſiquidem vetat, ne ſe ad mentem, à qua regi poterat, recipiat, regaturque ab ea, ſeducens illum ad ſenſibilia, illiciensque ſuis operibus, vt cęcus ſenſus ſequatur cęcum ducem, rem ſẽſibilem.*

B *Ibi mens cum ambos cęcos duces ſequitur impotens ſui, abit in pręcipitium.* Vę à voluptate ſeducto; haud liber quocumque vult perget, ſed illuc abibit, quo voluptas trahet. ne elangueat ſub hac dulcedine quiuis, vel iuſtus corruet à iuſtitię culmine, fietque inferni riſus, Diaboli iocus, & iniquorum ſocius, illorum falci ligabitur. fallor, ni hoc docere voluerit Dominus noſter Ieſus

Iuſtus voluptati cedẽs ruet in peccatũ

C Chriſtus, cum ſceptra, coronaſq; fugit; ſaturauit fameſcentem, turbam, ciboque ſuperſtite, nil vltrà optare potuit; vidit turba nõ deeſſe illi panem, qui vel in deſerto prouidit, cogitauit, vel raptum Chriſtum aſſumere ad Regimen; O vtinam ſemper Chriſto ſubiectaret gula; populum hunc libenter ſubiectabat Chriſto. ità Theophilatus in Ioannem cap. 6. *Vide gulam vulgi, cum feciſſet in-*

Gula quãdoq; Chriſto ſubiectat.

Theophil.

D *numera miracula, & mirabiliora, non admirabantur; & eccè propter cibum dicunt, hic eſt ille Propheta; non amplius eum de ſabbati violatione arguunt, non vltra legem vindicant; ſed adeò illum propter panes colunt, vt eum, nõ ſolum Prophetam prædicent, ſed, & dignum Regno cenſeant.* dà victum homini, & habebis ſubiectum, munera, & candidaberis iuſtitia; quis benefactori maledicet? ò Vtinam Chriſti eſ-

ſent

sent benefacientes; & non potiùs Simones. sed hactenus. ait Ioannes cap.6. *Iesus ergò cum cognouisset, quod venturi essent, vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterū in montem ipse solus.* Exquiro, vt quid fugit, vt q.d Regnū horret ille cui dominium à mari vsq; ad mare seruabatur, & sceptrum. sequitur Teophilatus. *At ille fugit erudiens nos; mundanas contemnere dignitates.* fugit, vt nos erudiret, ad fugam. & quid fugiendum, nisi peccatum? nunquid culpa Regimen est? crimen Regnum? absit. quid igitur est, quod ad dignitatum nos erudit fugā, & contemptum Christus? ò solent secum voluptates asportare Regimina! Vtinam opera, non delitiæ essent hisce temporibus dignitates Prelatis. Quia autem, vbi voluptas serpit, peccatum introducitur, quod quidem fugiendum est; propterea dignitates fugere, & contemnere nos docuit Christus. etsi iustus, etsi Christus, rues voluptuosus in culpę precipitia. Christus equidem peccare non potest, vti fides docet, & seuerior Teologorum schola contemnit; ast, vt doceret vel iustos, si voluptatibus se se subegerint, ruituros: à dignitatibus, quæ voluptatibus scatere solent, aufugit. ad nostri eruditionem vigilant gesta Christi hoc voluit innuere Hildeperus Episcop. Cænoman. arg. Epist. 3. dicens. *Virtuti nihil aquè noxium est, quam voluptatis admixtio; in concessis negligentèr cauetur hostis, cuius ingressus pacificus expectatur; sic plerumque bonum corruit propositum, cum mōe minus illecebras aduersatur; cum prosperitate resoluitur, cum impensam sibi reuerentiam diligit, cum insolitis insolescit, hoc luxu, & lapsu re-*

Ioan.6.15

T. Philat.

Hildeper.

A *cessit à Deo dilectus Dei, de quo dicitur incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorē suum, & recessit à Deo salutari suo. De eodem quoque Apostolum, sic dixisse inuenies: sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. Hanc sanè virtutis euersionem Saluator noster ad exemplum declinauit, cum turbis eum Regem statuere volentibus, oblata sibi dignitatis vestigia recusauit.*

B Delitijs saturata mens, voluptateque plena calcat diuinæ dulcedinis fauum. non assurget ad opus Dei, torpescet in lecto iniquitatis; euerretur Religio. Hinc Deus eiulans quærulus, sacrificia Israelis Populi lamentatur in lucis, voluptatis symbolis; & inquit. *Super capita montium sacrificabant & super colles accendebant thymiama: subtus quercum, & populum & c*

C vbi sic Diuus Hieronimus. *In lege praeceptum & Deut. 12 & 16. vt nō sacrificetur Domino, nisi in loco, quē elegerit Dominus Deus, & iuxtà altare lucus, & arbores, nō plantentur, ne, scilicet passiua, & voluptuosa Religio, austeritatem vnius, & veræ Religionis euertat.* sub omni ligno frondoso meretrix prosternitur inquit Hiere. c. 3. *Sub omni ligno frondoso prosternaberis meretrix.* q. vbi vmbra, vbi voluptas, nō deest

D peccatū nec sine peccato cōspicitur voluptas. dixit in eumdē locū Hoseæ nostri Albertus Magnus. *Propter hoc precipitur, vt dicit Glosa, quod lucus circà templum non plantetur: Deut. 16. Non plantabis lucum. & subiungit rationem, quia bona est vmbra eius, idest incitans ad delectationem Veneris. vndè dicitur. sub omni ligno frondoso prosterneberis meretrix.* Abeant voluptates, sit Christi passio nostra

D. Hieron.

Albertus.

vo-

voluptas, & gaudium.

ANVLVS XXXXVII.

Peccare inſuaue eſt, afflictionibus, & laboribus plenum.

Super capita montium &c.

DVcit ille ad montem, qui noſtras animas cupit ad Cęleſtia trahere. montis culmina appetijt, qui voluit Beatus eſſe, vti Deus, Lucifer. vtinam non peruersè appetiuiſſet, non enim corruiſſet, nec nos decepiſſet iniquus. ſimus nos in monte, ſed cum Ieſu, qui in montem ducit, vt ducat ad altitudinem gloriæ. vndè in monte, Crucem, quaſi alium aſcendit montem, quod fatetur Teophilatus. in cap. 6. Ioannis, dicens. *aſcendit autem ad montem, hoc eſt Crucem, vt ad ſe rapiat omnes, vel in cęlum, ad bonorē & gloriam Deo dignam.* omne Ieſu ſtudium eſt, vt ſimus in montibus: vbi à ſeculo remotiores, ſcrutemur liberius cæleſtia. quade re transfigurandus, aſcendit in montem. Aſt hoc deteſtatur in præcitato textu, quod montiūm culmina ſcanderint Iſraelite, dicens. *Super capita montium.* cur hoc? fallor, ni quam arduum peccare, ſit, inſtruat in hoc textu Deus per Hoſeam: quandoquidem, non dulcedinem, & ſuauitatem dat peccatum, ſed dirum, præmittit laborem, afflictio peccare eſt. & cur omnis pœnę, dolorumque, & afflictionum omnium cauſa, & genitrix, illaborioſa, erit & quieſcens? abſit, vt non ſit arduum peccare, & ità arduum, vt rectæ rationi impoſſibile. Eiulat adulantium mores, & voces Dauid, & ait. *Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ.* efferunt peccatum; quaſi rem eximiam quibuſuis encomijs celebrandam adulatores; vndè nitriunt culpam vſque ad perfectū. quod innuit D. Greg. cap. 4. moral. dicens, *Creſcit culpa fauoribus nutrita; curari vulnus negligitur, quod dignum præmio laudis videtur; ſic magis comprehenditur peccator, & illigatur ſuiſmet peruerſis cogitationibus, & conſilijs.* laudatur, & ſemet laudat in ſuis deſiderijs peccator; vndè laudatum vitium creſcit in ſecula. hoc noto. quod à pleriſque expoſitioribus, deſiderium pro opere ſumitur; vndè Lorinus huic pſalmo aptat illud Terentij, dicens. *Tale illud, His nunc præmium eſt, qui recta praua faciunt, & in facinore gloriantur.* Cur quęsò opus facinoroſum, deſiderium dicitur, & cogitatio? nunquid non diſtantia eſt deformitatis inter vtrumque peccatum? quis negabit Teologorū? quid igitur eſt, quod opus deſiderio aptat ſcriptura? numquid, vt doceat peccatoris precipitium ab vno in aliud peccatum? ità vt vnum perpetratum ſit alterius deſiderium? non renuo. ſed altius fodio à D. inſtructus Aug. nec nō ab ipſiſmet humanorum inueſtigatoribus. loquitur de deſiderio Apuleius l. 2. met. & dicit illud, cruciabile. *Imo verò cruciabili deſiderio ſtupidus.* & D. Aug. l. de patientia, inquit. *Vis deſideriorum facit tolerantiam laborum, & dolorū: & nemo, niſi pro eo, quo delectat, ſpontè ſuſcipit ferre quod cruciat.* en deſiderijs fatigat, affligit, cruciat, q̄ ſi peccare deſiderium appellatur à Dauide, concludendum certè eſt, peccare arduum quid eſſe, & afflictionibus plenum. hinc Diuus Gregorius libr. 8. moral. cap. 7. ait. *In his, qui tranſeuntem mundum diligunt, & tamen ſibus*

Crux mox eſt cauſa cur Chriſtus aſcenderit.

Teophil.

pſ. 103.

D. Greg.

Culpa dū laudatur nutritur, & creſcit.

Terentius

Vnum peccatum mitit ad aliud.

Apuleius,

Auguſt.

D. Greg. Deſideriū cruciat.

Desiderii cruciat. *contrarietate fatigantur, simul noctes vacuas, & noctes laboriosas tolerant. quia eorum vitam, & retributio subsequens, nulla remunerat, & presens tribulatio angustat*. angustat, affligit, discerpit viscera desiderium; vnde desiderium vocitat peccatum psalmista, quia, vt inquit D. Bernardus. *Nihil est in hac vita laboriosius, quam desideriis terrenis æstuare*. D. Bernar

Non est naturale peccare, destructioque naturæ culpa est. ipsa enim poterat semper viuere, & peccato mortua est; quapropter contra naturam est, peccatis habenas, vel semel laxare; vndè primum peccatum enarrãs Moises, nec naturæ seruat ordinem, ait quandoquidem cap. 3. Genesis *Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile*. Errat ne hic Moises, an peritissimus figit stylum? hoc cēsendum, & credendum est; enimuerò, id sequitur, quod signat digitus Dei, Spiritus Sanctus. quid est igitur, quod ea dat oculis, quæ nusquam sua esse possunt? vnicuique sensui proprium signatum est obiectum, extrà quod si agit, non agit, hebes est, & stupidus. visui lumen signant Philosophi pro obiecto; cur Moyses dat saporem? ait namque. *Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum ad vescendum*. Mysterium latet hic, & labores puto edoceri peccatorum, cum primum enarratur peccatum. non potest potentia vltrà suum obiectum, quod si tētat, laborat, & labor usque ad impossibile peruenit, si ex oculis gustare vellet cibum, laboraret, quidem in actione, siuè passione cibi, & eius labor tangeret impossibile. narrat primum peccatum Moyses, datque oculis saporem pro obiecto, vt hinc impossibilem laborātis in peccatis dicat. laborē ꝗ si impossibilibus rebus peccatoris actio exprimitur, dicas impiorum actiones ergà peccatorum obiecta, talia esse, vt inter impossibilia computentur. dicam cum Diuo Augustino quem audire non grauabitur lector. hic lib. de penitentia sic ait *Intueamur charissimi, quanta in laboribus, & doloribus homines dura sustineant pro rebus, quas vitiosè diligunt, & quantum se his feliciores fieri putant, tanto infelicius concupiscunt. Quanta pro falsis diuitiis, quanta pro vanis honoribus, quanta pro lubricis affectionibus, periculosissima, & molestissima patientissimè tolerantur; pecunia, & gloria cupidos, videmus, vt ad desiderata perueniant, adeptisque non careant, soles, imbres, glacies, fluctus & procellosissimas tempestates, aspera, & incerta, belluarum immanium, plagarum ictus, & vulnera horrenda non ineuitabili necessitate, sed culpabili voluntate proficere*. multaque congerit Sanctus Doctor, quibus labores declarat peccantium, qui vsque ad impossibile dictu peruenīūt, nec finē accipit peccator, sed in assidua inquiete est. Dixit Lucifer superbiens. *In cælū conscendam*. Scio Aelredū sētire hoc Cælū, ill.q; astra, Apostatas Angelos fuisse ambienti Lucifero. non dissoni ab hac expositione erimus, cū cęlū hoc intelligemus animas nostras, quę, vt alibi cum Diuo Bernardo dictum fuit, vel ipsius Dei cælum sunt, quod si Diabolus cælum ap petit Dei, istudque est anima nostra; cęlum hoc dixit animam nostram. ò vtinam, & vel à Diabolo disceremus ꝑ vna anima, Christi

Peccare innaturale

Genes. 3. 6.

August.

Isaias 14. 13.

scili-

scilicet, quem non agnoscebat Deum, vt sentiunt complures, totum orbem dare voluit. quia quidquid dandum est pro cælo. nosque nec superflua pro cælo impertimur? verū expendo, nonnè in infernum detractus est Lucifer? cumque in peccatoris animam ingreditur, nonnè ibi cruciatus sustinet? equidem enimuerò, vel ipsi peccatori, pœna est, & infernus conscientia. *Iussisti Domine*, inquit Diuus Augustinus *& ità est, vt animus inordinatus, sibi ipsi sit pæna*. Quod si pæna, & infernus est peccatoris animus, cur à Diabolo dicitur Cęlum? hoc omnibus de Cælo ratum est, esse semper in motu, quiescere nusquam; cęlum quapropter, dū dicitur peccator à Diabolo semper inquietum esse significatur. huc adduco Diuum Augustinum in psalm. 139. *Qui in girum it, nusquam finit, ipse est labor impiorum*: & Paraphrastes Chaldeus. *Nusquam sedent, nusquam quiescent peccatores*. Laxantur in via iniquitatis, non in termino, sed in via, vbi labor assiduus est; hinc Isaias. cap. 57. *In multitudine via tua laborasti*, Vbi Vgo Cardinalis congerens complura, inquit *laborasti, quia non illum, qui est plana, & vna via, tenuisti*. Ioan. 14. *Ego sum via, sed diuersas, & duras vias ambulasti, ideò laborasti, vndè sapientię*, 5, *laxati sumus in via iniquitatis, & perditionis. Hierem. 9. Vt iniquè agerent laborauerunt. Eccl.* 10. *labor stultorum affliget eos, quid nesciunt in vrbem pergere. Ecc.* 21. *Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & panę. Ecce, quod in peccato est afflictio in presenti, & in futuro æterna damnatio.* haud recens interpretatio est, asinam illam,

Augusti.

Cęlum cur dicatur peccatoris anima. August.

Paraphrastes chald.

Isaias 57. 10.

Vgo Card.

super quam post solutionem sedit Christus, significare peccatorem. quarè Theophilatus in Matt. cap. 21. *Ligati autem erant asina, & pullus catenis suorum peccatorum*. Quod si quæras, cur asinę vili iumento comparetur peccator? Respondeo cum Pierio lib. 12. Asinam esse laboris seruilis hyerogliphicum; qua de re, inquit ipse, etiam ad somnia interpretanda hoc prělapsum est; si quis enim asini aures se habere imaginatus est per quietem, ingruere homini duram seruitutem coniectores autumant. Legat Pierium, qui curiosiora desiderat. hoc nobis satis, asinum esse laboris seruilis symbolum; & vel post mortem in timpano suffert, si ità loqui dedecens non est; quod si peccator, Asinus, durissimos labores seruiles in peccatis substinere peccatorem, arduumque esse peccare, haud censeo negandum; hinc Glosa in Hierem. *Peccatores in peccatis durissimos substinent labores*. Ex quibus cur ad capità montium conscendant peccatores Israelitę, dum sacrificijs Idola colunt, intelliges. non ad capita, sed super capita pergunt dicente Propheta. *Super capita montiū*. ad quę, nō facilis, imò arduus, & laboriosus est ascensus pergunt peccatores; etenim nō linquit laborē, & afflictionem in Deum militare. firmat Guadalupus, dicens. *Supra capita montium sacrificabunt, meritò nostris oculis obijcit Deus hunc populum, non in vallibus, aut locis planis sacrificasse Idolis, sed in verticibus montium, qui sunt aditu difficiles, & sinè sudore ad eos ascendi non potest. Hinc enim discernat voluptatem peccati, nusquam sine ingenti labo-*

Theophil. Peccatis ligatur impius.

Asinus laboris symbolum.

Glosa.

Guadalup.

re adipisci peccatores. Quem laborem,& afflictionem contemplās. D.Hieronymus.ait *Quot sunt vitia, tot sunt animi tormenta* . & Lira in prælibatum Hoseę locum. *Super capita montium,sacrificabūt, in locis arduis, & vmbrosis Idolatriam exercebant:*

D.Hieron.

ANVLVS XXXXVIII.

Infrugifer peccator est, nec opera, & fructus producet salutis in peccato moras ducens

Super capita montium &c.

ACHates est flagitiorum labor; exugit sudorem peccati ęstus;absit, vt dulcescant inquietis delitijs, qui amarum ingurgitant vitiorum liquorem. It peccans Israel ad cacumina mōtium, quo ascendere defatigat eneruatum corpus; quia vt inquit Diuus Ioannes Chrisostomus cruciantur peccati labore, qui peccato venundātur. *Putas* inquit ille, *quod peccatores huius mundi, non laborent? benè autem maiores labores,& sollicitudines habent, quam serui Dei.* fuit æstus seruis Dei, Crux, ignis, confractio ossium, Vigilia, flagellum, squallidum ieiunium. ast hæc in comparatione substinentiæ, laborisque peccatoris à peccato oppressi, gaudium sunt,& delitię. nil sudat, vbi conscientia dulcissima spirat auram. eunt propterea ad culmina montium in signum laboris peccantium *Israelitæ* . pergunt iam, ibique sub vmbra, sacrificant quercus, populi, & terribinthi, sic noster Vates. *Super capita montium sacrificabunt, et & super colles accendebant thimiama, subtus quercum,& populum, & therribinthum.* Stat ibi impius, vbi propria sunt insignia, non stat extra proprium locum, ne vel lippis abscondatur. quercus, populus, & therribinthus peccatorem tenent, suntquè eius signa, quia infrugiferę sunt, humanisq; vsibus inaccomodatum proferunt fructum arbores hæ, infrugiferumque designant peccatorem, qui fructificans, non fructificat, Deoq; semper sterilis est,& infęcundus. *De iniquo sic dicitur* Iob.cap.24. *Pauit sterilem, quę non parit.* Scio Caietanum, hæc tyrannis ad literam aptare; hi etenim strupantes, deflorantesque Virgines, studiosè reddunt steriles, ne vociferentur eorum scelus partus; aut vt solius libidinis, non filiorum plausus illis arrideat. alij meretricibus sterilibus, ex nimio coitu, vel alijs artibus totum dant: de quibus videndus est Pineda. ipse tropologiæ innixus, sequor Diuum Gregorium, qui totum indicit carni, seu carnali homini, hunc sterilem vocat: sed cur sterilis, qui quotidiè impietatis prodigit fructus, luxuriæ, inuidiæ, auaritiæ, odij, ceterorumque vitiorum? proh. non sunt hominis, sed impietatis fructus hi, bona opera, dignaq; Deo, sunt hominis fructus. quia autem his vacuus est peccator, idcircò sterilis dicitur. audiatur D.Greg. in hunc locum. *Quæ hoc loco, sterilis, nisi caro nominatur? quæ dum sola presentia appetit, bonas gignere cogitationes nescit.* est terra peccator, definit esse lutū, quod Deus accepit in manibus; ariditatem seruat, est sine aqua, absit, vt gignat poma, fructus terra sitiens haud

D.Chrisostom.

Cruciatur, qui peccat.

Iob. 14.21

Gregorius.

haud exuberat, agnouit hoc Dauid cum de profundis cordium sic clamauit, statum recogitans peccati. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi.* vbi sic D. Greg. *Terra sine aqua, est anima sine gratia: sicut enim terra, quæ imbre non perfunditur, non vestitur herbis, non venustatur floribus, non abundat messe, sic anima gratia carens, non operitur virtutibus, non cogitat de Cælestibus, non insistit vtilibus.* agnoscunt, sed serò proprios errores impij; vndè clamant. *Ergò errauimus à via veritatis, & iustitia lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis.* quis non erraret in tenebris, vbi caligat oculus, dux in via? miror, si non in præceps ruit, qui lumen in itinere despicit; errabit, Solem, lumenque non curans, etenim solus sol viæ terminum indicat. errauit, vel Apostolorum apex Petrus, vbi in nocte à solis se se abstraxit luminibus; nec ad viam rediit ante solis exortum; ast vbi affulgere cœpit Sol, vel in primis crepusculis, vidit errata, & correxit itinera; vnde foras exiuit, & fleuit amarè; tetigit isthæc. D. Hieron. explicans illud Prophetæ Isa. 21. *Onus in arabia in saltu ad vesperam dormientis &c.* vbi sic inquit. *Apostolus Petrus, antequam gallus cantet ter Dominum negat, quod media nox intelligitur, postquam autem nox præcessit, & gallo lucis nuncio resonante, cecinit, fleuit amare, & intellexit peccatū suum.* hoc noto, cur sinè sole describatur peccator? & prætermittens, quod ex D. Ambrosio lib. 4. exam. cap. 1. colligi potest, nempè, quod sol ideò peccatoribus non conceditur, quia puluurulentus oculus non substinet solis radios, & peccatoris oculus caligat culpæ pul-

Ps. 142. 6.

Greg.

Sapientia 5 6.

Isaias 21. 13.

D. Hieron.

A uere, ablegatque verum solem iustitiæ Deum. quapropter mundat à puluere oculum D. Ambrosius, vt videat Deum, dicens. *Sol incipit, emunda oculos, ò homo; animique interiores obtutus, nè qua festuca peccati aciem tui perstringat ingenij, & puri cordis turbet aspectum.* dixeratque superius. *Matutinos quoque solis ortus, si quis spectare desiderat, emundet oculos suos, nè quid pulueris, ne quid purgamentorū oculis eius insideat.* prætermit-

B to isthæc, inquā; & solis aliū inspicio effectū; hic fœcunditatis Pater est, abest à fœcunditate, quoduis absens à sole, vel homo non fructetur partu, si sol se negaret, vndè vulgare illud est Axioma. *Sol, & homo generant hominem.* Adfinxit, auream Catenam Homerus lib. 8. *Iliados*, in hac diuersa suspensa ingenia, diuersa excogitarunt, enimuerò cunctus Deorum cho-

C rus, numerusque, quouis conatu Iouem ad terras trahere minimè poterat; quos tamen illicò Iuppiter asportabat ad Cælum tangit Pierius lib. 60. sic adducens loquentem Iuppitrem. *Quin etiā circumligata veste, ad summitatem Olimpi omnia supernè attollam; vt intelligatis quantum ego Deos, atque homines simul antecellā.* Trahit cū vult nos, vel vsque ad Cælum Iuppiter. vtinam verus Deus lup

D piter, adiutor, scilicet, Deus noster, verus Deus trahat nos vsq; ad se. verum Plato in Tea. Catenam hanc dixit solem, quo nedū terrena simul, & Cælestia connectuntur, sed seruantur, & fiunt. ait igitur idem Pierius loco citato. *Et ad hæc Colophonem insuper addam auream illam Catenam, quā nihil aliud, quam solem, Homerus ostendere voluit. quandiù enim circulus ille, & sol mouetur, omnia sunt,*

D. Ambros. Solem nō aspicit peccatoris oculus.

Pierius.

ac

ac seruantur inter Deos, & homines, si verò staret, hoc totum velut ligatum, omnia corrumperentur, & fierent inuersa. En, vt absente Sole ruit generatio. addo his causam ab Astrologis allatam. cur Venus rarius visui nostro apparet; quæ ca est, quia Venus quadraginta quinque gradibus, non longius aberrat à sole, post quod iter, reuertitur illicò. quia autem solis radius, & lumen, stellarum lumẽ eneruat, idcircò rarius *V*enerem videmus. En semper vicina est Venus soli quia fęcunda *V*enus, solem fęcunditatis astruit, & prędicat causam, hinc dixit D. Ambrosius loco citato. *Bonus quidem sol, sed ministerio non imperio. Bonus mee fęcunditatis adiutor, sed nō creator.* fęcunditatis adiutor sol est, sterile quidquid languet, hoc adiutore irato, & absente. ex quibus, cur carentiam solis clamant peccatores, coniecto, *& sol intelligentię non est ortus nobis.* *V*ndè abest sol, adest infæcunditas, & sterilitas. vt ergò innotesceret infrugiferum, sterilemque esse peccatorẽ, & solũ ad corruptionis fecem, non bonorum operũ gignitioni aptum; vel ipse, priuatum se sole clamitat; hinc ait Tertullianus lib. de anima cap. 20. *Degenerant pro conditione cæli, & soli.* ac si diceret si abest sol, nullos fructus Deo dignos producit anima; etenim, vt ait D. Gregor. iam allatus. *Sterilis caro nominatur, qua dum sola presentia appetit, bonas gignere cogitationes nescit* De signauit peccatoris infæcunditatem Ioannes Baptista, cum penitentię aquam infundẽdo Solis Præcursor, fęcunditati bonorum operum insudabat. *V*idit Phariseos, agnouit venenatæ viperæ sobolem, extulit sapientis incantatoris vocem, dixitque Matt. cap. 3. *Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere à ventura ira, facite ergò fructum dignum penitentię, &c. Iam enim securis ad radicem arboris posita est.* laudo viperæ simulachrum. viperam suæ prædicationi iunxit Ioannes, vt vel ab obiecta discerent peccatores. illa ad aquas properans, vt ait D. Epiph euomet venenum; ibant hi audituri *I*oannem Baptistam ad aquas Iordanis, debebant quapropter viperarum soboles dicti, venenum peccatorũ euomere pænitentia. quo fortè spectat Sanctę nostræ matris Ecclesię consuetudo, dum aquarum fontes, in introitu parat Templorum. Aquarũ, inquam, fontes parat, vt si viperæ, peccati veneno pectus munimus, ad visum fontis, & tactum euomamus contritione. sed ad quid securis ad arboris radicem adducitur? ad hoc certè, vt nedum peccatum, sed radix, occasioquè peccati euellatur à penitente. sic D. Gregor. in Cat. D. Thomę. *Nè iam remaneat, vnde praua iterum soboles succrescat.* Sed pullulat aliud ex hac radice misterium, quod propè ficum, de qua Luc cap. 3. exurget. adduxit Parabolam Christus, dixitque *Arborem fici habebat quidã plantatam in vinea sua, & venit quærens fructum in ficu hac, & non inueniens dixit succide illam, vt quid terram occupat?* Non sistit in materiali ficu sensus, transit ad homines, quos eruditurus venit Christus Dominus. ficus hęc homo est, cuius bona opera cibus Christi sunt, pęnitentia pabulum; hęc exquirebat Christus, ast vbi non inuenit mandat excidium. ibi securis collimatur, vbi sterilitas succrescit. hinc Theophilatus in hunc

Venus rarius visui nostro se præsentat & quare.

D. Ambros.

Tertull.

Gregorius.

Matt. 3. 8.

Euomat peccatum peccator.

D. Greg. Occasio peccatoris tollenda.

Luc. 13. 6.

Teophilat

hunc locum. *Siquidem fecerimus fructum; sin minus, non vltra relinquit nos in vinea sua, sed exeat à mundo, vt non frustrà occupemus locum.* Peccatorem enim quis videns diù differentem; *offenditur, & peior fit, & sic inuenitur peccator, nequè ipse fructum faciens, & alium quoque impediens, nè fructum faciat.* en peccatoris proprietas, fugiamus ab eius vmbra, quæ veneficium stillans, alios à bonorum fructu operum exiccat. excinditur, eradicatur arbor infrugifera, ex quo patet, cur peccatores Israelitas videns Ioannes Baptista dixit. *Securis ad radicem arboris posita est.* Missa securis, arborem infrugiferam excindit, ad hanc arborem securis mittitur, ergò excinditur, vt fructum non ferens, vt sterilis. hæc autem arbor peccatorem designat; peccator igitur infruger est, ac ad bonorum operum fructum aridus. assentitur D. Aug. lib. de contritione cordis tom. 9. *Anima peccatrix arbor infructuosa est, talis autem arbor digna est securi, & igne, digna, succidi, & incendi.* Adeo infructuosus est peccator, vt vel arido ligno compararetur. lamentabantur Dominum ad Crucem raptum, potius à voluntate sua, quam à Phariseorum rabie mulieres; quas increpans Iesus, vt sentit Teophilatus, dixit. *Nolite flere super me.* Luc. 23. mutate lacrymas filiæ Ierusalem, lubens patior, propero ad infamiam, sed, vt, vel infamia à Diabolo præparata, diabolum illudam; adducor, sic sæuiente, ac incitante sathanæ spiritu Iudeorum corda in medio latronum, vt vnus ex his veluti infamis crucifigendus. statuor in medio peccatorum, vt ipsorum culmen, sed apto infamiam, & la-

Matt. 13. 10.

Arbor infrugifera exciditur.

D. August.

Luc. 23. 18.

A queum inijcio Diabolo, & peccatorem vnum ex his rapiam, & eum cui Satanas iam præparauerat ignem, transferam ad paradisi ver. docet hæc Thophilatus, dicens. *Diabolus volens Dominum magna infamia aspergere, facit crucifigi cum eo, & latrones: sed vide quomodò, & vno priuatus sit, & hoc ad maiorem Domini gloriam cesserit.* quapropter nolite flere super me. Sequitur Iesus, & inquit.

Christus cur in medio latronum crucifixi voluerit Teophil.

B *Quia si in viridi.* vel vt legit Græcus. *in humido ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?* aridum lignum vocat peccatorem, qui radices fixit in terra. cur aridum? equidem, quia ariditas sterilitatis mater est, vndè infrugifer est impius, accinit idem Teophilatus in hunc locum, dicens. *In vobis populo, inquam, arido, ligno sterili ab omni viuifica iustitia, & nullū fructum afferente, quid non facient?*

Græcus.

Teophil.

C Agit de peccatoribus Isaias. cap. 65. eosque pueros indubitāter vaticinatur, & affirmat dicēs. *Quoniam puer centum annorum morietur.* vbi Lyra ait. *morietur morte æterna.* ast insolens hæc videtur, & inepta loquutio, decrepita est centum annorum ætas. vt quid igitur puer est, qui centum perdidit annos? nunquid repuerascunt senes circeis offulis? absit. vt quid ergò, puer, ait Isaias, centum annorum? agit hic Propheta de peccatoribus, vt contēdit citatus Lyranus, non enim, ni ad obstinatum peccatorem mors accedit æterna, & ait lactentem puerum, quod firmat D. Antonius Patauinus inquiens. *Peccator mammillam fugit Diaboli.* en quam puer lactens est, nec abesse scit à Sathanæ mamma, Quid de pueris dici possit, docet Philosophia; ijs minime neganda est poten-

Isaias 65. 20. Liranus.

D

D. Antonius Patauinus.

potentijs completa anima, habent intellectum, non deest voluntas, vt quid ergò non operantur hæ potentiæ? Respondent Philosophi, quod licèt intellectus noster, & voluntas in suis operationibus, à sensibus non pendeant, & organis corporeis, potest etenim Deus facere, vt intellectus habeat puras intellectiones, & voluntas volitiones, etiam impeditis sensibus, organisque corporeis, à quibus habet phantasmata, vt operentur, tamen pro statu isto, propter ordinem potentiarum dependent ab organis benè dispositis, quod si hæc disposita non sunt, vacat ab operatione anima, non intelligit intellectus, infœcunda actu est voluntas. in puero autem, organa indisposita sunt, ex quibus accipit phantasmata, ideò operationis fructibus caret anima pueri. ex quibus cur puer, & lactens dicatur peccator patet. puer fructibus operationis vacuus est, vacat ab operibus. vt sciamus igitur peccatorem infrugiferum, illum puerū vocitat *Isaias*. *Puer centum annorum*. Quo tetendit D. Basilius hom. 10. in ps. 37. dicens. *In virtuosè agentibus spiritus promptus est caro infirma. In victis verò, caro attollitur, corroboratur, & prævalet, infirma autē est, & debilitatur anima.* quasi non operatur anima carne impedita, torpescit à bono opere, sterilis est, & infœcunda. Serit in eam Spiritus Sanctus, quæ nusquam in salutaribus auxilijs pigra est; sed in arenam recipit semina impius, vndè siccantur. quapropter perpendens hanc iniustè animæ sterilitatem noster Hoseas, notat Israelitas sub vmbra infrugiferarum arborum stetisse, &

Pueri cur non operentur.

Anima per se in suis operationibus non pendet à sensibus.

D. Basil.

A ait. *Subtus quercum, & populum, & therribinthum.* vndè D. Hieronymus. *Sacrificabant subter quercum, & populum, & terribinthum infructuosas arbores, ficum, & vineam non habentes, sub quibus sanctus requiescere dicitur.*

ANVLVS XXXXIX.

B *Qui à Deo abit terrenis affigitur, eaque diligit.*

Super capita montium, &c.

DIstant tenebræ à lumine, eadem regio comune vtrisq; hospitium esse nō potest. malum non erit, si bono copuletur. abit bonitas, malo coniuncta; diffitum

C est, nec copulabile vtriusque imperium. nulla pax arridet inter illa, quapropter dixit Philo Iudeus lib. de profugis. *Oportebat autem diuersas regiones rebus differentibus attribui, bono cœlum, malo terra confinia, Itaque bonum superna petit, etiam, si non nunquam ad nos descendit, quia Pater eius est munificus; sed meritò cupit sursum recurrere. Malum verò hic permanet à diuino Choro remotum, quam*

D *longissimè aberrans circa vitam mortalem, cum non possit morte sua mortale genus relinquere.* descendit ad nos Spiritus Sanctus, cui bonitas attribuitur; sed ignis, sursum semper petens, nescit enim bonum à cælo abesse: ast concidit mali Caini vultus, vbi primum factus est malus. hic in malis bona querens, distans à Cęlo, à quo vti malus ruerat, cum enim quis à cælo abest, ab illoque bono, in malis stolidè

Philo.

Bonum semper ad cælum tēdit.

ſtolidè bona quærit, maliſque vt bonis delectatur terram aſpiciebat. Peccauit Saul, & vel Deũ arguere voluit eiuſquè Decretum corrigere, quo Amalecitarum excidium imperauerat. Sanè ſo præceperat omnium, etiam bonorum diruptionem, at obſtitit ſuperbus Rex; Regem, & meliora ſeruauit. audio Saulem non pænitentem, ſed peccatum excuſantem, dicentemque. *Pepercit enim populus melioribus ouibus, & armentis, vt immolarentur* Domino Deo tuo, *&c.* vbi Teodoretus. *Infelix, cum Deus, iuſſiſſet punire, miſertus eſt, & cùm* Deus *morte damnaſſet, ipſe, vt exiſtimauit, vitam tribuit. non fuit ergò paruum eius peccatum, ſed maximum.* Proiecit quapropter eum Deus, ipſomet recedente. *Sed* quid tunc Saul, loquitur ad Samuelem? *Peccaui, ſed nunc honora me coram ſenioribus.* Agnoſcit peccatum, ſed non pænitet. fatetur delictum, ſed ſeruat, vndè inquit Toſtatus in hunc locum. *Iſta pænitentia fuit ficta; nam ſi Saul verè doluiſſet quod peccauerat, cum antè hoc ſibi conſcius eſſet delicti ſui, doluiſſet; ſemper tamen excuſauit, & ad vltimum defendit, dicens, ſe non feciſſe illicitum; nunc autem, cum confeſſus fuerit, videtur quod fecerat ob aliquam vtilitatem.* permanebat in peccato auerſus à Deo, ſed quid tunc? en quid ait. *Honora me coram ſenioribus.* non cogitat de placanda iuſta Dei ira, ſed inhiat ad honores, cur hoc? O auerſus erat à Deo, dereliquerat Cæleſtia; his affigitur, quę hic ſunt, terrenis honoribus vult ditari, depauperatus cęleſtibus, quia, qui, à Deo recedit, his,

1 reg. 15. 15.

Teodoret.

Toſtatus.

A quæ in terra ſunt affigitur, & delectatur; occurrit his Diuus Bernardus in illud Matt. *Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumus te,* dicens. *Nunc autem honora me coram populo. Ad quid ſibi hac honoratio miſerè eccine erit tota illa ſupplicatio Peccaui, ora Dominum pro me. Vix dixerat, Peccaui, Dauid; reſponſum illi eſt, Dominus tranſtulit peccatum tuum à te. Sic nimirum, ſic vſque hodie dilectiſſimi; cuius ad alias conſolationes mens inhiat, & penitus in caducis, & tranſitorijs non renuit conſolari, ipſi ſibi profectò cęleſtis ſubtrahit gratiam conſolationis.* Derelinquit Deum, qui terrenis figitur vtinam, & non figeretur; ſed ad Deum, vt peccat, redderet. Verum hoc ambit peccator, vt hæc, quæ bona videntur, hic habeat, vbi à Deo receſſit. *honora me.* inquit, quærit honores ſemper vituperijs afficiendus, hi honores ignominiæ ſunt alimenta. honores hi putati ſunt non veri, ficti non ſolidi; ſed etſi tales ad hos vertitur peccator, quęque videntur bona relicto Deo hæc amplectitur. Poſſeſſionem emptæ Primogenituræ à fratre Eſaù ingreſſus Iacob; Primogeniti benedictionem accepit à Patre; qui à ſenectutis grauedine ſtimulatus, currebat ad ſepulchra Patrum. eiulauit hoc accepto Eſau, dixitque Patri ſuo Iſaac. *Nunquid non ſeruaſti, & mihi benedictionem?* Geneſ. 28. aperuiſti ne Pater, itá manum tuam in Iacob, vt nil mihi ſeruares. ò Pater, num totum cordis theſaurum effudiſti? præmit Diuus Bernardus loco iam citato Eſau Verba, & ait cur in dubiá vertit Eſau vocem ſuam?

Bernardus

B

C

D

Geneſ. 28.

cur ansius animus eius est? quid est, quod non firmat mentē, stringit, arctatq; Patris Amorē benedictionem quærens? quid est quod nō cogit ad benedictionem dicēs. *Iuste, vt benedicas Pater*: sed ait *Nunquid non seruasti, & mihi benedictionē?* proh peccatoris insaniā, voluntatē volitantē. dubia loquitur voce; quia dubius animus vertitur alio, dereliquit Deum, non currit ad altam benedictionem, non pulsat ad illam B assiduo; sed illicò ad terrena vertitur; audiatur D. Bernardus. *Pretiosa siquidem diuina consolatio est, nec omninò tribuitur admittentibus alienam. Infelix tu Esau qui dixisti, Num vnam benedictionē habes Pater? quare melius erat dicere cum Propheta. Vnam petij à Domino hāc requiram. indignus enim benedictione cælesti conuincitur, qui dubio quærit affectu, duplici petit intentione, aliud sibi refugium parans, si fortè eam obtinere contingat.* C Fratris Abel Sanguinem inter se posuerat, & Deum Cain; quid tunc? nunquid lacrymas hausit, sanguinem detersurus? nequaquam, nunquid ad Dei cucurrit amorem, vt propriam deterreret, & effugaret iram, ob quam à Cęli palatio fuerat expulsus? haud quidem. Sed ad vitę amorem se conuertens inquit. *Omnis, qui inuenerit me, occidet me.* D Veram vitam dum dereliquit, propriam, quæ potius mors dicenda est, quam vita, amplexus est, & dilexit. quia qui Deum derelinquit, amat quæ Deus non sunt, & peritura. illa delitias arbitrās, quæ angustias parient ęternas, ita Sanctus Bernardus ibidem. *Maior est iniquitas mea, ait fratricida primus, quam vt veniam merear, Quid ergò? Renuat consolari anima tua, si veniam non meretur: hoc solum plange, Aliud nē cogites quidem.* Sed inquit Cain, *omnis qui inuenerit me, occidet me. Graue, scilicet, damnum, grauis iactura. premit corpus; quandoquidem anima perijt, sed occidendum se se causabatur, infelix, tanquam pro magno beneficio habiturus, si prohibebatur occidi; quod, & factum est. consolationem miseram obtinuit, quam quærebat, & oblitus est, consolationis maximę, pro qua multò studiosius supplicare, & remedium quęrere oportebat.* incuruatur voluptatibus, qui à recta Dei regula declinat, vel à fructibus cognosco peccatoris arborē. Adsit directus a Deo primus noster parens; en dat luci primum tenebrarum filium; huncque appellat Cain. expeto, cur non Abel, primus peccantium fructus conspicitur; quandoquidem Abel luctus interpretatur; luctumque parit peccatum, semper ad affligendum pronum. homo dum desciscit à Deo parit Cainum, qui dicitur, & interpretatur mundi possessio; quia vbi peccato, separationem struit inter se, & Deum, delitias mundi, possessionem vendicat. vndē Diuus Augustinus. *Vertit se ad terrena, qui Dei amorem contemnit.*

En Iudas, vix peccat, vix Deum derelinquit, & dicitur à Domino. *Diabolus. Vnus ex vobis Diabolus est.* Absit Domine; quid est hoc? si Diabolus Iudas est, vt quid illi lauas pedes, das offulam, præbes teipsum, anhelasque ad conuersionem. Nunquid non desperatus est Diaboli casus, & incurabilis plaga? ad q̄d igitur medicamēta aceruas si Diabolus Iudas est? accedit D. Bern. in

Margin notes: Bernardus. — Genes. 4. 15. — D. Bernardus. — Adami primus parens cur Cainum, — Augustin. — Io. 6. 70.

Iudas cur dictus diabolus. In Declarationibus interpratâs; A ſiue dans diaboli Ethimologiam. inquit ille. A, duobus vtiq; bolis Diabolus dicitur, & bolus, quælibet, quæ aliquem hic delectant, terrena, ſignat. ex quo patet, quid in his verbis docere voluerit Chriſtus. agnouit Iudam peccatorem, ſtatimq; Diabolum dixit ſcilicet bolis, hoc eſt, delitijs, datum, quod ſi vbi recedit peccator à Deo, ſtatim delitijs conceditur; *Diaboli interpretatio.* equidem concedendum B eſt, poſt Dei receſſum, vilia iſthæc cor humanum occupare; *D. Bernar.* Accinit Sanctus Doctor, dicens. *Vnus inquit ex vobis Diabolus eſt. A duobus vtique bolis, Diabolus dicitur, & Iudas non loculum, ſed loculos habet. Vtinam ſaperes miſer, & intelligeres, cum theſauro pecuniæ, theſaurum ire, pariter cumulari.* ex quibus, cur ad montium excelſa rapiatur, cur ſub vmbra. quercus terribinthi, & populi ſedeat fatigatus in peccando, ſapere poſſumus. excelſum reliquerat, & excelſa terræ ſcandit. veritatem eiecerat, & illicò ſedet ſub vmbra. quia, quicunque Deum derelinquit, aglutinatur terrenis. Si vides ad honores, Dignitateſque inhiantes; dic receſſiſſe ab honore filiorum Dei, ſi attendis pacis inſidiatores, vt proximum conculcent, affirma alienos à pace, à Deo. ſi pæcuniæ conſpicis amatores; dices expulſos à Ciuitate Dei, quæ obrizo auro effulget, *Hieronim.* hæc prædicat Diuus Hieronymus dum Iſraelem raptantem videt ad montes, ſedereque ſub vmbra, & ait. *Iſrael ſacrificabat in montibus, & in collibus adolebat incenſum, excelſa terræ diligens loca: quia excelſum reliquerat Deum, & vmbram quærens, perdiderat veritatem.*

ANVLVS XXXXX.

Non ſufficit latens aſylum, dum peccat peccator; ſtat in aperto inuerecundus, & impudens.

Verecundiæ laudes, non vnica finit lingua. ò quam pulchra gemma eſt, quam ſplendida verecundia. hæc eſt, vt Diui Laurentij Iuſtiniani verbis vtar. *D. Laurentius Iuſt.* cap. 3. de timore lib. de ligno vitæ. bonæ nuntia ſpei, bonæ indolis index. Omnis turpitudinis fuga eſt, ſoror eſt hęc continentiæ. Nullum eſt ità manifeſtum ſignū columbinæ ſimplicitatis, & interioris teſtis innocentiæ. Eſt; & lampas pudicitiæ, ità iugitèr lucens in mente, vt nihil in eà turpè, vel indecorum reſidere permittat. C Nam ipſa ſpiritualis, & commendabilis verecundia, eſt gloria conſcientia, famæ cuſtos, vitæ Deus, virtutis ſedes, virtutū primitię, naturæ laus, & cauſa totius honeſti. Diametra verecundiæ impudentia eſt, hæc tuba ſcelerum, laus culparum, perfectio impietatis, animi dedecus, frons Diaboli, deſperationis ſcopulus, crudelitatis ſignum, nouerca, & venenum virtutis. hac tandem D munitur peccator cum Deum contemnens, venerit in profundum; peccat publicè, & laudes, è malefactis aucupatur, futura proſpexit, dum præſentibus orbabatur Ioannes Apoſtolus, nec impium ſuper exaltatum, diù poſſe permanere, vidit in illis equis, quos Apoc. cap. 6. enumerat, attendo, ex his alium. *Ecce* inquit. *Apoc. 6. 8.* *Equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum nomen illi mors, & infernus*

fernus sequebatur eum. Varia in hoc textu fodiunt Doctores, accipio Diuum Chrisostomum, qui multis in locis peccatorem equũ appellat, super hunc equitat mors; quia vbi peccat peccator, morti statim succumbit. peccatũ sequitur, non antecedit infernus. quis enim peccaret, aut post peccatum ad Dei misericordię tribunal, non confugeret, si infernum spectaret. insidiatur, & dum post terga ambulat, retro cadentem peccatorem deglutit. hoc noto, cur pallidus dicatur peccator. *Et ecce equus pallidus*, nunquid pallor sanguinis expers non est? quis negat, & tamen scimus in sanguine natantem peccatorem. quandoquidem sanguis peccata in Sacra Scriptura dicũtur; vt dicebat Dauid. *Libera me de Sanguinibus Deus Deus Salutis meę*. Quid est, quod ibi pallor describitur, vbi totum rubricat sanguis? hauriam Mysterium ex his, quæ de cõtraria Impudentiæ verecundia, aiunt Sacri Doctores; dicunt alij, pudorem, siuè verecundiam singularum virtutum comitem. ità *D.* Ambrosius de Virgine dicens. *Vbique Virgini comes singularum virtutum est pudor*. Da verecundum, & dò omnium virtutum facile decorum animum. vndè Christus, qui nedum virtutibus decorus erat, sed ipsa virtus, rubicundum, scilicet, verecundum manifestauit sponsa dicens. *Dilectus meus candidus, & rubicundus*. quandoquidem rubor verecundiæ, & pudoris inditium est, qua de re dixit Seneca Epist. 11. *Bonum in adolescente signum est, cum illi ex alto rubor suffunditur, magis iuuenibus apparet, quibus, & plus caloris est, & tenera frons, veteranos nihilominus, & se-*

D. Chrisost.

peccator cũ peccauerit

psalm. 50.

Ambros.

Cant. 5. 10.

Senecá

A *pes tingit*. Verecundia fugatrix scelerum est, vides verecundum Publicanum, & iustificatum, sic de illo Christus. *Descendit hic iustificatus*. Totumque verecundiæ concedit D. Ambrosius lib. 1. de officiorum cap. 19. dicẽs. *Est enim verecundia pudicitię comes, cuius societate castitas ipsa tutior est, nonnè hęc prætulit publicanum, & commẽdauit eum, qui oculos suos non audebat ad Cęlum leuare*. De hac sic

B Xenophon de instit. Cyri. lib. 8. *Non modo magistratum, sed etiam illos, quos non metuunt, magis reuerentur homines verecundi*. En pudoris bonum, omnes timere, reuereri omnes docet. nescit esse audax pudor, suffunditur illicò pudore, velatque sanguis vultum animi cogitantis malum. rubori contraria est pallidita, hęc sanguinem impedit pariete vultus, & inuerecundiæ symbolum

C palliditas est. Quod si peccator dicitur equus pallidus, & palliditas omnem excutit verecundiam; audax est, & impudens. Et concedendum est, peccatorem ex peccati assiduitate tandem fieri inuerecuudum, & impudentem. his concordat Greg. Nax. in carmine primo dicens.

Sunt scelerati homines vitę certissima pestis.

Qui claros virtute viros, nomenque colentes,

D *Aethereum persanctè odio insectantur acerbo*

Nec grauis horrentes qui tormenta futuri

Nec quidquam voces hominum, vultusque verentes.

peccant, nec verentur quemquã inuerecundi sunt, & impudentes sunt, vitijs studentes. Arguit Ierusalem Idolis seruientem Deus per Prophetam Ezzecchielem,

&

Luc. 18. 14

D. Ambros.

Publicanus cur iustificatus.

Verecundia salutis comes.

Xenoph.

Greg. Nax.

Ezzech. cap. 16. & inquit cap. 16. *Ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cunctis plateis*. vbi, sic glosa. *Describitur Ierusalem sub persona mulieris, quæ post multa mariti beneficia, fornicata à viro recedit*. laudo typum, non refugio similitudinem, sed quid est, quod in plateis dicitur fornicaria hæc ędificasse lupanaria? absit, vt in ciuitatis plateis, vbi seniores morigeri consilia ferunt, spectaculum faciant comptæ meretrices. nunquid Ciuitatis opprobria, & feces meretrices non sunt? his occultiora statuuntur loca; non erit fex in protopatulo, quid igitur est, quod in plateis dicitur ędificasse lupanaria? scrutabor Prophetię mentem ex alijs de peccatore prolatis similitudinibus. Vaticinatur *David*, & ait. *Sepulchrum patens est guttur eorum*. Ps. 13. eadem refert *D*. Paulus ad Rom. 3. Adstupeo, non enim filio respondet Pater; aliud Christus profert, aliud David Christi secũdum carnem parens: quandoquidem *Dominus* noster peccatores arguens Phariseos, dixit quidẽ similes sepulchris, sed dealbatis, sed speciosis, quæ non auertunt, sed reuocant homines. si dealbata, si operta, si speciosa sepulchra peccatores sunt. Mtt. 23. 27. *Similes estis sepulchris dealbatis*. Quid est, quod aperta prędicat Propheta? *Sepulchrum patens est guttur eorum*. Dicam. Duo sunt peccatorum genera; sunt alij, qui peccant, sed non omninò Dei, vel seruilem timorem ab animà expulerunt, timent, afficiunt pudore; peccareque putant malum, vti est; & proptereà cęlant silentio, bonisque exterioribus actibus, quod perficiunt in occulto: alij qui de iniquitate gloriantur, nefas putant, si nefas cęlant:

P. Franc. de Franch. in Hos.

A culpam existimant, ni culpentur publicę; hi audaciores semper in peccatis, totam dissipant verecũdiam, diffundunt, ignominiam; sed aspicio impudentiæ symbolum. *A*dpinxit quidã sepulchrũ cadaueribus plenum, & fætens operculo carens, & inscripsit. *Impudentia*. vndè colligo, idem esse sepulchrum apertum, & peccatorem impudentem. si igitur David peccatoris guttur, dicit Sepulchrum sinè operculo;
B & hoc signat peccatorem impudentem; absque dubio perseuerans peccator, tandem omnem propellens verecundiam, & pudorẽ, fit inuerecundus, & impudens. *Impudentiæ symbolum Sepulchrũ apertum.* firmat Origenes lib. 3. in 3. Epist. ad Rom. dicens. *Orig.* *Sepulchrum patens est guttur eorum, Diuersa in his humani generis peccata describit, Omne Sepulchrum immunditiã defuncti cadaueris contegit; vndè Do-*
C *minus in Euangelio de Scribis, & Phariseis dicebat, quod essent sepulchra dealbata, quę foris quidem speciosa videantur hominibus, intus autem plena sunt omni immunditia. Videtur autem Paulus in hoc loco, maius aliquid in istis, de quibus sermo est, ostendere criminis; cum eos Sepulchrum non tectum nec coopertum sed patens appellat. clausa enim sepulchra dicuntur ij, quos aliquantulum pudor cohibet, palam delinque-*
D *re, & proferre in publicum crimina sua. Patens verò sepulchrum dicuntur ij, qui immunditias suas, & impuritates in protopatulo habent*. diffundunt aperta sepulchra fætorem, & ostendere cadauerum, vermiumque spurcitias, non erubescunt. Ducet hoc peccatorum simulachrum ad intellectum eorumdem; cum meretrices fabricantes lupanaria, in plateis à Propheta dicuntur. meretrices scelerum

lerum fomites ſunt, & ignis accenſus; tunc in plateis lupanaria erigunt, cum frequentiam hominum non erubeſcunt. Quod ſi anima peccatrix, meretrix in plateis dicitur; conſequens eſt peccatorem in tantam petulantem veſaniam ruere, vt peccatorum ſuam efferat impudens vocem, & tuba fiat inuerecunda voco ad hæc firmãda Origenem Ezzecch. locum ſic diſpungentem. *In communi vita ſunt aliquę meretrices, quæ fornicantur cum verecundia, latere cupientes; aliæ verò, quę non ſolum pudore delicta non velant, ſed cum omni ſe procacitate proſtituunt: ideò aſſumpſit exemplum animę meretricis in peccatrice iſta Hieruſalem, & ait, eam ſimilem factã mulieri fornicarię peccatis, & fornicatione ſua ſępè à nobis talia committuntur; qui enim vincuntur à peccato, & peccantes latere deſiderant, ſimilia faciunt meretrici erubeſcenti; qui enim cum omni procacitate delinquunt, nihil curantes, de Epiſcopo, de Presbytero, de fratribus ſimiles ſiunt meretrici cum fiducia proſtitutę.* ad hanc inuerecundiam aſpor tat aſſiduitas in peccatis. ferè sẽper impudẽs fit, qui neſcit aliã, ni peccatorũ calcare viã; & aſſuetis nõ fit paſſio, imò adeò impudẽtes, pcceſq; fiunt, vt nec Deũ timeãt vt nec homines reuereantur. eſt puer amor, tẽdit ad aſſiduũ augumentum. contemplor Dei verba amorem ſonantia, quę creſcunt aſſiduò ad myſterium. expectauit proditorem diſcipulum in horto Gethſemani Dominus meus Ieſus Chriſtus, qui ſpontaneus, vltroneuſque currebat ad paſſionem; amplexus non vitauit, accepit oſculum, dixitq; amicum. *Amice ad quid veniſti.* fallor, ni Dei inimicus ſit Iudas, ni iuſtitiã punitiuę ſignum, ni Deo odio ſit. nonnè preſcitus, & reprobatus? quis ambigit? cũ certò ſciat, Deus flammis addictum æternis? quid eſt, quod dicitur. *Amicus.* Amicos copulat Amor. Reprobos Deus odio habet. firmat Apoſtolus Paulus, qui de Reprobo fratre loquens, inquit voce Dei. *Eſau autem odio habui.* Eſau ſodalis eſt Iudas; odio, quapropter ſequitur illum Diuina vindicta. vt quid dicit Amicum Chriſtus? *Amice, ad quid veniſti.* Dei pronuntiatas à Sacris Doctoribus proprietates adducam, vt agnomẽ Iudæ aſſequar. Nota eſt apud Lucam Euangeliſtam cap. 28. vidua illa, iniuriam ab aduerſario paſſa: hæc Iudicem adijt, qui nec Deum timebat, nec hominem reuerebatur; cur non floccipenderet derelictam viduam? aſt acceſſit, rogauit, redijt, clamauit vindictam, non exaudita, non deſtitit, gemitus multiplicauit, eiulabat ante fores, repulſa non abibat; *Vindica,* dicebat, *me de aduerſario meo,* quid tandem. Iudex victus importunitate, & vt ita dicã, impudentia, ſubſcripſit rogationi audiatur Lucas. *Iudex quidam erat in quadam Ciuitate, qui Deum non timebat, nec hominem reuerebatur. Vidua autem erat in ciuitate illa, & veniebat ad eum dicens. Vindica me de Aduerſario meo, & nolebat aliquandiù. poſt hęc autem, dixit intra ſe, quamquam Deum non timeo, nec hominem reuercor, tamen, quia moleſta eſt mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne tardem veniens ſuggillet me.* explicat parabolam Teophilatus, totamque dat orationis viribus; quæ, ſi aſſidua erit; ſi non laſſeſcet, & bona impudentia fatigat. (ſi ità loqui conceditur.) Deum, qui delectatur oratione noſtra,

Orig. Peccare in plateis quod ſit.

Matt. 26. 50.

Rom. 9. 13.

Luc. 28.

Teophil.

Oratio aſſidua obtinet.

nostra, tandem exorabit. adest ille. *Postquam mentionem fecit afflictionum, & periculorum; nunc subdit, quomodò in illis saluemur. curantur enim oratione perseuerant, & sollicita; nam ventura sunt hęc omnia. cęterum magnum auxilium in his fert precatio, modo perseuerans sit, & continua, oportet enim nos considerare, quomodo iniusti Iudicis pertinaciam, sedulitas viduę fregerit, si enim omni malitia repletum, neque* Deum, *neque hominis reuerentem perseuerantis oratio emulsit; quanto magis nos Patrem misericordię monebimus, etiam si cunctetur non nihil.* docet hæc parabula orationis perseuerantis vim, verùm, quod premo, *illud est:* quis nam sit Iudex iste, qui nec *Deum* timet, nec reueretur hominem, nunquid Deus? ità inquit ex multorum placidis Teophilatus, reuoco illum. *At tentarunt quidam parabolam hanc curiosius exponere. Viduam enim dicunt omnem animā esse, virum autem dimisisse, quem prius habuit Diabolum, & propter hoc illum habet aduersarium semper assistentem sibi; ipsa autem accedit ad Deum Iudicem iniustitię, hoc est condendantem iniustitiam, qui neque Deum timet, ipse enim Deus solus non habet quem timeat alium; sed neque hominem reueretur, Deus enim personam hominis non recipit: huic viduę, quę dum orat continuis precibus propter aduersarium suum, Deus miseratur.* Seligo hos Dei mores ex dictis his, scilicet nec Deum timere, nec hominem reuereri. en quam liber. certum autem est, amicos moribus proprijs consimiles eligēdos. quod si amicus dicitur *Iudas*, ergò similes aliquatenus cum Deo mores, dico audacter, habet; hac distantia solū interposita. Deus in bonū,

A Iudas in malum; Deus in bonum non timet *Deum*, nec hominem reueretur, & *Iudas*, vbi de malo agitur, vbi de peccatis insurgit iurgium, adeò impudens est, vt nec Deum timeat, nec reuereatur hominem. Deizatur, vt ità loquitur impudens impius in impietate. Deus erat, & homo Christus, tradidit illum Iudas, nec Deum, nec hominem timens, aut reuerens. tetigit isthęc D. Bernar-
B dus in declamatione dicens. *Nā impudentia, & frontositas, cum obduruerit, vt non paueat, & horreat, non contremiscat, ea iam demum desperatio est. Quid, enim horum cōscius homo; tanquam, qui iustitiam fecerit, Diuino se se vultui sistere, nō veretur; tāquam domesticus intrat, & exit, magistrum salutat, genua flectit, osculatur ore Sacrilego, dolosè agit sed in conspectu Dei, vt inueniatur iniquitas eius ad odium.* En,
C vt non reuereatur magistrum hominem, non pauet, non contremiscit nec *Deum*, quandoquidē, vt iustus, sistitur antè Deum, & peccat. sequitur Bernardus. *Odibilis planè Deo frontosa temeritas, & execranda impudentia.* Hęc sunt peccatorum ornamenta, his pōpam facit, impudentia assurgit, in inuerecundia deliciatur. ex quibus Propetiæ peccata Israelis notantis inuestigo mentem. Pec-
D cat Israel, adolet Idolis incēsum, non in antris, non in templis, nō domi, sed in montibus, nec simpliciter in montibus, sed super capita montium; vbi, nec quid quod eos cælet, sit. vt hinc sciamus peccatorem peccatis assuetum, tandem in vitijs suis gloriari, fierique inuerecundum, frontuosum, & impudentem. ita Rupertus Abbas. *Super capita &c. Et notanda est super hec vaga licentia,*

Peccator quodammodo Deizat.

D. Bernardus.

Rupertus.

siue licentiosa fornicationis huiuscè vagantia. Non dixit in angulis, aut in cubilibus sacrificabant; sed super capita, inquit, montium, sub diuo, in publico, subter quercum, subter populum; non propter metum alicuius necesse haberent subtegi, saltem ramis, & frondibus, sed quia bona erat vmbra eius.

SECTIO XIV.

Crux signum, & vexillum ab omnibus meritò magnificanda, encomijs celebratur.

Super capita montium &c.

CVncta sunt peruersa peruersis. vel quod optimum est, aut optimi signum, digerit in malum. creauit Deus arbores in Paradiso terrestri ad hominum; tũ cibum, tum delitias, ex quibus ad Cęlicas transferendus erat, quid Diabolus? easdem aptat sibi, fallensque ipsarum vbris, ad vmbrosa trahit mortis, & tenebrarum, vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. claret D totum in nostri Hoseæ Sanctissimi Prophetę vaticinio; cum inquit. *Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thimiama, subtus quercum, & populum, & terribinthum; quia bona erat vmbra eius.* Sed nunquid non terribinthus Crucis erat figura? & ità quercus? firmant Sacri Doctores apud lauretum. aufero ab impijs nostra; & subtus Therribinthum Crucis, in monte Caluariæ exaltatæ, offero Deo meo Crucis laudes; quiesco sub eius vmbra, quæ bona est; ad quam properando. D. Andreas Apostolus, aiebat. *O bona Crux.* & verè bona, quę tantam bonitatis mensuram claudit, tantamque præcellentiam, vt intellectus ad eam, capiendam sit paruula amphora. Noto illud Abacuc. cap. 3. vbi discurrens Propheta de Christo Domino pendente in Cruce, inquit. *Cornua in manibus eius*, communitèr Sacri Doctores, vti Rupertus, D. August. Remigius, Altissidior, inquiunt, hoc loco, Cornua, nihil præter Crucem significare. Sed cur in cornibus signatur Crux? Dicam. Dominus Deus noster, qui semetipsum exinaniuit, & formam serui accepit, voluit tandem regnare: regnauit autem in cruce, vt cantat Ecclesia. *Dominus regnauit à ligno.* & eius Regnum nõ fuit angustum, sed dominatus est à mari, vsque ad mare, & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum; in cornu autem Regnum significatur, vt passim habetur in Sacra Scriptura. & Zacch. 1. quatuor mundi imperia, quatuor cornua appellantur; quia igitur omnium Regnorum mundi, & Cæli declarari voluit in Cruce Rex filius Dei; & à Diabolo mundi Regnum, per Crucem abstulit; ideò dum tenet Crucem inquit Abacuc. *Cornua idest, Regna in manibus eius.* ac si omne Regnum, omnis potestas in sola Cruce claudatur. prestò est his Remig. in Abacuc. dicens. *Cornua, bracchia dicit Crucis, in quibus bracchia* Domini *extensa, & manus clauis affixa sunt. Cornua ergò dicit in manibus eius, hoc est vexilla, & trophea Crucis. & notãdum,*

Andreas Apostolus.

Abacuc. 3

Ecclesia

Cornu crucem, & Regnum significat.

Zacch. 1.

Remigius.

Omnia Regna in vna Cruce possidit Christus.

Remig. *dum, quod cum manus Domini in crucis cornibus affixa ſunt, non dicit manus eius in cornibus, ſed cornua in manibus eius; ipſam enim crucem, imò ipſam mortem in poteſtate habuit, ſicut ipſe dicit, poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam.* & inferius *cornua ergo in manibus eius erant, quia licet pateretur pro nobis, poteſtatem accepit Regiam, imò, & per crucem ſuam dilatauit imperium.*

Rupert. Et Rupertus Abbas in capit. 3. Abacuc inquit. *Proindè, cum dicit cornua in manibus eius, non id ſolum nos attendere vult, quod cornibus,ſiuè bracchijs patibuli, confixæ fuerint manus eius; alioquin magis propriè, dixiſſet manus eius in cornibus; ſicut non ſic dicere ſolemus, crux in Chriſto, ſed Chriſtus in cruce fixus eſt; hoc magis nos perpendere vult, quod propter confixionem, qua cruci confixus, vel in cruce exaltatus eſt, omnis poteſtas, ſiuè omne Regnum, quod pro cornu ſignificari ſolet, datum eſt in manibus, ſiuè in manu eius.* En vti omne Regnum, in vna cruce epilogatur, aureus nummus crux eſt, multa argentea, & ærea continens. ò quam magna eſt crux in qua omne imperium clauditur, aſt non ſiſto; & pendo, cur potius cornua Crucis, quam bracchia crucis voluit nominare Propheta? ſi arbor crux, & Arbor decora, & fulgida; quid eſt, quod non ait, & rami in manibus eius, ſcilicet Chriſti, ſed inquit cornua in manibus? eſt notandum Chriſtum aſcendiſſe in crucem, ibique vocatum à Sanctis Doctoribus florem, vnde cũ

Cant. 1. ſponſa aiebat: *lectulus noſter floridus.* lectus hic, crux erat, vbi Chriſtus flos quieſcebat. & vere Chri-

A ſtus veluti flos germinauit in cruce. ſicut enim flos, dum abſconditur ſol, caput verſus terram inclinat; ità Chriſtus, vbi diuinitatis ſol nullos ad ſuſtinenda tormenta radios emittebat; ſed tantum humanitatem torm ẽtis ſeruabat; vndè dixit. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me.* inclinato capite tradidit ſpiritum, ità, crux illa Sanctiſſima, Chriſtum, vt florem in ſe habe- *Matt. 27. Chriſtus flos in cruce.*

B bat, tenebatque, & vt fructum, quem guſtans anima aiebat, *Et fructus eius dulcis gutturi meo.* *Cant. 2. 3.* mox ad antiquos. cornu, ipſi fingebant plenum floribus, & fructibus, & illo multa ſignificabant bona, vt enim inquit Ricciardus Brix. *Verb, cornu*, præſeferebat liberaliſſimam benignitatem, & largitionem effuſiſſimam, felicitatem, concordiam, pacem, annonam, hilaritatem, *Brixia.*

C denique ſignificabat quidquid lætum, & commodum humano generi eſſe poteſt, etiam felicitatem paradiſi præfigurabat cornu plenum floribus. quod ſi cornua, crux dicitur, vbi Chriſtus, vt flos germinat fructus ſalutis. & cornu non niſi paradiſum, & felicitatem, & quidquid lætum, eſt ſignificat; dicendum eſt in vna Chriſti cruce, vel ipſam gloriam, vel ipſum paradiſum ſi-

D gnificari. accinit his Diuus Bernardus ſermone. 2. de reſurrect. dicens, *Inueniemus nos in cruce gloriam, nobis qui ſaluamur, Dei virtus eſt, & omnium plenitudo virtutum.* extrà portam crucifigitur Ieſus, non capit Ciuitatis arctum crucis diuitias, teſaurus effuſus feras nõ ſuſtinet, omnia læta cornu Amaltheæ continebat, ſiuè ſignabat; & en cornua dicuntur *Paradiſus & gloria ſignificatur in Chriſti cruce. D. Bernar*

bracchia Crucis; quia, & gloria, & omnis virtutum plenitudo ipsa est.

Firmo ex ipso affixionis Christi in Cruce modo, ille etenim fuit clauis confixus. & quidē neque lex ista generalis erat; sed quandoque funibus ligabant in cruce. quod notauit ex Plinio, & alijs Iustus lipsius capit. 8. de cruce dicens. *Plinius inter magicas ineptias, spartum etiam è cruce numerat, idest sparteos funes; quid; quod B. Andreas ità alligatus, ait Abdias apertè, & causam etiam addit. Proconsul mandat quæstionarijs, vt ligatis manibus, & pedibus, non clauis affixus suspenderetur; quo diutino cruciatu deficeret.* Et Liuius ab eodem relatus lib. 1. inquit. *Arbori infelici reste suspendito funibus,* addo, congruentias magis Christo assignare funes, quam clauos. nam Ausonius, Cupidinem, quem Deum simulabat amoris, funibus in cruce adpinxit ligatum, & Christus amor est, vndè vbi nostra vulgata legit. *Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris nostri,* Græca lectio vertit. *Apparuit amor hominum.* Ergò funibus in cruce ligandus erat. Addo insuper Artemidorum apud eundem Lypsium affirmare (etsi somnolentia victus; in somnis) hominem, cum se crucifixum funibus somniat, proximum esse nuptijs; nonnè Christus sponsus sanguinum in cruce? nonnè vti sponsum coronauit mater sua Sinagoga spinis? ergò funibus ligandus erat. *Crucifigi*, inquit Artemidorus, *Viro celi, nuptias designat, ob ligaturam.* Quid est, quod Christus clauis affixus est in cruce?

Funibus ligabatur.

D. Andreas Apost. funibus in ligatus.

Clauis rur potius quam funibus confixi voluerit Christus.

ad titum 3 Græca lec.

Artemidorus Christus in cruce sponsus

A nunquid propter crucis amorem? amantium hic sermo est, Do tibi, assigno visceribus tuis animam meam, hinc oscula figunt, quia spiritus intimare volunt in visceribus. quid Christus, sciebat in scriptura dictū. *Anima est in sanguine.* Et ipse, in cruce; si anima in sanguine esse dicitur, compungar clauis, qui viscera crucis etiam punctrando transfodient, deferentque sanguinem B meum intra crucis viscera, cumque anima dicatur esse in sanguine, cruci dicam his gestis, O crux, in visceribus tuis pono animam meam; moriar, sed in amoris signum, vti decet, seruo animam meam in visceribus tuis. fortè, & huc spectauit dispositio Christi, vt crux sanguine Christi, anima veluti viuificata, alter ferē Christus esset, ast aliud intueor in clauis his mysterium; C quod eruo ex Isaiæ cap. 33. *Loquitur Propheta ad populum, & inquit. Respice Sion Ciuitatem solemnitatis nostræ; oculi tui videbunt Hierusalem, Ciuitatem opulentam, tabernaculum, quod nequaquam transferri poterit, nec auferentur claui eius in sempiternum.* Vbi Vgo Cardinalis, per Hierusalem interpræratur cælicam gloriam. *Oculi tui videbunt Hierusalem, idest Cęlestem Ecclesiam* D *in affluentia omnis boni.* Sed quid est, quod in cælesti gloria claui videntur? figuntur claui, vbi Dei potestas omnia aufert tormenta? Iuuat Riccardus Brixianus verbo, *Claui*, dicens. *Clauos à Hierusalem, non auferre, vt est Isai. 33 significat à felicitate firmitatem non tollere.* vbi igitur claui ibi perpetua firma, & ęterna fælicitas; quæ in sola cælesti

Christus vel animā Cruci quasi inuisceranis vt Christus crux diceretur.

Isai c. 33.

Vgo.

Brixian.

Claui felicitatis simbolum

Hierusalem esse potest; quod si Christus, cum certi sitam clauis signat, nec funibus in illa alligatur, & claui signa sunt aeternæ felicitatis, & Beatitudinis absque dubio, æternam felicitatem, & beatitudinem voluit in cruce demonstrari, qua, de re, ait D. Augustinus in serm. de Pass. *Crux Christi nobis totius causa beatitudinis est*, & Goropius in hieroglip. lib. 15.

Crux omnium felicitatum significat.

Quis abibit à Gloria, à Celo, quis discedit gloria, celum, crux Christi est. Erat inter Pharisæorũ cæteruam quidam nomine Nicodemus; hic rectè de Christi cogitans, non tamen à Iudaica peste omnino liberatus, noctè accessit ad Iesum, proposuit ei, quæ impossibilia videbantur Iesus, & tãdem dixit. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in Deserto, ità exaltari oportet filium hominis; vt omnis, qui credit in ipso non poterat, sed habeat vitam æternam*, in quibus verbis, de sua cruce loquutum Dominum, non est qui ambigat Doctorum; etenim serpens ille, exaltatus in Deserto à Moyse, veluti cruci fixus videbatur. Qua de re notandum est, populum hebreorum Dei beneficij magnopere ingratum, manna omne delectamentum habens, & saporem, aliquandò nauseasse; quapropter contra Deum, & Moysen acuit venenatam linguam; vndè dixit Dauid psalm. 72. *Posuerunt in celum os suum, & lingua eorum transiuit in terra*. Quia autem secundum mensuram delicti erit, & plagarum modus, serpentinas linguas ignitas que, ignitis serpentibus puniuit Deus vndè Lorinus in cap. 21.

P. Franc. de Franch. in Hos.

In Christi Cruce fuma Beatitudo. D. Aug.

Goropius.

Ioan. 3. 14

Ps. 72.

Lorinus.

A Numer. inquit. *In signum murmurationis contra Dominum, & Moysen, serpentum vtilis, atque illius percussi sunt hebræi*. Terribilius quid ingrati: glossa moral. qui maiestati pertitæ ius intercetur, Domini quibus corriga nitur, qui cumque murmurant. *Quamobrem misit Dominus in populum, ignitos Serpentes, per quos significantur Dæmones, quos Dominus permittit sæuire murmurantes sinuare.*

B Cucurrerunt ad Moysen Israëlitæ pœnitentes, bona est tribulatio, quæ tribuit intellectum; dixerunt. *Peccauimus, quia loquuti sumus contra Dominum, & te, ora, vt tollat à nobis serpentes*, numer 21. Orauit Moyses, exaudiuit famuli sui voces semper pius Deus, dixitque ei. *Fac Serpentem eneum, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, viuet.* Obediuit Moyses, erexitque serpentem.

C Inquirunt Doctores, cuius figuræ fuerit iste serpens, & aiunt Serpentes illos ignitos, quos Deus immisit in populum hebreum, fuisse alatos de quibus sic Lucanus, lib. 9.

Serpentis aurato nitidi fulgore
Dracones.
Pestiferos ardens facit Africa,
Ducit altum
Aera cum pennis.

D Serpens autẽ exaltatus à Moyse, iuxtà ea, que sentire videtur Oleaster, illos imitabatur, qui morsus infixerant, atque venenum transfudentes, adduxerant mortem: vndè si illi alati, & hic alatus erat; constat autem, quod vbi in ligno positus est serpens alatus, illicò crucifixi speciẽ pretulit. Christus igitur q̃ crucifigẽdus erat, inquit. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in Deserto ità*

Glos. mor.

Murmurans datur dæmoni. num 21.

Tribulatio penitentiam inducit.

num. 21.

Lucanus

A *exaltari oportet filium hominis.* Sed quid est, quod in serpente figurari vult Christus, dum crucifigitur? nonnè serpens malum, ipse bonum omne intulit mundo? Dicerem, vt ad Crucis amorem traheret homines, traxit primos parentes Dæmon auiditate scientiæ; arbor enim illa, arbor scientiæ nuncupabatur; & per serpentem sapientia figuratur, sic Brixianus in suis symbolis: quia igitur auidus sapientiæ erat, voluit Sapientia insignire Crucem, vt libenter properaret ad illam: verum alio vocor, edoctus à Valeriano, inquit ipse, varietatem argenteam squamarum intuens, in Serpente significari Stellas, ita apud Antonium Ricciardum, verbo serpens: *Serpens significat varietatem stellarum, quod squamæ veluti stellę micare videntur.* Sed vbi stellæ, nisi in cęlo? *Species Cęli gloria stellarum.* Et vbi Sanctorum Stellæ, nisi in gloria? & en mysterium. voluit Dominus suam crucifixionem edicere seque in Cruce comparauit serpenti. *Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet, filium hominis.* Serpens autem significat Stellas, stellę non sunt, neque finguntur, nisi in cælis, & in gloria, cælum igitur, & gloriam edicere voluit suam Crucem Christus; vnde inquit Teophilatus in Catena D. Thomæ. *Videns ergò figuram ad veritatem, ibi enim serpentis similitudo speciem quidem bestiæ habet. venenum autem non habet; sit & hic Christus à peccato liber, in similitudinem carnis peccati venit; exaltari autem audiens, suspensionē intelligas in altum, vt sanctificaret aerem, qui sanctificauerat terram in ea ambulando; intelligas etiam per exaltationem, gloriam, nam illa Crucis altitudo gloria Christi facta est.* Gloriam quis negabit Cruci?

Serpens sapientiæ symbolum.

Christus serpens in Cruce vt homines traheret.

Serpens in squamæ stellarum symbolum.

Teophil.

Attendamus. Ascendit in montem Tabor Dominus noster Iesus Christus, quo duxit Petrum, & Ioannem, & Iacobum, vt eis gloriam suam manifestaret, cumque hæc notaret Lucas Euangelista cap. 9. inquit. *Factum est autem post hęc verba, ferè dies octo, & assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannē,* B iterum Christusmet circumiens loca, & Castella, vt sepes poneret errantibus, nè latam & spatiosam viam incedentes, extra Dei mandatorum obseruantiam, tandem inferni flammis occurrerent, venit Hierosolimam iter delineans Matth. cap. 20. inquit. *Et ascendens Iesus Hierosolimam assumpsit duodecim discipulos secretò. & ait illis, ecce ascendimus Hierosolimam, & filius homi-* C *nis tradetur Principibus Sacerdotū, & Scribis, & condemnabūt eum morte, & tradent eum gentibus, ad illudendum, & flaggellandum, & Crucifigendum.* quid est, quod hic loquitur Christus de sua Cruce; in monte de sua gloria agebatur, & tamen Spiritus Sanctus, cum vtramque dictat, vtitur eisdem terminis. *Assumpsit.* ait, cum discipulos asportat ad gloriam, & *Assumpsit*, Cum de sua loquutu- D rus est Cruce. scio istud verbum, gloriæ semper aptari, vnde, cum de Christi Ascensione loquitur Lucas, ait. *Assumptus est in gloria.* sed cur idem vocabulum Crucis accomodatur, cumque Deus incarnatus de sua Cruce loquuturus est, assumit discipulos. *Assūpsit duodecim discipulos secretò.* Ex Philosophis aperiam mysterium; propositio illis indubitata est, quòd vnius termini vna est uia, ad ignem

Luc. c. 9.

Matth. c. 20.

Matth. 20. 17.

ignem calcfactio via eſt, nec eſt alia; ſi eandem viam cõſpicis dicas ad eumdem terminum neceſſario tendi. quod ſi dum de Cruce loquitur Chriſtus, & de gloria, vnam, & eandem viam ſignat. *Aſſũpſit; Aſſũpſit.* concludendum, quod ſi, *aſſumpſit*, propria via eſt ad gloriam. Crucem Chriſti gloriam cenſere debemus, aiat igitur Theophilatus. *Crucis altitudo gloria Chriſti facta eſt.*

Eadem via signat eandem terminum

Teophil.

Ità quidem; gloriam dicere oportet Crucem; quam reſpiciẽtes Sancti Dei omnes aiebant cũ Paulo Apoſtolo. *Mihi autem abſit gloriari, niſi in Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Puniturus erat legis tranſgreſſores Deus; quapropter vaſa interitus præparauit, vt habetur Ezzecch. cap. 9. nè autem iuſtus periret cum impio, dixit Deus ad quendam ex Angelis. *Tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem, & ſigna Thau ſuper frontes virorum gementium.* peto, cur ſuper frontes virorum gementium, & lacrymãtium, Thau ſignum apponatur? D. Hieronymus in Gloſa ſic ait. *Thau, quę ſcilicet extrema eſt viginti duarum literarum apud hebræos, perfectam in viris gementibus, & dolentibus ſententiam demonſtrat:* annuo, ſed explicabo clarius; cur in fronte gementium Thau emicet, ex ſermone Domini ad turbas. *Beati*, dixit. *Qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* vbi Ioannes Chriſoſtomus in cat. *Et licet in talibus ſufficiat venia frui, non terminat retributionem in peccatorum remiſſione, ſed, & multarum facit participes conſolationum, & hic, & in futuro.* itaque terminus lacrymarum propriè eſt conſolatio futura, eſt gloria, vbi abſterget Deus omnẽ lacrymam, & luctus, non erit amplius. ait autem Genebrardus in pſ. 77. Thau literam, quę Crucis formam habens, crucem ſignificat, ſignificare etiam terminum, ſiuè limitem, quod ſi gloria futura terminus eſt lacrymarum; & crux eſt terminꝰ iuxta Genebrardi ſenſum, terminuſque eſt lugẽtium, & lacrymantium, equidem concludendum eſt, Crucem ſimul cum gloria concurrere, huc ſpectat Tertullianus in Gloſa. *Ipſa enim litera Græcorum, Thau, noſtra autem T. ſpecies Crucis, quam prætendebant futuram in frontibus noſtris apud veram, & catholicam Ieruſalem, in qua fratres Chriſti, filios ſcilicet Dei, gloriam Patris elaturos, pſalmus vigeſimus primus canit ex perſona ipſius Chriſti ad Patrem &c.* En Thau; en crux Patris Gloria, conſolatio perpetua, noſtra Beatitudo. abſit nobis, niſi in cruce Domini gloriari, quæ. inquit Caſſiodorus in pſal. 4. *Eſt humilium tuitio, inuicta ſuperborũ deiectio. Victoria Chriſti, perditio Diaboli, infernorum deſtructio, cęleſtium confirmatio, cum crucis ſigillũ in noſtris frontibus imprimimus, tunc confirmantur nobis cęleſtia.* O crux magna gloria, nec niſi gloria dicta; per te enim omnes gloriam adipiſcuntur. Antequam autem ad crucem, quam gloriam, dixi, accedam. Dicti Athanaſij Archiepiſcop. Alex. excogitatum referam; quo acutiſſimè probat, per crucem omnes prædeſtinatos ſaluari, Videt ipſe Chriſtum Dominum pendentem in crucis arbore, admiratur Phariſeorum rabiem, quæ nec Ieſu vita extincta extinguitur, ſed anhelat ad ſæuitiam, ſæuitque poſt mortem; vndè acceſſit vnus ex militibus, phariſeis morem gerens, & ictu lanceæ Sacrum latus perforauit,

Galat. 6. 14.

Ezzecch. c. 9.

D. Hiero.

Matt. 5. 4.

D. Chriſoſtom.

Tertull. Crux cum gloria concurrit.

Caſſiodor.

A B C D

rauit, ex quo manauit vnda Sanguinis, & aquę contemplatur vndam aquæ Sanctus doctor, & inquirit, cur ex Christi corpore mortuo, & manente in Cruce, aqua illa manauerit? & supponit, lege Dei, hoc sancitum, neminē, scilicet ingressurum Regna Cælorum, nisi baptismo aquæ ablutum, at quis mortuos, conuersosque in elementa, ex quibus erāt; aqua abluet? quid Christus aquā ex suo latere dedit, quę baptismū significabant, hanc iterum non assumpsit, vndè mixta terræ in elementa, etiam est conuersa, & ità mixta alijs elementis, omnes illos baptizauit, qui decesserunt, ac in ea resoluti fuerant, ex quibus constabant; & ità suo modo quasi baptizati, ablutique sunt, hoc autem fecit Christus in cruce, vt per crucem omnibus qui saluantur salutem exibiram, doceret. Audiatur *D.* Athanasius.

Aqua è Christi latere fusa, vel mortuos baptizat.

D. Athanasius.

C *Innumera bona per Crucem contingere; conculcata namque est mors, & in exilium relegata maledictio, infernus cessit in prædam, peccatum est abolitum, transgressio sublata, natura hominum ab affectuum seruitute liberata,* Diabolus *est ligatus, plātata est salus, resurrectio est patefacta, malitia est ablata, vita est orta, Idolatria dissoluta, & quod admirandum est maximè, quod Antiqui veteresque* Propheta*, in* Christi *sā-* D *guine, & aqua ex eius latere profluente baptizati sunt, id quomodò factum sit, audi. Quoniam ex quatuor elementis constat humanum corpus, in ea post mortem rursus resoluitur; ita cum* Christo *quoque factum est, nam sanguis, & aqua; quę ex* Sancto *latere* Christi *fluxerunt resoluta sūt in id, in quod etiam Prophetarum sanguis resolutus est, videlicet in elementa, qua ibi inueniens baptizauit.*

A *Quod si quis nunc obiciat, quod etiā infidelium corpora, baptizauerit, Respondemus nōn, nam sicut aqua diffluens quascunque quidem reperit herbas virentes eas irrigat, & potat, quas autem aridas inuenerit; iis nihil prodest, sic etiam hic est cogitādum.* Quid clarius, ... vt omnes cruce exaltata baptizantur, & salui fiunt ... vel prædestinati cruci Christi salutem debent; verum hic notandum, quod cum B dicitur, quod sanguis Christi cōuersus fuerit in elementa, hoc non concedendum est de toto sā guine, benè tamen poterit quis de aliqua particula concedere, supposita Scoti opinione, qui ait Christum cum resurrexit non reassumpsisse totum sanguinem, & sic non est valde inconueniens dicere aliquam sanguinis Christi particulam fuisse conuersam in elementa; ast redeo ad C proposita, & inuestigo, ex quo loco arbor fuerit Crucis. scio circà hoc non vnicam esse *Doctorum* mentem; scio Sāctam Ecclesiam, ità de Cruce canere. *Crux fidelis inter omnes, Arbor vna nobilis, nulla silua talem profert &c.* inquiro igitur vnde sit, & vbi plantata propter, quod refero quidquid Lyra ait in Ioan. cap. 5. agens de Piscina, dicit igitur in quadam verò historia Sanctę crucis di- D citur, quod Seth filius Adæ ex præcepto *Patris*, iuit ad paradisum voluptatis, vndè eiectus fuerat, & petijt ab Angelo custodiente locum illum, de oleo misericordiæ, qui acceptis tribus granis arboris ligni vetiti, dedit ea Seth, & ipse plantauit super Sepulchrum Patris sui *Adæ*, & indè ortæ sunt tres virgulæ, quæ postea in vnum arborem sunt coniunctę; posteà tempore Salomo-

Lira.

Crux vnde fuerit.

nis,

nis, illa arbor fuit secta, quia videbatur ædificationi templi necessaria, veruntamen, quando applicabatur ad opus, semper erat nimis curta, vel nimis longa; & ideò tanquam inutilis ad hoc, dimissa fuit iuxta templum in atrio quodam. Homines autem venientes ad templum illi ligno cœperunt facere quandam reuerentiam instinctu diuino, de quo dolentes Sacerdotes fecerunt illud proijci intrà piscinam, quæ erat propè templum, quod descendens ad fundum, ibi diù latuit, posteà verò imminente passione apparuit, & quod ibi crucifixus est Dominus. quod si isthęc, non affirmando, supponimus. oportet dicere lignum crucis fuisse ex illamet arbore de qua comedit *Adam*. quò fortè spectat Ecclesia cum ait. *Ipse lignum tunc notauit*; idest cum iuit ad paradisum vt expelleret Adamum, *damna ligni, vt solueret*. his addit quidam Pater ex Augustini Sapientissima familia. Seth reliquisse *Adamum* comuni aere fruentem; cum tamen his donis à Paradiso reuersus est, reperijt mortuum, & putans posse reuiuiscere, pomum in ore posuit, sed tandem sepeliuit eum; alijs in sepulchrum satis. ex mente igitur istius Doctoris, crux, ex Adami ore germinauit. nec mirum, amica enim oris crux est, qua de re ex ore Diui Patris mei Seraphici Francisci, de cuius sollemnitate, dum hæc scribo, triumphat militans, & triumphans Ecclesia, visa est crux germinare; sic canat ex eius vita Ecclesia minorum. *Crucis arbor eximia per os Francisci surgere, apparens cogit fuggere Draconem, & Damonia*. Quibus prælibatis, inquiro, cur crucem

Ecclesia

Officinum fratrum minorum.

Crux ex ore Adami, & quare.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A suam, ex ore Adam voluit Christus germinare; nunquid vt illud os Christo præberet tormentum, quod fuit pronum ad peccatum? non respuo, sed de gloria crucis ago, & in intellectum huius enigmatis suppono defunctos ea loqui, quibus cor eorum abundat. vndè Epulo cuius cor plenũ est pœnis, pœnas suas eructat, & inquit. *Crucior in hac flamma*. Beati autem, quia cor eorum gloria

B plenum, est gloriam loquuntur vndè Dauid ps. 144. *Generatio, & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronunciabunt*. & inferius. *Gloriam Regni tui dicent*. & ps. 18. inquit. *Cœli enarrant gloriã Dei*, Et notandum, quod hoc intelligitur de omnibus iustis, etiã illis, qui ante ianuę cœlestis apertionem defuncti sunt; desiderio enim gloriæ, ad quam sciebant se destinatos, repletis eorum cordi-

C bus, ora gloriam loquebantur. quod si, nil aliud loquitur defunctus destinatus ad gloriam, nisi gloriam, & ex ore eius nil aliud, nisi gloria prodit; vndè ait Dauid, Generatio, & generatio, idest omnis generatio, tum, quæ præiuit, & in limbo Sanctorum expectat bona futura, tum quæ ventura est. & arbor crucis ex ore Adę defuncti prodijt; concludendum est Sanctam Crucis arborē

D Christo, & per consequens nobis gloriã esse. hinc Diuus Athanas. loco citato ait. *Gloria, & honor Christi, crux est*. Gloria est crux, quis autem ignorat in Christi manibus esse gloriam; si sinistram spectas, gloriam vides. *In sinistra eius diuitiæ, & gloria*. Si aspicis dexteram, æternitate gloriæ gaudebis. *Longitudo dierum in dextera eius*. Quia autem in Christi manibus gloria residet, ideò dixit

Luc 16. 25.

Ps. 144.

Atanas.

Pro 3.

Ibid.

Aba-

Abacuc.

A Abacuc, *Cornua in manibus eius*: idest bracchia Crucis in manibus eius, quæ confirmans Simon de

Simon de Cassia.

Cassia in Euang. inquit. *tenet crucem suam manibus suis Christus, vt dixit Abacuc Propheta, cornua in manibus eius, vt ostendat crucem esse gloriam suam, quam in manibus habet*, Sed adhuc latent mysteria. si enim Christi manus in cruce fixæ sunt, quid est quod ait Propheta. *cornua, idest, crux in manibus eius*? cur crux in manibus Christi

B ponitur, & non potius manus Christi in cruce? Vado ad Euangelistam Lucam. Narrat ipse c. 1. Ioannis Christi Præcursoris natiuitatem, dicit nomen è cælis delapsum, vocem, voce Dei nata, restitutam Patri, exultationem sterilis iam effetę; timorem populorum, admirationem cunctorum dicentium.

Luc. 1.

Quis putas puer iste erit? Nec vanus erat stupor,

C quandoquidem ille natus erat, quem Messiam suspicabātur periti Ierusalem; sed vndè tanta Ioannis sanctitas? tanta præcellentia? magnitudo tanta, vt Deum putent non turbę, sed inuidi Pharisei? & Christus dicat, inter natos mulierum non surrexisse maiorem: & Hærodes, qui occidit, fateatur se necasse sanctitatem.

Marc. 6.

Sciebat enim Herodes virum Sanctum, & iustum. vndè Cælum tot

D dona emisit in Ioannem? respondet Lucas.

Luc. 1. diuitiæ crucis quā magnæ.

Etenim manus Domini erat cum illo. vbi manus Domini vna est, ibi vel Diuinitatis forma cōspicitur. respice crucem. nunquid vna Christi manus in cruce est? nunquid possumus dicere, nam, & manus Domini est cum illa? haud, sed dicere oportet. manus Domini sunt cum illa. cornua in manibus eius, quod si vna manus Ioanni prębuit tanta, vt

A vel Christus diceretur, quid dici potest de crucis excellentia, eminentia, magnitudine? verè est admirabilis, vnde sic clamat D. Bernardus.

D. Bernard.

Diuitias salutis habeo, quibus redimam propria conceptionis impuritatem, Christi purissimam Conceptionem. en in Conceptione Christi diuitię, & quæ diuitiæ? cęli, Dei; audias, & obstupescas Bernardi dicta. *Vis adhuc pratiosiores diuitias, & superexcellentem*

B *gloriam inuenire. Habes charitatem in Passione; maiorem hac dilectionē nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Hę diuitię salutis, & gloria, & crux Domini ea, in qua cum Apostolo gloriamur*. non gloria solum crux est, sed superexcedens gloria, non magna, sed supermagna. *Magnum est mysterium crucis*. inquit Lippomanus

Lippomanus.

in vita Sancti Andreę, sed quam magnum, nescio eloqui, stringo

C labia, vbi deficit mens, obmutescit lingua; vbi stupet ratio, & tenebris intellectus atris obscuratur, vbi sol omnia penetrans crucis magnitudinē admirans, quasi penetrare non potens, retrahit radios dicam cum D. Leone ser de passione,

Sol admirans Crucis magnitudinem retraxit radios.

O admirabilis potentia Crucis. dicam cū D. Damasceno lib. 4. cap. 12.

D. Damascenus.

omnis actio, & miraculifera operatio Christi maxima diuina, & summè admiranda,

D *omnium tamen admirabilissimum est pratiosa crux, ipsa est omnium malorum euersio, omnium bonorum causa*. hæc Damascenus. Quid ni, tanta est crucis magnitudo, vt vel cælicam gloriam superare videatur. Magnus erat Baptista, sed, qui minor erat in Regno cælorum maior illo erat, ast crucis magnitudinis, non est finis; etenim vel gloria illi cedere videtur.

Pergo

Pergo ad Montem Thabor, vbi gloria emicat, & purpurea crux auditur. Transfiguratus enim eſt ibi Ieſus, & loquebatur de exceſſu, quod completurus erat in Ieruſalem; loquitur ibi Petrus, & ignorantiæ arguitur, loquuntur ibi Moyſes, & Elias, & probantur eorum dicta; quæ enim non repelluntur, approbantur; quid myſterij verba hæc docent? quid reuelant arcani? Dicam, quod ſentio, litigium veluti inter Crucem oriri poterat, & gloriam, quis earum videretur maior? quid tunc Chriſtus? Aſcendit in montem Thabor, transfiguratus eſt, ſuamque gloriam manifeſtauit, & ſimul crucis alloquium adduxit in medium, vt aſtantes Iudices, Petrus, Moyſes, & Elias, in vtraque aſpectum figentes, agnoſcerent, & inter vtraque ponentes differētiam, ferrent ſententiam; en eſt in primo Tribunali cauſa: adeſt vnus Iudex Petrus. hic, vt vidit gloriam, audita non curans, in fauorem gloriæ iudicauit, & dixit. *Matt. 17. 4.* *Bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum.* non ſtetit tunc propulſata crux; ſed Tribunal appellauit eorum, qui falli minimè poterant, & cur non iudicabit rectè Iudex, qui functus vita, ijs, quæ mentem peruertere poſſunt, omnino nuncium miſit? tulerunt ſententiam Moyſes, & Elias, & primas dederunt Cruci. nunquid non audis Decretum. *Dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Ieruſalem.* Quaſi, diceret Euangeliſta. ſententiarum promulgator; tulit in fauorem gloriæ ſententiam Pe-

A trus, at neſciuit, quid diceret, tulerunt in fauorem crucis ſententiam Moyſes, & Elias, & firmatur ab ipſomet eterno Patre ſententia, qui ſubſcribens, ſubſcripſit audita, non viſa. *Ipſum audite*, non dixit, videte; de Cruce loquuntur, Cruci defero, ipſum audite. hinc Diuus Hieronymus. Epiſtola ad Hedib. quæſt. 9. inquit. *Glorificatio igitur eſt, patibulum triumphantis.* Ac ſi diceret, etſi in monte Thabor gloriam ſuam oſtenderit Ieſus, tamen crucis reſpectu, illa quaſi gloria non eſt. & Diuus. Ioannes Chriſoſtomus. *Crucis gloriam oſtentat, vt tam Petrum, quam reliquos, qui paſſionem formidabant conſolaretur, & ad ſublimius erigeret, non enim tacebant, inquit, ſed loquebantur de gloria, quam cōpleturus erat in Ieruſalem, de cruce videlicet, & paſſione ſic enim ipſam ſemper appellabant.* Noto illud *ad ſublimius erigret.* Confirmo dicta, ex ijs quæ affert Diuus Ioannes Euangeliſta capit. 7. Quærebant appræhendere Ieſum Iudei, mortem vitę machinabantur, aſt tunc amans magis Ieſus clamabat, *ſi quis ſitit, veniat ad me, & bibat.* Vbi Diuus Chriſoſtomus. *neminem neceſſitate, & violentia attraho, ſed ſi quis habet deſiderium multum, hunc ego voco.* Sitientibus dat aquam gratię efficacis Deus; ſitientibus, ſcilicet, propter gratiam ſufficientem, iam exibitam, facienti enim, quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam. & demum, inquit Euangeliſta. *Nondum enim erat Spiritus Sāctus datus, quia Ieſus non dū erat glorificatus.* equidē iſthæc omnia vnus operabatur Chriſtus qui tamen gloriam ſuam mani-

Crux quid vel gloria glorioſior.

D. Hieron.

B

C

Ioan. 7.

Chriſoſtomus.

D

festauerat. Vidit eam Ioannes, adfuit, audiuit Petrum dicentem, Domine bonum est nos hic esse. quod si vel corpori gloriam suã communicauerat, licèt per transitum Christus, quid est quod absolutè inquit Ioannes. *Iesus non dum erat glorificatus*. O. expendebat Crucis gloriam Ioannes, librabat illam Thabor, & quia crux Christi, vel ipsam gloriam, quodamodo superabat, ideo crucis pensans gloriam, illam Thabor, veluti non gloriam dixit, quo tetendit D. Chrisostomus in Cat. Diui Thomæ dicens. *Gloriam Christi crucem vocat, hęc est gloria crux*. illa Thabor crucis respectu, quasi minimè gloria est. Comparauit Thabor gloriam Soli Euangelista. *resplenduit sicut sol*. apparebit in Iudicio Christi crux, cum veniet cum potestate magna, & maiestate, & sol obscurabitur victus fulgoribus crucis, ita D. Chrisostom. hom. 76. in cap. 4. Matth. dicens. *Tunc apparebit signum filij hominis, hoc est crux ipsa, crux enim sole fulgentior videbitur, obscuratur enim sol, crux autem apparet, quod fieri non posset, nisi solares radios splendore superaret*. en vt gloria, & maior quodamodo crux emicat. Quid dicam de cruce, quę aliquid Dei esse videtur. Non abigo à Matth. qui de cruce Christi agens, crucem vocat signum filij hominis. *Tunc apparebit signum filij hominis*. peto, cur crux Christi Iesu, qui Deus, & homo est, signum dici possit? etenim crux reorum signum est, & seruorum, vti notat Iustus Lypsius de cruce dicens. capit. primo. *Plurifariam igitur receptę cruces; sed vix tamen, nisi homines viliores, Romano quidem ritu, atque apud eos, seruorum fere*

Chrisostomus.

D. Chrisostomus.

Sol obscurabitur fulgore crucis in Die Iudicii.

Crux Sole fulgentior.

Math. 24. 30.

Lypsius.

Crux reorum signū.

A *rè hoc supplicium, aut plebeiorum; qui iuxtà seruos.* De seruis item mulier apud Iuuenalem, *Pone crucem seruo.* & quidem, etsi formam serui acceperit Christus in sua Incarnatione, non tamen hęc eadem erit illi, in die iudicij, cum sedebit in maiestate magna, & omnes Angeli eius cum eo. quid est igitur, quod cum de iudicio agit, vbi, vt Deus iudicabit, & homo Christus, crux ipsius dici-

B tur signum? *Tunc apparebit signum filij hominis*. Dicam, aliud intuens signum. voluit se uerum Deum, & primam veritatem signare Deus impio Achaz, dixit *Pete tibi signum*. Noluit ille, tunc Deus, *Dominus ipse dabit vobis signum. ecce Virgo concipiet, & pariet, & vocabitur nomen eius Emanuel.* probare se volebat verum Deum, & vti primam veritatem, non posse mentiri, quapropter *Isa. 7. 11.*

C dedit signum, hoc autem signũ, non fuit, nisi Deus, & Diuina operatio; quæ superat omnem naturalem ordinem, impossibile est naturaliter sinè semine viri Virginem concipere; quod si concipit, infinita hic emicat potentia diuinitatis, relucet nil humanum, omne Diuinum; & quia sola infinita operatio Dei, quæ Diuinitatem claudit, potest esse signum Dei, ideò Virginis con-

D ceptum absque semine viri, assignauit Achaz, pro signo veri Dei: nec hoc à Philosophia abest, signa .n. naturalia semper claudũt aliquo modo obiectum quod signant, nõ totaliter abest à substãtia signati signum. exẽpli gratia, fumus est signum naturale ignis; fumus ignis est, licet non dicat totam, & totaliter formalitatem ignis; sic potentia Dei in operando supra cursum naturæ, signum

Dei

Dei est,& claudit Deitatem,licet non explicet omnia attributa Deitatis;ex quibus infero, quod signum naturale aliquid eius, quod repręsentatur, claudit in se:quod si crux vocatur signum filij hominis, cum venit ad iudicandum, & tunc cum maiestate Diuinitatis adueniet Christus, equidem possumus concludere aliquid Diuinitatis latere in cruce.ità Taulerus. *O magnifica crucis potentia, in qua cõspicio omne cęleste,omne diuinum*. Nec hic sistit crucis eminentia, altius, surgit tanti eã existimat Christus Deus noster,vt ad eam obtinendam, Diuinitatẽ celauerit; quasi plus crucem(si ita loqui fas est)quam Diuinitatem in aliqua temporis duratione habuerit. Vidit Isaias Dominum,cùm ad Cælicas visiones raptus, dixit nobis,audiatur quęsò. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum,& eleuatum, & ea, quæ sub ipso erant replebant templum;Seraphim stabant super illud, sex alæ vni, & sex alę alteri, duabus velabant faciem eius,& duabus velabant pedes eius, & duabus volabant.* peto, nunquid in Gloria non vidit Dominum Isaias? equidem. & ibi nunquid Deus non videtur facie ad faciem?quis negabit.Videmus,nunc per speculum in ęnigmate,tunc autem facie ad faciem.quod si Deus facie ad faciem videbitur, & videbatur ab Angelis in Gloria, quid est, quod velum suscipit ab alis Seraphim, & ait Isaias. *Duabus velabant faciem eius, & duabus velabant pedes eius, & duabus volabant?* O admirabilis magnitudo crucis, quam emicas, quam in sublime substolleris, quis tuam altitudinem conscendere valebit? vt visionis huius mysterijs

Crux aliquid claudit diuinitatis.

Taulerus.

Isaias 6.1

A scatentis,aliquid afferam ad crucis magnitudinem exprimẽdam, adnotandum censeo, id quod notauit D. Paulus Apostolus,hebręos,scilicet, nusquam crucifixuros Christum Iesum,si Dominum gloriæ,& Deum verè credidissent,& reuelata facie cognouissent;nec Diabolus corda eorũ ad tantum facinus mouisset, ex quo sui Regni casus sciebat.quid igitur?oportuit Christum suam B Diuinitatem cælare,vt suffigeretur in cruce. en videtur in Gloria ab Isaia, sed aspicit ibi Seraphim ante Dei thronum,qui alas extendentes sursum deorsum & per latus crucem efformauerant.quid tunc Deus?vidit Crucem;tanto amore erga eam affectus est vt alas vocaret,vt velum ad vultum,quia velata Diuinitate,crucem obtenturus erat. Velanit igitur Diuinitatem, vt cruci daret bracchia, crucique affigeretur. C quod si cęlat Diuinitatem,vt sit in cruce Christus;equidem concludendum, tantum fecisse crucem, vt eius amore, vel Diuinitati aliquando cesserit. O quis tantam Crucis eminentiam contemplari valebit.ità Hernandus in serm. de Cruce. *Christus, vt in cruce exaltaretur, Diuinitatem abscondit*. O Domine mi dulcissime,es in cruce, sed vis illam in D Seraphim figurari,quia totus ardens amore animę meæ in illam ascendisti·Ascendet anima mea, ardens tui amore crucem, quam vnicuique assignasti. incendas Seraphico amore, vt amor leuem faciat. suffigar crucifixe mi Domine timoris tui clauis in cruce vt stabilis in tua seruitute permanens,nusquam igneo Satanæ flatu diuertar.Sit mihi cruz gloria, sit quies,sit solatium.

Hernãdus

TEXTVS, A

VERS. XIIII.

Editio Vulgata.

Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras, cum adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus conuersabantur, & cum effeminatis sacrificabant. & populus non intelligens vapulabit.

Sanctes Pagn.

Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicata, & super sponsas vestras cum adulteria commiserint; quoniam fornicantes cum meretricibus diuiserunt se ab vxoribus, & cum scortis sacrificauerunt, & populus, qui non intelliget corruet.

70. Interp.

Et non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicata, & super sponsas vestras cum aduentauerint; quoniam ipsi cum meretricibus miscebantur, & cum initiatis immolabant. & populus non intelligens adhærebat meretrici.

Vatab.

Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicata; & super sponsas vestras, cum adulteria commiserint, quoniam dum ipsi sunt cum meretricibus, diuiserunt se ab vxoribus, & cum scortis sacrificant. Populus autem, qui non intelliget corruet.

Editio Chaldaica.

Non animaduertam in filias vestras cum fuerint fornicatæ, & in nurus vestras cum fuerint mœchatæ; quoniam ipsi cum meretricibus consociantur, & cum scortis commiscuntur, & compotant. & populus, qui legem non intelligit, nec animaduertit, nonnè collidetur, & derelinquetur?

B Paraphras. Castri.

Et relinquam impunitas, quia vos eorum parentes priores illis ad scorta deflexeritis; & cum effeminatis sacrificaueritis, nam ita tractandus est populus, qui suam negligit salutem.

COMMENTARIVM
iuxtà literam.

C

Tot peccatis scortantium, vt dictum est supra, præcipuè exuberantibus; se ea nolle punire fatetur Deus; & rationem afferens huius impunitatis, ait. *Quoniam ipsi cum meretricibus habitāt.* adulteri erant Sacerdotes, & populus; adulteræ, & fornicariæ erāt eorum vxores, & filiæ, & quia vtrisque adulteris, non procedit Iudex, ideò abstinet à punitione

D Deus. Sic Castro, & Albertus; quibus non adhæreo, quia hoc procedit in iudicio humano, non Diuino; in quo socios multos habere in crimine, non subleuat criminosum. ideò dicendum est, hunc textum, Dei maximam irā explicare; cum enim non punit, non arguit; tunc nec stimulos addit peccatori, vt à voluptatibus cesset, & redeat ad cor. vel loqui comparatiuè, vt complures aiunt,

aiunt, ſcilicet, ea erit pęna Patrũ, vt filiæ & vxores impunitæ videantur. & hic ſenſus magis conſonus literæ videtur, quia verè propter hęc peccata in captiuitatem ducti ſunt Iſraelitę, & traditi inimicis, ſub quibus, Deo ſic diſponente, magis ſcandaloſi, quam qui exemplo malo pręcedente, peccauerunt, puniti ſunt: ſiuè quia non ſic afflicti fuerunt ab inimicis, ſiuè quia auxilium Dei ſubleuabat. hoc velim aduerterent Adulteri, qui vxores optant pudicas. non ad votum ſuccedet, frangentibus fidem, fides frangetur, & ſtuprantibus aliorum filias, par pęna ſuccedet. hinc D. Greg. Naz. orat. 1. de pace. *Moderatis expedit nubere, non petulantibus, & libidine perditis, ac plus æquo carnem honorare volentibus, cum matrimonium nihil aliud eſt, quam matrimonium, & coniunctio, & prolis ſucceſſioniſque cupiditas: tum bonum eſt matrimonium, at cum materiam inflammat, ac ſpinis obuoluit; atque circundat, vitijſque quaſi via inuenitur. tum ipſe etiam dico, non expedit nubere.* quià adultero viro, non erit caſta mulier, & Patre laſciuo, filia laſciuiet: etenim mores parentum regula filijs ſunt. hinc Auguſti Cæſaris libidines, ſequutę ſunt duæ filiæ Iuliæ; obſeruent illud, Verini, Parentes, qui ſic ait.

D. Greg. Naz.

Et verbo, & factis paruo ſit regula, mater,
Optima, ſitque omni tempore norma Pater.

En peccauerunt mariti, & vxores pudicitiam proſtituerũt, cucurreruntque poſt parentes filiæ ad luxuriam. Sequitur textus. *Quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur, & cum effeminatis ſacrificabant.* in quo diſcor-

A dant Doctores. aliqui enim aiunt in his effeminatis intelligi etiam meretrices; & eſt ſenſus. Non viſitabo, &c. quia ipſi, ſcilicet, vos, ſeparati à veſtris vxoribus, conuerſamini cum meretricibus, & cũ ipſis ſacrificatis. Alij per hos effeminatos intelligunt maſculos ſuccubos, addunt fuiſſe eunuchos, vt aptiores, & diuturnius proſtitutioni fuiſſent apti, hique dicati erant Priapo. ſic D.

Hieronim.

B Hieronymus. *Nos effeminatos vertimus, hi ſunt, qui hodie Romę, matri non Deorum, ſed Dęmonum ſeruientes. Gallos vocant, eo quod de hac gente, Romani truncatos libidine in honorem Athis, quem Eunuchum meretrix fecerat, ſacerdotes illius manciparint, propterea autem Gallorum gentis homines effeminantur, vt qui vrbem Romam ceperant, hac ferantur ignominia;* timpanis, & & cimbalis, & vocibus, Priapi al-

C tare circuibant; ad muſicam fiũt hodie Eunuchi, vtinam non dicantur Athi, nec enim placere Deo poteſt peccatum mortale, quod in horum caſtratione committitur; vt tenent multi ſummiſtæ, & ſanè. ſed hactenus de his, nolo enim ſine ſpe emendæ iram in me titillare multorum. placet hęc opinio. vna tantum conditione dempta, ſcilicet, quod hi effeminati fuerint Eunuchi. nam vt

D inquit Teophil. iſti dicebantur Initiati, & ita vertunt Septuaginta, hi autem initiati Priapo dicabantur, vt maiores facti eſſent ſacerdotes, ideoquè non poterant eſſe Eunuchi: quod vt firmem, aliqua ex Toſtato afferam de Priapo. Priapus, inquit iſte cap. 20. in Exod. erat Deus gentium, quem, Beelphegor alij vocant, cui ſacrificauerunt hebræi ſuaſione Moabitarum, & Madianitarũ pucl-

puellarum. fuit iste secundum veritatem homo, qui ob insolitã membri virilis magnitudinem expulsus fuit ab Hellesponto, tanquam Patriæ destructor, & infamator: at amplexatæ sunt mulieres Greciæ, quæ pudendis illis delectatæ in vita, adorauerunt vt Deum post mortem. Effigiebatur Priapus cum magno vase genitali rubro, vt sic, ad libidines, aspicientes fortiùs incitarentur, altariaque ei dicata erant propè lucos, nemora, & specus, vt post Sacra, coitibus illum colerent; in in quibus etiam masculis inhonestè vtebantur & perpetrabant. hæc flagitia, tum sacerdotes, tum alij, cum ijs mulieribus, vel effeminatis masculis, quos fors offerebat, vel cum quibus placebat, quando completo sacrificio *Asini* imolati, Sacerdos vertebat se ad populum membrum habens extentum, vt visis pudendis, mulieres, alijque allecti ruerent ad libidines. ex quibus concludo, quod cum illi initiati, quos effeminatos dicit textus, ad sacerdotale officium ordinarentur, non decebat eos esse Eunuchos; quia non sic incitassent mulieres ad libidinem, quod proprium Sacerdotis illius Idoli erat. Recẽsita hac pessima fęditate, Deus, quasi non potest non promulgare pænam, inquit igitur. *Et populus non intelligens, vapulabit.* En vti pænam comminatur Deus, vndè comparatiuè intelligendum est principium textus. *Non visitabo.* non intelligens, dicitur populus vacans libidini, quia carneus totus, & sinè intellectu efficitur. hic vapulabit ductus seruus in *Assirios*. vnum noto in translationibus, quod vulgata legit, non vapulabit. 70. legunt adhærebunt

Sacrificiũ Priapi, quod.

Peccare, & puniri idẽ.

Septuag.

A meretrici quia idem est peccare, & puniri, idem adhærere meretrici, & colaphis cedi, vt legere poteris in lib. Machab. in propositione seruorum Darij. hæc de textu.

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS XXXXXI.

B *Impunitos cum relinquit Deus peccatores, graue infortunij genus est.*

Non visitabo.

DEsertum erat Deo, sinè homine cęlum inquilino cordis Paterni, esse sine homine, sinè suis videbatur esse delirijs. venit ad nos, nec periculo spernendę Deitatis territus, quia sic clamabat. *Delitiæ meę esse cum filijs hominum.* reuocauit posthæc Pater, nesciuit non obedire, qui vsque ad mortem factus obediens, vitæ prætulit, obsequi. ast, cum ascendit, descendit nubes, ab oculisq; accepit Apostolorum. ità Sacer textus. *Et Nubes suscepit eum, ab oculis eorum.* vt quid abit in nube? nil nubes habent à nobis, quod non reddunt. habent aquam, sed reddunt, & fulgur, si retineatur, nubem, etsi fouentem, dilacerat, disrumpitque, & volatile ad nos descendit; & fulgur Christus est, fulguri semet comparauit, cum dixit. *Sicut fulgur paret in oriente & erit vsque ad occidentem, sic erit aduentus filij hominis.* à nube igitur suscipitur, vt hoc dicat, vel nubes laceraturum, vt nobiscum sit. O. mentem quamlibet excedens amor. sed en contrarium prædicat in Hosea. *Non visitabo.* inquit.

C *Prou. 8 31*

Act. 1. 9.

D *Matt. 24. 27*

Deus nobiscum esse vult.

quit. quid eſt, non viſitas, quem amas? peccator, vt talis, non eſt Diuini amoris ſubiectum; hunc non viſitat. quid eſt non viſitat? inquiunt expoſitores, non punit, non caſtigat. ergò, dices, amore victus non punit. erras, erras. dū punit, amat, odit non caſtigans. ira Dei eſt, non flaggellari. Hic abundare, Stella eſt inopiæ futuræ. Aſpice abundantem diuitijs, indigeſtum eructantem, veſtibus, non iuſtitia Regem Epulonem. non ſunt hæc diligentis, ſed irati Dei nuncius. *Recepiſti*. inquit Abraham. *bona in vita tua, nunc cruciaris.* delicijs abundaſti, Dei Virgam non ſubſtinuiſti, ſubſtine nunc Diaboli odium, & pęnam. etenim hic non caſtigari, ira non pietas Dei eſt. hinc ait D. Chriſoſtomus hom. 3. de Lazaro. *Vbi videris improbam vitam agentem, nec quidquam acerbi hic patientem, ne putaueris illum beatum, ſed deſle potius, ac deplora, velut illic omnia triſtia perpeſſurum, quemadmodum Diues fecit.* Receſſerat à ſtipite primus populus, & in ſilueſtrem mutatus arborem, ſcelerum amarulenta pabula Deo pręſentabat; quid tunc? en in illis fæcunditas, prolis abundantia: quę perpetuare delinquentes ſimulabat. *Cumque cępiſſent homines multiplicari ſuper terram, & filias procreaſſent, videntes filij* Dei *filias hominum, quod eſſent pulchra acceperunt, ſibi vxores ex omnibus quas elegerant.* Genſ. cap. 6. vbi ſic Toſtatus. *Poteſt intelligi, quod iſta peccata non fuerunt nouiter facta tempore Noë, ſed antè eum magno tempore, cum incępit multiplicari genus humanū, & hoc verius eſt, quia multiplicatio nō propriè dicitur incępiſſe tempore Noë, ſed multò ante, &c. & Deus benignus, & longanimis, pręſtabilis*

Luc. 16.

Chriſoſt.

Geneſ. c. 6.

Toſtatus.

A *ſuper iniquitate, non ſtatim poſt peccatum puniuit.* Laudo pietatem, & ad me aduoco finalē. ſed quid eſt, quod multiplicatur genus humanum, cum peccat? ſcio non prius generaſſe creaturam, quam benedictione cumulata fuiſſet; à Dei benedictione fæcunditas eſt. ſterilizat peccatum, arida eſt, & infæcunda peccatorum aqua operta terra. quod notauit Origenes, hom. 1. in Geneſ. vbi obſer- Orig.
B uat terram aqua opertam, à Deo aridam dictam. *Et vocauit Deus aridam, terram.* ſcilicet, quę aquis operta, arida erat, ſeparata ab aquis dicitur terra. mirum quidem; quid enim, non humidum aquis infuſum? aſt aqua illa peccatorum ſymbolum erat, vbi iſta apparet, ſterilizat. ſic Origenes. *Sicut enim arida hęc ſegregata ab aqua, vltra non manſit arida, ſed iam terra nominatur: hoc modo etiā*
C *arida corpora, ſi hęc, ſcilicet aqua peccatorum ab eis ſegregatio fiat, iam non permanebunt, ſed terra appellabuntur.* Quid igitur eſt, quod nedum non puniuntur, ſed benedictionis fructum accipiunt peccantes, fæcunditatem, ſcilicet? quid eſt, quod iram ſuam, à ſceleratis auertit? ò vt iram cumulans, ſęuiat magis, & durius. quisnā pietatis huius terminus fuit? diluuium, omniumque deletio,
D hanc iram ſenſerunt illi, à quibus ira Dei videbatur aliena; vt hoc ſigno inſtruat peccatores Deus, maximam iram ſuam eſſe in eoſdem non ſęuire. firmat Diuus Ambroſius in Geneſ dicens. *Nec ſolum Sanctus. Noe abundauit filiorum generatione; ſed etiam vniuerſa ſe effudit, quam maximè eo tempore generatio: quod non otioſum videtur, ſequuturo enim diluuio, non debuit exiſtimari defuiſſe gratiam*

Geneſ. 1. 7.

Peccata ſterilizant.

D. Ambroſ.

fæcun-

fœcunditatis illi generationi, quam diluuia absorbuerunt. fallor ni Eucharistia (vt ita dicã) sit ad pęnã, hic non puniri sit. Diuersa itinera viatica exquirunt diuersa, equus terrę cõceditur, nauis mari, qui æstatem terminum habet vię, & ardorem, duplicibus indui non indiget, secus si properat ad hyemem, & gelu. Discessurus à suis ad Patrem Christus, iturusq; ad gloriam, viaticum habuit, nec aliud ni semet, hocque accepit cum transubstantiato pane, vino què in corpus suum, & sanguinẽ eodem se se cibauit, ac dedit discipulis suis. Contemplor viaticum hoc, & video tribulationum fascem, hic enim tota Christi passio latet, corpus dixit, sed quod pro nobis in manus peccatorũ, dilaniandum, erat tradendum, sanguinem nominauit, sed effundendum. quid est, quod Sacramentum illud, quod cælorum aperit ianuam, delitiæ paradisi, pignus gloriæ, & gratia essentialis est, pręter tribulationum ardua videtur prædicare, & repræsentare nihil? in huius intellectũ Archangeli Gabrielis ad Mariã primas contemplor voces. *Aue,* dixit *gratia plena.* Sed cur plena gratia? diceret Angelus, quia. *Dominus tecum.* Sed nunquid incarnatum Verbum, Gloriæ Dominus non est? cur Archangelus, qui iã Dominum videbat in Maria, non dixit. *Aue gloria plena.* Quia Dominus tecum, sed. *Aue gratia plena?* non eadem ab exercitu insonant Angelorum, qui vbi ad cęlũ viderunt ascendentem, dixerunt, admiratorio sermone. *Quis est iste Rex gloriæ?* distingo tempora, & intelligo scripturas, ibi non aspiciebat tribulationum fascem, Gabriel, sed potius Mariæ vterũ, quem Verbum elegerat Paradisum, vndè gratiæ tantum dicit Dominum, at vbi tribulationum signa micabant, & crucis, illicò Regem Glorię Christum agnouerũt, & clamauerũt. Angeli bellè Chrysippus, & Tertull. ille lib. de Sancta Maria Deipara, hic lib. de Corona militis cap. 14. *Dominus tecum, totius gratia Rex, cum ancilla.* inquit Chrisippus. *Nec antea,* ait Tertullianus, *Rex gloriæ à Cęlestibus salutatus est, quam Rex Iudeorum proscriptus est in cruce.* Tribulationis viaticũ ducit ad gloriã, ad glorię terminum tribulationes viatica sunt. ex quibus patet, cur in Eucharistico pane tribulationum fascem veluti reclusit Christus: iturus erat ad Patrem, perrecturus erat ad gloriã, quia autem ad illa gaudia tribulationis cibus necessarius est, ideò totam suam passionem in hoc sacramento, quod accepit repræsentauit. deuotè Rupertus Aquinates Episcop. in quodam serm. *Accipe viaticum ad gloriam, & disce quod opus est; datur tibi in Sacramento memoriale Christi passionis, quod ipse accepit iturus ad Patrem; vt discas, quod oportet per multas tribulationes introire in Regnum Calorum.* Quis autem ignorat terminos esse diuersos infernum, & gloriam? nõ eadem media, & viatica, sed diuersa ad diuersos ducunt terminos. si ad gloriam, paradisi viaticum tribulationis ducit, ergo ad pænas, & tristes inferni luctus, ducet viaticum delitiarum. hicque non puniri intolerabilis punitionis viaticum est. accinit. Diuus Chrisostomus conc. 3. de Lazaro, dicens. *Quemadmodũ enim hic non dare pęnam pro commissis, illic cruciatum reddit atrociorem, ita dum peccant securi delicijs mul-*

Margin notes: *Hic non puniri fiet Eucharistia ad pœnam.* — Luc. 1. 28. — Psal. 23. — *Chrisip. Tertull.* — *Tribulationis viaticum ducit ad gloriam.* — *Rupertus Aquinates Episc.* — *Chrysost. Delitiæ viaticum sunt ad pœnam.*

multęque rerum affluentię indulgere maioris pęnę viaticum, ac materiam illic colligit. En viaticum ad inferos, hic non affligi. Dei summa ira est in illos, qui Dei iram non sentiūt; maximūq; genus supplicij est, nullo supplicio affligi. nulla pœna maxima pęna est q.q; quidquid delitiarum in hac vita peccāti donare videtur, nihil donat. introspexit hæc Diuus Augustinus sic dicens. *Vis noscere nullam pęnam, quanta sit pęna, non tamen iusto, sed peccatori, cui est temporalis pęna, nè succedat ęterna? Vis ergo noscere nullam pęnam, quanta sit pęna? Psalmum interroga. Irritauit Dominum peccator. exclamauit vehementer, attendit, considerauit.* Irritauit Dominum peccator. *quarè obsecro? quid vidisti? Qui autem hoc exclamauit, vidit peccatorem impunè luxuriantem, male facientem, bonis abundantem, & exclamauit, irritauit Dominum peccator. quarè hoc dixisti? quid enim vidisti? Prè magnitudine irę suę, non requiret. Intelligite fratres charissimi misericordiam Dei, quando castigat mundum.* hæc Diuus Augustinus, Virga est, quæ animam per directum ad vitam ducit. vndè aiebat Dauid. *Virga directionis virga regni tui.* quæ commentans D. Basilius inquit. *Instructiua est admodum virga Dei, erudiensque, non obliqua, sed recta.* ex virga, glorię flos oritur. abes à virga, abibis à paradisi floribus. cum igitur, ait Deus se visitare nolle, hoc est punire peccatores Idolatras, æterno supplicio seruat. vndè D. Hieronymus. *Non visitabo.* inquit. *Grandis offensa est, postquam peccauerit iram Dei non mereri.* & item ibidem, *vt autem sciamus visitationem, quasi vulneratorum, & languentium, ideò inferri à Deo, vt veluti cauterio, vt amarissimis potionibus recipiant sanitatem, & morbis careant, per Prophetam loquentem audiamus. Visitabo in Virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum, misericordiam autem meam, non dispergam ab eo. Qui igitur amatur, corripitur, qui negligitur, suis peccatis dimittitur.*

Augustin.

Ps. 47. 7.

Basilius.

Hieron.

P. Franc. de Franch. in Hos.

ANVLVS XXXXXIII.

Ingnobilitatis, & dedecoris cauterio inuritur homo, cum peccat.

Non visitabo &c.

Corrupta mens inficit asseclam carnem. non erit mūdum à fornicationis spurcitijs corpus, adulterante à Deo, per Idolatriam anima. à Deo desciscens colit pudenda. obseruauit hoc Clemēs Alexādrinus. oratione ad hort. ad gētes, dicēs. *Impios autem, & sinè Deo iure voco, qui eum quidem, qui est vere Deus ignorauerūt. Puerum autem qui discerpitur à Titanibus, & lugentem muliercùlam, & partes reuera prę pudore minimè dicendas impudenter colunt.* ab hoc pręcipitio, nec Israel abijt, sed à spirituali ad corporalem descendit fornicationem. sed quid ni, nuuquid ignis consumens Deus noster non est? & quidem, ideo ignis, quia Ippocrate teste seruat à pestilentia, tia ignis. quid ergo est, quod vna peste infectum Israelem ab alia non seruat, sed nō visitans dimittit corporali fornicationi. & ait p Hoseā. *Non visitabo super filias vestras cum fuerint fornicatę, & super sponsas vestras, cum adulterauerint, quando ipsi cum meretricibus cōuersabuntur, & cum effeminatis sacrificabant.* an quia nec Deus

Clemens Alex.

Ignis seruat à pestilentia.

Ippocrates

ferè

[illegible]

ferè potens est à culpę peste seruare, quem pestifera societas tenet. fortè, & huc spectare voluit Deus, cum causalem particulam adiecit, dicens. *Quoniam ipsi cum meretricibus conuersabuntur.* sed aliò, tendo, & suppono hominem, vt peccat illicò à culmine nobilitatis, & decoris, in barathrum ignobilitatis, & dedecoris ire præcipitem. quod vel à primo exugo peccato. Perrexit ad paradisum culpam suasurus B Dęmon, serpentisque vsus est instrumento; vt quid quæso horrenda, vel primo porrigit, allecturus Euam aspectu? dicat infelix seruitus, quæ cuncta exprimens mala, ignobilitatem, & dedecus, non effugit. vndè dixit, Cicero 2. Philipp. *Pax est tranquilla libertas, seruituti postremum, malorum omnium, non modo bello, sed etiam morte repellendum.* & 10. philip. *omnis est misera seruitus:* C adeò vilis seruus putatur, vt vel bestiæ, si cędere debeat, in dubium vocetur; habeo ex Tullio met. 3. offic. vbi quęrit, si in mari iactura facienda sit, equi nè prætiosi iacturam faciat, aut seruuli vilis? en in quantum dedecus, ducit seruitus, & serui ligantur, vnde Seneca, vbi seruos aspicit, inquit ligatos. *Ligati manus.* Sed quid serpens? nonnè ligat? vndè quidam aquilam serpentis cauda ligatam adpigens scripsit. D *Astutia, ex Rege sum seruus*, vt autem intelligeremus; in suasione efficaci peccati hominem statim ex libero fieri seruum, & consequenter inhonorum, ac contumeliosum, idcirco vti serpens, suasurus peccatum perrexit ad Euam Diabolus accedit ad hęc Clemens Alex. oratione ad hort. ad gentes, dicens. *Maligna enim*

Seruitus meo malū.

Cicero.

Seneca.

Clemens. Alex.

A *& serpens bellua nos perstringens redegit in seruitutem.* & Cirillus lib. de adoratione in spiritu, & véritate ait. *Intelligis igitur; si nostris malefactis Deum offendimus, fore vt hostibus obsistere non possimus, sed opprimente nos, ac operiente ira Diuina, serui simus ex liberis, ignobilemq; vitam, atque miserabilem ducamus.* en colligata, seruitus, & ignobilitas. vt igitur notaretur peccatoris ingnobilitas, & dedecus, B tortuoso, vinculosoque serpente seruorum signo vsus ęst in primo agressu *Dæmon*. *Vix* reddiderat ex porcorum seruitute Prodigus ille, & anulo suo signauit Pater Deus. ita *Lucas*, *Posuit anulum in manu eius.* circumdat cordis digitum anulo, qui in anulo legem agnoscit, vt totum in legis anulo sit hominis cor, & nusquam deuiet. sanus hic intellectus est. verum alium à Diuo C haurio Chrisologo; dixerat hic omnibus depauperatum filium, vt à Patre secessit, quodque honoris, & glotię ab oculis carpebat genitoris, egressus, abiecit, ita, serm. 1. *Ecce quemadmodum sine Patre census nudauit filium, non ditauit &c. quod vita, quod morum, quod pietatis, quod libertatis, quod est gloria, nil reliquit.* Sed nunquid inhonorum non est porcorum addici, alligarique seruituti? D agnouit dehonestatum filium Pater, effulget illicò dignitas, & honor, cum anulo coronatur digitus. quid ipse? dat anulum, vt pristino induatur, iam nudatus decore. *Posuit* inquit Chrisologus serm. 6. *anulum in manu eius, anulum honoris, titulum libertatis.* Quod si honoris anulum abijcit, qui peccat, equidem spectrum dedecoris est, peccator, quoddamque vile.

Luc. 15.

Cor nostrū semper sit in lege.

Chrisolog.

Chris.

Erro,

Erro, ni vel in Christo, qui formam assumpsit serui, in similitudine carnis peccati idem spectẽ venditur à Iuda, cum omnium personã gerebat peccatorũ, sed
Matt. 26. audiatur Iudas. *Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradã.* Dicas Iuda, nunquid inexplebilis pęcunię voluptas te non captiuat? nunquid auri fame non elanguet cor tuum? quid est, quod Christi pretium non signas, totumque in emptorum manu reponis. O. B personam tunc gerebat peccatoris Christus, adeoque inhonoratus, vilisque est peccator, vt nullum pretium possit ei signari. forte huc etiam spectauit D. Hiero-
D. Hieron. nymus in cap. 26. Matth. dicens. *Quasi vile tradens mancipium in potestate ementium posuit, quantum vellent illi dare.* vile quid est peccator, obscurus honoreque quolibet orbatur, vbi peccat; quapropter Deus noster post parentum Idolatriam, fornicationis probrum, dedecus luxuriæ permittit in filiabus, vt verecundia Parentes signentur, & filij. vndè nec visitat, vt redeant ad cor, &
Rup. Abb. ait. *Non visitabo.* sic Rupertus Abbas. *Non visitabo, cum fornicatæ erint. vtrumque iustum insinuat Iudicium Dei, dum in corporali fornicatione derelinquit, & sordidari permittit extra omnem dignitatem rationis, eos, qui à Deo fornicati sunt* D *fornicatione spirituali.* abest dignitas, honor, & decor ab his, qui desinunt amici Dei esse, quorum solum nimius honor est, dicente
Psal. 138. Propheta, *Nimis honorificati sunt sunt amici tui Deus.*



A ANVLVS XXXXXII.

Corripiatur peccator, sed abscondatur ab aliorum oculis peccatum, sitque correptio melliflua.

Non visitabo &c.

NOn est innocens, qui cum debet, peccãtes non corripit, ruet, & ipse, si in pręceps abeuntem impium, non auertet. exi- B get vtriusque sanguinem dirus Dei gladius; quiquè videtur iustus, morietur cum impio. Victrix hebręorum, vel vox, audientibus terrorem inflixerat; neutiquam columnizabat pectus, vbi marmorei ruebant quasi spontè parietes. fecit iam Hierico. Sed en terga vertunt percussi pugnatores ab Hai plebicula. itã Iosue, capit. Iosue. 6.
6. *Ascenderunt ergò tria millia pugnatorum, qui statim terga verten-* C *tes percussi sunt, à viris vrbis Hai,* exhorruit spectaculum, cædemque Iosue, cucurrit ad Dominũ, festinauit pronus ad orationem. cui sic Deus. *Peccauit Israel, & pręuaricatus est pactum meum, tuleruntque de anathemate, & furati sunt, atque mentiti, & absconderunt inter vasa sua.* explorauit furtum Iosue, inuenitque vnum peccasse Achaz. accedit huc Diuus Augu- D. August. stinus in quæst. in Iosue, expetitque, cur Israel dicitur peccasse, vno peccante? nunquid à singulari argumentum valebit ad vniuersale. absit. quid igitur est, quod ait Deus, peccauit Israel, plures que puniuntur? verum punitur populus, quia alius innocentiæ alius nõ iuigilauit, fratris nõ curare salutẽ, crimẽ est, quod neutiquam relinquit impunitũ Dei iustitia. audiatur Diuus Augustinus. *Quæri solet, quomodò iustè pro*
Qui non corripit peccat.

alterius peccatis, in alios vindicetur sed sciendum est, hoc ideò factum esse, vt non se solum quisq; curet in populo; sed inuicem sibi adhibeant diligentiam, & tanquam vnius corporis, & vnius hominis, alia pro alijs sint membra sollicita. Et hic arguit peccantes Propheta noster, sed peruagari videtur in correptione timor; tunc peccabant, tūc creaturas pro Deo, Israel adorabat, scortum probrosum Diaboli, & hominum, erant filię. quid est quod cælica non fruitur libertate, & ait. *filię vestrę fornicantur?* sed futurum, nec factum testatur peccatum. dicens. *Ideò fornicabuntur?* à Christi gestis, Prophetæ scrutabor voces. Ierusalem ascenderat, vbi crucem conscensurus erat Christus, prędixitiam cuncta, vt è discipulorum cordibus scandalum crucis tolleretur enarrat totum Matt. cap. 20. dicens. *Et ascendens Iesus Ierosolymā assumpsit duodecim discipulos suos secretò.* expendo, cur tormēta dicturus secretum custodit, quodque per tot Prophetas intonuit, quasi tubis, nunc clàm susurrat? Audio Vxorem Zebedei petentem sinistram, dextramque duobus filijs, suos vult Regnare, expelli cæteros. quandò non à Regno cælorum exturbat mulier. Dic. dixit. *Vt sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in Regno tuo.* male postulat inquit D. Ambrosius lib. 5. de fide cap. 3. vndè, & reprænenditur, & corripitur à Christo. *Iure igitur reprahenditur mulier, qua, & impossibilia, & speciali quodam priuilegio, ab eo Domino postulauit, qui ea, quę sanctis iudicauit esse donanda, non duobus Apostolis, sed omnibus discipulis etiam sinè cuiusquam precatione, voluntaria*

Matt. cap. 20.

Matt. 20.

D. Ambros.

A *sui largitate contulerit.* defecit mulier, correptioni subijciēda erat, hoc totum omnia noscenti Christo notum erat; vocauit idcircò discipulos secretò, vt sic correpta, emendaretur mulier, quandoquidem corripiens minimè epul gare debet peccatum. eruditè, vt assolet D. Ioannes Chrisostomus hom. 35. ex capit. 14. in Matth, *Nunquid non poterat in itinere constitutus, hac eadem loqui, cum sint paucissima verba? Sed declinauit* B *seorsum ab itinere, sciens quod ventura erat mater filiorum Zebedei cum filijs suis, vt peteret ea, quę petierunt, & audirent ea, quę audierunt, vt prępararet eis locum ad eludum, ad petendum, & ad audiēdum.* Secretus inquiritur locus, vbi delinquentis auris correptione feriēda est. est sub Dei lingua mel, & lac ità Cant. *Mel, & lac sub lingua tua.* detersiuum vulnerum C mel est, & proindè correptionis peccatorum symbolum, hoc sub lingua tenetur, quia nedum dulciter, sed abscondite debet corrigi peccator. hinc Clemēs Aless. lib. 1. pedag. cap. 6. *Aptè enim, & appositè lac melle miscetur. Verbum enim benignitate commixtum, simul, & animi medetur affectionibus & expurgat peccata.* Ex quibus Prophetę inuoluta capiuntur elo quia, corripiebat peccata Israeli D tarum; ne autem euulgata ad impudentiam asportarent peccantes, corripit, sed secretò, & absconditè. Sic Abbas Rupertus. *Interea non prętereunda est eloquutionis cautela, quomodò impenitentium offensionem, quoad potest Propheta subterfugiat, pręsens vitando tempus, & alia ponendo tēpora; nunc quidem futurum, nunc autem pręteritum. Non enim ait pręsenti tempore, ideo fornicantur, sed ideò inquit,* forni-

Chrisost.

Cant 4.

Clemens. Alex.

Rup. Abb.

fornicabuntur filiæ veſtræ. item non ait, quoniam, & ipſi cum meretricibus conuerſantur, & effeminatis ſacrificant; ſed conuerſabuntur, inquit, & ſacrificabant; Non ad ipſos in faciem, ſed quaſi de alijs ad ipſos loquens per Apoſtrophen repentinã, vt amariſſimam rem, atque aſperrimam, modus inuectionis, vtcumque mitiget inuectionem, & nihilominus totam expediat veritatem.

SECTIO XV.

Benignitas Dei, eo tendit, vt peccator miſericordiam non reſpuens, ſaluetur.

Non viſitabo ſuper filias veſtras.

AVertit peccatores Deus, & vel ab initio diuiſit lucem à tenebris, qui lux eſt, & in quo tenebræ non ſunt vllæ. cur viſitabit, vel cęlẽſtis medicus in medicum inſanientes, & inſilientes. inſaniebant peſtifera febre criminum correpti Iſraelitę, vnde ait Deus. *Non viſitabo.* Dicam tamen Deo. nunquid proijcies in æternum ò Deus? nunquid abſcindetur in ira miſericordia D tua? aut illud attributum, quod ſuperexaltat iuſtum Iudicium ſubſidebit? abſit. Non viſitat, ſed punit Deus fugientem Ionam; aſt dum ſepultus, ſuæ vitę vale dicit, en ducitur ad portum, & naufragando, eripitur de naufragio. vel ſuppliciorum terminus, eſt Dei miſericordia, quæ non vult perire peccatorem, nec damnare. Damnat flammigerus Dei ocu-

A lus, quos viſitat in peccatis, vndè, vt abſolueret adulteram. *Inclinans ſe deorsũ digito ſcribebat in terra.* Auertit oculos nè peccata videat, & condemnet: digito ſcribit, ſcilicet Spiritus Sancti amore, qui digitus Dei dicitur. *Dextera Dei tu digitus.* Canit Eccleſia. neſcit enim amor ſcribere, niſi pietatis Decretum, & veniam. ſcite D. Chriſologus ſerm. 115. dicens *Hinc eſt fratres, quod cum* Ioan 8. / Digitus Dei pietatur decretum ſcribit. / Chriſol.

B *in Euangelio à ſcribis, & Doctoribus legis apud Dominum iſta accuſaretur adultera, auertit faciem ſuã Dominus, & declinauit in terram, ne crimen cerneret, quod puniret, & maluit fratres in puluere ſcribere veniam, quam dare in carne ſententiam.* neſcit fuggere ſupplicium, peccatum antè Dei oculos pingui ceruice erectum, ne igitur puniat, ſed ſaluet, & expectata ad pęnitentiam, locũ miſericordiæ

C inuenit anima, non viſitat populum Iſraeliticum in peccatis debaccantem Deus, & inquit. *Non viſitabo ſuper filias veſtras, cũ fuerint fornicatæ.* Semper ad miſericordiam pronus eſt Deus, & vel offenſus dat gratiam, exibet miſericordiam. teſtis eſt vel inſenſibilis pẽtra deſerti, quę petram noſtram Chriſtum, qui facit vtraque vnum, figurabat, vt ait Paulus Apoſtolus. *Petra autem erat* Ad Corint. 1. cap. 4

D *Chriſtus.* hæc percuſſa dedit aquã, quia Chriſtus, vel peccatorum percuſſionibus attritus, gratiarũ aquam effudit. vndè Diuus Auguſtinus ſerm. 94. de tempore inquit. *Ecce eſt petra, et habet aquam, ſed hęc petra; niſi percuſſa fuerit, aquas omninò non habet. percuſſa verò fontes producit, & flumina, percuſſus enim Chriſtus in Cruce, noui teſtamenti, id eſt gratię, fontes produxit.* Chriſtus offenſus dat gratiam. / D. Aug.

Huc

Huc semper tendit, semper anhelat Dominus noster Iesus Christus, vt saluet hominem, quem perierat, asportetque ad paradisum, Ad hortum secessit Gethsemani, cũ Redemptioni dedit primordia; ibiquè oratione se se ad nostrum exemplar muniens, Patrem supplicabat, vt si fieri posset transiret ab eo calix amaritudinis, perseuerabat in oratione, & inquit sacer textus, quod. *Procidit super terram*. cur quęsò Domine mi in terram procidis, qui maiori afflictione completus, semper Patrem respicis in cruce, nec inclinas caput, quousque tradis spiritum? quid est, quod ad terram se inclinat Christus? in gestorum Christi solutionem, adeo hominis creationem. certũ est Adam, eiusque posteros ex anima constare, & corpore, & secundum Diuũm Gregorium, intelligere nos habemus cum Angelis; certum etiam est ex Philosophis, denominationem debere fieri à digniori, & nobiliori. quod si nobilior in nobis est intellectus, quam terra ex qua etiam constamus, quid est, quod potius terræ retinemus nomen, & Deus terram nominauit, dicens. *Terra es, & in terram reuerteris* quam intellectus, & intelligentiæ? Pergo mox ad Sacros Teologos. disputant hi. Vtrum Angelorum aliquis ex ijs, qui peccauerunt, sint saluati, & respondent nequaquã hoc accidisse, licet enim D. Cirillus cathec. 2. ait. *Nescimus quanta ille, & Angelis condonauerit, indulget enim, & illis*, tamen interpretandus est de indulgentia anticipata, muniuit enim Angelos bonos gratia sua, & ità non peccauerunt. nec insolens est hæc explicatio, etenim Diuus Augustinus ait, gratiæ Dei tribuendum esse, quod multa peccata non facimus, quæ si Deus permitteret faceremus. omnes igitur, qui peccauerunt damnati sunt. vnde D. Petrus Epist. 2. c. 2. inquit. *Deus Angelis peccantibus non pepercit*. quare autem peccatorum remissionem non fuerint consequuti, non vna est Sacrorom Doctorũ ratio. tribuunt alij pespicacitati intellectus; simul enim intelligunt, & intellectæ rei inflexibiliter adhærent. alij breuissimæ durationi concessę ad deliberandũ, alij denegationi diuini auxilij. que prouenit ex eorum rebelli voluntatate, quæ nam sit solidior ratio, in Sacra Teologia disputo, & coniecto. hoc tantum ex his eruo, Angelis peccãtibus Deum non pepercisse; & ità latum decretum. homini autem decreuit parcere, quia capax est pænitentię, sed quare penitentię hic capax sit, accipe moralem rationẽ. ex D. Damasceno lib. 2. de fide c. 3. qui ait. *Angelus capax non est pænitentia, quia corpore vacat. Nã quod homo è vitiorum cęno emergere, atque ad meliorem frugem se cõuertere queat, id ob corporis imbecillitatem, est consequutus*. terra itaq; ex qua constamus, est quodam motiuum, misericordiæ Dei, quo parcit peccanti. voluit quapropter Deus non nomen conueniens Angelis assignare homini, ne nomen audiens illorum, qui non consequuti sunt misericordiam, etiam in homine, ab homine aliquãdo auerteret misericordiam suam. non latebat hæc doctrina Dauidem, vnde misericordię Dei aliquam veluti causam reddens. psal. 102. aiebat. *Quomodò miseretur Pater filiorum misertus est Dominus timentibus se, quoniam ipse*

Margin notes: Matt. 26. — Genes. 3. — Cirillus. Angelis in dulsit Deus, & quomodò. — Petr Epist cap 2. — Angelis peccãtibus cur venia non exhibita. — D. Damascenus. — Homo cur capax sit penitentię — Psal 102.

Psal. 102 *ipse cognouit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam puluis sumus*. miseretur Deus, vt figmenti nostri, vt pulueris, ex quo constamus, meminit. quomodò enim terra cælum petet? verget semper ad terram, & inclinatio apud iurisperitos delicta, nedum alleuiat, sed tollit. vndè D. Aug. *D. Aug.* *Nouit Deus quid ipse fecerit, quomodò lapsum sit, quomodò reficiendum sit, quomodo adaptandum sit, quomodo ditandum sit*. & Lorinus in hunc *Lorinus.* psalmum. *Cum hactenus Dauid misericordiam attenderit, secundum propriam naturam ipsiusmet Dei secundum se Nouit, inquit, Deus naturam humanam, quam effinxit, & rationem habet imbecillitatis nostra, vtpotè cum formauerit nos ex limo terra, & inseruerit corpori terreno, fragilique animam quidem immortalem; sed ob istam corporis contagionem, cum procliuitate ad malum, & cupiditate rerum terrenarum*. Videt nos terram Deus, & motiuum accipit miserendi, impertiendique suam pietatem, & asportandi ad Cęlum, per se enim haud ascendere potest. cum autem secessit ad hortum Gethsemani, vidit, & contemplatus est in illa terra hominem; procidit quapropter, vt daret pietatem, acciperet ad se, & asportaret ad Cęlum. en, quæ Dei pietas, en vt ad pietatē pronus est, procidit, vt misereatur, nesciens se à misericordia continere. accinit his Simon de Cassia de Passione. *procidit super terram, vt maledictio terminaretur; procidit super terram, super humanam terram inclinatus, quarebat illam imponere super calum ad quod possidendum creata erat*. aufert sua pietate maledictionē, dat gratiam, & subleuat in Cælum.

cur Christus in terram procidit orans. Simon de Cassia.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A Non abigo ab hoc horto, vndè animę meæ cibum delibo. non procidit solum Christus, sed peccatorum meorum pondere grauatus, & pressus in sanguinem colliquefit, ibi enim dum oraret, inquit Euangelista. *Factus est sudor eius, sicut guttę sanguinis decurrentis in terram*. sanguinem pluit Christus, nedum vt fœcundet terram, sed quia exoriens Sol solet pluuię vapores tollere in altum. sol ęternus est Deus, oriturque indefectibiliter super bonos & malos, q. d. Christus Dominus? pluit suum sanguinem; vt sol, qui vapores ex pluuia solet in altum tollere, & antè se constituere, huius sanguinis vaporem exortus trahat antè se, & hinc diuinitas, quæ peccata dimittit, Christi sanguine placata parcat peccatoribus. O Christi pietatis stratagemmata. verùm, redeo ad terram, & contemplor, cur sanguis Christi Diuinitati vnitus, mittitur in terram, mox conculcandus ab impijs? quid est, quod rigat terrā suo sanguine Christus? Dicam. supponendo, quod, vt peccat homo, illicò emoritur, stabilitum est enim decretum. *Per peccatū mors*. vt peccat homo illicò moritur. viuit tunc, cum a Deo viuificatur misericordia sua. pensabat terrā aridam Christus, & in ea hominem, iam peccato defunctum, cū namquè peccauit Adam, statim dictum est illi, *Terra es*. vt viuat homo, necessaria est anima, qua deficiente, non amplius est homo, sed corpus mortuum. Quid Christus, sciebat in sacra scriptura, vt alibi dictum est, asserrum, animam esse in sanguine; & en mittit sanguinem in terram, vt sic, infundendo animam suam hominem viuificaret; isthæc autem

Luc 22.

Cur Christus in horto sanguinem sudauit.

Ad Rom. 5.

B

C

D

tem viuificatio à Christo dicit deletionem peccati, & immensum suæ pietatis pelagus. dicendum ergo est dominum nostrum ità ad misericordiam suam promptum, vt vel ante clauos, & flagella, effundat sanguinem, vt tali effusione hominem reuocaret ad vitam, absorberet mortem, & peccata dimitteret. prestò est Simon de Cassia lib. citato c. 39. dicens. *signum erat sanguis decurrens in terram, profusionis animæ Christi, dilectionem ad humanam naturam, vt vita effunderetur super mortem, absorbendo ipsam. In sanguine dicitur esse vita, terra mortalis Adam, & ex ea vniuersalis contracta propogo, super quam tota vita Christi decurrit, vt hoc mortale compositum absorberetur ab ipsa.* mortale compositum vita nostra est, quæ peccatum admittit, dat vitam Christus, vt tollat peccatum, & viuat semper in gratia. Nec mirũ, huc enim tendit Dei pietas, vt peccatũ tollat ac ablegetne ante Dei conspectum possit contra peccatorem tormenta clamare. Stabat ante Pilatum Christus innocẽs à Iudice agnitus. ast inuidia, & liuor, quò Christus erat innocentior, eò reum mortis clamabat. ad nihil enim anhelat inuidia magis, quam ad boni mortem. tunc Pilatus irrumpere non valens clamantium iniquitatem dixit. *Emendatum ergò illum dimittam.* vbi Beda in cat. *flagris illum, & ludibrijs, quantum iubetis afficiã, dumodo innoxium sanguinem non sitiatis.* quo decreto fuit flagellatus Iesus, quæ flagella contẽplans D. Bonauentura in meditatione vitæ Christi, inquit. *Vndè ligatur, & diuersimodè flaggellatur, stat nudus coram omnibus iuuenis elegans, & verecundus, speciosus forma præ filijs hominum, suscipit spurcissimorum flaggella dura, & dolorosa caro illa innocentissima, tenerrima mundissima, & pulcherrima, flos omnis carnis, humana natura repletur liuoribus, & fracturis, fluit vndique regius sanguis de omnibus partibus corporis, superadditur, reiteratur, & spissatur liuor super liuorẽ super liuorem, et fractura super fracturam.* Flaggellatur Iesus, nondum condemnatus, innocẽs, agnoscitur, & emendatur. Quid emendabit ille, qui peccatum non fecit, nec dolus inuẽctus est in ore eius? absint flagella à tabernaculo, in quo est Diuinitas, scriptum est enim. *Flaggellum non appropinquabit tabernaculo tuo.* Ast hæc omnia patiebatur homo, sed disponebat Deus, vt sępe ex D. Augustino dicitur. inquiro flaggellorum mysterium, aliudque habebo ex Salomone. prou. cap. 10. sed primo suppono hominem Dei esse cor, quod habeo ex textũ hebræo in quo vbi nostra vulgata legit. *Delebo hominem quem formaui à facie terrę.* legitur. *delebo cor meum.* hic homo per peccatum abierat à Deo, en vt quærit. *Adam vbi es.* me dereliquisti, ò cor meus. scriptum est autem in lib. prou. *Virga in dorso eius, qui indiget corde.* vt indicaret igitur Deus, se indigere homine, qui est cor suum, & qui abierat propter peccatum, voluit flaggellari. tendo nunc aliò, peccatores peccando peccata supra dorsum Christi imponebant, ità per Dauid Christus. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.* erant supra dorsum Christi peccata, & contra peccatorem clamabat ad Patrem. quid Christus? veni peccatores saluos facere. tunc salua-

buntur

Christus homini dat sanguinẽ suũ vt anima sua viuificet. — *Simon de Cassia.* — *Matt. 2. 6* — *Beda.* — *D. Bonau.* — *Psal. 90.* — *Prou. c. 10* — *Genes. 6.* — *Tex. heb.* — *Genes. 3.* — *Prou. 10.* — *Flaggellari voluit Christus, vt nos cor suum haberet.* — *Psal. 128.*

buntur, cum peccata dispergentur. flagellis quis expellitur. en supra dorsum meum posuerunt peccata peccatores, accedant flaggella, veniant virgæ, percutiant, & dispergentur peccata, quod si dispersio peccatorum salutem dicit hominum, & Dei pietatem, cōcludendum est, Deū semper ad misericordiam anhelum, dispergere, vel suis opprobrijs peccata, vt saluet peccatores. accinit his Diuus Athanasius Alex. qu. 136. *Verberatur, vt mihi libertatem donet, conspuitur, vt aspersionem Spiritus Sancti nobis suppeditet; flaggellatur, vt in dorso suo recumbentem sarcinam peccatorum dispergat*. Huc flagella tendunt Christi, vt dispergantur peccata, & parcat peccatoribus.

Christus flaggellatur, & qua re.

D. Athanasius.

Non sistebat Sol noster Christus *Iesus*, sed cunctas lustrabat ciuitates, & Castella, vt tenebras effugaret satanæ, ac in viam salutis adduceret peccatores, iuit, & ad Hiericho, sic Lucas c. 19. *Ingressus Iesus perābulabat Hierico*. ad salutis viam hic adduxit Zaccheum, publicanorum Principem, & diuitem, in cuius conuersione magnam spem suæ pietatis dedit peccatoribus, qui misericordiam suam, venit effundere Christus Dominus, vndè D. Thomas in sua catena. *Et bene Princeps inducitur publicanorum, quis enim de se desperet, quando iste peruenit ad gratiam, cui census ex fraude*. Sed expendo, cur ciuitatē hanc perambulare voluit Christus? Perambulare, enim sæpius per illam ambulasse manifestat. nunquid vnus non sufficiebat circuitus? O, Diuinæ pietati minimè sufficiebat. quapropter sciēdum est Hierico ciuitatem illam esse, quam destruxit Iosue iussu

Luc. 19.

D. Thom.

Nulla desperet essi magnus peccator.

A Dei, nusquam enim viribus circumdantis ad subiugandum, cedere voluit, ita notatur Iosue. 6. *Hierico autem clausa erat, atque munita timore filiorum Israel, & nullus ingredi audebat, aut egredi*, & animam signat obstinatam, quæ nullis cedit Dei inspirationibus, vndè ruit semper in peccatum, hinc Glos. mor. *Per Hierico, ciuitas Diaboli significatur, quę dicitur clausa per obstinationem in peccatis, & munita contra fidem, & mores sophisticis argumentis*. hanc

Iosue 6.

Glos mori

B vrbem totam sæpius perambulat Christus, vt quæ iam ceciderat, ręędificet, vt surgat ad veniā, eleuetur ad cęlū, etenim Christo dictum est in persona Hieremiæ. *vt ędifices, & plantes* vt igitur destructam animam misericordia ędificaret, perambulabat Hierico, sic D. Chrisologus serm. 54. *Hierico ciuitas ipsa est, quam Iesus*

Chrisol.

C *Naue septeno tubarum clangore subuertit, sed quia Christus venerat saluare, quod perierat ingreditur Hierico*. Saluare cupit Iesus, qui Saluator est, nec aliquid eius, quod debet, prætermittit, vt saluet hominem. imò si ità loqui fas est, iustitiam deludit, vt salus animæ auspicetur. Crucifixus fuit Dominus Iesus Christus, nec alia morte potuit perire, quia hęc iā ab ęternitate fuit decreta. peto, cur crucis mortem elegerit, clauisq; in cruce, voluerit affigi. aliū

Christus redificat, quod cecidit.

D q; ex arcanis reuelare conabor ex ijs, quę Moyses famulus Dei operatus est. obtinuerat à Deo quadraginta dierū ieiunio ornatus legis tabulas Dux populi Israelitici, ijsdēq; descendebat de monte, audiuit autem vociferātē populū, qui vitulo, pro Deo erecto, colludebat, & ait sacer tex. exod. 33. *cumque appropinquasset*

Exod. 33.

ad castra, vidit vitulum, & choros, iratusque valdè proiecit de manu tabulas, & confregit eas ad radices montis. inquiro nunquid Moysen populi peccatum latebat? neutiquam hoc dicendum est, quandoquidem dixerat ei Deus in monte. *Vade, descende, peccauit populus tuus, quem eduxisti de terra Aegipti, recesserũt citò de via, quam ostendisti eis, fecerunt sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt, isti sunt Dij tui Israel, qui eduxerunt te de terra Aegipti.* quod si peccatum, & peccati circunstantias, nõ ignorabat, quid est, quod in monte non confregit tabulas, sed vbi peruenit ad populũ, conspexitque peccatum? quid est, quod populus peccat, & legis tabulę confringuntur. *D. Hieron.* totum dat crapulæ dicens lib. 2. contra Iouin. *Moyses quadraginta diebus, & noctibus ieiunijs cum Domino in monte loquitur; populus autẽ satur Idola fabricat. Ille vacuo ventre legem accipit scriptam digito Dei, iste manducans, & bibens, consurgensque ludere, aureum conflat vitulum, & Aegiptium bouem praefert Domini maiestati. Tot dierum labor vnius diei saturitate perit. frangit audacter Moyses tabulas, sciebat enim Domini sermonem non posse audire tumulentos.* en quæ mala parit gula. ducit ad peccatum, & Dei gratiam, quę per sermonem hauriri solet, respuit. eruditè quidem, vt assolet. D. Hieronymus. ast Diuus Bruno Cartusianorum Sanctissimus Patriarcha aliud in hac tabularum effractione intuetur mysterium. Certũ est Moysen fuisse Ducẽ, & Iudicẽ illius populi Israelitici. & Iudicẽ debere, nè sit iniustus, secũdũ iura iudicare. in illis tabulis iura sanciebãt, ne

D. Hieron.

Gula legẽ Dei frangit.

Gulosus verbum Dei non audit.

A Deũ aliũ pręter eũ, qui solus, & verè Deus est haberẽt Israelitę; secundũ ista igitur iura debebat puniri populus æterna morte, adorauerat.n. vitulũ, & Dei gloriam in iumẽtũ transtulerat. vnũ remanet effugiũ Iudici, ne dãnet, tollere legẽ: quid Moyses? rupit legẽ antequam ad iudiciũ accederet, vt deleta lege, secundũ illã iudicare minimè esset adstrictus, ità D. Bruno in alleg. Tilm. dicẽs. B *Irascitur Moyses, & frãgit tabulas, populus peccat, & tabulę frãguntur. populus peccat, lex destruitur, vt quid hoc? st. n. Moyses tabulas non fregisset, & quid proderat, quod orãdo Deũ placauerat, si ipse eos ex legis imperio occidisset, lex. n. dicit, qui immolat Dijs occidetur. Noluit igitur cum tabulis, noluit cũ rigore legis ad populũ delinquẽtẽ venire, sed tabulas fregit, legẽ euacuauit, & populo delinquenti pepercit.* vbi lex nõ clamat, & nõ cogit Iudicẽ, venia cõspicitur. C ex quibus, cur Christus manus suas voluerit clauis cõfigi, & sãguine repleri, facile capere possumus. In manibus Christi lex erat, vt dicit Moyses. Deut. c. 33. *In dextera eius ignea lex.* lex homicidas, inuidos, falsarios dãnabat. q.d Christus, q. ignosci volẽbat peccatoribus? clauos in manibus admisit, quasi legẽ lacerãtes, sãguine suo, velut, legis librũ deleuit, vt deleta, & cassata (si ità loqui fas est) lege, nõ punirẽtur impij illi peccatores. D hinc Anonym. q.dã. *O quã ingẽs est Dei misericordia in peccatores, pro crucifixoribus orat, & clauis cõfigitur, vt clauis, & sãguine, quasi deleta ignea lege, quæ erat sculpta in manibus suis, delicta donaret ijs, qui redire volebant ad veniã.* Benedicta sit diuina pietas sibi nocuit, ne nos noceret. vulnera infigit manibus, ne gladiũ su-

D. Bruno Moyses cur tabulas legis fregerit.

Deut. 33.

Anonym. Crucifigi cur voluerit Deus.

ſumant in peccatores, & dignam det mortis retributionem ijs, qui in Deum peccatis ſuis exarſerunt. In manibus clauorum vulnera ſubſtinet; qui tamen, nec mortuus, genua vult frangi, nam vt inquit. Ioan. *Ad Ieſū autē cū venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura, ſed vnus militum lancea latus eius aperuit.* expeto, cur datus totus ludibrijs Ieſus, hoc ludibrium ſuſtinere noluerit, imò a longè vetauerit? *os non comminuetis ex eo.* explicabit Dauid, qui pſal. 99. alliciens cunctos ad Domini laudes, inquit. *Laudate nomen eius quoniam ſuauis eſt Dominus, in æternum miſericordia eius.* laudandus eſt Dominus inquiunt. D. Auguſtinus, & Caſſiodorus, quia quantò laudatur magis, tantò magis dulceſcit. *Nolite putare.* ait Diuus Auguſtinus in hunc pſal. *quia deficietis in laudando; laudatio veſtra, quaſi manducatio erit; quantum laudatis, tantum vires acquiritis, & tantum dulceſcit, quem laudatis.* quo anima plus orationi vacat, eò magis orare vult, cibus eſt oratio, quo vires acquirit anima, & dulceſcit Chriſtus. laudandus eſt Deus; ſed quid addit Propheta? *Quoniam in æternum miſericordia eius.* vbi D. Auguſt. *Non enim cū te liberauerit deſinet eſſe miſericors, & vt protegat ſemper in æternā vitam, miſericordia eius eſt.* æterna eſt diuina miſericordia, & per miſericordiā, quia peccata tollit, dicitur ſuauis. ſic Chriſolog. ſerm. 6. *laudate nomen eius*, inquit. *per quod ſaluati ſumus, & in quo cœleſtis terreſtris, infernaque genuflectit, & diligit creatura; quia ſuauis eſt Dominus; vnde? quia in æternum miſericordia eius. Verè ſuauis eſt per miſericordiam, per quam ſolam totius* A *mūdi amariſſimam dignatus eſt auferre ſententiam.* & Sępius Dauid. *Quoniam in æternum miſericordia eius.* Sed dices lector, quid æternitati miſericordię, cum genibus non confractis? genua enim præcipuè frangebantur cruci affixis, vt notat Boſſ. de Chriſti Cruce. multum per omnem modum nobiſcum, nostrates, erat Chriſtus, & noſtris dicebat quis autē ignorat in erectis genibus, miſe- B ricordiam deſignari. docet ex antiquis Pierius. lib. 34. dicens. *cæterum genu miſericordię ſedem eſſe, antiqua omnis ſuperſtitio confitetur.* non latebat hoc Chriſtum, quid ergo? mori voluit antequam milites ad crura frangenda, & genua aduentarent, vt non fractis genubus, miſericordię ſymbolis, ſemper, & in æternum apud Deū eſſe in peccatores miſericordiā, qua peccata delere vult, edoce- C remur; quò fortè ſpectauit D. Auguſt. in pſ. pręcitat. cum dixit. *Non enim cum liberauerit deſinet eſſe miſericors.* liberauerat iam per ſufficientiam, mortuus in cruce, ſed miſericordiæ genua integra sūt, nec deſinet eſſe miſericors, liberando à peccatis etiam efficaciter, ni reſiſtamus.

Verè ſtat propugnator ad miſerendū Dominus, vere vitę defectū non deficit æterna pietas, ſed D sēp miſericordię innixus Deus, voluntatē miſerēdi firmatā, & veſtigiam, obſtinatam retinet. Nō abigo à Sacratiſſima Domini Paſſione in qua largo diluuio ſāguinis effudit miſericordiā ſuā. *Vitæ* iam vltimū vale dicere voluit, & inquit Euang. Ioānes. *inclinato capite tradidit ſpiritū.* actio verè plenā Sacramētis, de qua ita D. Laurētius Iuſtinianus c. 20. de agone Chriſti. *Sacramentū maximū nobis*

Ioan. 19

Pſal. 99.

Auguſtin.

Deus laudatus dulceſcit.

Orans aſſiduo ſemper vult orare.

Pierius

D. Auguſt.

Laurētius Iuſtinian.

A *commendatur, in eo quod dicitur inclinato capite tradidit spiritum.* scrutabor deuotus, non superbus inquisitor sacra hæc abscondita, & à via, terminum reuelare conabor. Ad passionem suam accinctus Christus Dominus noster in hortum secessit, quò vt pergeret, necesse erat torrentem Cedron pertransire, quem, vt inquiunt Sacri Doctores Christi passionem contemplantes nudis pedibus pertransiuit.

B *Ioan 18.* *Egressus est Iesus*, inquit Ioannes Euangelista, *cum discipulis suis trans torrentem Cedron.* *D. Chris.* scio D. Ioannem Chrisostomum Christi amorem in hoc transitu contemplasse, quo, etiam inimicorum laboribus succurrebat, nolebat enim diutius in itineribus fatigari, dum illum ad mortem quærebant. ita hom. 82. in Ioan. *Torrentem, & ad locum proditori notum properas, vt laborem eis demeret, & ostendit discipulis, se ad mortem spontè proficisci; etenim in horto, tanquam in carcere commoratur.*

C *Cur secessisset in hortum Christus.* At scio aliundè, intrinsecus Christum affligi, ex Iudæ .s. peccato, vndè impedire conabatur. audiamus Ioannem Euangelistam, aduenerant iam Cohors, & ministri Pharisæorum cum laternis, & facibus, nec aufugit Iesus, aut saltem expectauit, sed processit obuiam. *Ioan. 18.* *Iesus itaque* inquit Ioan. cap. 18. *Sciens omnia quæ ventura erant super eũ, processit, & dixit ad eos, quem quæritis?* & respondentibus, *Iesum Nazarenũ.* manifestauit se Iesus, & dixit. *Ego sum.* cur se manifestat? cur procedit obiuam inimicis? proh Dei immensam charitatem, sciebat osculo completurum traditionem Iudam, qui dixerat. *Matt. 26.* *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducitè*

D *cautè.* quid Christus? processit obuiam, nè compleret proditionem Iudas, & sic sibimet veniam redderet faciliorem. ità Angelus Cisterciens in quodam sermo. *Angelus Cisterciensis.* *vt impediret proditionem, siuè peccatum Iudę, benignus Christus processit obuiam.* Quod potest firmari ex verbis, quæ osculanti Iudę dixit Christus. *Amice, ad quid venisti?* Quid tradis, ac si diceret, si memet spontè tradidi? si manifestaui, si processi obuiam, ad quid proditioni tuæ das complementum, ò Iuda? quod si Iudæ peccatum impiedire conabatur Christus, torrentem pertransire haud debuisse videtur, sed ibi propè stare, etenim scriptum est. *Eccl. 7.* *memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.* *Torrens nouissima repræsentat.* & in torrente nouissima figurantur. Vis paradisi gloriam? en, vt illam adumbrat Torrens. *psal. 35.* *Torrente voluptatis tuę potabis eos.* inquit David. vis pęnas inferni, & iudicium? dicit Torrens; vndè Iob. *Iob 28.* *diuidit torrens à populo peregrinante*, vbi Gregorius. *Gregorius.* *Quid verò per torrẽtẽ, nisi à conspectu tremendi Iudicis per vltimum examen egrediens; atque electos, & reprobos diuidens.* Vis mortem? hæc in torrente figuratur; vndè Christus, qui mortem in via bibit, dicitur de torrente bibisse. *psal. 109.* *de torrente in via bibet.* non vides tunc inclinatum, quasi ad potum torrentis, cum animam expirat; *Ioan. 19* *Et inclinato capite tradidit spiritum.* Quod si quatuor Nouissimorum memoria efficacissima est ad peccatoris animam auertendam à peccato, & cunctorum figura est torrens, quid est, quod in torrente non manet Christus, vt propè torrentem sit Iudas, cum prodit, & nouissima contempletur, sed transit aquas, & pergit trans torrentem?

Dice-

Dicere possem suam in hoc transitu superexcedentem misericordiam indicare voluisse Christũ in peccatorum pœnam aliquãdo Deus lepram infligebat, sed parietibus, vt habetur Leuit. 14. homo peccabat, & paries sustinebat pœnam; quadere exclamat Teodoretus dicens. *Qua quidem inenarrabilem Dei beneuolentiam demonstrat, dum enim peccarent homines, vestimentis, aut domicilijs plagas infligebat, hoc pacto sanitatem, conferebat possessoribus illorum* en, quam pius Deus, vel à peccatore auertit pœnam. at cum agitur de filio suo, vt saluet nocentem, punit innoxium. hæc superexcedens misericordia est, quapropter passurus pro nobis, vadit trans torrentem Cedron. sed quid transitus torrentis Cedron, cum transitione pietatis? torrens ille ideò Cedron dicebatur, quia multi cedri ibi erant, sic Alcuinus. *Trans torrẽtem Cedron, idest cedrorum, genitiuus enim est græcus.* de cedro autem hæc Pierius lib. 60. *Cedrus, siuè citrus arbor fructus gignens odore, ac sapore præstantissimos, misericordiæ, pietatisq; symbolum est.* transit igitur cedros misericordiæ symbola Christus, vbi ad suam pergit passionẽ, quia vbi de filij Dei passione agitur propter liberandum, & saluandũ genus humanum, non quælibet misericordia est, sed vel misericordiæ limites trãscendit; vndè exclamat. D. Chrisostomus. hom 2. in psal. 19. *Misericordia tua inextimabilis est, & omnem excedens sermonem.* transit misericordiæ limites, cum trans torrentem cedrorum, misericordiam præsefe rentium transit Christus, vt pro homine moriatur, innocens pro peccatoribus, pius pro impijs,

Teodor.

Alcuinus.

Pierius

Misericordia Dei in saluando nos, quam sit excedens. Chrisost.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A sanctus pro reis, iustus pro iniustis: sed alio tendo, & ex sanctis Patribus habeo, qualis Christus ad passionem progredi voluerit. cucurrit equidem, sed vt ceruus, vndè titulus psal. 21. quem totum, vt inquiunt Sacri Doctores Christus in Cruce recitauit, & passionem loquitur, est, *pro susceptione matutina, siuè pro cerua matutina* quis autem ignorat, ceruo naturalem inesse proprietatem eundi ad aquas post diros, quos passus est serpentum morsus; vbi tamen non diù stat. O! dederat semetipsum venenato illi serpenti Iudæ Christus, cum in cena, nõ diuisus ab Apostolis, æpulum corporis, & Sanguinis Christi accepit, sentij morsus; quia autem ceruus appellabatur, & ceruo volebat similem sponsa cum ajebat. *reuertere dilecte mi similis esto capreę, hinnuloque ceruorum,* ideò cucurrit ad torrentem. at non stetit, veluti ceruus; sed inquit Ioannes. *Egressus Iesus trans torrentem cedron:* accinit his Antonius Abulensis in Epistola ad Filipp. dicens. *Nec vacat mysterio torrens cedron, quem signatè Ioannes Dominum pertransisse dicit.* & inferius. *cerui ex serpentum morsibus siti exagitati ad aquarum torrentes cucurrunt.* cerui autem proprietatem, nedum in passionis initio assumere voluit, sed retinuit, vel mortuus; hinc est, quod e Sacro latere sanguinem minimè coagulatum effuderit, aiunt enim de ceruo scribẽtes, eius sanguinem nusquam coagulari, ità Petrus Pictauensis. *cerui sanguis, nunquã congelatur.* & tandem, ait Thomas Anglicus in prędicatum ps. Christum, vel in sepulchro cerui ad instar, vbi circũdatus canibus ad venationem inquirebatur. in-

B

Cant 2.

C

Ioan 19. Christus in passione ceruus & cur.

Antonius Abulensis

D

Petrus Pictauensis Cerui sanguis non congelatur Thomas Anglicus.

istius

istius verò venatione, vehementer delectati, diù Ceruum insequuti, in vno angulo, idest in sepulchro, obsiderunt non sistunt, qui minutatim ceruorum scrutati sunt proprietates; alia ijs est, dum pereunt, caput vertunt illam partem versus, quam adamauerunt. In parte dextera Crucifixi Domini nostri Iesu Christi latro erat, in quo, vt inquit *Arnoldus*, Dei gratia, & pietas patefacta est, *Non arctatur numero, non clauditur fine, nullas omninò habet metas.* *Diuina Clementia, vide horam, nota personam: vltima hora, peccatrix persona: multa, antiquaque peccata illicò abolet gratia*. quod si Christus Iesus vti ceruus, pati, & mori voluit, ac cerui, in partem quã semper adamarunt, morientes caput inclinant, & Christus inclinato capite in dexteram partem, mori voluit; equidem dexteram partem semper dilexit: in illa, præter magnã Dei misericordiam, nihil conspicitur: Christus igitur Deus noster, semper, & ardenter misericordiam amauit, & propterea versus misericordiam caput inclinat. attigit isthæc D. Laurẽtius Iustinianus, dicens. *caput hoc Dei, dum passionum ludibria, & mortis supplicia pro hominibus protulit, mediator liquefecit ad misericordiam, flexit ad gratiam, inclinauit ad indulgentiam.* en, vt in misericordiæ loco moritur Christus misericordiæ auidus, expirat veluti obstinatus in misericordia. quid Ecclesiastes ait cap. 11. de hominis obitu verba faciens? *si ceciderit lignum ad austrum, aut ad Aquilonem, in quocunque loco ceciderit, scilicet, moriendo.* ait interlinealis. *ibi erit*, vbi D. Bonauentura. *si ceciderit lignum ad austrum, lignum illud homo, de quo Iob, lignum habet spem,*

Arnoldus.

Laurẽtius Iustinian. Christus quasi obstinatus in misericordia.

Eccl. c. 11.

D. Bonau.

A *si præcisum fuerit, rursum virescit; & auster dat intelligere calorem charitatis, & statum gloriæ. lignum igitur cadere ad austrum, est hominẽ in morte introduci in gloriam; ibi erit ibi, nunquam poterit demereri. si ceciderit ad Aquilonem, ibi erit: idest si ad pœnam infernalẽ, ab Aquilone panditur omne malum; qui cadit in infernum, ibi erit, in quocunque loco ceciderit, ibi erit, siuè bono, siuè malo,* Dei Decretum est. quod si Christus moriens ad locum cedit misericordiæ, & charitatis, obstinatus

B veluti ad misericordiam exhibendam peccatoribus, permanebit semper. hinc D. Ioannes Chrisostomus in ps. 135. ait: *Propheta de misericordiæ quantitate disserit, non eam metiens; nec enim id fieri potest; sed per infinitum volens ostendere eius magnitudinem; & inuitat omnes ad glorificationem, dicens, confitemini Domino, hoc est,*

C *gratias agite, laudate ipsum, quoniã in sæculum misericordia eius. quid est in sæculum? non aliquando quidẽ, inquit, afficit beneficio, aliquando verò recedit; neque aliquando quidẽ miseretur, aliquandò verò desinit; quod euenit in hominibus, quos, & prohibet animi perturbatio, & distrahit fractus, & obiicitur animus, impedit socors & obsequium, hæc permittunt varij casus, rerumque circumstantiæ; at Deus non est huiusmodi, sed perpetuò miseretur; nec vn-*

D *quam desinit hoc facere, etiam si hoc faciat, varijs, & diuersis modis, semper ergo miseretur, nec vnquam cessat beneficio homines afficere.* en, vt in ea parte stat, in quam cedidit, inclinauit caput moriens in partem misericordiæ, ibiquè veluti obstinatus permanet in æternũ. Vide quam firmatus etiam in vita, & propè mortem: nec mirum, mors enim vitæ correspondet

D. Chris.

Desti-

Desiterāt à tormentis Iudei, nec cogitantes aliquid aliud, illudebant Crucifixo Domino, interitum expectantes; & en Christus ad noua anhelans tormenta, sēper ardentior animarum amator, sitim protestatur. *Sitio*. cucurrit impiger ad malum miles, alis agitatus, & flatibus Diaboli, implensque aceto, & felle spongiam ori Christi appropinquauit

Matt 27. ad potum, gustauit fel. *& cum gustasset, noluit bibere*. aias Domine mi, qui gustus est in felle? nunquid palatum tuum corruptum est, vt iudicare nesciat, approbetque amara pro dulcibus? quid

Christus cur fel gustauerit. est, gustauit? gustauit Christus, quia Diabolum illudebat, & misericordiā propinabat peccatoribus. hic Dei gustus erat. Ad hāc autem pietatem intelligendam supponendum est, Diabolum omnes animas constrinxisse iræ Dei ligaminibus; quandoquidē omnes filij iræ nascimur, hanc iram præfefert, vt ait Diuus Athanasius amaritudo fellis. quid Christus? quæsiuit potum; dedit Diabolus fel, & acetum, & iram suam in se recipit, & nos ab ira liberauit. quid plura? Deus accipit nostra à nobis, vt alibi cum Chrisologo diximus, vt det sua. accepit acetum, & fel, qui mel habet sub lingua, quod si Christi est mel, nostrum est fel, accepit fel, vt daret nobis mel. adsit Diuus Athanasius. de passio-

D. Athanasius. nem. *Tentauit, scilicet, Diabolus, seruatori dare potum aceti cum felle; verum non intelligens, quod is aduersum seipsum procuraret, siquidem amaritudinem iræ, quæ per legis transgressionem acciderat, qua abstrictos tenebat omnes reddat seruatori. at ille sumens as-*

P. Franc. de Franch. in Hos.

A *sumpsit, exauxitque, vt pro aceto, quod miscuerat Diabolus, Christus vino potaret nos sapientiæ, pro felle daret nobis eloquia dulciora super mel, & fauum, & pro eo, quod ipse nostra gustauerat, diceret nobis, gustate, & videte, quoniam suauis est Dominus*. Mella pro felle dedit nobis Christus. ast quid mel secum fert, respondet iustus Origelitanus in Cant. *In melle diuersorum vulnerum, siuè*

B *peccatorum, putredines tollit*. en melle, quod abstersiuum, & curatiuum est, operatur Christus abstersionem putredinis peccatorum; parcit, miseretur, pius & misericros Christus, & viuens, & moriens, nec vsquam parcere desinit peccatoribus.

Et cur non parcet, qui Deus est, nec in alijs operibus fit ita manifestus, vti in misericordia peccatoribus exhibita? Bis cla-

C mauit Iesus, & clamans voce magna tradidit spiritum, vt inquit Matth. capit. 27. *Iesus autem iterum clamans, voce magna* Matt. cap 27.
emisit spiritum. Clamorem præcipuè miratus est Centurio, & confessus est Deum, vndè dixit, *Vere filius Dei erat iste*. Sed cur in hoc clamore præcipuè Deum agnouit? nunquid fortè philosophabatur cum illo, qui dixit puero cuidam. *loquere, & cogno-*

D *scam te*. Sed, & loquela manifestum facit. Quid est quod nunc Deus agnoscitur Christus? Dicam quod sentio. Deus omnium Cerator in nulla creatura simpliciter potest demōstrare potētiam suam infinitā; ratio est, quia effectus necessario erit finitus, cū repugnet infinitas creaturæ, omne. n. dependēs est terminatū Sapientia 12.
vndè de creatis dicitur. sap. 12.

omnia

omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. & licet Deus creauerit mundum ex nihilo, tamen istud nihil, non habebat repugnantiam, vt Deo resisteret; & factum ex nihilo, nõ est infinitũ, verum peccatum est nihil, & dicitur nihil, per oppositionem, quam habet cũ Deo, quia à Deo non potest esse nisi ens, & Deus, est summum, & primum ens: nihil igitur opponitur Deo. cum igitur peccatum dicitur nihil, B ideò nihil dicitur, quia opponitur Deo; non est illud nihil, quod non opponitur, quia illud nihil non fit, ast nihil, peccatum, fit à creatura; vt inquit Ioannes. *sine ipso factum est nihil.* (Ioan. 1.) quod autem opponatur Deo, est certum, nam si per impossibile Deus peccaret, non amplius esset Deus; en vti peccatum Deo opponitur, & est infinitum defectiuè, (Peccatum est infinitũ defectiuè.) vt sustinent Teologi. magnus hostis, pugnat C contra Deum, & infinitus, & qui valeret destruere Deum, si posset esse in Deo; quod si tale est peccatum, equidem maior potentia requiritur ad destruendum peccatum, quam ad creandum mundum, quia illud nihil, ex quo mũdus est, nõ repugnat Deo, at peccatum Deo opponitur. accedat Deus, & pugnet contrà peccatũ; quod nam attributum valebit destruere, iustitia ne? absit, hæc D punit peccatum, sed peccatum semper est, & ideò in iustitia, non tota Dei potentia manifestatur. quod attributum destruet? equidem misericordia: misericordia igitur est, quæ Deum omnipotẽtem, & Deum maximè manifestat, vnde canit Ecclesia. (Ecclesia.) *Deus qui omnipotentiam tuam parcendo maximè, & miserando manifestas*. Deus in misericordia manifestus

A est, suamque demonstrat infinitam potentiam, destruendo peccatum infinitum, oppositum sibi. cum autem clamauit, in altero clamore orauit, p crucifixoribus & pepercit aliquibus, quia autẽ miserando, & parcendo, maximè suã omnipotẽtiam, & suam Deitatem ostendit Deus; ideo audito clamore Centurio, statim cõfessus est Deum. *Verè filius Dei erat iste*. (Matt. 27.) quod probat Dauid dicens. *Deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam.* (psal. 47.) vbi alia litera habet. *Deus in misericordia sua, quæ locus Dei est, & domus cognoscetur*. locus Dei misericordia est, quia sicut locus locatũ seruat, ità Dei omnipotentia in misericordia emicat. O benignissimè Domine mi Iesu Christe scio, & hinc magnam pietatem tuam, quia in fortitudine ad te vinctos in peccato adducis. quadere clamabat Dauid. *Qui educit vinctos in fortitudine.* psal. 67. (psal. 67.) vbi Vgo Cardinalis. (Vgo Card.) *In hoc autem apparet Dei maxima misericordia, quod non tantum reuertentes ad se recipit, sed eos, qui non cogitant redire, reducit; vnde inquit, qui educit vinctos in fortitudine*. (Deus vel nolẽtes redire, reducit ad gratiam.) scio nusquã derelinqui à pietate tua peccatores, ostendisti hoc, vel à mundi exordio, cum spiritus tuus bonus, qui deducit nos in viam rectam, ferebatur super aquas, & aquas veluti circuibat: & quid aquę, nisi peccatores fluentes: vt peccatores igitur, spiritus retineret, ne fluerent in peccata, ferebatur super aquas. (Spiritus Sãctus nè peccatores peccent detinet.) ità Vgo Cardinalis apud Glosam magnam. (Vgo Card.) *Spiritus Domini ferebatur super aquas. quia quocunque fluunt homines per peccata semper superfertur Dominus, sicut auicula super nidum, cum pulli eius rapiuntur clamitans,*

mitans, tu fornicata, es cum amatoribus multis, nunc saltem reuertere, & ego suscipiam te. nedum retinere cupit peccatores, sed clamat, eiulat, ne fugiant, ne fluant. eia Domine dicas mihi efficaciter, Reuertere. voca vel abeuntem, parce vel renuenti, vt sic ob misericordiam tuam mecum maximè omnipotētiā tuā manifestes.

T E X T V S.

VERS. XV.

Editio Vulgata.

Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda. & nolite ingredi in Galgala, & ne ascenderitis in Bethauen, neque iurauentis. Viuit Dominus.

Sanctes Pagn.

Si fornicaris tu Israel, ne delinquat Iehudah, & ne ingrediamini Ghilgal, & ne ascenderitis in Bethauen, & ne iuretis, viuit Dominus.

70. Interp.

Tu Israel, ne ignores, & Iuda. & nolite ingredi in Galgala, & nè ascendatis in domum, & Ne iuretis viuentem Dominum.

Vatab.

Si fornicaris Israel, saltem ne delinquat Iehudah. & ne ingrediamini Ghilgal, ne ascendatis in Bethauen, nec iuretis, viuit Iehouah.

Editio Chaldaica.

*Si fornicamini, & erratis vos, qui estis de domo Israel; ne peccetis, & reos vos constituatis, qui estis de domo Iuda, nec ascendatis in Be-*A *thal, neque iuretis mendaciter. Viuit Dominus.*

Paraphras. Castri.

Si Israel Idola colit, Tu Iuda, nè imiteris eum, nè velis ire in Galgala, neque ascendas Bethauen ad Idola colenda neque illis nomen meum accomodes, cū iuras. Viuit Dominus.

COMMENTARIVM
B
iuxtà literam.

MOuerat Deo stomachum fœdissima Hebræorum libido; quando ex sententia Ruperti Abbatis, vnusquisque sexus mutauerat naturalem vsum, & masculi relictis fœminis exardescebant in semetipsos, necnon fœminę, vt masculi, quandoquè succubæ se fœdabant. illę enim
C meretrices, quæ etiam sacerdotissę erant Beelphegor, credentes obsequium pręstare Deo suo, & tunc maius, cum fœdiori libidini locum præbebant, mox naturali, mox innaturali concubitui subiacebant. Surdus erat Dei vocibus Israel pestilens, quapropter Deus conuersus ad Iudaicū populum .s. duas Tribus, inquit. *Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda.* ex quo textu eligi-
D tur, quod licet non sic effrenatius, etiam fornicabatur post Idola, Iuda; quam fornicationem, adeò Deus abhorrebat, & cultū Beelphegor, vt propter hoc circumcisioni obligauerit populum hebræū, qui inter gētiles versabatur; ità Tostatus in Genes. c. 17. afferēs causas, cur in mēbro virili ordinauerit circūcisionē Deus. ait igitur. *Potest esse alia ratio, quare fieret in illo membro, scilicet ut dete-*

Tostatus. *Quarè circumcisionē ordinauerit Deus.*

Priapus quarè inter Deos receptus.

detestarentur Iudei Idolatriā, Gentiles in sacris Priapi, illam partem honorabant, quia Priapus propter magnitudinem membri virilis inter Deos receptus est. Non delinquat igitur Iuda. sit anima, vbi Deus reclinet caput suum, habet à me templum Iuda, habet meas leges, sit templum meum, sit habitatio mea; noto hic, quod ait. *Nō delinquat.* nō sufficit apud Deum non fornicari, aut non Idolatrare; nisi abeat quælibet culpa. Cur autem sic curet Israelem, obseruo ex ipsamet Prophetia nostri Hoseæ, vbi ait Rupertus. *Et vt totum Prophetiæ corpus perlucescat, iam dicimus, quia septies ab hinc, vsque ad finem voluminis peccata commemorat, atque replicat, & per singulas vices in Christum sermo recurrit.* quique clarius hoc desiderat vel Prophetiam obseruet, vel legat Rupertum, omnis Prophetia de Christo est, & in Christum definit, qui nasciturus erat de Tribu Iuda, sanctum futurum erat, quod inter nos conuersaturum erat, iuxta Archangeli nunciata. *Quod enim ex te nascetur sanctum vocabitur filius* Dei. ideò omne delictum profligabat à Iuda. *Et* intimabat. *Non delinquat saltem Iuda.* si parere vis Christum profliga peccatum. sequitur textus. *& nolite ingredi in Galgala.* asseuerant aliqui, tum Israelitico, tum Iudaico populo hęc dicta; aliqui tantum populo Iudaico, & ità connexionem habet textus. verum dicerem vtrisque dictum, licet enim specialitèr loqueretur Iudaicum populum Deus, tamen quia cōuersionem omnium affectabat, sermonē ad vnū directum volebat, & alij proficere. Prohibet nè Galgala ingrediatur Iuda Deus. & quidem non est do-

Rupert. *Luc. 1.* *Quis Christum parit*

A ctrinæ expers prohibitio isthæc, quandoquidem Galgala beneficiorum Dei officina erat, hæc ciuitas inclita à Iordane stadijs quinquaginta distabat, à Ierico decem; in ea, per circumcisionē publicam declaratus est hebręus populus Dei, & pars Altissimi, primogenitus Creatoris, ibi enim Iosue circumcidit omnes masculos hebræorum, qui per 40. annos peregrinationis nati erant

B in Deserto, diuisit ab Ægiptijs, eorum abstulit opprobrium. In Galgala post manna frugibus terræ pasti sunt, hic Iosue nuncium victoriæ audiuit, & possessionem Chananeorum, hic reposuit duodecim lapides, quos tulit de medio Iordanis; stetit Tabernaculū Dei cum arca, & propitiatorio, Samuel iudicabat populum, occidit Agag, habitabant frequenter Sancti illi Prophetę, Elias, &

C Eliseus. sequitur textus. *Et nē ascenderitis in Bethauen.* quæ Ciuitas, non est illa ignobilis, sita iuxtà Bethel, de qua Castro; sed est ipsa Bethel Ciuitas illustris sic D Cirillus, D. Hieronymus, Teodoretus, Teophilatus; iuxtà hanc Ciuitatem apparuit Dominus innixus scalæ Iacobo peregrinanti, Bethel dicitur Domus Dei, mutatur autem nomen in Prophetia, quia Domum Dei mutauerunt

D in domum Idoli Israelitæ, in hac enim posuit Ieroboam alterum ex vitulis aureis, dicitur autem Bethauen, quia. *Auen.* idem est, ac nihilum, siuè vanum; vndè Bethauen, domus vanitatis interpretatur. quod si tot beneficia Dei micabant in his ciuitatibus, cur ad eas prohibet ascensum Deus? quis non vincitur beneficijs, trahiturquè eisdem. O quam pronus ad ma-

lum

ſum homo eſt, vim faciebant homini illata Dei beneficia, impellebāt gratię animum ad Dei obſequium, aſt elatus Dæmon aliud ſuadebat, vel inhonorando populum, qui tamen Deum relinquens ad *I*dola ruebat; ſciebat hâc ad malum pronitatem Deus, vndè vel ingreſſum, vel aſcēſum vetat in Galgala, & *B*ethauem. ſequitur textus. ***Neque iuraueritis. Viuit*** **Dominus.** cuius textus talis eſt ſenſus: Quia vos etiam poſt *I*dola curritis, eiſquè ſacrificia libatis, nolo vt iuretis. Viuit Dominus, quia ità quod meum eſt datis Idolis, aſſerentes habere vitam ligna, ſtatuas aureas, & lapideas, & conceditis primā veritatem mēdacibus Dæmonibus, vndè nolo, vt ſic *I*uretis. At Rabbi Selomoh ait. ***Ne iuretis cum eis, viuit Dominus, quia cum viuit Dominus, iurant, certò, falsò iurant. cū falſo iurabant, nominabant nomen Dei, cum autem vera iurabant per nomen vitulorum iurabant.*** Vides in quantum contemptum apud eos deſcenderat Deus. Habes lector hos duos sēſus, ſunt alij opinantes hic prohiberi iuramentū falſum. primi magis placent, amplectere quemuis.

Rabbi Solomoh.

ANVLVS XXXXXIV.

Recedentibus à Deo ſecularibus, non currat ad ſecularia mens noſtra, quandoquidem grauiora ſunt agnoſcentium magis Deum peccata.

Si fornicaris tu Iſrael &c.

DVrus exactor diligentiam debitoris ſtimulat, & munera cum creſcunt, agnoſco ra-

A tionem creuiſſe donorum. in vinea *D*ei labori nō parcitur, otioſitas incolit plateas. abſit, vt torpentibus cæteris, nos, qui pane cæli veſcimur, non pergamus ad montem perfectionis, in quo nos expectat Dominus, qui ſuū amorem in nos exufflat aſſiduo. *V*ix reſurrexerat Chriſtus, & deuotas dulciſſima ſalutatione inuitauit mulieres. *occurrit.* inquit *M*attheus. *eis Ieſus dicens, Auete.* *Matt. 28.*

B audit ſalutationem Chriſologus ſermone 80. & ſtatim à ſuis fidelibus, Religioſiſque mulieribus comperit exquirere Deum, amorem; & vbi odium ſentiebat Phariſeorum, compenſat ſuorum amore. ***occurrit vt Dominus.*** Ait Chriſologus. ***Salutat, vt parens, affectu animat, ſeruat timore, ſalutat, vt per amorem ſeruiant, non fugiant per timorem.*** ſeruiat Deo in amoris perfectione, qui Deo

Chriſol.

Amorem à nobis vult Deus.

C ſe ſe deuouit, quandoquidem perfectionē in ipſo exigit Deus, quem nequaquam vult ad hæc inferiora inclinari. Adinuenit ſponſam, animam Deus, ſubſtinuit illicò leua caput, dixit illa. ***leua eius ſub capite meo.*** penſat *D*iuus Bernardus, cur leua caput ſponſæ ſubſtineat Deus? nonnè hæc illa erat, quę ſemper in Deum tendebat, vndè, vel oculis cor eius vulnerauit? ***Vulnera-*** *Cant. 2.*

D ***ſti cor meum ſoror mea ſponſa.*** Ad quid caput ſubſtinetur. verum fragilem humanam naturam ſciebat ex puluere Deus, rendit facilè ad caduca, & inferiora caducum, quid ipſe? ſubſtinet caput, vt quæ in eius degebat parietibus; nuſquam deorſum, ſemper ſurſum raperetur. Audiatur melleus Bernardus libro de dilig. Deo. ***Meritò in leua admirabilis illa, memorata, & ſuper***

ſuos nuſquam in terram inclinatos Deus vult

d. Bernar.

memoranda dilectio collocatur; quod donec transeat iniquitas, super eam sponsa recumbat, & requiescat, & non incuruetur, & inclinetur in carnalia, & secularia desideria, quia corpus, quod corrumpitur aggrauat animam. esto perfectus sit Dei seruus, perfectionis radios vlteriores assiduò inquirere debet; forte erit in tenebris, si vel lumen stare non coegerit. obsedit complurium Regum militia Gabaon, aduocauit ciuitas subsidiũ Iosue, qui nocte repentina irruit in hostes, terruit illos, nec desistens, persequutus est in acie gladij, non suffecit ad internicionẽ dies, nec militum omnium substinuit occasum Sol, qui prius occasum suum, quam cunctorum vitę procurabat: extulit cum oculis vocem Iosue, aitque. *Sol contrà Gabaon, nè mouearis.* & stare fecit solem. quis hic, Iosue crudelitati non irasceturꝫ parcit sensus expers sol, Iosue semper immisericordi. at accinũt isthæc nõ crudelitati, sed perfectioni, cur crudelibus iũgetur ille, qui Christi præcucurrit typum? hic figurabat seruos Dei summi magis intimos, qui immani odio spiritus hostes vastant; quid? ni fortè nè quolibet perfectionis lumine contenti sunt? absit; semper maiorem desiderant, illuminari virtutibus, vel virtutum lumine, si fas sit ita loqui, completo; exoptant. ad signandum igitur hos, vel occidentem solem stare coegit Iosue, quia vel impossibilia in gradibus virtutum optat ascendere, qui in intimis Dei moratur. assentitur D. Ambrosius in Lucam cap. 21. vbi expetens cur per Iosue loquutus fuerit Deus, inquit. *Loquebatur per Iesum Naue, qui solem statuit, vt plenioris luminis claritatem acciperet.* Non exiguam exigit à suis perfectionem Deus noster, nec næuum patitur in formissima sponsa. Vsquè ad deliquium deduxit Israeliticus populus Moysen, excerpsit, vel à corde sudores, & ille patientissimus, vt ad lacte, mellequè fluentem terram promissionis deduceret, per desertum deducens, tolerabat. Sed en moritur Moyses, nec ni à longè promissam terram aspexit, non deficet natura in Moyse, qui etsi centesimum, & vigesimum annum ageret, integer, & sanus corpore, nec caligantibus oculis, nec motis dentibus iuuenes æquabat. & tamen naturę anticipatum soluit debitum. heu quis vitę Moysi trũcanit stamen. scio. Deus fuit puniens, qui vbi conspexit Moysen bis virga percutientem daturam linpham petram, statim audiuit. *Quia non credidisti mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis.* bis percussit petrã, qui ictu debuerat esse contẽtus; ac dulcissima habitatione terræ promissionis morte priuatur. quid est hoc? cur leuis culpa tantæ pænæ subijcitur? ponderat isthæc Teodoret. 9. in Deut. & ait. *Per hęc docet nos Dominus, se summam virtutem à perfectis exigere; & cum erga alios homines grauiter peccantes sit longanimis. Sanctis autem hanc veniam non concedere.* stommacatur, vel atomum in suis Deus; quapropter leuem culpam non leui castigatione emendat. ità punit, vt aliorum punitiones pænæ non videatur. Ad inferni tormenta pręceps abijt D. Epulo, ibique dum multorum damnatorum pænas conspicit, solus ipse vociferatur. *crucior in hac flamma.*

Iosue 10. — Vel impossibilia in perfectione tentet iustus. D. Ambros. — Num. 20. — Teodoret. Culpa vel leuis dirè punitur in seruis Dei — Luc. 16

ma. nunquid alijs flamma benigna eſt? nunquid interciſus eſt ab igne calor? ſuntque alij flammis addicti, non vſti? abſit. Quid eſt, quod negat alijs cruciatum, dum ſe nominat in pœnis Epulo, & ait. *Crucior.* cur non ait. *Cruciamur?* puto Epulonem inter Dei intimos numeratum, dum viueret; quod hinc colligo, quia vt à flammis vidit Abrahamum, dixit. *Pater Abraham.* populus enim Dei Abraham obtinuit Patrem, aſt perfectionem abdicauit, ſtipauit ſe ſe peccatis, en damnatur, en ſolus videtur cruciatum ſuſtinere, quia aliorum tormenta in cōparatione illorum, qui ſeruituti Dei aſcibuntur cruciatus ficti videntur. Audio D. Auguſtinum in Epiſt. 28. quæ eſt Diui Cirilli ad Auguſtinum, totum firmātem ex reuelatione cuiuſdam, qui à mortuis reſurrexerat, dum de ijs interrogatus, quæ in alia tractantur vita, ſic reſpondit. *Cum omnes animæ damnatorum in vno conſiſtant penarum loco, tamen diuerſis cruciantur pœnis, iuxtà vitiorum qualitates; tantum ſiquidem differt inter Chriſtianos, qui ibi torquentur pœnas, & Paganorum, vt Paganorū cruciamenta, quæ reſpectu eorum, qui falſi Chriſtiani ſunt, & peccatores, ſuſtinent, ſint quaſi nulla, quam vis ineffabilia ſint, nec à viuentibus cogitabilia, vt dignum eſt; nam illi gratiam Dei in vacuum receperunt, nec voluerunt à peccatis corrigi, dum vixerunt, ſacris continuo vociferantibus ſcripturis, quas pro nihilo habuerunt.* quapropter, & vt ab his auertat Deus populum ſuum, & perfectum doceat, ruentibus Iſraelitis, ad populum Iudæ, quem elegerat, inquit, *ſi fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda,* vnde ait. D. Chriſoſtomus. *ſit apud P. Franc. de Franch. in Hoſ.*

D. Auguſt.

Cruciatus eorum qui ſeruorum Dei partes obtinuerunt grauiſſimi ſunt.

D. Chriſ.

A *nos, vita immaculata, dum alij maculis peccatorum ſe ſe fœdant.* & Sacerdotibus totum aptans Albertus Magnus ait. *Irrationabilius eſt duas quam decem tribus poſt Idola fornicari. Et hoc ſimile dicitur laico, & Sacerdoti, inconuenientius enim eſt ſacerdotem peccare, quam laicum*

ANVLVS XXXXXV.

B

Conſortium malorum vitandum eſt.

Si fornicaris.

PRohibet manifeſtè peccatū Deus, cum ait *Si fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda* ſed non ſiſtit, ligat neruo pedes, ne Galgala ingrediatur tribus Iu-
C da. expeto cur à Galgala arceatur Populus Dei, nonnè inſignia ibi legebantur beneficia? enarrata iam fuerunt in textu. cur vel ad eam Ciuitatem prohibetur acceſſus, vbi memoria beneficiorū Dei gratum extorquebat animū? fauebit prima inimicitia. hanc Deus pacis ſemper amicus firmauit inter mulierem, & ſerpentem cum dixit. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem.* traxerat mellito Geneſ 3.
D eloquio ad peccatum Euam ſerpens, vna hæc ſocietas auertit à Deo; quia autem malus ſerpens, malos ſignabat, & eſſe cum malis ruina eſt, idcircò inter ſerpētem, & Euam firmauit inimicitias Deus, ſic D Hieronymus in Epiſtola ad Galat. cap. 2 *forte non tam perſonarum, quam morum eſt facta diſcretio, vt quomodo Deus viſibiter inter ſerpentem, & mulierem inimicitias poſuit, ne amicitia eorum inutiles* D. Hieron

tiles essent homini, per quas proiectus est de Paradiso. sit æterna à malis discretio. lego Dei præceptum, optimum præceptum prima frōte frangens. dicitur quandoquidem num. cap. 2. quod *Loquutus est Dominus ad Moysem dicens. Præcipe filijs Israel, vt eijciant è Castris omnem leprosum, & qui semine fluit pollutusquè est super mortuo*. Quid ni, nōnè in dilectione Dei; & proximi tota lex stat, & Prophetæ? nonnè naturale mandatum est. *Quod tibi non vis, alteri, ne feceris?* nonnè charitas ibi triumphat, vbi infirmorum cura suscipitur? quid est, quod è gente inculpatus eijcitur leprosus? nec enim infirmitates necessario arguunt peccatum, & infirmitas peccato nequaquam obligatur. verum figura isthęc erant, & infirma corpora infirmitates animarum indicabant: in infirmis illis signantur mali, & peccatores, quia autē malorum consortia omnino vitari vult Deus, idcircò malos signantes arcet à suis castris. Sic Cirillus Glaphilorum lib. 3. *Neque verò dicamus quod morbis corporis offendatur Deus. Valdè enim absurdum esset ab ijs, qui præter suā voluntatem infirmātur, cum magis miserationem mereantur, pœnas exigi; nam vt lepra mortificat carnem, sic & peccatum, quando animam inuadit, mentemque humanam occupat per mortua opera confestim eam reddit inutilem, & frigidam, opera autem mortua voco ista impura, & profana vitia, nihil nisi terrenum sapere. Hinc sub initium diximus, quod nos cum essemus mortui per delicta, Deus Pater viuificauit in Christo. Itaque per rem manifestam, lex nos ad sensus subtiles deducit. Eijcit enim à Castris infectum leprosum, quo latenter insinuat, quod necesse sit per peccata mortuos, ac quodamodo varijs perturbationum notis inustam mentem habentes, è sanctorum grege discedere. Quod autem ijs, qui piè volunt viuere, necessarium sit ad profectum, vt summo studio malos deuitent, rursus nobis scriptura diuinitus inspirata persuadebit, ait enim* Deus ad eos, *quos charos habet, exite dè medio ipsorū* Isaia 52. *& separamini, qui fertis vasa Domini e.* Porrò *vasa* Domini *possunt intelligi illę multiformes virtutes. quare* Deus *per leprosum tanquam in typo peccatis laborantem, & contaminatum à Sanctorum catu arcet*. Desperantibus discipulis, Cleophas, scilicet, & Luca Domini resurrectionem, non subuenit Dominus, dum essent in Ierusalem, sed expectat, auxiliaque sua confert extrà Ierusalem, in quo docemur extirpandas esse occasiones peccatorum, esseque in loco, vbi mali degunt, ijs, qui in Christo piè viuere volunt. ex quibus, cur à, Galgala suos arceat Deus agnosco. occupauerant illam pessimi Idolatræ, quorū ritus suscepissent serui Dei, non enim inquinamenta effugiet inquinatos tangens, qua propter ait. *Et nolite ingredi in Galgala*. quod firmatur ex ijs, quę ait D. Hieronymus in Hoseā dicens. *Videtur autem mihi idcircò, & populus Israel fecisse sibi caput vituli, quod coleret, & Hieroboam filius Habath vitulos fabricatus, vt quod in Ægipto didicerat, vbi sub figura bouum Idola coluntur, hoc in sua superstitione seruarent*. & D. Augustinus, *prohibet* Galgala Deus, *ne cum malis boni ad malum tendant*. & Rupertus Abbas præmēs Dei verba. *Si fornicaris tu Israel non delinquat saltem* Iuda. inquit. *Magna debet intelligi Prophetię admiratio, quod Israel semel captis fornica-*

Num. 5.
D. Cirillus
Isaias 52.
Leu. 24.
Osea 4.
Hieron.
Augustin. Osea 5.
Rup. Abb.

nicationibus, cum vitulis aureis, non ſolum non redijt ad caſtitatem cum templo Domini, & Domo David, vndè ſeſe abſciderat; verùm etiam in illis fornicationibus perſeuerans Iudam, ſiue Ieruſalem, ſibimet conſimilem effecit. abeant mali, non ſit inter nos peſtifer, elongetur quantum ortus ab occidente iniquus, nè venenoſo flatu plantulæ gratias exiccet.

ANVLVS LVI.

Præmittat Dei voluntatem qui eligitur in Prælatum, aſſumatur, non ingrediatur ad honores.

Si fornicaris tu Iſrael &c.

GAlgalis Ciuitas Iudæ tribui prohibetur, cuius prohibitionis cauſas inueſtigo ex ſacris Doctoribus. Primitiæ noſtræ Magi, Herodem, viſo Domino

Matt. 2. vitarunt. *Per aliam viam reuerſi ſunt in Regionem ſuam.* Quod enucleans Diuus Ambroſius lib. 2. in

D. Ambroſ. Luc. cap. 2. inquit. *Caueamus igitur Herodem mundanę ad tempus prę ſulem poteſtatis, vt patrię Cęleſtis æternum conſequamur habitaculum.* Abeat temporalis poteſtas quæ Romphea acuta ante cæli fores eſt; vitat talem, qui viſo Domino didicit amare cæleſtia, nec Iudex fieri expetit iudicandus. ad honores haud quis accurrat, niſi à Domino vocatus. Deſerta incolebat Moyſes cum ei Dominus in flamma rubri apparuit, ſentit Deum, feſtinuſquè ad eum currebat, dixitque. *Vadam,*

Exod. 3.

R. Franc. de Franch. in Hoſ.

A *& videbo viſionem hanc magnam.* Et Dominus vocitans Moyſen dixit. *Moyſes Moyſes, qui reſpondit Adſum.* Non eſt, quid myſterijs vacuum. Cum Dominum videt in flamma, haud rogat Dominum, dicitque ſe præſentem, nec exhibet, ſed cum vocatur: expendit totum Vgo Cardinalis, Vgo.
in Exod. cap. 3. & ait. *Spontè ſinè vocatione pergebat Moyſes ad videndum, poſteà verò cum vocatur,*

B *vt mittatur ad fratres reſpondit, ad ſum. In quo oſtenditur, quod otium Sanctum ſpontè quærendum eſt, negotium verò Sanctum cum iniungitur ſuſcipiendum. Si nullus imponit, vacandum eſt veritati, ſi imponitur, ſuſcipiendum eſt propter proximi charitatem.* Non eſt poſſeſſio, vbi claues accipiuntur, ſed intruſio. Tunc ritè quis poſſidet cum ab habente poteſtatem, ſpontè dantur, vndè Chriſtus de-

C dit claues Petro, cum dixit. *Tibi dabo claues Regni Cęlorum,* ex quibus, cur Galgalis prohibeatur ingreſſus, colligo. Hæc Ciuitas illa eſt, in qua Saul, qui nolente Deo (non enim ipſe ſpontè dedit Iſraeli Regem, ſed populus contra Dei voluntatem petijt) aſſumptus eſt ad regimen, vnctus eſt. Vt igitur innoteſcat nolle illorum principatum Deum, quorum poteſtas totaliter ab ipſo non

Matt. 16.

D eſt, Galgalis ingreſſus prohibetur. Ità Rupert. Abb. *Sed illud non ignorandum eſt, quia contra voluntatem Domini Rex petitus in Galgalis vnctus eſt.*

Rup. Abb.

ANV-

ANVLVS LVII.

Ingratitudo nec aspiciatur.

Si fornicaris,&c.

A Immane monstrum est ingratitudo; hanc, vt ab orbe fugaret Deus, vel proprijs nō pepercit iniurijs. poterat, qui omnia potest, cuius voluntati subest quidquis, alijs modis mundum redimere, at noluit, vt tota exhauriretur B ingratitudinis lacuna, sic D. Bernardus serm. 9. in cant. *Valuit, sed maluit cum iniuria sui, ne pessimum, atque odiosissimum Ingratitudinis vitium vlterà reperiret in homine. sanè multum fatigationis assumpsit, quò multa dilectionis hominem debitorem teneret.* Discessit ab Apostolis Iudas ingratitudinis apex, nec expectauit diem, sed tenebrosus noctis asylum quæsiuit, C sic Ioannes. *erat autem nox.* peto, cur nocte à se creator noster abijcit ingratum discipulum? tunc eijcit cum nox visum impedit, nec enim aspici vult Ingratitudinis arcam; vndè puto induxisse tenebras, cum *tenebræ factæ sunt super vniuersam terram.* non enim sustinenda erat præsentia ingrati populi Israelitici, si enim Deus nec nominari vult ab iniquis, vt ait D. Hieronymus in hunc versum Hoseæ. *Neque iurauerititis, viuit Dominus.* vbi sic dicit, *Nolo enim per os vestrum nominari.* cur D ipse sustinebit ingratum? vndè nec in Galgala vult ingredi Iudeum, ne, scilicet vrbem aspectet ingratam, accedit D. Hieronymus dicens. *Galgala vrbs est, multis dedicata, ac deuota Idolis, vbi Iesus filius Naue non circumcisos populi, cultris lapideis circumcidit. In eadem duodecim lapides deposuit,*

Bernard.

Ioan. 13. 30

Matt. 27. 45

Hieronymus

quos ex medio Iordani alueo recipiendos iusserat Dominus, vt beneficij accepti esset monumentum, atque per hos lapides posteri noscerent, vt sicato alueo populus flumen transiuisset. maximè ingrati animi signum est vrbem illam, in qua tanta diuinæ benignitatis monumenta accepisset, impietatis factam esse metropolim, quapropter nè hūc ingratitudinis locum videret, populo Iudæ prohibet ingressum, aitquè *ne ingrediaris in Galgala.* vtque tandem catenulam hanc expediam noto ex Alberto peccatorem, vt peccat reddi inutilē, vndè ait Deus. *Et ne ascenderitis in Bethauen.* vbi sic Albertus. *Quæ prius Bethel, hoc est domus* Dei *vocabatur, postquam Hieroboam posuit ibi Idolum, Bethauen, hoc est domus inutilis vocabatur. quia populum Deo deditum, inutilem fecit.*

Albertus. Peccator inutilis.

SECTIO XVI

Sit apud eos, quos sibi Dominus *elegit perfectio, ruentibus cæteris in imperfectionum abyssum.*

Si fornicaris tu Israel non delinquat saltem Iuda.

Vix est peccator, vix ad eum accedis, & coinquinaris, accedebat Iudæ Tribus quandoq; Israelitis, decem, scilicet tribubus, quas Ieroboam ad Idola diuerterat, en maculata est Tribus Iuda illa Dei electa, de qua Dauid ps. 27. *Sed elegit tribum Iuda.* ad hanc clamat, seque inclinat veluti Deus, & rogat, vt à pecca-

Psal. 77

tis abstineat, & ad culmen pergat perfectionis, vndè ait. *Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda, & nolite ingredi in Galgala, &c.* Qui peccauerit abstineat, & veterem expolians hominem induat vitam electo Dei propriam; mutet vitia in virtutes, maculas in puritatem, quod persuadet etiam Diuus Chrisologus serm. 113. commentans illud Diui Pauli ad Rom. 6. *Quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ità & nos in nouitate vitę ambulemus.* vbi sic ille. *Quod autem dixit, in nouitate vita ambulemus, qua superius dixit illa confirmat; vt si ne dum hoc corpore, vita tamen, iam totus immutatus incedat, intelligat se, & dominetur elementis, qui elementis hactenus per ignorantiam seruiebat; largiatur sua per gloriam, qui prius turpiter furabatur aliena; & qui carnis exercebat illicita, contemnat etiam licentias corporales, & qui innocentiam hactenus impiè moliebatur extinguere, pro innocentia gloriosus ipse moriatur. & quid plura, si ex vetere homine iam nouus effectus est, vitiorum gurgitem in fontem commutet ipse virtutum.* attingat innòcentię, puritatis, virtutum, perfectionumque culmen, qui in Dei transiuit partes; ne sit segnis, vigilet semper in iustitia, & sanctitate. Semper vigiliam persuasit Christus, & Beatos illos nuncupauit, quos veniens Dominus inuenerit vigilantes, quid est, quod stabilitur Regnum cælorum, ijs qui non obdormiunt? docet Paulus, qui de gloria loquens inquit. *Reposita est mihi corona iustitię.* Perfectionis, & iustitiæ, gloria corona est, cum igitur vigiliam imperauit Deus, & vigilantibus

Rom. 6.

Chrisolog.

Ad Timot. 4.

A exhibuit Beatitudinem, in Vigilia perfectionem, & iustitiam designauit. ità Auctor operis imperfecti. *Vigilare est iustitiam facere.* exigit perfectionem Deus ab illis, quos ad se vocat, respuit somnolentos. ad perfectum etenim, non nisi perfectum decet ascendere, acutè Paulus Apostolus, nos, qui portio Dei sumus, ad perfectionis culmen imitari, & allicere volens, dixit. *Fratres*
B *hoc enim sentite in vobis, quod, & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se ęqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* inuitat hic Apostolus nos ad Christi imitationem, & suadet vt existimemus nos seruos, vt Christus qui exinaniuit se, & formam accepit serui, ità D. Bernar-
C dus serm. de S. Benedicto, dicens. *Et vos fratres carissimi, exinanite vos, seminate vos, perdite vos.* Quid est hoc? scio Deum factum hominem, & seruum, vt nos faceret Deos, ac in libertatem traduceret gloriæ, ac vt transferret in id, non quod factus est, sed quod est Verbum, nempè Deum. nunquid prædicans in parabolis, non dixit. *Exijt, qui seminat seminare semen suum, & dum seminat, aliud*
D *cecidit secus viam &c.* habes totam parabolam apud Lucã Euangelistam. cap. 8. quam non intelligentibus Apostolis enùcleauit Christus, dicens. *Semen est Verbum Dei.* Dei Verbum semen se voluit nuncupare. cur ità? ferendum erat in nobis, afferre debebat fructum centesimũ. certum autem est, quod cũ semẽ est in corde, tunc terra ab illo se-

Auctor operis imperf.

Ad Philip. 2.

D. Bern.

Luc 8.

mine attrahitur,& tracta terra in ipsum semen conuertitur, quod multiplicatur; ast radicalitèr idē semen est, & quæ prius terra,iam desinit esse terra,& est semen. En Dei patet industria,& amor; semen se Verbum dicit serendum in nobis, vt nos in ipsum conuertamur, & desinamus esse homines,& in Dei dignitatem euehamur. vndè dicit D. Augustinus,& subscribunt plerique. *Deus venit in terram nostram, vt desinamus esse terra, & simus cælum, Deus factus est homo,vt homo fieret Deus.* en quid semine Verbi procurat Deus:quod patet in eadem parabola,ait enim. *Quod autem in bonam terram,scilicet cecidit, hi sunt, qui in corde bono, & optimo audientes Verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* quid ais, Iesu mi dulcissime?est ne aliq̃ cor,nedū bonū,sed optimū?nōnè tu dixisti,appellatus bonus *quid me dicis bonū?nemo bonus,nisi solus Deus?* cur ergò bonū,& optimū cor fructum afferens?ità, quia Verbū est semen, & cor in Verbum transformatur, vndè Dei obtinet titulos,& prærogatiuas.attigit isthęc Didacus Stella super Luc. dicens *Expende autem Christi Saluatoris nostri dignationem, & charitatem, qui nomen suum cordi nostro communicat. Hoc enim optimum, solius* Dei *est nomen, quia solus* Deus *est optimus, & solus ipse est maximus & ipse optimus,& maximus;cor autem hominis teste* Hieremia *prę omnibus prauum est; sed vide rerum commutationem, & quanta sit* Christi *bonitas,cor prauum, & pessimum hominis,nomen optimum accipit.* nec mirum nam ascendit in fructum ex verbo Dei, quod semen est. Addo his Christiano necessarium esse habere Christum;Christus vero tunc datur nobis, cum inuenit liliorum pastum, quod docuit sponsa dicens. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.* vnum autem liliorum innocentia est vt explicat Diuus Bernardus in Cant. dicens serm. 70. *Dabo proinde operam habere lilia, ne de singularitate causetur liliorum,qui non vult nisi inter lilia pasci, & sic declinet in ira à seruo suo, pono itaque primum omnium innocentiam.* Innocentiam à Christiano expetit Christus, vt secum habitet, & innocentię status soluit seruitutem, vt habetur ex sacris Teologis, & præsertim Diuo Bonauentura in secundo, qui ait in statu innocentiæ nullum futurum veræ seruitutis genus, quod si innocentiam à nobis expetit Christus, quæ seruitutem ablegat, quid est quod inquit Apostolus? *Fratres hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu,qui cum in forma Dei esset,non rapinam arbitratus est,esse se ęqualem Deo,sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs.* quid est,quod seruos exquirit,quos ad Deitatis participationem, ad innocentiæ excludentis seruitutem claustrū, vocitauit? denudabo mysteriū ex ijs,quæ prisci edocuerunt. pingebant seruos in sfericis pilis, cūq; pro seruis sacrificia offerebāt sfericam pilam Dijs offerebant, in sfera autem perfectionem significare docet Brixianus, quod si Deus nos vult seruos, & Paulus Apostolus ad seruitutem allicit, & seruitus in sfera signatur, sferaque signat perfectionem; Fidelem ad perfectionis culmen vocatum, idque à nobis expectare Deum,concludendum

Margin notes: Augustin. — Marc. 10. — Didacus Stella. — Cant. 2. — D. Bernar. In sententia lilium. — Ad Philipp. 2.

Section letters: A B C D

Iacobus pax Toletanus.

dum est. Vndè Iacobus Pax Toletanus lib. de natura perfectionis par. 1. cap. 7. inquit. *omnes ad eximiam virtutem vocat Deus, ad sanctitatem allicit, ad perfectionem inuitat, non denegabit assequendi gratiam, nequè ascendendi facultatem.*

Perfectionis decorem in nobis desiderat ille, qui ad altissimũ perfectorum premium adducere nos exoptat Deus noster. Ponderanda sunt Diui Ioannis Euãgelistę verba, cum de filio Dei dato humanæ naturę differit. inquit enim, *Verbum caro factum est.* scio quandoquidem Diuum Thomam qu. 4. de veritate art. 5. & in primo dist. 27. qu. 1. artic. 2. quem sequitur ferrariens. 4. contra gentes cap. 14. sentire, hoc nomen, *Verbum*, in Diuinis primò, ac directè essentiam, deinde relationem connotare; & ratio est, quia Verbum transfertur ab humanis ad diuina, & in humanis significat quid absolutũ in genere qualitatis spiritualis in intellectu; est n. *V*erbũ, vt inquit D. Bonauẽtura sit similitudo expressa, & similitudo sit qualitas, & qualitas sit quid absolutum, non respectiuum, *V*erbum primo significabit absolutũ, etiã in Diuinis, & significando absolutum, dicet essentiã, non relationẽ. quis autẽ ignorat essentiã non fuisse incarnatã, sed filiũ Dei; ꝙ si Verbũ primò significat essentiã, videtur nõ debuisse dicere Ioãnes. *Verbũ caro factũ est.* sed, filius homo factus est. quid est, quod *V*erbũ dicitur Incarnatum? pretermitto ea, quę ad Teologos spectant, scio etenim D. Bonauenturam substinere Verbum principaliter dicere relationem, licet enim ab humanis transferatur ad Diuina, nam

Ioan. 1.

A ea quæ ab humanis ad Diuina transferimus, nõn omninò humana seruamus in Diuinis, sed Diuinis aptamus, prout decent Diuina; quia autem filio aptamus, & filius dicit relationem, ideò *V*erbum importat relationẽ. vndè D. Augustinus 5. de Trinitate cap. 13. inquit. *Relatiuè dicitur filius, relatiuè dicitur Verbum*, & 6. cap. 2. *Verbum solus filius accipitur non simul Pater, & filius, sic enim* *Aug.*

B *Verbum quomodo imago ad filium, solus imago Patris, quemadmodum, & filius non enim ambo simul filius.* ità D. August. sed de his hactenus, & inquiro cur Ioannes, qui difficultates has optimè nosse poterat, non reticuit *V*erbi nomen, dixitque. *Filius homo factus est.* hocque dicto nil disputationis relinquebat, inquiunt aliqui, ideò dictum *V*erbum à Ioanne, cum incarnatus fuit Dei filius,

C quia aduenit, vti legatus, & nuntius Patris, quod notauit D. Paulus Apostolus dicens. *Multipharian, multisque modis, olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouissimè nobis loquutus est in filio.* *Ad Hebr. 1.* quia autem *V*erbũ est alloquiũ; ideò Verbum dixit Ioannes. verum magis abscondita penetrare cum tento, ecce accedit datus Apostolis, & in Apostolis omnibus fidelibus Spiritus Sanctus,

D qui aduenit in linguis ignis. *Apparuerunt illis dispertita lingua tanquam ignis, seditque supra singulos eorum.* *Act. 2.* Duæ personæ mittuntur, & dantur hominibus, filius, & Spiritus Sanctus; filius venit, & dicitur *V*erbum, & Spiritus Sanctus descendens venit vti lingua; datusque est nobis, vt lingua; fortè quia ad exprimendum *V*erbum Dei sola Spiritus Sancti lingua sufficit, &

necessaria est. Quid est, quod, vt lingua, & Verbum, datur homini filius, & Spiritus Sanctus? *D. Iacobus Apostolus* totum explicabit, inquit ille cap 3. Epist. *Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir.* totam hominis perfectionem coniectatur, & aucupatiatur à lingua, & Verbo. nec mirũ. *Verbum* enim qualis sit homo demonstrat; vnde Clemens *Alex.* 3. strom. ait. *Qualis sermo talis est vita.* & Vgo de Sancto Victore lib. 2. de anima. *Mores hominis lingua pandit, qualis sermo ostenditur, talis animus probatur.* Non fallitur, qui à lingua, & voce pensat hominem. *V*ndè Isaacum fefellit habitus, sed non vox Iacob, quadere inquit Diuus Ioannes Chrisostomus hom. de *I*acob, & Esau. *fallit habitus Patrem, sed vox indicat veritatem, refert vox, quod habitus refellebat, nudat lingua, quod tegmina simulabant, ità enim alienum est, quod simulatur, proprium, quod voce sentitur.* itaque qualis lingua tale cor esse debet, respõdere debet linguæ cor, ne totum sit simulatum. Et iam assequor, cur filius, cum datus est naturę humanæ, voluerit dici Verbum, curque Spiritus Sanctus in lingua homini datus sit. Cor, & lingua, siuè verbum, haud dissonare debent, quod si Deus datur homini *V*erbum, & lingua, igitur cor hominis à lingua, & *V*erbo non debet dissonare, hoc verbũ, hæc lingua omnem claudit perfectionem. Adeo igitur perfectus debet esse homo, vt omnem in se claudat sanctitatem, & perfectionem. datur enim homini *V*erbum, vt sibi totam hominis animam assimilet, quandoquidem *V*erbum similitudinem importat. attigit isthæc Clemens *Alex.*

Iacob Ap. Epist. c. 3.

Clemens. Alex.

Vgo de Sant. Vict.

Chrisost.

A lib. 4. Hom. dicens. *Perfectus maxima vi contendit assimilari* Domino *ipso, vt nullas admittat passiones. Est enim Verbum, seu ratio* Dei *intelligens per quam mentis imago, & assimilatio in solo homine cernitur, quo respectu etiam Deiformis, & Deo similis fit per animam vir bonus.* Scio quid sibi velit Clemẽs, ast istud noto nostris accomodabile, quod verbum ibi animam assimilat nostram; vndè cum vt

B Verbum datur filius Dei cor Verbo correspondens desiderat in anima fideli.

Non discedam à Cęlis, vbi tota micat sanctitas, atque ad nos descendit. Audio Isaiam, sic de Deo, ità de *A*ngelis loquentem. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum, & eleuatum.* Solium gloriæ est Dei Tronus, sed nunquid manufacta sunt solia *Dei* ex auro, vel gemmis? absit. *Anima*

C nostra solium Dei est, & soliũ gloriæ dicitur. Vt hinc intelligamus tantam debere in nobis micare sanctitatem, effulgere perfectionem, vt vel celsissimam gloriam adęquet. prębet his ansam *D*iuus Bernardus serm. primo in verba Isaiæ, dicens. *Sed quid putamus, quale solium istud fratres, neq; enim Altissimus in manufactis inhabitat; nulla omninò materia corporalis apta tanto solio, tanto habitatori vide-*

D *tur. Viuis est construenda lapidibus fabrica spiritualis, quam vera, & æterna vita sua, inhabitare dignetur. Quod si minus tanto ędificio sufficit* Angelica *Creatura, pręuaricatorum, vtique minorata pręcipitio; suscitet certè de terra inopem, & de puluere erigat pauperem, vt collocet eum cum principibus, & solium gloriç compleat. Et fortasse propterea ipse, qui vidit non modo excelsum solium, sed eleuatum quoque describit;*

Clemens. Alex.

Isai.

Anima nostra solium Dei est.

D. Bern.

bit; *vt proindè, & Angelorum stabilis residendo, & hominum misericors eleuatio designetur*. Vides quò eleuanda, est hominum fideliũ perfectio, eo vsquè, vt teneat solium gloriæ Dei, eo vsquè, vt sanctitas ipsimet gloriæ facile comparari, & vt verius dicam, ferè non distingui possit. Ast non sisto, quia nec stetit Isaias. *Seraphim*, inquit. *stabãt super illud sex alę vni, & sex alę alteri &c. & clamabant alter ad alterum, & dicebant. Sanctus. Sanctus. Sanctus* Dominus *Deus exercituum*. In duobus his Seraphim, non minuit, sed dilatat famulatum Dei Isaias. Etenim nedum Angelos dat assistentes, & ministros, sed etiam humanam creaturam, quæ iuxta Diui Bernardi interprætationem in vno clauditur Seraphino. *Et ego quidē fratres, si licet in hac parte vnicuiq; abundare in suo sensu, in duobus Seraphim duplicem arbitror intelligi creaturam rationabilem, Angelicam scilicet, & humanam. Nec mireris hominem Seraphim factum, memēto, quia* Creator, *& Dominus Seraphim factus est homo*. Quo stante, supponendum etiam censeo, primum chorum datum illi Seraphino, qui Angelicam repręsentabat naturam; itaut illi responderit Seraphim humanæ typus, Sanctus. Et hoc ipsi rationi consentaneum est, quandoquidem dignitate naturæ pręcellit Angelica humanam creaturam. Supponendum item censeo, vt ad nostra deueniam in his cãticis Deũ exaltari Trinum, & vnum; ita D. Epiphanius in Anchoratu dicẽs. *Seraphim cum ter clamant, Sanctus, Trinitatem declarãt, non enim per duas voces, neque per quatuor* Deum *glorificant, sed per tres, & singulis vocibus, numero singulari vtuntur; non enim dicitur, Sancti, Sancti, Sancti, vt multas personas. singulari numero designãt* Patrem, *& Filium, & Spiritum* Sanctum, *& in clausula orationis Dominus* Deus *Sabaoth, vt Trinitas personarum, &* Deitatis *vnitas declaretur*. Sic Epiphanius. itaque dum canunt duo illi Seraphim, & prima vox est Angelorum, & tertia similiter, vox humanæ naturæ ad filium spectat. ait Angelica. Sanctus idest Pater, subsequitur natura humana, *Sanctus* idest Filius, repetit Angelica, Sanctus idest Spiritus Sanctus; verè magnum Sacramentum in hac sanctitate latet. videmus enim sanctitatem relatiuè applicatam scilicet personis, non essentiæ, quæ declaratur in voce illa. *Dominus Deus Sabaoth*. Quid est quod sanctitas relatiuè significat, quid est, quod Chorus humanę naturæ soli filio prædicat sanctitatem, Angelica alij personis sanctitatem concinente? vt mysterij latentis eruam sacrum, accurro Sacros Teologos, disputant illi, nũ in Christo, qui de Virgine in tempore natus est, & ab æterno à Patre genitus filius. sint duæ filiationes, vna æterna, altera temporalis, & Scotus in 3. dist. 8. affirmat in Chisto fuisse duas filiationes scilicet ęternam, & temporalem. & ait vtramque esse realem. Ratio autem Scoti est, quia filiatio non respicit personam, sed naturam, quam elicit ex ipsamet Definitione generationis, quę talis est. *Filiatio est habitudo productĩ naturaliter similis producenti in natura intellectuali*. ex qua definitione elicit Scotus, filiationem primo respicere naturam, quam suppositum, & ità inquit Scotus, quia quouis intellecta

Margin notes: *Isa. 6.* — *Bernard.* — *D. Epiph.* — *In Christo sunt duæ filiationes*

Section letters: A, B, C, D

lectu non operante, adhuc natura humana Christi, & Virgo ex qua fuit sunt extrema distincta cum relatione maternitatis; & filiationis, sed hæc ad Teologos; vnum accipio, filium Dei Christum esse filium hominis verè, & parentē eius secundū corpulētā substantiam etiam posse dici *Ada* mum; & insuper Christum ità benignum esse, vt cuiuslibet hominis velit dici filius; nā omnis, qui facit volūtatem Patris eius, B ipse Christi mater est. hinc, se dicebat, quasi extendendo suam filiationem Christus. *Filius hominis*, idest fidelis. redeo mox ad Isaiā; Natura humana filio concinebat, & cantabat sanctitatē; & ista sāctitas, qua exprimebatur filius censenda est relatiua; quod si relatiua. & relatiuè filius dicitur sāctus, habere debet aliud extremum relatiuum; nam relatiua simul sunt; hoc relatiuum filij non C est, nisi in tempore, Maria *Virgo*, & tota natura humana per gratiam, dicitur enim Christus. *Filius hominis*, idest cūctorum fidelium, etiam per gratiam. igitur illa sanctitas relatiua sic disponenda est. *Sanctus Sancti Sanctus*. *V*t dicere solemus, ęquale ęquali æquale, istud autem extremum filij relatiuè est homo, igitur cum canit natura humana. *Sanctus*. filio, ex alio extremo sanctitatem filij tri- D buit sibi, Christus enim filius hominis est. quodsi sanctitas, qua laudatur filius Dei in cælis, etiam ex alia parte respicit fidelem hominem, tanta debet esse nostra, qui portio *D*ei sumus, sanctitas, vt vel ipsa Christi reluceat in anima nostra. quò spectauit *D*. Petrus Apostolus Epist. 1. cap. 1. dicens. *Ipsi in omni conuersatione sancti sitis; quoniam scriptum est sancti*

Christi sanctitas in nobis velut relatiuè effulgeat.

Petr. Epist. 1.

A *eritis, quoniam ego sanctus sum*. En sanctitas Christi, vti relatiua, quæ in nobis micare, & fulgere debet, quadere sic *D*idimus in Glossa. *Cum Deus per Euangelium vocauit ad salutem, si sanctus, necesse est obedientibus vocationi, omni conuersatione, atque prudentia fieri sanctos eius, precipuè dum is, qui vocat ad hac, inuitet, & tribuit sanctitatē; ait enim, quandò ego fons sanctitatis sum per substantiam, sanctus existens, vos studete participari sanctitate, quos diligo, vt sitis sicut ego*. Quis in via torpebit, dum vel infinitam sanctitatem, dum suam, quam imitemur, proponit nobis, qui sāctus est Christus filius *D*ei, & hominis, cuius sanctitas, veluti relatiua, nostram referre vult sanctitatem. Perdamus nos, vt solum in Deo inueniamur; & sicut *D*ei sanctitas est, quod semper in se est, se se semper cōtemplatur; ità, & nos simus semper in Deo, semper Deum contemplemur. *A*d hanc perfectionem tendebat Dauid, cum dicebat. *Factus sum tanquam vas perditum*. semet perdidit *D*auid, & vti amissā rem alius possidet, estq; in alio, ità totus in *D*ei abysso erat Propheta; vbi nec se cogitabat, nec se inuenire poterat, qui semper inueniebat Deum. sic D. Bernardus serm. de Sancto Benedicto, vbi inquit explicando Dauidem. *Perdite animas vestras, & in vitā ęternam seruabitis eas; vultis nosse, quomodò id fecerit Apostolus ipse, qui docuit, siue inquit mente excedimus Deo; siuè sobrij sumus vobis. Quid ergo tibi? Ego inquit factus sū tāquam vas perditum, benè seipsum perdit, qui nil vnquam pro se facit, sed omnis eius intentio, & omne desiderium tendit ad* Dei *placitum, & vtilitatem fratrum suorum*. En vti perdit

Didimus.

Psal. 30.

D. Bern.

perdit se perfectus in ijs, quę Dei sunt. cogitat namque, idcirco ad Dei imaginem se creatum, vt in Deo verius existat. quod innuit D. Bernardus, cuius non pigebit verba referre. ait igitur lib. de interiori domo cap. 47. *Consilio ũãque Sanctę Trinitatis ad imaginem, & similitudinem suam creauit te creator tuus, quod nulli alteri ex creaturis donauit, vt tantò eum ardentius diligeres, quantò mirabilius ab eo, te conditam intelligeres. Considera ergò nobilitatem tuam, quoniã, sicut Deus vbique est totus, omnia viuificans, omnia mouens, & gubernans, ità tu in corpore tuo vbique totus es, illud viuificans, mouens, & gubernans, & sicut Deus est, viuit, & sapit, ità tu secundum modum tuum es, viuis, & sapis; & sicut in Deo tres sunt personę* Pater, *& filius, & Spiritus Sãctus, sic & tu habes tres vires, scilicet intellectum, memoriam, & voluntatem; & sicut ex* Patre *generatur filius, et ex vtro que procedit Spiritus Sanctus, ità ex intellectu generatur voluntas, & ex his ambobus procedit memoria; & sicut Deus est* Pater, *Deus Filius, Deus* Spiritus *Sanctus, non tamen tres Dij, sed vnus Deus, & tres personę, ità anima est intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen tres animę, sed vna anima, ex quibus anima viribus, quasi excellentioribus iubemur* Deum *diligere, vt diligamus eum, toto corde, tota anima, tota mente, idest toto intellectu, tota voluntate, & tota memoria, hoc est toto affectu, sine defectu cum discretionis intuitu. nec solum sufficit de Deo intellectus ad Beatitudinem, nisi sit in amore eius voluntas; imò hæc duo non sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis, & volentis maneat Deus; vt sicut nullum potest esse momentum,*

Bernard.

A *quo homo non vtatur, vel fruatur Dei bonitate, vel misericordia, ità nullum sit momentum, quo eum præsentem non habeat memoria.* Hæc D. Bernardus qui expensus, totũ perfectionis terminum præfigit fideli animæ. Benè perfectionis speculum, & norma, primi illi Christi asseclæ nobis proponuntur, erant namque toti in Deo, & in pelago sanctitatis immersi enatabant.

B Reliquit, vt narrat Matth cap. 16. Phariseos Christus; quos, nãque conspicit obstinatos, perditioni assignat, & *Relictis illis abijt,* inquit Euangelista, vbi Rabanus: *Idest relicta generatione mala Iudeorum abijt transfretum, & gentium sequutus est populus nota, quod non sicut in alijs legitur locis dimissis turbis abijt, sed quia infidelitatis error insolentium animos obtinebat, dicitur quod eos reliquit.* C caueat quis in infidelitatis, siuè hęresis baratrum cadere; tunc enim nõ dimittit, sed dereliquit Deus. non autem nego dari etiam istis, gratiam sufficientem, vndè saluari possint. sequitur Matth. & inquit. *Et cum venissent discipuli eius transfretum obliti sunt panes accipere.* quis non accusabit Apostolos hos? quis non ab æconomia ablegabit? necessarius est cibus, dum viuimus, à quo tamen D abstinent, & necessariorum obliuionem non puto reddere discipulos inculpabiles. q d est, quod vel ad Christi substentaculum, cibum non procurant? O perfectorum typũ, in hoc incesserunt Apostoli, Dei sanctitatem imitabantur, quæ tota consistit in vno intuitu esse Dei; erant quapropter ita in Deum immersi Apostoli, vt vel seipsos perdidissent, vel vitæ necessariorum erant obliti, ita

Matt. 16. Rabanus.

Infideles relinquit Deus.

Remigius. ita Remigius in Cat. *Tantò enim amore Magistri detinebantur, vt nec etiam ad punctum vellent ab eo recedere. animaduertendum est ergò quantum alieni essent ab appetitu delictorum, cum tam paruam haberent de necessarijs curam; vt etiam obliti sint panes accipere, sine quibus humana fragilitas sustineri non potest.* nec ad punctum à Deo discedere volebant, ità in Deo erat mens eorum occupata, ità plena, vt nullam eorum, quę extrà Deũ erant admitteret, vel paruulam cogitationem. Sciebant namque viro fideli, Christique asseclæ, nec neuum admittendum esse imperfectionis. Pergo ad Christi resurrectionem. Surrexit iam, & primò apparuit Mariæ Magdalenæ, ità Marcus Euangelista c. 16. *Surgens autem Iesus prima Sabbati, apparuit primo Mariæ Magdalenæ.* Lucrata es Christi solatium ò Magdalena lachrymis, dixerat Christus. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.* tuque ploras in horto, luges, pretium tuarum lachrymarum Christus est solans, quapropter tibi primo apparet, fauet his D. Hieronymus. *Flent, & lugent, qui nondum viderunt, sed non post multum consolabuntur. Beati enim qui lugent nunc, quoniam ipsi consolabuntur.* ita Sanctus Doctor loquens de hac apparitione facta Magdalenè apud cat. D. Thomæ. ast aliud reuelat in hac apparitione mysterium Sanctus Seuerianus dicens. *Nuntiat autem Maria, sed iam non, foemina, sed Ecclesiam gestans, vt supra, sicut foemina tacebat, sic in Ecclesia, & nuntiet, & loquatur.* exhibuit quem quærebat se se Iesus Magdalenę, quam misit illicò ad discipulos suos, dixitque. *Vade autem ad fratres tuos, & dic eis, ascẽdo ad Patrem meum, & Patrem vestrum.* obediuit dicto Christi discipula, secessit ab horto, inuenit Apostolos, nuntiauitq; Resurrectionem. *Venit Maria Magdalenę annuntians discipulis, quia Vidi Dominum, & hęc dixit mihi.* quid est quod mulierem ad docendũ Apostolos, mittit Christus? & Maria illuminat Sacrum Apostolorum cętum? nunquid Apostolis tunc altior in meritis Magdalena? nõ difficile esset hoc concludere, si doctrinam iam de Angelis alibi repetitam, recolo; solet enim Deus per superiores illuminare inferiores, cum igitur per Magdalenam docet Apostolos, illam altiorem meriti gradũ tunc attigisse, quam Apostoli, facile concludi posset. verum aliò tendo; & expẽdo: cur in vna muliere, totam Ecclesiam suam, vt inquit Seuerinus epilogare voluerit Christus Dominus. Pergo in Christi dispositionum intellectum, ad eundem. laudabat dilectam animam sub sponsæ typo Deus noster, & post multa laudũ præconia, quibus pulchritudinẽ eius efferebat, dixit cap. 4. Cant. *Tota pulchra es amica mea.* repetiuerat in principio huius capitis bis pulchram, cum dixit. *Quam pulchra es amica mea, quam pulchra es.* vt ex duplici repetitione, veritas pulchritudinis formaretur, vt inquit Sotomaior, ex Gregorio Nisseno. *Neq; enim simpliciter pulchritudinem sponsę laudat, & prędicat, & quasi attonitus admiratur, sed cum repetitione, qui etiam membro cuilibet corporis sponsę per comparationem, ac similitudinem, encomium sigillatim attribuit; laudis. n. hęc repetitio, cum ait, quam pulchra es amica mea, quam pulchra es, vt sonat veritas hebręa, minimè falsũ hoc*

Marginalia: Apostolorum perfectio. — Asseclæ Christi nec neuum imperfectionis admittebat. — Marc. 16. — Matt. 5. — Lachrimæ primo habent Christum. — Hieronim. — S. Seuerin. — Marc. 16. — Magdalena fortè in aliquo tempore Apostolis dignior. — Cant. 4. — Sotomaior. — Section letters: A, B, C, D.

hoc testimonium sponsi esse demonstrat. ast nec illo contentus testimonio addidit totam esse pulchram; quod ideò fecit, quia agebatur de fœmina, quæ pulchritudine gloriatur, quamquè vel minima deturpat macula, vndè D.Gregorius Nazianzenus.orat aduersus mulieres se se ornantes & excolentes, alloquēs animam Deo deuotā, ait. *Atque id quoque velim non ignores, rugam vnam tibi turpiorem esse, quam maxima, & grauissima vulnera ijs, qui in mundo sunt.* en vt ruga minimaque macula pulchritudinem ininfestat mulieris. tota pulchra debet esse mulier, totam pulchritudinem, vel ipsa sibi procurat. ex quibus, cur Ecclesiā suam in vna muliere voluerit epilogare Christus, facilè discernitur. Ecclesiam fideles nominat omnes, hoc in fœmina repręsētat, quod si pulchritudo requiritur in fœmina, & pulchritudo spiritualis perfectionem virtutum secū fert, equidē omnem perfectionū florem in anima exposcere Christū, deducendum est: totum confirmat Paulus Apostolus scribens ad Ephes. cap. 1. dum ait. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionē, vt essemus sancti, & immaculati, in conspectu eius.* Vbi sic sedulij Glosa. *Ad hoc nos elegit, vt essemus Sancti, & immaculati in futura vita; quoniam Ecclesia Christi non habet maculam, nec rugam.* fideles suos Deus ab æterno elegit, sed voluit ità perfectos, vt nec maculam, nec rugam haberent; vndè in typo mulieris repræsentat Ecclesiam, quæ tota pulchra esse debet, & vel vnius næui expers, imò omnibus ornata virtutibus, quod agnoscens anima ad perfectionem anhelās,

Gregor. Naz.

Ad Ephes. 1.

Glosa sedulii.

A ità vel vētos alloquebatur cāt.4. *Surge Aquilo, veni Auster, & perfla hortum meum, & fluent aromata.* vel inanimata in sui auxilium inuocabat anima fidelis, vt gratiosa esset Deo dilecto suo, quod dixit Sotomayor in Cant.dicens. *Quoniam stat sententia, sponsum meum ad hortum meum, vel potius nostrum inuitare, in hac tanti verni temporis opportunitate, libet de more poetico, seu vulgari, ad exprimen-*

Cant. 4.

Sotomaior

B *dum magis affectum animi mei aduocare seu inuocare etiam res ipsas inanimatas, idest ventos, præsertim vero Aquilonem, & Austrum, vt in gratiam sponsi venturi, si ita fieri possit, mihi sint propritij, & fauorabiles, modicè, atque alternis præstando hortum nostrum, vt sic hortus sit amenior, & iucundior, & item fragantior, & suaueolentior, & ità maiore voluptate sponsus meus afficiatur.* erat virtutum floribus ornata,

C erat decora, dignaque aspectu dilecti Domini sui Iesu Christi, at quia, vel minimum quod inesse poterat perfectionis, exquirebat, idcirco, nedum flores, sed vehementiorem odorem à virtutum floribus expetebat, vt quidquid à se, quidquid aliundè habere potuisset donasset Deo suo. hic est altissimus perfectionis gradus, & ad hunc vult nos ascendere Diuina Maiestas, quæ

D scalæ à Iacob visę innitur, vt illum amplectatur, qui est in vltimo gradu scalę. Demus nostra Deo, & cętera omnia, vt simus verè perfecti, & dicere possimus cum Petro. *Ecce nos reliquimus omnia, scilicet propter te, & sequuti sumus te.*

Recolo illam distributionem, imaginis animæ nostræ, quam superius ex D.Bernardo adduxi, vbi in intellectu Patrē, in volūta

te filium, in memoria Spiritum Sanctum inquit significari; & premo, cur memoriam nostram, ità dispofuerit Deus, vt Spiritum Sanctum repræsentet. suppono autem in dubitationis solutionem, intellectum nostrum illa cogitare, quæ repræsentat memoria, & voluntatem consequẽter id appetere; quo stante, recolendum est, Spiritum Sanctum in Diuinis dici Amorem: vndè memoria nostra cum Spiritum B Sanctum in ratione imaginis prę feferat, debet dici *Amor*; sed cur *Amor* memoria, si amor à voluntate proficiscitur? Audio Platonem de Amore discurrentem, dicentẽq; *Amorem* esse celeberrimum latroné, cum enim *Amor* semper habeat largiri, distributis suis, currit ad furta, vt donet; itaquè effectus amoris est furtũ post omnia sua data exhibere: & en D.Bernardi ingenium. Memoriæ C pręscribit *Amorem*, quia intellectus illud operabitur, quod habet à memoria, illudque exequetur voluntas; amor autem, nedũ sua sed alia furatur, vt donet dilecto. figuratur ergo *Amor* in memoria animæ, vt intellectus, & voluntas nedum propria accipiat, & donet vel se Deo, sed aliena. hinc anima, quę totam se donauerat Deo, ad furis instar, à vento aromatum odorem pro- D curabat, & virtutum fragrãtiam, vt suo Deo offerret. *V*ndè *A*nonymus in BB. VV. PP. inquit. *Anima perfecta dat* Deo *seipsam, & quid in mundo est, ad se attrabens, totum donat* Deo. dat delitias mundi, vbertatem, diuitias, honorem, famam, & quidquid mũdus colit, totum *Deo* suo offert. Hinc Animæ profectũ admirantes Angeli aiebant. *Quę est ista,*

Amor latro.

Anonym.

Anima dat Deo suo se, & aliena furis ad instar.

Cant. 8.

A *quę ascendit per desertum, sicut virgula fumi?* à deserto ascendit anima; sed nunquid ista non est illamet, quæ sponsum vocabat ad hortum, quęque *A*quiloni dicebat, & *A*ustro, vt flarẽt ad fluxum aromatum? quid est, quod à Deserto ascendit? in ascẽsu hoc, perfectionis indicatur augumẽtum, vndè D.Gregorius. *Per desertum ascendunt, qui dum omnia visibilia fastidiunt, mentem in cęlestia erigũt; & quia in infimis, nihil quod eis dulcescat conspiciunt, totum cor ad superna amanda conuertunt.* Desertũ agnoscit mundum D.Gregorius, quia nil in eo dulcescens inuenit anima perfecta. ast eruo ex eodemet *A*nonymo alium sensum, illud dicitur desertum in quo nil boni inuenitur; & quidem vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erãt valdè bona. Cur ergò Desertum, dicitur mundus? O latrones hoc fecerunt, aderat in mundo amãs anima *D*eum, perfectionis auida; quia autem perfectus amor fur est, & sua dat, & aliena, ideò adeò omnia Deo suo consignauerat, nil præter Deum sperans, vt vel ipsum mundum fecisset Desertum. Sic ille. *Vide, vt anima perfecta, & se, & sua Creatori dilecto offert, ipsum mundum spoliauit, & fecit Desertum. V*erè hæc anima *D*ei sanctitatem, & perfectionem, quantum Creaturę licet, assequuta est; sua nobis, & se dedit Christus, vt nos, & aliena doceret sibi offerri; & hęc dedit se, & aliena, ita vt, vel mundum, quem creauit valdè bonum Deus, fecerit Desertum. Quod si tãtam perfectionem ab anima exquirit *Deus*; quis, vel nomen peccati substinebit in anima fideli? *R*egenerauit Deus noster Ecclesiam suam

Gregorius

Gregorius

ex latere, de quo sanguis manauit, & aqua; & aqua fideles significabat, vnde dixit Ioannes, *Aqua multę populi multi.* aquam vult fideles suos Christus. quia aqua, illas reddit imagines, quas ei obijcimus. En Christus dedit aquam, fideles scilicet, sed viuēs inclinauit caput, sciens fluxum aquę ex suo latere, vt aquam respiciēs, imago sua semper in aqua videretur. Semper in anima nostra debet esse Christi imago, illum referre debet, quapropter, & aquam voluit Ecclesiam suam Deus. nec fisto, sed aliud adinuenio in aqua hac Sacramentum, quod à creatione mundi aucupor. Creationem orbis describēs Moyses ait. *In principio Deus creauit Cęlum, & terram. Terra autem erat inanis, & vacua, & tenebrę erant super faciem Abyssi, & Spiritus Domini ferebatur super aquas.* expeto, nunquid aqua non fuit creata? non nego, sed suppono. cur ergò non inquit. In principio creauit cęlum, & terram, & aquā? illicò quandoquidem aquam nominauit. Aqua, super quam Spiritus Sanctus ferebatur; fideles ex Christi latere nascituros præfigurabat; quid Moyses, tunc omnium, quæ ventura erant, illuminatus; tacuit in aqua nomen creationis, quia creatura intrinsecè includit. *Nihil*, ex nihilo enim, qui creat, agit. per nihil verò signare solemus peccatum, vt sæpè dictum est. cum igitur in aqua, fideles præseferente, creationis nomen reticet Moyses, fideles adeò perfectos exquirit, vt vel nomen, quod significare potest peccatum, ab illis excludat. firmat D. Chrisostomus in Epistola ad Ephæs. c. 5. dicens. *omnis immunditia, siuè peccatum, nec nominetur in vobis, hoc est, nec vsquam quidem appareat.* hac circumuallatione debet muniri fidelis, quē perfectum vult Deus. Termino hunc discursum, ex Diuo Paulo Epist. ad Ephes. c. 5. & aio. *estote ergò imitatores Dei.* Vbi D. Chrisostomus. *Imitare Christum; hoc solum sufficit ad exhortationem ad virtutem, Deum imitari.* O Domine Iesu Christe incipe, & perfice, ad quod vis, & iube, comple in me imitationem tuam, vt tandem, vt filium non degenerem, in sinum adducas Patris.

Ioannes

Christi imago semper sit in nobis.

Genes. 1.

D. Chris.

Ad Ephes. 5.

Chrisost.

A B C D

P. Franc. de Franch. in Os.

T E X T V S,

VERS. XVI.

Editio Vulgata.

Quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit Israel. nunc pascet eos Dominus quasi agnum in latitudine.

Sanctes Pagn.

Quoniam sicut vacca peruersa declinauit Israel. nunc pascet eos Dominus. tanquam pecudes in latitudine.

70. Interp.

Quoniam sicut vacca asylo percussa insaniuit Israel. nunc pascet eos Dominus, sicut agnum in spatioso.

Vatab.

Quoniam sicut vitula rebbellis rebbellauit Israel. Nunc pascet eos Iehouah tanquam agnum in latitudine.

Editio Chaldaica.

Quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit Israel.nunc pascet eos Dominus,quasi agnum in latitudine.

Paraphras. Castri.

Quoniam sicut vacca lasciuiens excussit iugum legis Israel.breui ducetur captiuus in latissimam Assiriorum regionem,actus ab hostibus tanquam agnus.

COMMENTARIVM
iuxtà literam.

Est pæna vitiorum frænum, effrenatorum retinaculum, & quos naturæ nobilitas à vitijs non retrahit,grauitas pęnæ auertere solet;sic ijs fit, qui libertatē filiorum contemnētes, ad vilem Dæmonis aufugiunt seruitutem. docet hoc naturę dictamen, & ipsa ratio,vndè Cicero pro Rosc. Amer.inquit. *Quos ipsa natura retinere in officio non potest, ij magnitudine pœna maleficio submoueri debent.*hinc puto, Dominum nostrum Iesum Christum in sublimi illa oratione, quam Dominicalem appellamus, quia ab ipso Domino est,docuisse,nostra peccata nil aliud esse, quam debita, vt quos filiorum Dei nomenclatura non tenebat in ędibus Patris, timor saltem pænæ ligasset, dixit,vt diceremus Patri. *Dimitte nobis debita nostra*. quę debita iuxta comunem sanctorum expositionem peccata sunt. sed nūquid Deo peccata debeo?ò Christe Deus, quam amans, quam

Cicero.

A pius es. Dicerē ipse, tibi debuisse peccata mea,quia tu à me voluisti super te,vt ea deleres morte tuà. Sed trāseo ad sacrorum Doctorum expositionem. Debitum vult Deus vocari peccatum,quia peccato debita pęna est;vt igitur arceret à culpis,debita dixit peccata nostra Deus. audiatur Fortunatus apud Cerdam in Tertul. lib.6.de oratione. *Cōuenientèr debita peccata dicuntur,quę,& debentur, & requirenda sunt. nam sicut debitor à creditore requiritur, ità peccatum à Deo in die Iudicij necesse est exigatur*. Supplicia culpis assignantur, vt territæ cor hominis non occupēt. hoc in hoc textu videtur facere Deus, dixerat populo Iudę,vt saltem ipse à fornicatione, tum corporali, tum spirituali desisteret, at quia non firmus in Dei amore erat; imò diuerterat ad Idola, pænam pręDdicit Israelitico populo; vt territus flagris ab ipsa se seiungat, nec ingrediatur Galgala, aut ascendat sitam in montibus Bethauen.Ait autem primò. *Quia sicut vacca lasciuiens declinauit Israel.* promulgaturus erat pænas, quia autem nulla pęna est, sine peccato;idcirco peccatum Israelitarum primo dicit, quos vocat lasciuientem vaccam. Vacca dicitur, quia teste Corn. Gesnero. D lib.de quadrupedibus, huiusmodi bestia tantopere ad Venerem anhela est, vt cum maris mugitū audit, ad coitum vehementissimè exardescat, atque adeò sicut harum rerum experimentatores confirmant, Taurum à triginta stadijs,ipso mugitu amatoriam significationem,quasi tesserā Veneris dantem, audiat, & inquit iste. *In Ægipti vico Sebussa nuncupato, non magno quidem, sed certè ele-*

Fortunat.

Gesn.

eleganti, qui in Hermopolita præfecturam cenſetur; Venerem religioſè, & ſanctiſſimè colant, quam Veontã appellant, atque Vaccam etiam ideò venerantur, quia affinitatem, & conuenientiam cum Dea ipſa, habere exiſtimatur. en quã ad libidinem anhela *V*acca eſt, componitur cũ libidinoſiſſima *V*enere, quæ luxurioſorum apex, & culmen eſt. ex quibus conijcere poſſumus *I*ſraelitarum libidinem; mugit impatiens ad coitum vacca, & B taurum, quod mirabile eſt per triginta ſtadia diſtantem, audit, & iter ſpernens, & laborem, currit ad laſciuientem. laſciua magis. *V*acca item dicitur, quia ſecreta cubilia inquirebat, & indebita, quod de *V*acca cecinit *V*irgil. dicens. *Vaccula non nunquam ſecreta cubilia captans*. *I*ndomabilis eſt vacca laſciuiens, excutit iugum, proteruè contendit, addidit quapropter Deus. *Laſciuiens*. ſuffecerat dicere. *Sicut Vacca*, quia cum vacca laſciuum ſit animal, ſtatim laſciuientem intellexiſſemus populum; at addidit. *Laſciuiens*. tum, vt vel ſe ſe ſuperare in laſciuia doceret; tum etiã, vt excuſſionem legis diuinę à ſe, notaret; quod notatur in trans. *V*atab. qui ait. *Vacca rebbellis*. Et Pagn. legit. *Peruerſa*. quia nõ poteſt non eſſe peruerſus, laſciuus. *Septuaginta ad ſignificandam, nedũ* D *inobedientiam, ſed fugam à paſtore congregante ad paſculum, & item curſum ad laſciuos actus, legunt*. *A*ſylo percuſſa, de quo ſic Virgilius in Georg. lib. 3. *Cui nomen Aſilo*.

Laſciuus vel ſe in laſciuiẽdo ſuperat.

Vatab.

Pagn.

Septuag.

Virgilius.

Romanum eſt oeſtrum, Gray vertère vocantes,
Aſper acerbe ſonans, quo tota exterrita ſiluis,
Diffugiunt armenta, furit mugi-

A *tibus æther*
Concuſſus, ſiluęque, & ſicci ripa Tonagri.

Vacca Aſylo percuſſa, furit, curritque ad ſecretiora deſerti à paſtore fugiens. & Iſrael à Deo paſtore fugiebat, & ſecretiora ſiluarum loca quærebat, & vmbras ad ſcelera conſumanda. ſequitur textus *Nũc paſcet eos dominus, quaſi agnum in latitudine*. quia agnus vnicus in campo balat, & diſcurrit huc, illucque, & non quieſcit, neque paſcitur, quæ expoſitio mihi placet, etſi aliæ, etiam textui ſatisfaciant; *I*ſraelitæ enim captiui aſportati ab Aſſirijs, ad lata ducti, hoc eſt ad multitudinem operum ſeruilium, quæ proprias ſuperabant vires, requiem non habebant, diro exactore ità exigente opus, vt nec tempus cibo adeſſet, qui tamen erat parciſſimus, quod etiam exprimitur in C illo verbo. *Latitudinem*. quę, loca omnibus expoſita ſignificare ſolet, queque omnibus animalibus expoſita ſunt ad paſcua, nulli ſufficiunt.

CATENA CONCEPTVALIS ex Doctoribus.

ANVLVS LVIII.

Currit ad peccatum impius ſemper vilis.

Quoniam ſicut Vacca laſciuiens &c.

EST mox agnus, qui vacca dicebatur peccator. neſcit nõ à pretio cadere, qui animam ſuã gratis vendit Diabolo. ſic Rupertus

Rupertus. tus Abbas. *Agnus namque bos loco vilitatem insinuat, vt illic; sicut oues in inferno positi sunt, mors depascet eos.* Sed quid est, quod Vaccæ nomine designatur fornicans à Deo populus? nonnè vacca, ità Dei mancipatur seruitio, vt nec færum audiat? testarentur illæ Philistinorum, quæ arca Dei onustæ, obstinatius viam carpẽtes, ad hebręos arcam Domini deduxerũt.

1. Reg. 6. 13 1. Reg. 6. *Et posuerunt arcam Dei super plaustrum, & capsellam, quæ habebat mures aureos, & similitudinem anorum, ibant autem in directum vaccæ, per viam, quę ducit Bethsames, & itinere vno gradiebãtur pergentes, & mugientes, & non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Quod D. Augu-

D. Aug. stinus lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 17. vocat magnum Sacramẽtum. Seruiunt Deo exactius vaccę: & vbi arca Dei honoribus cumulalabatur; nec eiulantium vitulorũ

C

mugitus curantes, illuc asportãt. vt quid igitur vaccę, lasciuiens Israel comparatur? ast vacca est,

Peccator Dei iugum à se excutit. non illa; quæ Dei arca onusta est, sed quæ iugum Domini penitus excluserat, vndè Albertus Ma-

Albertus. gnus inquit. *Vacca magis lasciuiens est, quam bos, & signat eos, qui propter lasciuiam declinant à iugo Domini.* populus item vacca dicitur, quia, vitulum sibi fecerat

D

Israel. quis autem ignorat, Vaccam, vel impetu facto currere ad suum vitulum? indicatur igitur, peccatorem, non solum non desistere à peccato, sed ad illud cur-

Ferdinandus per alta. rere anhelũ. occurrit Ferdinand. peralta in quodã serm. dicens. *Qua similitudine id satis expressit. quanta scilicet velocitate ad Idola vitulorum curreret populus Israel. quasi diceret, quid amplius faceret vacca, quam ad vitulos currere.* Vi-

A

dit peccatrices animas, earumq; iudicium Zacchar. c. 5. quia autẽ

Zacch. c. 5 mulierum fragilitas ad peccatũ prona est magis, ideò sub mulierum typo conspexit; vndè dixit. *& leuaui oculos meos, & vidi, & ecce duę mulieres egredientes, & habebant alas quasi alas vpupę.* Vpupæ alas dat iniquis Zaccharias; hęc auis fætentia odorat ad gustum, nec gressu contenta, adiungit alarum velocitatem; nescit enim

B

Peccator volat ad peccatum. Cirillus. ad peccatum, non volatu præcipiti ferri peccator. vnde D. Cirillus de festis Paschal. hom. 10. inquit. *Vpupę alas, ipsi inesse, Prophetica nobis oratio confirmauit; vt ex eo paratas ad impuritatem, & proclinas ad carnis illecebras impuras animas indicaret. Impura namque hęc auis, Vpupam dico, verminumque, & ventris excrementorum in primis vorax est; talis autem anima, quibusuis peccatis, & voluptatibus addicta conspicitur.* addicitur,

C

præterquæ peccatum nil affectat anima impura. Vix peccauit Adam, & en nuditas. quid ni, fortè sciebat, quia luctator vir est Deus? scio luctatum cum Iacob, & Adam, nè teneretur, minimè

Peccator à Deo teneri non vult nec ei succumbere. totus vestiri voluit. quia Deo succumbere abhorret peccator. Et fortè hoc nuditas præsignauit. sed quandoque antiquitus poma dabantur currentibus, qui, vt ex-

D

peditiores essent ad cursum vestes abijciebant. quid Adam desiderauit pomum, comedit, nunc nudatus, operiri omninò non curat, vt intelligeremus peccatorẽ expeditissimum ad peccatum, vel velocissimo cursu ad illud inhiare. Vnde sicut Vacca, quæ ad vitulum currit, demõstratur Israel, & ait noster Hoseas, *Quoniam sicut vacca lasciuiens, declinauit Israel &c.*

ANVLVS LVIIII.

Pœnas dat etiam in hac vita peccator, sed pœna humiliatur, & pergit ad Gloriam.

Quoniam sicut vacca lasciuiens &c.

Est saggitta venenosa peccatum, fuggit, dum figitur, sanguinem, non expectat mortē, vt inferat pænam; ante lethum, de peccatoris pæna lætatur. hoc indicat noster Hoseas dum ait. *Nunc pascet eos Dominus in latitudine, quasi agnum.* vbi sic Rupertus Abbas. *Præsentem, quam in hoc quoque seculo, mox recepturus erat Israel, significat actionem. Id ẽnim est, ac si dicat, in præsenti seculo, dum spiritus hos regit arctius, me viuente pascet eos Dominus in latitudine, quasi agnum.* idest adducentur ab Assirijs in captiuitatem, & ibi in captiuitatē latitudinis terræ dispergentur. Non semper lilia candent, grādine feritur, etiam dum sol effulget. punitur, vel hic peccator puniendus æternaliter. Pro phetās, sic orabat Hierem. cap. 7. *Duplici contritione contere eos.* quid est, quod rogas Prophetans, ò Hieremia? nunquid non vna cōtritio multa est? nunquid Deum, scis crudelem, qui Pater est misericordiarum? nū quid agnoscis bis punientem? ità; inquit Vates. an fortè non legimus. *Iesus populum de terra Ægipti saluans, secundò eos, qui non crediderunt perdidit.* hoc totum diuina dictante iustitia factum est: sed cur secundo? soluit totum D. Gregorius lib. 8. moral. cap. 13. dicens. *Quia eorum percussio hic cœpta, illic perficitur. vt P. Franc. de Franch. in Hos.*

Hierem. c. 7.

Iude à Spirituali Epistola.

D. Greg.

A *incorrectis, vnum flagellū fit, quod temporaliter incipit, sed in æternis supplicijs consumatur. Quatenus eis, qui omninò corrigi renuunt, iam præsentium flagellorum percussio, sequentium sit initium.* hinc Hierem *duplici contritione contere eos.* quia præsentium flagellorum percussio, sequentium est initium. ast castigatum peccatorem lego agnū. Vt quid hoc? nisi, quia virga curuat ad humilitatem, quem que erigit culpa in superbiam, humi-B liat pæna. accinit Teophilatus, dum ait. *Dominus tradens in captiuitatem, pascit ipsum, non amplius veluti inobedientem, sed tanquam agnum mansuetissimū. namque captiuitas humiliabit eum. Anima quoque, vbi ad principium peccati delata fuerit, lapsa precetur, vt se Dominus regat veluti agnum, qui non diliget, neque vociferetur, nec propriā voluntatem habeat.* sed agnus hic, C quem mox pascit Dominus, vaccam primum lego. cur quæ Vacca, nunc agnus est? quæque. *Asylo.* vt legūt 70. erat percussa, adinuenit Dominum pastorem? hoc inquiro, cur factum sit. Et indicabūt sacri Doctores; affero Tertullianum, sed prius Malachiam, qui aduentum Domini vaticinās ait *Orietur vobis timentibus nomen meum, sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius.* futurus erat nobis medi-D cus Christus, omnibusque allaturus erat sanitatem; ex quo aduertit Tertullianus, nos infirmitatibus primum esum subiecisse. is quærit medicum, qui infirmitate affligitur, febrisque patitur tribulationem. expetit, queritq; nos Deus, vt curramus ad ipsum; subiecit quapropter infirmitatibus: audiatur ille lib. 6. de Resurrectione carnis. *Bonum Deum nouimus, solum optimum à* Chri-

Hierem.

Teophil.

Septuag.

Malach 4

Tertull. *Christo eius addiscimus, qui dilectionem mandans post suam, in proximum, faciet & ipse, quod præcepit, diliget carnē tot modis sibi proximā, etsi infirmam, sed virtus in infirmitate perficitur, sed medicum non desiderant, nisi male habentes.* tunc quæritur Christus, cum tribulationis aculeus animum pungit. nec Moyses volocius curret ad Dominum, nisi calciamenta deponat, vndè terræ duritiem experiantur plantæ. abundat prodigus, & recedit à Patre Deo, fame tabescit, & vadit ad eum, quē reliquerat. adest tribulatio, & redit mens, qua Deum agnoscimus, & amantes ei adhærere cupimus vndè imus. hinc D. Hieronymus lib. 1. in Hoseam. *Prouidentia Dei sæpè nobis accidunt mala, nè habeamus ea, quę cupimus, & varijs calamitatibus huius seculi, ad Dei seruitutem redire cogamur.* ex quo, cur populus, qui Vacca, à Propheta dicitur, inueniat quasi agnus Deum pastorē capio. asyli percussionibus fuit relictus, & ideo stimulatus tribulatione iuit humiliatus ad Deum. hinc Teodor. *Oestrus, siuè Asylus, vulgò Zabanus, musca quadam est, vaccis infestissima, cuius morsus tanto sensu doloris existit, vt vaccę quibus admoti fuerint eius stimuli, non voce bubulci reuocari possint, nequè cum reliquis vaccis compascunt, sed interdum præcipites aguntur. ijs inquit, assimilis est Ephraim, qua Idolorum colendorum oestrū susceperit. eos à me, etsi ità abhorrentes, tamen non sine cura pastoritia relinquam; sed pro me captiuos factos longè lateque dispergam, vt ab agno errante, & vbera matris requirente nihil differant.*

D. Hieron. — Teodor. (marginal notes)

A

ANVLVS LX.

Qui in delitijs pascuntur destinamur ad mortem.

Sicut vacca lasciuiens.

NOn est expeditus ad Cælica, qui mundi voluptatibus B est addictus. hic epulari, famem operatur sempiternam. absint flores indè, vbi spinas ferere necesse fuit. pulchrè Spiritus Sanctus, mox ventus insonat, mox ignis apparet, ità Actorum cap. 6. *Et factus est repentè de cælo sonus, tanquàm aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domū, vbi erāt sedentes, & apparuerunt illis dispertitę linguæ, tanquam ignis, seditque suprà singulos eorum, & repleti sunt* C *omnes Spiritu Sancto.* En, vti ventus, & vt ignis venit Spiritus Sāctus, qui virescere volens paradisum in hominis corde, mundi gloriam, quę, vt inquit Isaias, flos est, & in flore repræsentatur. *Omnis gloria eius, quasi flos*, exiccat, ventus enim, & ignis florem ariditati consignant. audio Clementem Alex. orat adhort. ad gentes. *Fac, vt templum sit castum, & voluptates, & delitias tanquam caducum, &* D *breuem florem relinque vēto, & igni.* An non mortuum existimat mūdum, qui Deo adherere vult? quis ambigit? En Paulus. *mihi, inquit, mundus crucifixus est, & ego mundo.* mortem parit Christi Crux; mundus igitur Paulo mortuus erat, & fętebat, vt putulentum cadauer. ità mentem Pauli aperit D. Bernardus serm. 5. de passione dicens. *Mūdus mihi crucifixus est, & ego mundo. mundus quippè*

Act. c. 6. — Clemen. Alex. — Spiritus Sanctus cur in vēto, & igni. — Ad Galat. 6. — D. Bern. Mundus mortuus est. (marginal notes)

Mundus mortuus eſt. quippe ei crucifixu, erat, quia omnia, qua mundi erant, tanquam mortua reputabat; ipſe vero mundus crucifixus erat. hi ſunt ſeruorum Dei theſauri, mundus, gloria eius exiccata, famē pati, trucidari pro Deo. quod ſi melodiam hanc guſtant, qui Deo militant; quid eſt, quod Iſraeliticum populum, quem ſibi acquirere vult Deus, ducit ad paſculi latitudinem, ibique pinguedini relinquit, & delitijs; inueſtigabo, vel ex, in Chriſtum, pietatis operibus datis, prophetiæ abſcondita. ſedebat Chriſtus. & en Magdalena ſēper obſequijs prompta, alabaſtrum vnguenti ſuper caput eius effudit. murmurat illicò Iudas ad lucrum inhians quid Chriſtus? deſine Iuda; vt quid in bonum opus inuehis? tecum erunt, ſi volueris, ſemper pauperes. abibo ipſe, tēpus propè eſt. *Ad ſepeliendum me fecit.* erant apud paleſtinos, delitię, vnguēta. O Vix vngitur Chriſtus, & en mors. quia abundantia tēporalium ſtimulus eſt ad mortem. Sic Hidelbertus Cænom. *videt pauperimū Ieſum, cū vngitur, & veluti abundat, mortem ſibi ait proximam. ad ſepeliendum me fecit.* & Iudas, tunc currit à Ieſu ad laqueum, cum cęteris plus abundauit. etenim poſt buccellam introiuit in eum Sathanas. Ex his ad prophetię progredior explicationem. peccat Iſrael, & paſcitur in latitudine. mali eſt pręſagium. nutritur ad mortem. confirmat Vgo Cardinalis. *Qui paſcitur in latitudine, nutritur ad mortem.*

Matt. 26.

Hidelbertus Cenom.

Vgo Card.



P. Franc. de Franch. in Hoſ.

SECTIO XVII.

Dantur Diabolo libidinoſi, & Virginibus delectatur Deus. Vbi de laudibus Virginitatis, & Caſtitatis.

Quoniam ſicut Vacca laſciuiens declinauit Iſrael; nunc paſcet eos Dominus, quaſi agnum in latitudine.

BAptizatis cæleſtis ianua paret. Baptiſmus, enim ad cætera Sacramenta, & ad cælum, porta eſt; nec niſi renatus ex aqua, & Spiritu Sancto poteſt introire in Regnum Dei. indubia fide tenemus recentibus baptizatis obeuntibus non negari cæleſtis Regni aditum; habet ſuum baptiſma ſimia Dei Diabolus, hoc luxuria eſt, quo infallibiliter ruunt ad Regna ſathanæ, qui finguntur; nec à tinctione recedūt. eruditè, vt aſſolet Clemens Alex. 3. ſtrom. *Qui in hanc tingunt intemperantiam, ex intemperantia in fornicationem baptizant, & vitijs eſſe indulgendum decernunt.* En laſciuiens Vacca, aſylo dicitur percuſſa, nec aſylus, niſi Diabolus, qui datur pro ſpiritu, in fornicationis immundiſſimo lauacro. & quidem adeò Vaccas Aſylus infeſtat, vt inquit Geſnerus agens de vacca; vt vel det præcipitem ad mortem. eſt Aſylus Diabolus vaccæ libidinoſæ, vt præcipitem deferat in infernum. ſed qd Deus paſcit quaſi agnos in latitudine (liceat in bonum omnia vertere nec enim, hoc à Dei bonitate alienum eſt) quinā

Luxuria baptiſmus diaboli eſt

Clemens Alex.

Eeee ſunt

sunt agni hirait Rupertus. *Virgines*. hos pascit, hos fouet, tuetur Deus, delectatur in his. vel comites admittit Diuina Maiestas Virgines, audiatur Rupertus Abbas dum exponit illud Apoc. c. 3. *Ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. mecum* (inquit) *scilicet cum filio Virginis; mecum, cuius caro Virginea, continentiæ dedicauit exemplum, qui sum Virgineus flos, virginitatis lilium, & corona Virginum; mecum ambulabunt in albis, idest in corporibus immaculatis, cum quibus resurgent, nitidi, velut agni nouelli, & quocunquè iero, me sequẽtur.* Dicerem optimum omnium, quæ sunt in mũdo virginitatem, edoctus à D. Hieronymo in Epistol. ad Eustoch. de custodia virginitatis, vbi sic ait. *laudo nuptias, laudo coniugium; sed quia mihi Virgines generant, lege de spinis rosam, de terra aurum, de concha margaritam*. En vt optimum mundi virginitas est. ast quis in mundo collocabit virginitatem, cuius memoria mortalitate mundi nõ terminatur, quod attendens Salomon Sap. 4. exclamat. *O quam pulchra est Casta generatio cum claritate, immortalis est enim memoria illius; quoniam, & apud Deũ nota est, & apud homines*. immortalis Virginitas, moriens Christus immortalitatem genuit; & in Christo sponso in Cruce, liliorum, scilicet Virginum contemplantur partum Sacri Doctores. vt quid enim fuit coronatus spinis, nisi quia sciebat inter spinas lilia, quæ Virginum symbola sunt nasci, & ex spinis haberi rosas? vt igitur in sua passione simul cum gratia, & gloria, vtpotè germanis, nascerentur Virginitatis lilia, spinis coronatus est Christus. ita Diuus Hieronymus

Apoc. 3.

Hieron.

Sap. 4.

A in Epist. ad Demetriad. Virgi de *Virginitate seruãda, dicens*, *Ideò Iesus spinis coronatus est, & nostra delicta portauit, vt de sentibus, & tribulationibus feminarum, ad quas dicitur. in anxietatibus, & doloribus paries mulier, & ad virum conuersio tua, & ipse dominabitur tui, rosa Virginitatis, & lilia castitatis nascerentur*. In sua passione, ex qua nobis gratia, immortalitas, & gloria fluxit, voluit Virginitatis surgere flores, rosas, & lilia Dominus Iesus Christus, vt doceret,

B vel cęlum attingere Virginitatis stemma; siquidem Beatus Teodorus Studita serm. 35. de Virginitate ait. *Proculdubio Virginitatis maxima perfunctio est, ceũ quę cęli culmen attingat*. Cęli culmen tangit Virginitas, quæ gloriæ cælicæ similis omninò dicenda est. Vado ad primam Virginem, eiusquè contemplor ortum, prima, Eua fuit antè peccatum;

C quapropter virago, scilicet virgo, vt inquiunt Sancti Doctores à parente Adamo, qui omnium essentiam optimè nouerat, nominata est. post peccatum verò illicò Virginitatis gloria orbata est, quandoquidem aperti sunt oculi amborum ad concupiscendum. quia autem vel concupiscentia sola Virginitatis decore spoliat, ideo mutato nomine, dicta est, *Eua*. hoc est

D mater, eoquod mater esset cunctorum viuentium; en non amplius Virgo, Eua ast virgo ante peccatum, hanc noluit ex luto formare Deus, sed de Adami costa, sic Genes. cap. 2. *Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea, & ędificauit Dominus Deus costam de Adam* in

D. Hieron. Spinis coronatur Christus vt oriatur ex his rosa, & lilia Virginitatis.

B. Teodor. Studita.

Genes. 2. 21.

in mulierem. cuncta recenſebo, ſunt quandoquidem digna calculo. cum de formatione mulieris agitur, tunc inquit Sacer textus quod *ædificauit*. ergò alicubi fundamentum habuit, ędificatio; certum nanque eſt, ædificationi pręexigi fundamenta; hic autem non alia fundamenta videmus niſi foſſam propè Adami cor; igitur Adami cor, fundamentum mulieris eſt. ità cuiuſdam Gloſa moderni ſuper hunc locum Geneſ. in ſerm. de Incarnatione Verbi. *foſſa.* inquit. *ędificij Viraginis fuit cor Adę*. peto, cur cor mulieris ędificatæ primum ſit fundamentum? & primum quod occurrit cordi eſt Virginitas? quandoquidem Virginis nomen, tunc Eua tenebat; nonnè primũ, quod quærere debet cor eſt Regnum Dei? quis negabit? dicente Domino. *Primum quęrite Regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hęc omnia adijcientur vobis*. cur primum fundamentum in corde non eſt Regnum Dei? ò Virginitatis magnitudo, docturus nos erat Deus hanc Regni cęleſtis inquiſitionẽ, & primum cui cor occurreret, cũ hominem creauit, deſtinauit Virginitatem, vt deſignaret hoc myſterio, idem eſſe Regno Cæleſti occurrere primis cogitationibus, ac Virginitati. Virginitas .n. quodam cęleſte Regnum eſt, bene igitur Beatus Teodorus Studita. *Virginitatis maxima perfunctio eſt, ceu quę cęli culmen attingat*. & D. Bernardus ſerm. 17. in cant. loquens de Virginitate inquit. *Nihil habet hęc conuerſatio carneum, nihil mundanum, ſed totum celeſte*. nec in his ſiſtit profunditas cordis; ſed Virginitatis Regnum, quod cęleſte nuncupatur à Sanctis, à cælo fluxiſſe manife-

Quędam Gloſa

Matt. 6. 33.

Primum quod cordi occurrit eſt Virginitas, & quarè.

Teodorus Studita

D. Bernar.

A ſtat, firmo iſthęc ex ijs, quę de corde adducit Pierius qui ex Plutarcho, inquit, lib. 34. cordis effigiem indicare cælum. nec abeſt à Doctrina, quam tradidit Chriſtus Dominus, qui de Regno cælorum, & vita æterna loquens; ait, cęlicam Patriam verè vitam dici, *ſi vis ad vitam ingredi ſerua mandata*. vbi D. Auguſtin. inquit. *eam definiens vitam, quę fuerat æterna vita*. cor autem princi-
B pium vitę eſſe, cuncti philoſophantes affirmant, quapropter in corde ſignificari cælum, ritè inquit Plutarchus. ædificauit Deus mulierem virginem, & fundamenta, vt dixi, iecit in corde, à quo tota Virginitatis ſtructura proceſſit; quod ſi cor cæli hyeroglyphicum eſt, Virginitatem non in terra, vt terrenam, ſed in cælo, vt cælicam radicem, habere, atque à cælo fluere indubitan-
C ter ſubſtinendum eſt. accinit his Diuus Ambroſius lib. 1. de Virginibus dicens. *Quis igitur neget hanc vitam fluxiſſe de Cęlo, quam, non facile inuenimus in terris; niſi poſtquam Deus in hęc terreni corporis membra deſcendit*. de cęlo Virginitas educitur; fundatur, quapropter Virgo Eua in corde cæli hyeroglyphico, vt à Cęlo probetur principium habere Virginitatem, quæ à cælo cælica eſt,
D & compatabilis. Perſcrutemur quæſo, quid in productione mulieris Virginis operatus ſit Deus noſter. en Geneſis; *Immiſit ergò Dominus Deus ſoporem in Adam, cumque obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea, & ędificauit Dominus Deus coſtam, quam tulerat de Adam in mulierem*. Peto, cur Deus formaturus adiutorium ſimile Adamo immiſerit ſopo-

Pierius.

Matt. 19. 18.

D. Aug. Regnum cælorum vita.

D. Ambr.

Geneſ. 2. 22

porem, ità, vt non videret *Adam* corporeis oculis sui adiutorij efformationem; in cuius intelligentiam, noto ex *D.* Bonauentura, Euam non propriè posse dici filiam *Adæ*, eo quod non formata fuerit ex semine, quod est generationis principium, vt habetur in Philosophia, sed fuit ex costa, quæ ædificata fuit in mulierem, per potentiam obedientialem, quam ad suum Creatorem habebat, verum aliquo modo, & impropriè, vt placet compluribus *T*eologis, potest dici *E*ua generata ab *A*damo, tũ quia ex *A*damo fuit eius materia, tum etiam, q̃a fuit similis in natura, & generatione, & simile in natura gigni tur. quo supposito, scilicet, aliquo modo nimis improprio, posse dici Euam *V*irginem genitam ab *A*damo, pergo ad Philosophos, quibus fauent Teologi. hi inquiunt, imaginatiuam tantam vim habere in generatione, & efformatione prolis, vt ipsi proli det effigiem, & efficiat imaginatiuæ desiderijs correspõdentem; quadere Martinus *V*uenricchius, sic inquit. *Nihil ego in omnium historijs propè admirabilius legi, quam quod à Ludouico Viue auctore grauissimo scriptum est in duodecimo de Ciuitate Dei cap. 25. & quoniam maxime huius loci est, placet referre.* P*leni sunt, inquit, Philosophorum libri, visa per conceptum magnam in partu habere vim; vnde præcipiunt coniugibus, vt elegantes habeant circa genitalem lectum imagines.* V*rbs est in* Barbantia *Buscũducis, in qua, vt in alijs eiusdem terræ, stato die, quo ferunt maximum* V*rbis templum dedicatum, publicè supplicatur, Ludique varijs Diuis exhibetur. Sunt, qui tunc personas Diuorum induunt, sunt qui Dæmonum,*

Martinus Vuenricchius.

A *ex his vnus, cum visa puella exarsisset, & demum saltando se se recepit, & arreptam, vt erat personatus, vxorem suam in lectum coniecit, se ex ea* D*æmonem gignere velle dicẽs, concubuit, concepit mulier, & infans, cum peperisset, simul, ac primum editus est, saltitabat, forma, quali* Dæmo*nes pinguntur.* hæc illæ, & Thomas morus scribens ad Sabinam circa suorum partuum diuersitatẽ, ita inquit.

Thomas Morus.

B *Quos ante coniux quatuor*
Natos Sabina protulit,
Multum eccè dissimiles,
Tuos nec ipsa deputas.
Sed quem tibi puellulum
Enixa iam nuperrimè est.
Solum tibi simillimum
Pro quatuor complecteris.
Adulterinos quatuor
Vocas, repellis, abdicas,
Atque graues tradunt Sophi.
Quodcunque Matres interim
C I*maginantur fortiter.*
Dum liberis datur opera.
Eius latenter, & notas
Certas, & indelebiles
Modoque inexplicabili
In semen ipsum congeri.
Quibus receptis intimè
Simulque concrescentibus
A mente matris insitam,
Natus refert imaginem.

En quam valet in generatione imaginatio, genitum, similẽ
D visis, & imaginatis fortitèr, producunt matres mox ad Adã, ex qua Eua, misit in illum, qui materiam subministrauit, Deus, soporem; & in hoc sopore, qui fuit exstasis in cælum translatus est; ibique Diuina fuit scrutatus, ità D. Bernardus serm. 2. in septuag. *Ille enim soporatus videtur pre excessu contemplationis.* & item. *Cæterum qualis, & ille sopor dicendus sit fuisse, vel credendus, quem* Dominus

Bernard.

immi-

immisit in Adam, in quo sine sensu omninò doloris in mulierem ædificādam costa sublata est. mihi quidem non nisi incommutabilis veritatis intuitu, & abyssu Diuinæ Sapientiæ, corporeis excedens sensibus obdormisse videtur. abstractus à sensibus sensum superauerat, & terram in illo Sopore Adam, et Diuina cōtēplatione illustratus celestia percurrebat, & Diuinam gloriā; hæc erat Adam Imaginatio, cum Eua Virgo, veluti generabatur. quod si iuxtà imaginationem progrediuntur partus, & Eua in statu Virginitātis, fuit veluti Adami partus. equidem concludendum, est Virgines similes cælo, gloriæ, & Beatitudini procedere. hinc Diuus Bernardus Epistol. 42. sic inquit. *Quid castitate decorius, quæ mundum, de immundo conceptum semine, ex hoste domesticum, Angelum denique de homine facit? differunt quidem inter se homo pudicus, & Angelus, sed felicitate, non virtute. Sed etsi illius castitas felicior sit, huius tamen fortior esse cognoscitur; sola est castitas, quę in hoc mortalitatis, & loco, & tempore statum quendam immortalis glorię repręsentat; sola inter nuptiarum sollemnia morem beatę illius vendicat Regionis; in qua, nec nubūt, nec nubentur. pręhens quodamodò terris cęlestis, immò illius conuersationis experientiā.* en, vti ad similitudinem cęlestis gloriæ procedit Virginitas. Nec mirum, quia cęlestem Patriam volitat Adam, cum ex se Eua Virgo efformatur.

Bernard.

Virginei gloria similes.

A Gloria non nisi gloria. Cęlū dici potest Virginitas, quę à Cælo habet initium. Sponsi sui Dei pascua, & cibos manifestans spōsa, dixit. cant. cap. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.* liliorum odorem, & saporē

Cāt. 2. 17.

A gustat Deus, hæc cibi eius sunt, cuius pastus semper est Diuinitas. nolo autem in lilijs his; nisi Virginitatem intueri, edoctus à D. Ambros. in lib. de institut. Virgin. cap. 15. vbi inquit. *Christi lilia sunt specialiter Virgines Sacrę, quarū est splendida, & immaculata Virginitas.* idem sentit D. Hieronimus lib. aduers. Iouin. dicens. *Quasi dicat sponsa, qui pascit inter Virginum candidissimos Choros.* Et B etiam apud Prophanos lilia Virginitatis insignia erant, quapropter inuisa Veneri esse dicebant, quia cum ipsa de candore certauerant, ità Valerianus de lilio. ast quin similitudinem non scruter, haud facere queo; quandoquidē Immortalitatis decore, superius diximus ornatam Virginitatem; lilium autem vti flos, caducitatis symbolum est. addo, lilia apponi solita sepulchris, vbi ossa mortuo C rum iacēt; nec mortuus, nisi peccatorem designat, à quo vita, qui Deus est abest. Virginitas autem vera nusquam Deū perdit, sēper Deo pręsens est, & Deus in illa relucet. sic D. Ambrosius lib. 3. Epist. 25. vbi premit, cur Hortus conclusus, fonsque signatus, dicta fuerit à Deo sponsa sua. cant. 4. *Hortus conclusus, fons signatus.* & inquit, ideò fontem dici Virginitatem, quia, vti fons, semper Dei D imaginem repræsentat. *Hortus, inquit, clausus, fons signatus, Christus hoc dixit ad Ecclesiam, quā vult esse Virginem sine macula, sine ruga Bonus hortus Virginitas, quę plurimos boni ferat fructus odoris; hortus clausus, quia undiq; vallata est muro castitatis, fons signatus, eoquod Virginitas sit fons, & origo pudicitię, qua inuiolata custodiat integritatis signacula, in quo fonte imago Dei luceat.* optimè D. Ambrosius quia

D. Ambrof.

Hieron.

Lilia Symbolum sūt Virginitatis

Lilia caducitatis symbolum

D. Ambr.

Cāt. 4. 12.

D. Ambr.

quia istius fontis siggillum, vt in- A
quit D. Hieron. est tota Sanctissi-
ma Trinitas; *fons.* ait. *Signatus sig-*
gillo totius Trinitatis. vnde, & hoc
siggillum, quod Trinitas est, sem-
Apoc. 14. 4. per in *V*irginitate relucet. *Virgi-*
nes sequuntur agnum quocumq; ierit,
nusquam Deo priuatur Virgini-
tas. quid igitur est, quod lilijs, ap-
poni solitis, in sepulchris, pecca-
tores significantibus, compara-
tur *V*irginitas? signaturque in li-
lijs? Accurro Prophetam *I*oelē. B
Ioel. c. 3. 18. hic cap. 3. Beatorum dulcedines
post Iudicium narrans inquit,
Stillabunt montes dulcedinem, &
colles fluent lacte. quem locum, sic
Cornelius à lapide. exponit Cornelius à Lapide.
Quasi dicat, tunc in montibus illis
cęlestibus, puta in Sione cęlesti, quę
sita, est, & fundata in montibus, tum
Cęli Empirei, tū ęternitatis, & Di-
uinitatis Sanctę Trinitatis implebi-
tur illud toties de terra Sancta, la-
cte, & melle manante, promissum; ac C
decantatum; hoc est, tunc Beatis in
cælo vita erit iucundissima, omnibus
bonis, & delitijs affluens. en vti glo-
rię bona in lacte exprimuntur.
Dices autem, quid lacti, cum li-
lijs? cur iungentur simul, gloriæ
lac, & lilium? *V*adò ad priscorum
dicta. aliam adducit rationem *Va*
*l*erianus lib. 55. cur inuisa *V*ene-
ri lilia sint, & inquit, illa proge-
nita à lacte *I*unonis, *V*eneris ho-
Valerian. stis. audiatur ille. *Verum odiũ hoc* D
Veneris in lilium, indè potius processis-
Lilia à lacte generãtur *se videri potest, quod flos Iunonius*
lilium esse dicitur, et ex Dea lacte
progenitum, cum subiecto, clam Her
culi, vbera admouisset, doloque sta-
tim cognito, se retraxisset, guttas ve-
rò lactis, aiunt aliquot in terram
decidisse, ex quibus mox lilia pullula
rint. ex priscorum igitur adinuē-
tis, lilia partus sunt lactis Deorũ.
quod nec ità insolēs est, vt scrip-

A tura omninò abijciat. labia, spon-
si, lilia dixit anima: *labia sua sicut* Cãt. 5. 13.
lilia. sed vndè lilia in Christi ore?
en lac est sub lingua. *Mel, & lac* Cãt 4. 11.
sub lingua eius. quasi diceret, quia
lac sub lingua, lilia nata sunt, &
videntur florere in labijs. & qui-
dam Dei lac, nisi gloria. *& colles* Ioel. 3. 18.
fluent lac, & mel idest colles San-
ctæ Trinitatis. inquit, Cornelius,
fluent lacte. quod si lac gloriæ li-
lia gignit, & *V*irgines lilia sunt,
B concludendum est, non nisi à cę-
lesti patria, & gloria oriundum Virginitas, e gloria oritur.
sanctissimę, & illibatæ *V*irginita-
tis lilium. bene per omnem mo-
dum D. Ambros. Initia, radices-
què *V*irginitatis lacti cęlico dat,
& patriæ, Angelorum, cum in-
quit. *Quis igitur neget hanc vitam* Ambros.
fluxisse de cælo, quam non facilè in-
uenimus in terris.

E cælo castitas immaculata
est, fluit è Deo, & adeò eminet, vt
C quid altius ipsamet gloria videa-
tur, quidque maius (si ità loqui
fas est) Virginitas est quæ Deum
relucet, Deum repręsentat. *De-*
creuit Deus mundum redimere,
& hominis fieri filius, qui Patrē
habebat, & habet Deum, *V*irgi-
nitatemque parentem elegit, vt
inquit D. August. *Regina Virgini-* Augustin.
tatis, peperit nobis Regem castitatis.
ad *V*irginem nuntium misit, ne
imparata Deum in vtero suo su-
D sciperet Beatissima Virgo; qua- Luc. 1. 26.
propter inquit Lucas cap. 1. *Mis-*
sus est Angelus Gabriel à Deo in Ci-
uitatem Galilęę, cui nomen Naza-
reth ad Virginem. ad *V*irginē mit-
titur Angelus, quia persona Di-
uina quęlibet, dum ad nos venit
præcursorem expostulat. *Venit*
verbum, & Ioannem præexegit
pręcursorem. venturus erat spe-
ciali modo Spiritus Sanctus in
Mariam, vt dixit Angelus. *Spiri-*
tus

tus Sanctus superueniet in te. voluit suum præcursorem. sed quis nam Dei, Spiritus .s. Sancti, qui nō se exinaniuit formā serui accipiēs, & habitu inuentus est vt homo, præcursor erit? adest *D. Ephrem*. est Virginitas. *Virginitas*. inquit. *præcursor est Spiritus Sancti*. perpendas ex hoc, *Virginitatis* excellentiam. non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista, qui Verbi in humanitate exinaniti, & humiliati fuit præcursor. cur inter virtutes, non celsior Virginitas, quæ Spiritum sanctum præcurrit, non exinanitum, non incarnatum? qua de re inquit D. Ambros. *Principalis est virtus*. & Rupertus de vict. verbi *Non dicimus contrà naturam, quia est natura iniuria; sed dicimus supra naturam, quia naturę est gloria*. virtutes omnes, vt gloriam natura humana assequatur, ordinantur, at Virginitas aliquo modo naturæ gloria dici potest; quod ad Virginitatis præeminentiam demonstrandam, dicunt Sancti Dei. Præcursor Spiritus Sancti *Virginitatis* donum est. *Ad* hoc Præcursor est, vt gentes trahat ad eum, cuius est Præcursor. vndè *Ioannes* prędicationibus instans, aiebat. *Parate viam Domino*, idest parate vos metipsos, & ite ad dominum. Spiritus Sanctus ex Mariæ vtero formaturus erat carnem, quam assumpturus erat Dei filius; volebat quapropter Pręcursorē, qui verbū in illū duceret vterū. ecce, elegit virginitatē, q̄ volauit ad cælū, & in vterū *Virginis*, vbi Spiritus Sanctus Sanctus formaturus corpus filio Dei, aderat, traxit *Verbū* Patris; vndè ad *Virginem* missus est Gabriel Angelus, accinit his D. Ambros. dicēs. *Hæc. s. virginitas, astra,*

D. Ephrē.

Virginitas est Spiritus Sācti præcursor.

D. Ambros.

Rupertus.

Luc. 3. 5.

D. Ambros.

A *Angelos, sideraque transgreditur; Verbum Dei in ipso sinu Patris inuenit, & toto hausit pectore*. O felix Spiritus Sancti pręcursor, *Virginitas*. Ad *Virginem* descēdit Gabriel, nūtiauit partum, dixit. *Aue gratia plena Dominus tecum benedicta tu in mulieribus*. vbi Græcus in Cat. D. Thomæ ait. *Benedicta inter mulieres, sicut mater in filio*. audiuit se matrem, Maria, & turbata est. cur quæso turbatur, quę

B ab *Angelo* salutatur? nunquid Dei dona turbant? audias, quid ait. *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*. turbatur, & timet, quia matrē dixit Angelus, peritque Virginitas, vbi fęcūditas succedit, extimuit igitur *Beata* Maria perdere Virginitatem. ita *Antonius* Broic. 1. par. art. 4. vbi sic ait. *Ex his quæ audiuit, tam magnificis Angeli promissionibus, nihilo factus est insolentior animus*

C *Virginis, tantū de Virginitatis adamatæ incolumitate sollicita fuit*. hęc ille en, quam magna virtus, quam superbè amicat Virginitas. equidem Dei maternitas dignitas est claudēs infinitatem ex bono infinito, quod est *Deus*; & *Virgo* licet ad dignitatem euecta Diuinam, non acquiescit, quousque virginitatis tuitio affirmatur illis *Verbis*. *Spiritus Sāctus superueniet in te, &c*. & illa. *Ecce ancilla Domi-*

D *ni*. peto, vt quid Deus de *Virgine* nasci voluerit, cū ēt de vxorata gigni nō fuisset impossibile? Respōdet D. Thō. aliā cōueniētiam fuisse, q͂a psona incarnanda erat *Verbū* cōceptū in corde Paterno absq; vlla corruptione, & ideò cōueniebat, vt Virgo incorrupta verbū illud gigneret. *Hoc fuit cōueniens*. inq; D. Thom. *proprietati ipsius filij, qui mittitur, qui quidem est Verbum Dei; Verbum autem*

Luc. 1. 28

Græcus

Antonius Broich.

D. Thom.

absque

factorus esset, hoc eis imperauit, vt corpus ab omni libidine purū cōtinerent. reperies præceptū Exod. 19.
Exod. 19. magna equidem continentiæ omnimodæ, castitatis illibatæ, virginitatis virtus, verè diuina virtus est. & adeò diuina, vt ineffabili modo diuinitatem participet. D. Cyprianus lib. de habitu virginum loquens de virginitate, ait. *Nunc verò ad virgines sermo, quarum, quo sublimior gloria, maior & cura est. Flos est ille Ecclesiastici germinis, decus, atq; ornamentum gratiæ spiritualis, læta indoles, laudis, & honoris opus integrum, atque incorruptum. Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini.* hic sisto, & præter id, quod florum ornatus præsefert, qui magnum prædicat virginum encomium, etenim enunciat Dei, & cœli sponsam virginem, quod eruo ex Tertulliano, supponens virgines, natura terram esse; vndè de virginitate loquēs Paulus aiebat. *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus.* idest thesaurum virginitatis, inquiunt sancti Doctores. inquit igitur Tertullianus, quod verè cum Terra floribus ornatur, tunc cœli amans, fit cœli sponsa. *Terrā si recenseris temporatim vestiri amantem.* idest, inquit quidam cōmentator. Cum floribus vestitur amans cœli, procedit ad sponsalitium. ità lib. de pallio; cum flore igitur virginitatis vides humanam terram decoram, dic cœli, dic Dei sponsam. & Christus in virginea terra Mariæ, vti flos nascitur, aitq; *Ego flos campi, &c.* virginitatis flore ornatur, sponsa Spiritus sancti. cum igitur florem dicit virginitatis virtutem D. Cyprianus, virgines clamat cœli, & Dei sponsas. *Flos est*

D. Cypr. Virginitas ineffabili modo Deum participat

2. ad Cor. cap. 4.

Tertull.

Cant. 2. 1.

Cyprian.

P. Franc. de Franch. in Hos.

A *iste Ecclesiastici germinis.* quamobrē vbi virgini occurrit Ecclesia, illicò Dei, intimat ei nuptias. *Veni sponsa Christi, accipe coronam.* & nos, Beatæ Claræ Ordinis Minorum claritati, & splendori canimus. *Salue sponsa Dei, virgo sacra, plantaq; morum.* floribus terra, quæ virgo est, ornatur. & cur, non dicam Virginem Dei, Diui Patris mei Francisci carnem, & animam, cui in hiemis
B rigore, & glacie consignantur rosæ ab Angelis. virginitatem absque dubio olent flores illi. ò quò me transtulit cogitatio; parcas filiali amori lector. redeo mox ad Sanctum Cyprianum. & premo, cur virginitatem dixit Dei imaginem, respondentem ad Dei sanctimoniam. *Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini.* profundè loquutus est D. Cyprianus. enatabo
C pelagus. Sæpius expendi illud Ioannis 1. qui vbi Filij Dei incarnationem enarrare voluit, & manifestare, dixit. *Et Verbum caro factum est.* repeto, & inquiro, cur Verbum dixerit, & non Filium? An fortè, vt Dei amorem insinuaret? Nos, cum facile negotium suademus, dicere solemus, fit vnico verbo, quid est, vel verbum pro aliquo impendere.
D O incarnatus est Filius Dei, passus est, crucifixus, contumelijs saturatus, & opprobrijs exinanitus, & factus obediens vsquè ad Crucis ignominiosam mortem; & inquit Ioannes; *Verbum caro factum.* omnia hæc pro vnico Verbo existimauit Deus. perpendamus quantus eius, sit erga etiam peccatores amor. non displicet discursus. verùm aliò pergo, & agnomen

Ecclesia.

Ecclesia Franciscana.

Caro, & anima D. Francisci virgo dici potest.

Io. 1. 14.

Amor Dei erga nostram salutem quātus.

tura à Deo amatur in essentia sua, & Deus est Beatus se ipso; ideo in ea ratione, qua essentia etiam creaturas continet, potest dici, quod creatura in Deo quo dammodo, & in sensu nimis largo beatificat Deum; quia creatura in Deo est ipsa creatrix essentia. itaque Ioannes Euangelista vt est in Deo Idea eius, siuè Idea Ioãnis, est essentia Diuina, q̃ Deũ beatificat; Beatus est autem Deus essentia sua, quia illam amat, & si per impossibile non amaret, non beatificaretur illa. Hæc autem idea Ioannis Euangelistæ, quę Dei essentia est sub qua ratione amatur, cum Deus amat Ioannem Euangelistam in essentia sua? equidem, quia specialis prærogatiua Virginitatis in ipso refulgebat, sic fatentur Doctores, sic firmat Sancta Ecclesia. igitur illa Idea cum illa speciali formalitate amatur. quod si in amore, & fruitione essentię suę est Beatus Deus, & essentiam suam adamat cum inspectu Virginitatis. possumus dicere, quod si aliqua specialis formalitas Beatitudinis Dei dari posset, hęc esset virginitas, quia specialitèr in essentia sua Deus adamat Ioannis Euãgelistæ Virginitatem. nolo ex hoc dicere Deum esse Beatum cum respectu, siuè ex respectu ad creaturas. sed supposito, quod in essentia sua beatus sit Deus, & creatura in Deo sit ipsamet Dei essentia, quia ibi repręsentantur creaturæ omnes, Deusq; cum amat essentiam suam, amat Virginitatem Ioannis. in aliqua cõsideratione, Virginitas aliquo modo est Dei Beatitudo, & hinc est, quod toties gloriam exclamant Sancti Virginitatem; &

P. Franc. de Franch. in Hos.

A Theodorus Studita de Virginitate loquens, inquit serm. cit. *Humana vita in duo tributa matrimonium, ac cælibatum, illud citimum componit orbem, hic superum complet* en, quid ait, complet superum; & vbi est completio, nisi in beatitudine Dei, in beatitudine nostra? Altus est virginitatis gradus, qui illum ascendit, propè Deum est; Beata Virgo propè Deum est, humanitas *Theodor. Stud.*

B Christi Virgo in Christo Deus nominatur. & Christum sequuntur quocumq; ierit, Virgines. O sancta Virginitas, qui te amat in perfectionis ascensu est, qui te retinet, indiuiduus Christi socius est, qui ministrans gloriam Sanctis suis, *Pręcinget se, & transiens ministrabit illis.* habitum, cũ gloriam ministrat suis Christus, assumit Virginitatis; cinguntur enim Virgines iuxtà illud Lucę, *Luc. 12. 37.* *Luc. 12. 35.* *D. Grego.*

C *Sint lumbi vestri pręcincti.* vbi D. Gregorius, *Lumbos pręcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.* vt omne bonũ à Virginitate ministrari manifestet Deus, qui Trinus est, & Virgo, vt inquit Nazianz. in carm. cit. *Prima Virgo Trias est.* *Nazianz.*

TEXTVS.

VERS. XVII.

D

Editio vulgata.

Particeps Idolorum Ephraim, dimitte eum.

Sanctes Pagn.

Particeps simulacrorum Ephraim, dimitte eum.

operabitur in nihili? fruſtra ad nihilũ clamabit Propheta, ideo dicit ei Deus *Dimitte eum*. alter ſenſus eſt. *Particeps eſt Idolorum*. tanto, ſcilicet amore adhæret Idolis, vt pars eorum effectus ſit; & quia pars ſi à ſuo toto ſeiungitur, perit, ideò totam vitam ſuã eiuſque eſſe, & viuere exiſtimat eſſe cum Idolis. non diuidetur, aglutinatus eſt, cum eiſdem Idolis, hoc eſt Dęmonibus, quos colit in Idolis. detruendus eſt in flammis inferni, erit ibidem cum Dæmone vnitus; propterea *Dimitte eum*. hunc ſenſum tangit Figuerius, dicens. *Particeps Idolorum, hoc eſt Idolis adhæſus, & cõglutinatus*. & Rabbi Dauid. Adeò inquit. *Idolis adheſerunt, vt nulla ſit ſpes, quod ab eis auellantur, aut monitiones vllas exaudiant*. itaque iuxta Ruperti opinionẽ, ad Prophetam loquitur hic, Deus. alij tamen, vt Sanctus Hieronymus, Teophilatus, Vgo, Lyra, &c. aiũt eſſe dicta hæc etiam ad duas tribus, quæ ſub Hieroboam non diſceſſerant à familia Dauidis. & eſt ſenſus. O Iuda dimitte Ephraim, ideſt Iſrael, puta decẽ tribus, quę in cultu Idolorum etiam menſæ, & ſacrificiorum, quę eis offeruntur ſunt participes; noli eum imitari, ne tu cum illo pereas. Dicitur autem hic, Iſrael, ideſt decẽ tribus, Ephraim quia primus Rex eorum, vt dictũ eſt in primo tomo fuit Hieroboã, qui fuit de tribu Ephraim. Noto inſuper, in hoc textu, Iſraelem dici participem Idolorum, non vnius Idoli, quia multa coluit, quod eruo ex Vgone Cardinali dicente. *Decem tribus in omnibus Idolis participes eſſe volebant*. vnde animaduerto ex Toſtato, Deum multis pęnis afflixiſſe populum

Figuerius

Rabbi D.

A

B

C

D

Iſraeliticum in Ægipto, multaq; mala irrogaſſe in populum, qui tunc videbatur innocens; ibi nãque vſq; ad eius deſtructionem tetendit Pharao, qui iuſſit pueros occidi. *Quidquid maſculini ſexus natum fuerit in flumen proijcite*. exod. cap. 1. vndè ait Toſtatus. *Sed quęret aliquis, quare tanta mala permittebat Deus, pati Iudeos, qui vt videtur, tunc temporis à vitijs ſatis immunes erant? ipſe autem, ſine cauſis fieri nihil permittit, cum omnia ab illo prouidentia pacatiſſimo fonte iuſta lege procedant*. Et reſpondet, Idolatriam malorum cauſam, arboremque peccati, cũ Idolatris enim Ægiptijs conuerſantes ab Idolatria nõ erant immunes. *Reſpondeo*. inquit Toſtatus. *Quod hebręi, tunc Idolorum cultui operam dabant, imitantes morẽ Ægiptiorum, ideò illos, quos in ſcelere Magiſtros, ac pręuios habuerunt, in irrogandis pœnis tortores ſenſerunt; ſic enim eſt in Inferno, vt homines, qui Dæmonibus ſugerentibus ſceleribus enormibus ſe miſcuerunt, eiſdem affligentibus crucientur*. datur ad maiorem pęnam, vt magiſtri vitiorum, ſint noſtri tortores, ſi eis peccando adhęremus; tolerabilior noſtra pœna eſſet, ſi eos cruciaremus, à quibus ad peccatum inducti fuimus. has autem Idolatrias, non dimiſit Iſrael; imò multiplicauit, vt ſeligitur ex Ezzecch. c. 23. vbi ait. *Multiplicauit enim fornicationes ſuas, hoc eſt, Idolatrias, recordata dies adoleſcentia ſuę, quibus fornicata eſt in terra Aegipti*. in Ægipto autẽ non vnum adorabatur Idolum, ſed multa, qua de re. Tertullianus l. 2. Apolog. inquit. *Ægiptijs permiſſa eſt tam vana ſuperſtitionis poteſtas, auibus, & beſtijs conſecrandis, & capite damnandis, qui aliquem*

Exod. c. 1. 22.

Toſtatus.

Toſtatus

Ezzecch c. 23. 19.

Tertull.

huiuſ-

Qui est, nè nunc, & lignum, quod A *vitam prabeat continuam, attingere audeat, peccaturus perpetuò, satius fuit hinc ipsum ejici.* admota igni stuppa in fauillis dissipabitur. nec cor fugiet, quod transmittit oculus; vetitum etiam ante visum desideratur, quid si videbitur? vndè peccandi occasiones, vel à rebus, vel ab hominibus fugere oportet; si enim talibus associabimur, Deum non videbimus. Cupiebat Princeps il- B le Publicanorum Zaccheus videre Iesum, ast vetabat turba. Nec Principis magnalia reuereretur turba; nec diuitiarum spectabilitas locum in turba ad Deum videndum reperiebat. mirabuntur facilè, qui magnatum à turbis sciunt obsequium. quid est, quod hoc vitat turba diuitibus, à quibus tanquam ab ore pendet? dicam. agitur de visu Domini Iesu, turba, hic, superbas C signat, vbi Zaccheus pusillus, humilium forma est, turba semet impediebat, ne Iesum, & ipsa videret, sociusq. turbæ, vel Princeps Zaccheus impeditur, ne Iesum videat, quia vbi cum malis versamur, Iesu aspectu priuamur adest D. Augustinus serm. 8. de verb. Apost. dicens. *Iam vide Zaccheum, vide illum obsecro volentem in turba videre Iesum, & non valentem; humilis enim erat,* D *turba superba erat, & ipsa turba ad videndum benè Dominum, sicut solet turba se ipsam impediebat. ascendit à turba, & vidit Iesum, nō impediente turba. Turba enim dicit humilibus, humilitatis viam gradientibus, iniurias suas Deo dimittentibus, vindictam de inimicis non requirentibus, turba insultat, & dicit. Indefense, qui te non potes vindicare? Turba impedit, ne videatur.* D. August.

P. Franc. de Francb. in Hos.

Iesus, turba glorians, & exultans, quomodo se potuerit vindicare, impedit, ne videatur ille, qui pendens ait. Pater ignosce illis; quia nesciunt quid faciunt. ab occasione, & societate malorum, vt seruetur puritas, abstinendum est. hoc docet nostri Hoseæ Prophetia, dū ait. *Particeps Idolorū Iuda, dimitte eū,* ita ex Diuo Hieronymo Ribera. *O Iuda dimitte Ephraim, non ei te adiungas. Amicus enim, & particeps idolorum est, ne consortio eius corrumparis.* Hierony. Ribera.

ANVLVS LXI.

Particeps Idolorum Ephraim, &c.

Si Deum non receperimus, tandèm fastidiens derelinquet nos.

NEscit bonus Deus suam non effundere misericordiam. maxima licentia, omnia Christi scrutati sunt Apostoli, & Ioannes, quæ viderunt eloquens, inquit. *Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis* quod premens D. Augustinus serm. 8. de verb. Apostoli, sic ait. *Agnosce ergo Christum, gratia plenus est, hoc tibi vult fundere, quo plenus est.* minimè inuidus est Deus, dona sua effundere, cupit, datq; etiam ijs, qui haud multùm in illis proficiunt; quod tunc patefecit, cum animam corpori immiscuit, corporiq; immistæ animæ, & veluti sēsuali dedit Spiritum sanctum, canente Ecclesia. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum.* quò fortè tetendit Philo. in lib. rer. alleg. cum dixit. *Quæret aliquis, cur Deus terrigenam, & corpori addictam mentem, Spiritu diuino* Io 1.14 D. August. Ecclesia. Philo.

di-

cet ad cœlum illa ſuauiſſima voce. *Venite benedicti Patris mei.* in mirrha, quæ mortem præſignat, offerunt Deo mortem, adeò enim erat illis abhominabilis, vt ab oculis eliminare, quàm citiùs affectarent, vndè mirrham dant, mortuorum condimentum. aſt noluit accipere Chriſtus, qui amarum ſentiebat illos derelinquere, & non accipiendo, ſuum amorem erga illos demonſtrauit, ſic idem Doctor. *Nihil Deo amarius per diſplicentiam offertur, nihilq; hominibus ad periculum amarius reſeruatur, quàm Dei derelictio, ipſiuſq; procax offenſio.* amarum eſt Dei amori ab hominibus derelinqui, quoniam maximam generabit ipſis amaritudinem; quod ſi non vult bibere derelictionem hanc Chriſtus, quid eſt, quod nedum ipſe relinquit Iſraelitas, ſed & Prophetæ *H*oſeæ mandat, vt derelinquat? *Dimitte eum*. ſed, en quid ait, *Particeps idolorum.* Idola illa, lapidea, lignea, aut aurea erant, nullum ſẽſum, nullum motum habentia. Ephraim ipſorum particeps inſenſibilis diuinis inſpirationibus factus, nullum à malo ad bonum admittebat motum. lapideus factus erat, & durus in peccatis; quia autem obſtinatus permanet in peccato, nec reſipiſcit, ideò, tandem derelinquit illum Deus, qui, vt inquit S. Ephrem. *Neminem relinquit, niſi prius deſeratur.* væ peccatori, qui poſt primam ruinam nõ reſurgit, permanebit tãdem in via perditorum, & obſtinatus nuſquam deſeret mala. Notum eſt *A*dæ peccatum, nota eſt eius mors animæ, & temporalis durities; vti enim peccauit, admonitus à Deo, reiecit in ſuum creatorem peccati ſui ra-

(Simon de Caſſia. — S. Ephrẽ.)

A dicem. noto ipſe, quid poſt Dei ambulantis in Paradiſo auditam vocem, fecerit, quiduè clamauerit, inquit ſacer textus. *Abſcondit ſe Adam, & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni Paradiſi.* ſed cur ad lignum currit Adam, vt à Domino fugiens abſcondatur? & vt inquit Gennadius, fugit ad illudmet lignum, in quo peccauit: nihil enim peccatorem à Deo abſcondit, niſi peccatum; B vndè D. Bernardus. *In peccatis abſconditur homo à Deo, quia vt inquit Iſaias, iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos, & Deum veſtrũ.* & Gloſa. *Abſcondit ſe, qui auerſus à præcepto creatoris, erroris ſui, & arbitrij voluntate viuit.* abſcondit, quapropter ſe Adam à Deo, ſub arbore peccati. at Deus, qui non vult peccatoris mortem, ſed vt potiùs conuertatur, & viuat, vocauit Adam, & dixit ei. *Vbi es.* C profunda, omniq; conſideratione digna verba. duo ait. *Vbi.* & *Es.* peto Domine, nũquid tu vbiquè tua immenſitate, & operatione non es? Fides noſtra, quæ à te eſt, ità docet. quod ſi Adam, vbi tu es, non eſt, equidem dicẽdum eſt, quod nullibi ſit. quod autem nullibi eſt, non eſt; quia vnumquodq; creatum alicubi eſſe, neceſſe eſt. nunquid fortè, nihilitatem Adæ, ad quam per D peccatum ſe deiecit, inculcare volunt hæc verba? ſi enim valet, ſic argumentari, quod alicubi non eſt, non poteſt dici, quod ſit, Adam nullibi eſt, quandoquidẽ non eſt, vbi Deus eſt, qui eſt vbiquè, vndè interrogat. *Vbi es?* igitur ad nihilum deductus eſt poſt peccatum Adam, non diſſentio ab his. verùm adhuc ſtat in robore illud. *Es.* non dat locum Adæ Deus, dum di-

(Gen. 3. 8. — Gennad. — D. Bern. — Gloſa.)

homo videret exteriora oculis, menteque essentiam, & nomina congrua imponeret. quod si oculos habebant apertos, etiam ad videnda creata, & temporalia, cur inquit Moyses quod post peccatum aperti sunt oculi amborum? hoc scio peccata tenebras esse, visumque exturbare. vndè D. Chrisostomus exponens illud Ioannis. *Et tenebræ eum non comprehenderunt* inquit. *Peccatum tenebræ, & vorago quædam profunda est*. quod si tenebræ peccata sunt, & lumen tollunt, quamobrem ipsemet Deus cęcos dixit peccatores. *Cęci sunt, & duces cęcorum*. quid est, quod dum peccat Adam, transgrediturque Dei mandatum Eua, eorum oculi dicuntur aperti? vt isthæc clarescant, ex descendentibus peccatoribus cęcis lumen sumam. Victus Iudęorum impijs clamoribus, & minis Pilatus, cruci addixit Christum, vbi mortuus est. substulerunt è cruce, consignauerunt sepulchro, & en sepulchrum contendunt custodire Iudei, quapropter dixerunt Pilato. *Iube ergo custodiri sepulchrum*. expeto, ad quid Christum custodiunt Iudei? nunquid, vt officiosa custodia Dei pietatem, vel à mortuo hauriant? absit; sed eorum obstinationis, alumna fuit custodia hæc; sciebant Christum plures suscitasse mortuos, non ignorabant verba eius semper completa, suspicabantur quapropter resurrecturum, prout prædixerat. quid ipsi custodiūt, vt permanētes ipsi in peccato, vel resurgentem interficiant. ò verè obstinata mens, en quid custodia hæc prætendit. ità D. Hieronymus. *Non suffecerat Principibus Sacerdotum crucifixisse Dominum Saluatorem, nisi sepulchrum custodirent, & quantum in illis est manus imponere resurgenti.* non sufficit homini peccasse, nisi peccatum suum obstinatius obseruet, & custodiat. ex quibus, ad aperitionem oculorum primorū parētum progredior. oculi aperti, tum in sacra Scriptura, tum in literis humanis custodiam, & vigilantiam, ne aliquid pereat, significant. vndè Deus, qui suam custodiam voluit Dauidi protestare, dixit. *Firmabo super te oculos meos*. psal. 31. vbi sic Lorinus. *Ergo firmitas hęc oculorum Dei super Dauidem, vel Dauidis super alium demonstrat attentè sedulam curam, diligēter excogitato, meditatoque consilio, quod alium velit docere, aut eius commodis consulere.* & ex Pierio plura habeo, in quibus in oculis apertis custodia designatur; ait enim lib. 33. *Quin etiam ab officio in vniuersum corpus præstito, custodem ex oculo, hyeroglyphicè significari comperimus*. & lib. 15. tutelę, & custodiæ hyeroglyphicum adducens, adpingit serpentes vigiles; nam, vt inquit ipse, draco, ideò ita dicitur, quia visu acutissimus est; imò si serpens lingua oculos lingeret cęcos, ad visum restitueret. audiatur Pier. *Quod si Regem Ægiptij suum, vel aliū quēpiam in obeliscis, aut monumentis alijs, curam populi sui gessisse regiā attestarentur, eumque tutelarē fuisse commonerēt, anguem vigilem, vertice quippè surrecto, elato pectore, sculpebant, cuiusmodi specie, adhuc plerisque locis inspicitur, hic verò pro Regio nomine*. Custos *inscribebatur*. & inferius. *Neque temere Aristophanes finxit angues duos Pluti, oculos in Aesculapij lambere, cuius rei beneficio ille ex cęco cernere possit*. & fortè ideò serpentis assumpsit instrumentum

Chrisost. Ioan. 1. 5.

D. Hieron.

Psal. 31. 8. Lorin.

Pierius.

Oculi aperti custodiā designant.

Pierius.

Serpens lingua sua lambens oculos cæcos ad visum reducit.

tum diabolus, cum ad Euam accessit, vt eorum lingēs oculos, aperiret ad malum. ex quibus, cur oculi primorum parentum post peccatum dicantur aperti, facilè colligitur; erant tunc in peccato firmi, quia autē in oculis apertis custodia eorum, quæ habentur, indicatur, idcircò, vt indicetur peccatorem vigilem esse, & custodem peccati sui, ne pereat, oculos eorum dixit apertos Moyses. firmantur isthæc à Lyra in cap. 2. Ionæ dicens. *Custodiunt vanitates, in eis perseuerāt.* & Remigius Altisidior. vbi Ionæ 2. dicitur. *Custodiunt vanitates frustrà, misericordiam suam derelinquent.* inquit. *Et attendendum, quod non dixit, qui faciunt vanitates; nemo enim est, qui non faciat vana, idest qui non peccet, quoniam vniuersa vanitas omnis homo viuens, sed dicit custodiunt, idest, diligunt, & in affectum cordis sui transferunt, hi tales misericordiam suam, idest Deum derelinquunt.* Custodiunt peccatum suum obstinati peccatores, peccant, nec correctioni dant locū. De peccatoribus vaticinans Dauid, si tamen suus est primus ille psalmus, inquit. *Beatus vir, qui nō abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* non abiit, quia primus passus peccatorum est recedere à Deo, & abire à sūmo bono ad cōuersionē creaturę, sed si quis abit, nec statim videns præcipitium, regreditur, heù stat, & deinde in cathedra sedet. hoc scrutor; certum est enim per peccatum contrahi ignorantiam, quia in maleuolam animam non introibit sapientia. cuius initium timor Domini est, & ipsimet putri illi spiritus, vbi peccauerunt in

Lyra. Ion. 2. 9.

Remig. Altisid.

Psalm. 1. 1

scientiis obnubilationem passi sunt; fuerunt enim vulnerati in naturalibus; imò ad tantam insipientiam descendit peccator, vt neget in corde suo Deum, quadere per antonomasiam *Insipiens* dicitur, iuxtà eiusdem Dauidis pronunciata, *Dixit insipiens in corde suo, non est Deus.* qua de re inquit Diuus Bernardus lib. de gradib. humilit. *Concupiscentia reminiscente, sopitur ratio, ligat consuetudo, & trahitur miser in profūdum malorum, traditur captiuus tyrannidi vitiorum, ita vt carnalium voragine desideriorum absorptus, iuz rationis, deniq; timoris oblitus, dicat in corde suo,* Non est Deus. en, vt ligatur ratio à concupiscentia peccatorum, quod si ligatur intellectus, dicitur, & est insipiens peccator: quid est, quod ei cathedram assignat Dauid. *Et in cathedra pestilentiæ non sedit.* equidem cui cathedra assignatur, ad magisterium assumitur, & Doctoratus lauream; vt enim inquit Cassian. adductus à Glosa. *Thronus Regum, tribunal Iudicum, cathedra propriè Doctorum est.* attendamus quæso Saluatoris nostri doctrinam, vt cathedram hanc intelligamus. vbi suos discipulos ad prædicandum Euangelium misit, illicò Doctores instituit, feciq; magistros; dixit. n. *Docete omnes gētes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* lauream doctoratus acceperunt, cum super capita eorum descendit Spiritus sanctus, qui sedentes, quod propriè doctorum est, voluit laureare, nec abhorruit hunc magistratus titulum Deus, cum dixit. *Vnus est enim magister vester.* scilicet Deus. & in cęna post pedum ablutionē dixit. *Vos vocatis me magister, &* Do-

A B C D (marginal section letters)

Psal. 13. 1

D. Bern.

Cassian in glos.

Matt. 28. 19.

Matt. 23. 8.

Io. 13. 13.

Domine, et benè dicitis, sum etenim. itaq; Christus, & Apostoli, per quos Euangelium, & veritatis doctrina docetur, magistri sunt, & doctores. & quidem hi magistratus, maius ingerunt dubium; cur Deo existente magistro, promulgetur peccator magistri nomine à Dauide, qui debuisse dicere videtur. *Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in profundum eorum abyssum nõ dilapsus est.* quid est, quod ait. *Et in cathedra pestilentię non sedit.* dicente Cassiano. *Cathedra propriè doctorum est?* enodabo ligamentum, ex Christi sermonibus. ait Matth. cap. 5. talia Apostolis suis pronunciasse Christum. *Vos estis sal terrę, quod si sal euanuerit, in quo salietur?* ac si diceret, sal estis, & sicuti sale seruantur omnia, ac quodammodo, æternitati traduntur, sic per vos, ò Apostoli mei, æternitati vitæ, humana natura conseruabitur, ità D. Hilarius. *Apostoli sunt rerum cælestium Prædicatores, & æternitatis velut satores, meritò sal terra nuncupati, quia per virtutem doctrinæ, quasi salientes ęternitati corpora seruant.* sicut sal, nã si sal euanuerit, in quo salietur? quæ verba exponens S. Hieronymus, inquit. *Idest si doctor errauerit, à quo alio doctore emendabitur?* non emẽdabitur, nec abiurabit errorem, ab alio monitus doctore doctor errãs: scit infelix ille Tertullianus, qui vbi errauit, abiurauit corrigi. & hinc capitur, cur cathedra doctoratus, peccatori assignetur. homo à Deo vti magistro in viã veritatis dirigitur, sed magister est peccator in errore, magister doctrinæ alterius magistri non assentitur, respuit, nõ corrigitur. cum igitur doctor dicitur in cathedra, peccator, talis peruersitatis notatur, vt nec à Deo corrigi velit, & in veritatem induci. hinc Vgo, & Lyra cap. 18. Prouerb. inquit. *Peccator contemnit omnem correptionem, pænitentiam, omnẽq; medicinam.* & D. Basilius hom. 13. in psal. 48. de stulto peccatore, & insipiente in cathedra pestilentię sedente, sic ait. *Peccator destituitur ijs, quorum cognitio mentem hominis præcipuè adornat; vt sunt Dei Patris notitia, Verbi incarnatio, & à Spiritu sancto illuminatio.* contemnit hæc peccator, & destituitur, quia correptionem contemnit, & corrigi. Perseuerat in peccato iniquus, stat, & ibi quiescit. hinc dicebat Salomon. *Impius cum in profundum venerit peccatorum contemnit.* quẽ locũ sic vertit Ferdinandus Quirinus. *Impius cum in centrum peccatorum venerit, contẽnit.* & obseruat idemmet doctor ex Arist. lib. 1. de cœlo, & mũdo, corporibus grauibus tria dari in centro, scilicet quietem, conseruationem, & vnionem. graue põdus est peccator, eius centrum in peccatis obstinatio est, cũ ibi est, quiescit, cõseruatur, ac malis vnitur. audiatur ille. *Ergò si per profundum, aut centrum peccatorum, peccandi consuetudinem capiamus, aptissimè dicemus peccatorem, cum ad hoc cẽtrum iteratis sceleribus decurrit, tria illa experiri. primò quietem, nam in delictis suis mira tranquillitate conquiescit, nec ab his resurgere adnititur; secundò conseruationem, quia in culpis suis, aut semper, aut diutius perseuerat, denique vnionem cum alijs sceleratis, atque impijs, quorum familiaritatem, & vsum quęrit, & ab honestis omnibus, & pijs hominibus plurimum abhorret.* Serpens est peccator obstinatus, vndè obstinati Hebręi progenies

Margin notes: Psal. 1. 1. — Cassianus. — Matt. c. 5. 13. — D. Hilar. — D. Hiero — Vgo & Lyra. — D. Basil. — Prou. 18. 3 — Ferdinan. Quirin. — Ferdinan. Quirin. — Mat. 3. 7.

nies viperarum. dicuntur à Baptista, quia peccando, peccati venenum in naturam, veluti, peccantium transit. quis naturā tollet. firmat Thomas Anglicus in psal. dicens. *Peccator vti serpens retinet peccati venenum, & fit ei consuetudo, veluti altera natura.* stat, permanet immobilis in peccato impius obstinatus, ac semper vult cum diabolo esse. Corpus diaboli impios, scilicet describens Iob. cap. 41. inquit. *Corpus eius, quasi scuta fusilia, & compactum squamis se prementibus.* vbi Glosa sic ait. *Corpus diaboli sunt omnes iniqui.* vide quàm horrendum monstrū est peccator, quidquid habet, quidquid sētit, quidquid videt, quidquid facit, diaboli operatio est, quandoquidem duo sunt hominem componentia, anima, & corpus, si iniqui, diaboli corpus sunt, diabolū pro anima habēt, & ità omnem operationem habent à diabolo. Sed hactenus de his. premo, cur impius diaboli corpus, dicatur scutum? nunquid in militia contra hominem sub peccatoris scuto se se cęlat diabolus? nō dissentio, quandoquidem, ità peccatoribus vtitur, vt spicula vitet illorum, qui pręliantes contra diabolum, conuertere fatigant peccatores ad Dominum Iesum Christum. etenim diabolus alios assumens peccatores, retinet illos in via mala, & ità deludit Prædicatorum spicula. *V*erùm aliò tendo. & suppono ex Orig. peccatorem à Deo tradi Sathanę. sic ille hom. 1. in cap. 1. Hierem. dicens. *Etenim tradi peccatorem Sathanę, nil distat ab eo, quod Iudęi sunt traditi Nabuchodonosor; vtiq; vt illos concessit aduersario, propter frequentes impietates; sic nos propter peccata, quę facimus, tradimur spirituali Nabuchodonosor, &c.* Putas quantū *malum est peccare, vt tradamus Sathanę captiuitati, animas eorum, qui relinquuntur à Deo.* vt primū peccat peccator, nec resurgit, datur diabolo, fit corpus eius, & est scutū, vt dicitur Iob. *Corpus eius vt scuta fusilia.* sed cur scutum? Adeò Spartanam illam mulierē, quæ eunti ad prælium filio, dedit scutum, sic dicens. *Fili, aut cū hoc, aut in hoc.* significare voles, quod militi, vel mortuo suum propriū scutum debet esse ferettum; itaq; in scuto signatur quędam assidua concomitantia. scutum à milite nusquam absens erit. ex quibus peccatoris obstinatam voluntatem argumentor, traditur, inquit Origenes, peccator diabolo, & peccator illicò fit diaboli corpus, & scutum. *scutum nusquam* erit sine milite, cui datur; intelligas igitur ex hoc; tantam esse peccatoris obstinationē, vt nusquam à diabolo proijciatur; cum diabolo erit, & vel in scuto peccatoris, vel cum scuto videbitur. fauet his Lyranus, dicens. *Per hoc autem designatur multitudo malorum hominum, qui sunt, quasi quędam squama diaboli; squamę enim sunt ad modum scuti, & connexio eorum ad malè agendum.* ecce vt nunquam separantur à diabolo, sed impij semper vniti sunt, & inter se, & cum diabolo, ad malè agendum. O magna obstinatio, quā premens D. Bernardus serm. de S. Benedicto, sic ait. *Sicut enim caro porcina cum comeditur nostra adhęret carni, vt iam fit vna caro, sic transgressor pręcepti Dominici, porcinos sibi spiritus fociat, & adhęrēdo eis vnum cum eis efficitur.* quis conuertat diabolum, desperata est salus eius, desperata simul est, & pec-

Marginalia: Tho. Anglic. — Iob 41. 6 — Glosa. — Peccator operationes suas habet à diabolo. — Origen. — A — B — C — D — Lyranus. — D. Berna.

& peccatoris salus, quousq; adhærens diabolo in obstinatione permanserit; nusquam enim, nec miraculis conuertetur, sed in pertinacia sua permanebit obduratus.

Abijt armata cohors, vt Iesum in Gethsemani horto caperet, audiuit venientem Christus, occurrit, interrogauitq; quem quærerent? cui ipsi. *Iesum Nazarenũ.* (Io. 18. 5.) respondit Iesus, qui nescit se Saluatorem negare, & dixit. *Ego sum.* qua audita voce, inquit sacer textus, *ceciderunt retrorsum.* equidem miraculum hoc tetigit omnes, & virtutem creatoris poterant agnoscere, qui vti suum dixit, esse, illicò omne esse cecidit; quia in comparatione illius summæ essentiæ, nostrum esse, non est; repressit hoc miraculum militũ audaciã, ast numquid illa repressa, à facinore abstinuerũt? neqnaquam. Secundò, & tertiò interrogat Iesus, quem quærant, dixerunt. *Iesum Nazarenum.* en quanta est obstinati peccatoris voluntas, nec miraculis reprimẽtibus audaciam, conuertitur, sed semper in peccato permanet: ità Simon de Cassia lib. de pass. dicens. (Simon de Cassia.) *Non erat mutata sæuitia, quamquam repressa fuisset audacia, nec mala voluntas, quamuis attenuata facultas, quia obstinatę hominum mentes, non auertuntur à malis, conuersi ad ornatum virtutis, quamuis reprimantur eorum pessimę facultates.* quot hodie in mundo sunt istis similes obstinati, qui facultate peccandi priuati, vel ad peccata alios instigant, vel peccare optant; inuidẽt, odio habẽt, & quod opus non valet, perficit cogitatio; & licet in dies aliqua ad ipsorum emendationem ordinet Deus, tamen ipsi non Deo,

A sed diabolo attendentes, vt scutum diaboli nunquam ab eo separantur, etsi misericordem conspiciant Deum, suaq; misericordia alliciat ad veniam, tolli à se procurant; Deum enim perdere volunt, nec amplius inuenire; vndè est, quod vbi sermones Dei quis audit, illicò colloquentem odit, irridet, prophanis conspurcat spiritualia? nisi qa perdere eũ vult, q simul cũ Deo vadit ad ipsum, ne amplius inueniat; B similis hic est Phariseo, perdet, nec inueniet. Ad crucifixionem exquisierũt Dominũ nostrũ Iesum Christum impij illi, omniq; dolo grauidi Pharisei; obtinuerunt, quia crucifigi voluit: quæ omnia disponebat Deus, vt aperta habẽtẽ in cruce brachia, vel ibi cognoscerem ad pacem inclinatum, ad pietatem intentũ. in medio duorum latronum crucifigunt, nunquid hoc mysterio vacabit? C absit, aperiam. *V*idebat innocentem Iudex Pilatus *I*esum, ad absolutionem anhelabat, quapropter proposuit illis, vel Iesu, vel Barrabę homicidę & furis liberationem, sed quid Pharisei? litigant contra *I*esum, retinent Barrabã. suasionem eorum ad populum his verbis narrat Matt. cap. 27. (Matt. 27. 20.) *Principes autem Sacerdotum, & Seniores persuaserunt populis vt peterent Barrabam,* D *Iesum verò perderent.* quid est, perderent? quod perditur, nec locus vbi sit scitur. *perderent.* aiunt, qui eius memoriam omninò delere cogitabant; vndè crucifigitur in medio latronum; thesaurus erat Iesus, diues in misericordia; qui thesaurum in medio latronum ponit, certè perdere vult; en Christus, misericordiæ thesaurus in cruce, vndè *Iesus* titulus eius est, *Iesus Na-*

Nicolaus Gorran. zarenus. vbi Nicolaus Gorranus. Perdi non debet Iesus. in medio latronum ponitur à Iudeis, vt vel offerentem pietatem, in medio furum perdant. occurrit his D. *Chrisolog.* Chrisologus serm. 37. dicens. *Sed miror quod Iudeus Christum requirit, quem inter duos latrones feraliter collocarat, committit malè, custodit impiè, iniquius quærit. Christus perire nō pōt, sed tu eū tibi tuo scelere perdidisti.* *Peccator Iesum amittit.* perdit obstinatus peccator Christum, & non esse desiderat, quem Iudicem non vult habere. quid faciet Deus obstinato, tam inuisus? abibit à peccatore, & relinquet eum in manibus peccatorum suorum, in potestate dęmonum, qui quibusuis feris crudeliores lacerabunt continuò viuentem, assiduò morientem. sed vix mortem nominaui, & Christus pro peccatoribus moriens menti occurrit. Pēdet in crucis arbore Christus Dominus, & amor meus crucifixus, vndiq; doloribus circundatus clamat ad Patrem. *Deus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?* omni digna quidem veneratione verba sunt isthæc, in quibus à Deo Christus dicit se derelictum, cū nos peccatis traditi, derelinquimur à Deo. vidit terram tenebris circundatam Christus, & lumine priuatam, considerauit in tenebris his, tenebrarum obscuritate peccatorum circumuolui, dum à lumine Deo deseritur homo. & qa peccatores Iudeos valdè amabat, pēdēs illos derelictos à Deo, ad amorem suum ostendendum, se dixit derelictum, ita Orig. in cat. super Mat. *Postquam autem vidit super omnem terram Iudeam tenebras, hoc dixit, dereliquisti me Pater, idest talibus exinanitum calamitatibus tradidisti, vt populus,* *Christus se à Patre dicit derelictum dum derelinquitur peccator.* *Origen.*

qui apud te fuerat honoratus, reciA piat, qua in me ausus est, à lumine tuæ prospectionis; sed & pro salute gentium dereliquisti me; quid autem tam bonum fecerunt, qui ex gentibus crediderunt, vt pretioso sanguine super terram effuso pro eis, eos emerem à maligno. sed alij aiunt, Christum aduertisse suam mortem, quapropter ad suam diuinitatem exclamauit, quasi dicendo, cur me mori vis, & derelinB quis me, non seruans in cruce, vt diutius sim cum populo meo. vel adhærendo S. Brigittæ, dico, hæc verba ex suæ matris compassione, quam sola dereliquebat, dixisse. en quomodo amorem spirāt, verba isthęc. sed inquit sacer Euangelista, quod paulò post caput inclinauit, & expirauit. si tāta suorum tenebatur dilectione Christus, cur non moratur in C cruce? cur ipse mortem vocat, quę non audebat accedere, vt inquit D. Athanasius, & capitis inclinatione ad se traxit? ò, amabat homines. ast vidit eos in peccato perseuerantes, quia autem cum peccatoribus esse non potest Deus, ideò dum naturæ humanę protestatur amorem, ab illa peccatrice, etiam vitæ cedendo fugit. sic Anonymus quidam in BB. D PP. ex D. Ioanne Chrisostomo, dicens. *O vocem amore plenam, & terrorem incutiens opus, dum amat, moritur, amabat Hebręum, quem videns in peccatis obduratum, reliquit etiam moriens.* vel vitæ cedēs à peccatoribus obstinatis fugit Christus, qui cum peccatoribus obduratis esse non potest. simile lego apud Prophetam Hoseam in cap. 11. vbi sic Deus ait ad populum Ephraitanum. *Quomodo dabo te Ephraim? quomodo dabo te, sicut Adama, & ponam te sicut Seboim.* *Christus à peccatoribus abit, vel vitæ cedens.* *Osea 7.9.*

boin. ac si diceret, puniam te, similemq; faciam duabus ciuitatibus Sodomæ, quę Adama erãt, & Seboin. sed en, vt exturbat iã pietas, vix ista minatus fuerat, & quasi pœnitens Deus, dixit.

Hosea 11. 8.

Conuersum est in me cor meum, pariter conturbata est pœnitendo mea; non faciam furorem iræ meæ, & non disperdam Ephraim, quia Deus ego, & non homo. en Dei pietas præcurrens iram, imò exulem magis eliminans, notant in his verbis Dei in homines amorem sancti Doctores, præcipuè autẽ Diuus Hieronymus. sed terret quod sequitur *Non ingredietur ciuitatem.* si amas, cur ciuitatem, quam seruare vis, non ingrederis ò Deus?

Deus à peccatoribus abstinet.

ò erant ibi cum hominibus illis peccata, quia autem Deus non potest substinere peccati contubernium, sed peccata inter Deũ diuidunt, & hominem; ideò etsi amet naturam, cauet peccatis onustam, & inemendatam. sic Thomas Anglicus in psal.

Tho. Anglicus.

Non possunt stare simul Deus, & peccatum, quare ab illis fugit, qui in peccatis perseuerant. fugit à perseuerantibus in peccatis Deus, nec tandem obstinatis parcit. Commisit peculium suum charum Petro Dominus noster Iesus Christus, cui Petrus dixit.

Matt. 18. 21.

Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsq; septies? non expectauit responsum Apostolus, sed ipse numerum præfixit, cui Christus, veluti inscitiæ iniurens, dixit. *Non dico tibi vsq; septies.* caue, nolo, vt illi parcas, qui peccat septies, benè tamen illi, qui septuagies septies peccabit. Dicã tibi Domine, nunquid pietas tua semper maiora exquirit peccata, vt gloriosior appareat parcẽdo, quapropter, & septuagies se-

P. Franc. de Franch. in Hos.

A pties vis peccare hominem, & hinc parcas, negata omnimodè remissione his, qui septies tantũ peccãt? sed hoc absit necessariò abest, qui peccata abhorres, adamas innocentiam. nec semel peccantem primam, & nobilissimam creaturam admisisti iuxta te in cælis, quia non habitabit iuxta te malignus. quid igitur est, quod vbi de minori numero agitur peccatorum, septies scilicet, re-

B spondes. *Non.* negans absolutionem, quam tamen benignè concedis, septuagies septies peccanti? Soluam nodum difficultatis: & suppono, quod cum homo reuertitur ad Deum, tunc veluti quodam iudicium apud se exercet, ex vna parte, ponens Deum, ex alia peccatum, & sic vnicuiq; suum æqualiter diuidit; peccato dat odium super omnia, & Deo dat dilectionem super omnia,

C in qua æquali diuisione consistit vera contritio. itaq; diuidere per æqualitatem notat solutionem peccati; diuidens enim sic peccator, peccatum ab anima sua eijcit. quo stante, sciendum est, latã differẽtiam inter numerũ septenariũ, & numerum septuagesimum septenariũ hanc esse, quod si

D diuidas potes diuidere numerũ septuagesimũ septenariũ in partes æquales. puta, vel in septem vndecim, vel in vndecim septẽ; ast numerus septenarius nõ põt diuidi in partes ęquales, quia diuidẽdo sẽp vnus superat, diuiditur. n. in tres, & quatuor, & ideò numerus hic dicitur insolubilis, sẽp stãs, & immobilis, in quo notatur obstinatio. & hinc intelligitur, cur Christus vbi septenariũ numerũ peccatorũ audiuit, dixit *Non.* negauit remissionẽ, quia vbi accedit obstinatio, recedit abso-

Ruperl lutio, negatur remissio, peribit in æternũ. audiamus Rup. Ab. in lib. 2. Leuit. cap. 41. *Dixerat enim illi Petrus, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? Non, inquit, dico tibi vsq. septies, sed vsq; septuagies septies. Sanctificabis ergò, inquit, annum iubilei, idest sancta, & charitatiua remissione peccantem in te, non vsque septies, qui numerus insolubilis est; nequè enim per partes æquas diuidi potest, & insolubile peccatum impænitentis significat, sed septem vicibus septies, qui numerus solubilis est, siuè septuagies septies, qui numerus item in partes æquas diuidi potest: significatquè peccatum, quod solui potest. quia videlicet frater, qui peccauit, cũ pænitẽtiã agit, corrigibilis est.* negat obstinatis vitã, & resurrectionẽ Deus nõ dãdo gratiam, qua actualiter conuertantur, licet nusquam illã deneget, qua possint conuerti.

Eia peccatores, ergò semper obstinati in peccato permanebimus? ergò Deo priuabimur? ergò cum nobis mortuis non faciet mirabilia Deus? cum inquiat Dauid. *Nunquid mortuis facies mirabilia?* & ibi Diuus Augustinus. *Significat ergo isto verbo, quo ait, Nunquid mortuis facies mirabilia? homines corde ita mortuos, vt eos ad vitam fidei tanta Christi mirabilia non commouerent, neque enim propterea dixit, non eis fieri mirabilia, quia non ea vident, sed quia non eis prosint.* ita psalm. 87. cur non mouebunt nos terra mota, petræ scissæ, aer obtenebratus? cur nostrum pectus, & cor Deo clausum non aperient Domini Iesu Christi crucifixi extensa in cruce brachia? cur lapideum pondus obstinationis, non leuabit Christus eleuatus in cruce? Eia adijciamus nostram Christi voluntati, tollamus obstinationis lapidem, & cum Lazaro resurgemus, imò cum Christo, qui animam nostram in peccatis sepultam, ablato operculo peccatorum suscitabit. necessaria est cooperatio nostra, vt lapis tollatur. Exeamus de carcere, quandoquidem sanguine Christi redempti sumus, hoc nobis, vel mortuus inculcauit Christus, cum accessit miles, percussit latus, & sanguis profluit, & aqua. *Et exiuit sanguis, & aqua.* cur quæso aqua? certè aqua illa populum signabat clausum, ac carceri mancipatum ob peccatum suum, statim ac carceres aperiuntur, liberantur captiui. vt igitur signaret Christus, dedit aquam, quasi diceret, ò populi carceri mancipati, solutum est pretium, iam liberati estis. aqua hæc, quæ de meo latere exit, quæ clausa in loco non suo detinebatur, vestræ libertatis signum est. Audiatur Simon de Cassia de passione. *An fortè totus sanguis effluxit ex illo diuino corpore in signum totius amoris, post quem humor aqueus est egressus? sed sic quomodò fuerit aqua, cum sanguine non defluxit mixta, nec dispertita vena, vt diuisa vena sanguis ab aqua, eadem hora simul, & eodem foramine defluxissent, sed prius sanguis, deindè aqua, distinctè stillauit, quod alio, miroq; mysterio factum est, vt prius egrederetur ex eodem corpore redimens prętium, deindè aqua, in qua redempta significetur multitudo populorum.* dato pretio liberantur captiui. Exeamus à carceribus peccatorum, cum doceat nos Christi latus suo sanguine redẽptos.

Psal. 87. 11. D. August.

In latere Christi aperto capti ui liberantur.

Simon de Cassia.

ò quis

ò quis ſpernet animam ſuam, pro qua ſanguis Christi datus eſt, ꝓ qua Deus opprobria ſubſtinuit. O mi Domine Ieſu Chriſte, obſtinatior ero, non in captiuitate, non in meis criminibus, quæ multa, & innumerabilia ſunt; ſed in tuo ſeruitio, in tua libertate. tantum oro, vt dimittas peccata, ſoluas vincula, & obſtinatum habebis ſeruum, qui potiùs infernum eliget, quàm tuum ſanctiſſimum amorem violare. Da amorem, fac amantem, & omnia ad votum contingent.

A

TEXTVS.

VERS. XVIII.

Editio vulgata.

Separatum eſt conuiuium eorum: fornicatione fornicati ſunt. dilexerunt afferre ignominiam protectores eius.

Sanctes Pagn.

Putridum eſt vinum eorum. fornicando fornicati ſunt. dilexerunt munera, afferte inquiunt, ad ignominiam.

Tranſ. ex Sept.

Prouocauit Chananeos fornicantes, fornicati ſunt, dilexerunt ignominiam eius.

Vatab.

Putridum eſt vinum eorum. fornicando fornicati ſunt. Amant dicere, date nobis munera. Ad ignominiam Principes eius.

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

Editio Chaldaica.

Principes eorum multiplicauerunt comparationes, & conuiuia ex rapinis, & idcircò errauerunt, & conuerſi ſunt ſequentes idolatriam, fornicationem; quippè quia optauerunt vt veniret ſibi ignominia magnates eorum.

Paraph. Caſtri.

B

Quia cultu, & epulo ſemouit ſe à te, idolatriæ deditus omninò. Principes eius hanc ei attulerunt iniuriam.

COMMENTARIVM iuxta literam.

Magnum bonum eſt correptio, & neceſſariò peccantibus exhibendum: præcepit iam Dominus. prædicauit vas electionis Paulus Apoſtolus ad Theſſal ſcribens epiſt. 1. cap. 5. dicens. *Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes; videte, ne quis malum pro malo reddat alicui*. Quodnam ſit malum pro malo reddere, explicant Diuus Chriſoſtomus, & Auguſtinus libr. de corrept. & gratia tom. 7. dicens. *Neque enim dilectionis viſcera maiora geſtamus, quàm Paulus, qui dicit, Corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patientes eſtote ad omnes; videte, ne quis malum pro malo alicui reddat. vbi intelligendum eſt, tunc potiùs malum pro malo reddi, ſi corripiendus, non corripiatur, ſed praua diſſimulatione negligatur*. Hæc Diuus Auguſtinus, qui libr. 6. quæſt. in Ioſue premens Dei ani-

C Theſſ. 1. c. 5.

Correptio facienda. D. Aug.

D

animaduersionem in populum Israeliticum, cum de anathemate furatus esset Acham contra mandatum Domini, vt habetur Iosue 7. *Acham filius Charmi filij Zalai, filij Zara de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate, iratusq; est Dominus contra filios Israel.* petit, cur innocentem cum iniquo puniuerit Deus? nonne si decem iustos inuenisset in ciuitatibus, quas ob pessimum crimen combussit, peccatoribus omnibus pepercisset? quid est, quod vno peccante, mox punit omnes? Respondet D. Augustinus. *Sciendum est, hoc ideò esse factum, vt non se solum quisq; curet in populo, sed inuicem sibi adhibeat diligentiam, & tanquam vnius corporis, & vnius hominis, alia pro alijs sint membra sollicita.* magna debet esse inter homines societas, magna connexio, & talis, vt non in se ipsis singuli, sed etiam tanquam partes in toto, existimētur, propterea vno delinquēte, puniuntur multi, quia non est immunis, qui partem suam porire negligit. si sumus inuicem mēbra, aliud, aliud curare debet; ast si membra abscinduntur, vt putrida abijcienda sunt, vt fætida sepelienda, vermibusq; danda, quod signare voluit Christus cū dixit. *Si Ecclesiam non audieris, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus,* quibus prælibatis, redditur ratio, cur Deus, vel Prophetæ, vel Iudæ imperat, ut populum Israeliticum dimittat. *Dimitte eum,* nempè quia. *Separatum est conuiuium eorum.* non sunt membra corporis, abscissa sunt, dum declinauerunt ad idola, & statuas ligneas, quæ eis vermem, qui nō morietur, in æternum, generabunt. dimitte tu Propheta, & vos,

Iosue 7.

A ò filij Iuda, dimittite, quia diuersæ sunt Religionis. secundum hunc sensum dat D. Hieronymus dicens. *O Igitur Iuda, cui supra dixi, si fornicatur Israel, non delinquat saltem Iuda, audi consilium meum, Prophetę verba non spernas, quia Ephraim semel idolorum amicus, & particeps est, dimitte eum, ne sequaris impietatem eius, cuius cultus, & religio, & cibus à suo conuiuio separatus est.* primus autem sensus est B Ruperti dicentis. *Dimitte eum, trade, vel traditum relinque illum in reprobū sensū, vt faciat Ephraim; quę non conueniunt, vt habeat passiones ignominię, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis, quoniam fornicationes suas diligunt, atq; defendunt, nam hoc est, quod sequitur, Separatum est conuiuium eorum, &c.* hic autem textus, scilicet, *Separatum est conuiuium eorum,* potest duplicem sensum admittere, C alterū, quia, scilicet comedunt de immolatis idolis, & hæc erant immunda, quoniam dicata dęmonibus; de quibus tu non debes comedere, ne communices cum eis, sisq; idolatra. & hunc sensum admittere videtur D. Hieronymus, Theodoretus, Vgo Lyranus, ac si diceret, ò Iuda D dimitte Israel, comedūt enim idolotita, & cibos pro dęmonibus immolatos; noli ergo eum imitari, noli cum eo participare in idolis, & idolotitis, alter verò sensus est, *Separatum est cōuiuium.* scilicet, comedunt ex illis animalibus, quæ ego vitaui in lege, vt habetur Leuit. 11. quamobrem notandum censeo, Deum vetuisse populo egresso ex Aegipto esū multorum animalium; cuius pręcepti duas reddit causas Tostatus q. 3. in cap. 11. Leuit, vnam generalem, aliam specialem. & aiticir- *Tostatus.*

ca

Cur aliquorum animaliū carnes Deus vetuerit

Ca hæc autem quæret aliquis, quare Deus vetuit Iudeis multa animalia comedere, cui respondendum est, hoc pertinere ad cęremonias Dei, & esse hic duas causas, vnam generalem, & alteram specialem, in generali autē causa est, quia Deus volebat istū populum sibi ad cultum applicare, vt eum in magna reuerentia tenerent, ideò dedit ei cęremonias multas, secundum quas specialiùs ei reuerentiam impēderent, & cultui eius deseruirēt; his autem cęremonijs adorabant Deum cultu latriæ, qui proprius Dei est, quandoquidem latriæ cultus est solum in Deum directus; quæ cæremoniæ quantò plures erant, tantò multiplicabātur actus in cultus latriæ, dedit igitur hoc præceptum de non comedendis aliquibus animalibus. *Vt sic eum abundantius colerent*. specialis autem causa erat, quia aliqua animalia sunt mali nutrimenti propter superabundātes qualitates humidi, aut calidi, vndè Tostatus. *Dicuntur autem alia animalia immunda esse effectiuè, scilicet, quod quamuis in se ipsis immunditiam non habeant, tamen causant eam in comedentibus, vt quia sunt malę complexionis in superabundanti humiditate, aut siccitate, & sic de cæteris; propter quę omnia ipsi corpori humano nociua sunt.* vides quam etiam corporis nostri incolumitati consulat benignissimus Deus noster.

Num corporis incolumitati Deus consulat.

certum est autē, quod istis cęremonijs, dum volebant vti, verū Deū agnoscebant, quibus relictis, non amplius pro Deo venerabantur. Deus autem honoris sui Zelotes prohibet, ne Iudas accedat ad Israelis conuiuia, in quibus vetita animalia erant in cibum, ne illo-

A rum esu ipsi renunciarēt, ac postponerent, idcircò inquit. *Separatum est conuiuium*. Sanctes Pagn. legit. *Putidum est vinum eorum*. & aiunt aliqui, vinum, quod bibebant aere esse corruptum, ac proindè fętidum: ast non consentio, & puto Pagninum ingluuiē eorum in conuiuiis velle exagerare; ac si diceret, comedebant, vti porci, nulla saturitate contēti, & ita bibebant, vt in eorum

B stomacho corruptum vinum fætorem per ora exhalaret, vt solet contingere ijs, qui ebrij sunt; ob quod redduntur abhominabiles: qua abhominatione etiam deterrebat Iudam ab eorū consortio, vt essent ipsi filij lucis, & Dei; etenim ait Diuus Paulus Apostolus ad Thess. epist. 1. c. 5. *Qui ebrij sunt, noctè ebrij sunt.* hoc est, sunt in peccatis, & filij noctis, & tenebrarum, quibus tenebræ

Ad Thess. 1. cap 5.

C seruatæ sunt in ęternum. *Nos autem, qui diei sumus filij, sobrij simus.* sequitur textus. *Fornicatione fornicati sunt.* & quò mitteret ingluuies, & vinum, nisi ad libidinem? quò, nisi ad dęmonem? *Luxuriosa res est vinum.* dicitur Prouer. 20. & Diuus Bernardus lib. de modo benè viuendi. cap. 25. ait. *Multi per vinum à dęmonibus capti sunt, nec est aliud ebrietas, nisi manifestissimus dęmon.* tantæquè per-

Prou. 20.

D. Bern.

Ebrietas dęmon.

D uersitati Hebręi adhæserunt, vt magistrorum magistri effecti sint, vndè legunt 70. Interp. *Prouocauit Chananeos, &c.* quem textum sic explicat S. Hieronymus. *Tantum studium habuit Israel in idolorum cultu, vt non imitatus sit Chananeos, idest Ethnicos, sed ad imitationem sui, eos prouocauerit erroris.* ò in quantam vesaniam ruit, qui incorreptus in vitijs volutatur. sequitur textus. *Dilexerunt igno-*

S. Hier.

miniam protectores eius. & hæc est alia ratio, qua arcet Iudam, vel Prohetam ab ingressu ad eos, illum quidem, quia peruertisset, istum, quia nihil profecisset. sumitur ratio ex peruersitate protectorum *Israel*, qui erant *Principes*, & Sacerdotes; vbi enim Princeps, & Sacerdos mali sunt, non erit populus innocens, sed vel innocens peruertetur. textus igitur sic dispungendus est. nulla ibi erit emendatio, & à criminibus retrocessio, quia Principes, & protectores eius dilexerunt, & diligunt ignominiam, hoc est ignominiosam idolatriam. Alij legentes ex Hebrço. *Dilexerunt dare ignominiam clypei eius*. sic declarant prophetiam. clypei, idest Principes, qui sunt veluti clypei populi, & propugnatores diligunt, & exoptant. *Date*. idest, afferte; quasi dicat, munera accipiunt, quæ munera vocat. *Ignominiam*. quia dedecus, & ignominia est Principi non esse integrum, & mundum manibus. hoc quoq; obijcit *Isai*. cap. 1. dicens. *Principes tui infideles socij furum, omnes diligunt munera, sequuntur retributiones*. quia autem inter idolatras hæc munera non prohibebantur, & Sacerdotes, & Principes erant auari, ideò dolente capite, omnia membra languescere oportebat. sensus hic non ita textui consonat, vt primus, quem literæ magis conformem iudicant Expositores. verum tamen est, illos fuisse auaritiæ laqueo irretitos, vndè deridebant Deum non minus, ac eorum filii, de quibus Luc. cap. 16. *Audiebant autem omnia hæc Pharisei, qui erant auari, & deridebant eum*. fornicatio igitur, ebrietas, & auaritia, Hebrçorum idolatriam iactabant.

Dedecus Principi est non esse à turpi lucro alienũ.

Isai. c. 1.

Luc. 16.

A

CATENA CONCEPTVALIS Ex Doctoribus.

ANVLVS LXII.

Vitio Principum corruit populus, & peccante Prælato, innocens non est subditus.

Separatum est conuiuium, &c.

B

Eclipsim cũ patitur Sol, heù quãta in nobis suscitantur mala. hæc tunc fit, cum in capite draconis, vel cauda Sol reperitur; quid Sol, ni Prælatus? quid draco, ni dæmon? vbi ob peccatũ vicinus est draconi Princeps, Prælatus uè, haud salutis compos erit subditus, infirmabitur in Prælato infirmo. hinc inquit D. Gregorius Nazianzenus orat. 1. contra Iulianum. *Neque enim res easdem Principibus, & Prelatis conuenire existimo; quandoquidem neq; eiusdem vtriusq; dignitatis; nam cũ se vtilem cæteris efficit, communem agit negotium, quoniam qui se deteriorem facit, non sibi tantum nocet, sed etiam omnibus ijs, quibus melior prodesse potuisset*. infirmantur subditi in Prelati languore, & vbi ille impius est, à bonitate auertuntur isti. Decreuit sancta, & formosa Iudith de manu Holofernis eripere iam cadẽtem Bethuliam, iuuit, qui inspirauit consilium Deus, perrexit compta ad Holofernem, qui vt vidit, captus est in oculis suis, cumq; hoc animaduertissent eius satellites, dixerunt. *Quis contemnat populum Hebrçorum, qui tam decoras mulieres habent, vt non pro ijs meritò pugnare contra eos debeamus?* debile consilium, indigna propositio. nunquid pro mulieribus pugnãdum est, vbi de Nabuchodono-

Prælatus iniquus mala multa parturit.

Nazianz.

C

D

so-

foris dilatando imperio agitur? A non vobis milites erunt, vel mulieres ſubiectæ, vbi Principis ambitio nil non ingurgitat. quid eſt, quod animam ad mulieres vertunt milites, vbi Regis ambitio ipſorum ſaturabat ambitionem? aduerterunt captum à muliere Ducem militiæ Holofernem, Principem effeminatũ, & luxuria inſanum, en omnes hinniunt ad luxuriam, neſciunt enim Principum mores, ſubdi- B torum animos non corrumpere. hinc ait Philo lib. de vita Moyſis. *Si Princeps totum ſe dat voluptatibus, & ad vitam delicatam deflectit, vniuerſa propè modum ſubditorum multitudo ad voluptates proclinat.* ſedebat mendicans Lazarus miculas è menſa ad canes defluentes, imò à canibus ſpretas amb iebat ſuæ fami, & inquit ſacer textus, quod *Nemo illi dabat.* purpura coronam ſeruorum C nos docet; non deerat famulorũ caterua, vbi ſuperbiebat purpuratus Dominus; quid eſt, quod in tanta multitudine, vel vnius viſcera non mouebantur? exul omninò pietas remeabat; proh; crudelis erat epulo, ferreis viſceribus circundederat adamantinum cor, & en tota familia ferrea, dura, immiſericors, quia iuxta Principum exempla operantur ſerui, quod dixit D. Gre- D gorius lib. 21. mor. cap. 1. *Quia rationales noſtri ſpiritus dum in eorum intentione defixi ſunt, ſingulis quibuſq; actionibus permiſcentur, vt tales ſatus operum procreent, qualia exempla præcedentium in voltibus præceptorum vident.* communis Pater eſt Princeps, dixit Xenophon, & nos Patres appellamus Prælatos, quid, *Abbas*, niſi *Pater*? & vtiq; communis: fallor,

Philo.

Lu 16. 21

D Gregor.

Princeps Pater cõmunis.

Xenophon

P. Franc. de Franch. in Hoſ.

ni communis pater delicta in filios transfundat. ſcimus ex Adamo, vndè omnes naſcimur filij iræ, agnouit hoc Cicero lib. 2. de legib. vbi ſic docet. *Perniciosè merentur de Republica eiici vitioſi Principes, qui non ſolum vitia concipiunt, ſed ea infundunt in ciuitatem, neq; ſolum obſunt, quia illi ipſi corrumpuntur, ſed etiam, quia corrumpunt, pluſquam exemplo, quàm peccato nocent.* & D. Bernard. *Si quis de populo deuiat, ſolus perit. verùm Principis error multos inuoluit, & tot obeſt, quot præeſt ipſe.* patet hoc in præſenti verſu, vbi, ideò dicuntur diſceſſiſſe à Deo Iſraelitæ, quia eorum protectores, ſiuè Principes, vt habet Vatab. dilexerunt hanc afferre ignominiam. *Separatum eſt conuiuium eorum, fornicatione fornicati ſunt, dilexerunt afferre ignomintam protectores eius.* vbi ſic Vgo Cardinalis. *Vitio Principum infelix populus ſuſcepit cultum idolorum.*

Cicero.

D. Bernard.

Vgo.

ANVLVS LXIII.

Peccatum ignominiam parit, & auſert lætitiam.

Separatum eſt conuiuium.

ANima animæ noſtræ Deus eſt, à corpore dum recedit anima, mox eſt fætor, & ignominia, ab anima, vt Chriſtus peccato fugante, recedit, putet. quid ignominioſius? naturam conſumit peccator, vertiturq; in cinerem, qui lapis fuerat pretioſus, pomiferumq; lignum oculis delectabile Dei. cur ergo non afferet ignominiam peccatum? firmatur Iob. cap. 8. dum dicitur, *Qui oderunt te, ſcilicet Deum, induen*

Iob 8.

D. Pauli ad Thess. epi. 1. 5. 6. *duentur confusione*. de peccatoribus differens Apostolus ait. *Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt.* vbi sic D. Anselmus. *Qui delectabiliter torpent, & quiescunt, in præsentibus nocte dormiunt, idest in iniquitate delectantur, & qui ebrij sunt, idest quos inebriat amor seculi, vt immoderatè vtantur his rebus trāsitorijs, in nocte cordis sunt ebrij.* scrutor, cur ebrius dicatur peccator? non ne tabescit fame, cupitq; saturari de siliquis, quas porci manducant, nec inuenit? quid est, quod mustum eructat putulentum. Adeo Noemum hic primum bibit vinum, & inebriatus, & nudatus patuit, vel filii ignominia, da ebrium, & concedo signum ignominiæ, & opprobrii. *Noe*, inquit D. Ambrosius, *per vinum patuit deformitati, qui per diluuium excreuit ad gloriā.* (D. Ambr.) cum igitur attendis ab Apostolo ebrium peccatorem, dicas ignominiæ signum, & opprobrii. *Peccātis ignominię relinquitur.* ait Chrisostomus, quod etiam patet in prophetia, dum dicitur. *Dilexerunt afferre ignominiam protectores eius*. adduxerunt ad peccatū, & attulerunt ignominiam, sic Ribera. (Ribera.) *Porrò idolatriam, & vsum peccandi ignominiam vocat; quoniā ex eis sequitur ignominia, & confusio.* sed notāda est lectio Vatab. *Putidum, inquit, est vinum eorum.* & notatur à peccante recedere omnem lætitiam. audiatur Castro. (Castro.) *Recessit vinum eorum, nempè à suo sapore, & nitore, quo significat lætitiam, ac pulchritudinem populi Israel, qua fouebatur, dū verò Deo adhærebat, conuersam esse in tristem, ac putidum colorem.*

SECTIO XIX.

Omnis virtutis fundamentum ieiunium est, quod veluti gratia iustificans emicat, innocentiam reparat, obtinet Deum, & veluti Beatus est, qui frequētat. Deoq; quasi æqualis fit.

Separatum est conuiuium.

INsanit semper contra virtutem vitium; debaccatur presertim contra ieiunium crapula; sed eiicitur ab illa castrorū acie ordinata, & separatur primò homicida, gula, ab illa ciuitate, quæ pacem custodit sempiternam, vndè inquit noster Hoseas. *Separatum est conuiuium.* abeat, conculcetur, parentum nostrorum carnifex dæmoniacus; sint nobiscum ieiunia, quæ muniunt aduersus diaboli tentamēta, queq; orbem totum stabiliunt aduersus Principem tenebrarum harum. bellè Chrisologus ser. 12. (Chrisolog.) *Cæli Rex ipse descendit, ipse victor singularis aduenit, ieiunium Quadragesima statuens in procinctu, vt quaterna decade ieiunij, quadraturam mundi totam muro inexpugnabili communiat.* munit ieiuniū, quo quis munitus Dei misericordiam obtinebit. Ieiunij modum signans Christus Dominus noster inquit Mat. c. 6. (Mat. c. 6. 17.) *Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuā laua.* caput hoc, Christum nō deest, qui dicat, Doctor. hoc discutio, cur ieiunanti, Christum vngere libebit? quid est, quod tunc Christus vngitur, cum quis veraci ieiunio, in quo Dei volūtas reperitur, carnem macerat?

Duo

Duo personarum genera vnguntur Reges, & Sacerdotes. si à ieiunante Christus vngitur, ergò Rex, ergò Sacerdos ieiunanti efficitur Christus: Regum clementia propria est, ipsa stabiliturRegnum, vnde Poeta. *Instabile est Regnum, quod non clementia firmat.* ac ImperatorHonorius clementiæ præceptum filio dedit, cum dixit. *Sis pius in primis, nam cum vincamur in omni, munere, sola Deos æquat clementia nobis.* & Christus vbi Rex in cruce exaltatus est, clemẽtiæ primas dedit, etiã pro suis crucifixoribus orãs, est proprium Regum clementia. sunt iustificationis ministri Sacerdotes, à quibus remissionem accipientes peccatorum, mundamur Deo conferente gratiã; quapropter Sacerdos dictus est Deus in æternum, vt indefessus conspiciatur ad misericordiam, ita Diuus Ambrosius in milleloq. verbo Sacerdos. *Tu es Sacerdos in æternum, omnes sub morte, hic autem semper viuens, quoniam qui saluare alios potest, ipse perire quemadmodum posset?* stat Sacerdos Christus pronus ad parcendum, ad saluandum. sibi dum vngit, facit Sacerdotem, & Regem ieiunans, horum propria est clementia, & reorum salus; saluabitur igitur, Deiq; misericordiam obtinebit, quisquis vero ieiunio animam muniuerit. vndè Diuus Chrisologus. *Ieiunium salutis lucrum asportat, munit euntos gratia, ob quam viuimus Deo, mundo morimur.* en ieiunio viuimus, ita vt veluti gratia iustificans aliquo modo dici possit. Secessit in desertum ieiunaturus Christus, cum *Ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo, & cum ieiunasset, &c.* honorauit, ac in se dedicauit ieiunium, quod premens D. Ambrosius, inquit tom. 3. l. 10. epist. ad Eccl. Verc. *Dominus Iesus volens nos aduersus diaboli tentamenta fortiores reddere, certaturus ieiunauit, vt sciremus, quia aliter illecebras mali non possumus vincere; qua causa Christus ieiunauit, ipse adstruauit, nisi vt nobis exemplo esset eius ieiunium.* vnum scrutor, cur antequàm consecraret ieiunium, accessit ad Baptistam baptizandus Iesus; ait enim Euangelista. *Tunc ductus est Iesus.* idest præcessit Ioãnis baptismus, prius tinctus est Iesus, & demum ad ieiunia festinauit. scio ex Chrisologo, nec parua ieiunij laus est, quod post ipsum, ad Christi baptismum peruenimus, quasi ieiunio baptismalem gratiã aucupemur. Meritò, inquit ser. 16. *nos quadraginta diebus per ieiuniũ currimus, vt perueniamus ad fontẽ baptismatis, & salutis.* at Dominus noster antè baptizatur, dehinc properat ad ieiuniũ. aperiã sacramẽtum ex ijs, quæ de Ioannis baptismo tradunt sacri Doctores, D. Thom. 3. p. q. 28. art. 1. baptizasse docet Ioannem, vt ad Christi baptismum, quo viuimus disponeret. *Baptizauit Ioannes, vt baptismo suo assuefaceret homines ad baptismum Christi.* & D. Gregorius inquit. *Ideò Ioannes baptizauit, vt præcursionis suæ ordinem seruans, qui nasciturum Dominum nascendo præuenerat, baptizando quoquè baptizaturũ Dominum præueniret.* sed nunquid baptismate suo indigebat Christus, qui nedum gratia, sed gloria à suę conceptionis instãti refulsit? vt quid igitur, ad baptismũ iuit Ioãnis, q mittebat ad baptismũ Chri-

Marginalia: Honorius Imperator. — D. Ambr. — Sacerdotis officium dimittere peccata. — Chrisolog. — Matt. 4. — D. Ambr. — Christus ieiunans est nobis exemplar. — Ieiunio quasi gratiam baptismalem lucramur. — Obserua quod in Paschate baptizari solent cathecumeni. — S. Thom. — D. Grego. — Cur Baptista baptizauerit.

A Christi. Instructiones nostræ sunt Christi actiones. ad ieiuniū pgebat, sciebatq; baptismū Ioannis mittere ad baptismum Christi, in quo accipientes gratiam viuimus, vtq; indicaret ieiunium, veluti quendam baptismum esse, quo spirituali vita uiuimus, ideò priusquàm ieiunaret, baptizari voluit à Ioanne, qui ad baptismum Christi mittebat. non dissentit ab hac spirituali vita

D. Augus.

B D. August. serm. ad Fratres in heremo, dicens. *O sacrū ieiunium, tu corpus refrenas, ne surgat; tu virtutes incitas, vt resurgant; tu reum illuminas, & sanas, vt viuat.* quid ni, num per gratiam non reuiuiscimus, sanamur, & illuminamur? hoc præstat verum ieiuniū; vndè quasi gratia gratum faciēs existimari potest. Quid ieiunio sanctius, quod animam purificat, & veluti gratia efficax emicat?

Ieiunium veluti gratia iustificans.

C *A*d se reuersus luxuriosus ille prodigus tandem dixit. *Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo, surgam, & ibo ad patrem.* dicerem semper audacem peccatorem; exulat à Deo, negat genitorē, peccatoq; diaboli efficitur filius, & vel diaboli filius, audet Deum vocare Patrem. hic nondum è culpa surrexerat, iacebat in cęno socius porcorum, bubulcusq; dixit. *Surgam.* non, *Surrexi.*

Luc. 15. 17.

D quid ergo vocat Patrem Deum? attendit Chrisologus isthæc, & inquit. *Fames reuocat, quem saturitas exularat, fames illi patrem dedit sapere, qui à copia tulerat sentire genitorem; & si tantum præstitit, vel inuita fames, probate, quid voluntarium possit ieiuniū.* ieiunabat, vel inuitus, & statim Patrem sapit Deum. hæc vltima dispositio est, qua ad

Chrisolog.

A *D*eum mittitur, vt gratiam accipiat sed si adhuc gratia filius *D*ei effectus non erat, quid est, quod vbi famescit, audax, filius promulgatur *Dei*? Est inter Philosophos altercatio, num vltima dispositio ad formam, sit ponenda in eodem genere, in quo ponitur forma. e. gr. introducitur ignis in lignum; & quidem ibi vltima est dispositio, qua data immediatè introducitur ignis;

B quid de hac vltima dispositione erit dicendum? affirmāt nonnulli ponendam in genere eodem, in quo ponitur forma. quid autem sit de ista opinione, non contendo; accedo ad moralia, si vltima dispositio in eodem genere ponenda est, in quo est forma, & vltima dispositio, postquam iuit ad *D*eum prodigus, fuit ieiunium, vel inuitè, concludendum videtur,

C ieiunium esse ponendum in genere eorum, quæ ad *D*eum mittunt efficaciter, hæc autem nil est, nisi gratia efficax; igitur quodammodo gratia efficax potest dici ieiunium. In filiationem *D*ei ferè, quasi gratia, introducit ieiunium. Mutauit vinum in aquam Christus, & primo hoc miraculo nequaquam territus dæmon, interrogauit Christum, num *F*ilius Dei esset? non affert

D lapides, vt mutet in panem, sed silet, tunc Filium putat Dei, cum ieiunat; non enim abest à Dei filiatione verum ieiunium. audiatur Chrisologus serm. 13. *Quid est, quod ieiunante Christo, Deitatis signa tota in sola panis promissione perquirit, & quem Dei Filium continua ieiunij significatione præsentit, esse Dei Filium de prouisione panis, de cura ventris desiderat approba-*

Chrisolog.

Ieiunium Filiū Dei quasi patefacit.

Ife

vt; da ieiunio deditum ipi & suspicare Dei Filium; non enim peccato obligatum sentio verè ieiunantem, imò innocentiæ alumnum dicere, non obstat dictis Sanctorum Patrum. Diuus quandoquidē Augustinus apud D. Thom. 2. 2. q. 147. art. 1. de ieiunio loquens ait. *Ieiunium purgat animam, mentem subleuat, propriam carnem spiritui subijcit.* hic status innocentiæ simulachrum est; vbi corpus animæ, spiritus Deo subiectus non eiulabant. ast probat totum Elias raptus à terra. Ambulabant simul sermocinantes, Elias, & Eliseus, vt narratur 4. Reg. 2. & en igneus currus, super quem raptus Elias, in Paradisum conscendit. *Cumquè pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrumq; & ascendit Elias per turbinem in cælum.* superius est elementis homo ieiunans, & ignis, qui omnia in cinerem redigit, Eliæ hospes, & hospitium, seruat. mirum, perpendendum. totum ieiunij dignitati ascribit D. Chrisologus ser. 146. dicens. *Ieiunium Eliam leuauit ad cælum.* sed quid est, quod vbi ieiunans ad cælum leuatur, non Angelorum apparet obsequium, sed ignis? ieiunauit Lazarus, quem portauerunt Angeli, & dignum pondus ab elementis abstulerunt: solus est Elias, cui subnectit humeros igneus equus, currusq; igneus suauis requies est, dum ieiunat, morem dicam antiquitus seruatum, cuius & sacri Canones reminiscuntur, erat probatio ab igne; quiq. ignem tangens combustioni non subiacebat, innocētia superior existebat; & vsta manus declarabat noxiū. vbi ignis

S. August.
S. Thom.
4. Reg. 2.
Chrisolog.

A non nocet; ibi conspicua est innocentia. O sanctum ieiunium, tu es, quod innocētiam reparas, ieiunauit Elias, & en obsequitur, non comburit ignis, quod si ab igne illæsus clamat innocentiam, & Elias, quia ieiunauit, obsequium, nō vstionem sustinet ignis; equidem dicendum est per ieiunium, vel ipsam innocētiam reparari firmat D. Chrisologus dicens. *Ieiunium Eliam leuauit ad*

B *cælum, & purificato sic corpori, ignei currus addixit obsequium: vt ostenderet gehenna, quæ exurit reos, innocuis quam destruit.* innocentiā venatur, quisquis verè ieiunat. Firmo ex mortuo crucifixo totum; homo non erat, sed docebat nos in cathedra crucis Deus, cum, vel mortuus, percussus, aperto latere dedit aquam, & sanguinem. Sanguis è corde defluxit, aqua miraculosè genita

C cor lauit, semper, vel ingratis pius Deus est, ijs dedit aquā, qui aquam negauerunt, aquam postulauit cū dixit. *Sitio.* nō vt biberet, sed vt pro aqua fōtē exhiberet æternum. exhibet propterea aquā, vt non necessitatis, sed pietatis fuisse vocē illā. *Sitio.* demōstraret. quò feceffi? placet plaga, & ab instituto dimoueor. peto iterū, cur aquam à corde emiserit Christus? eruam mysterium

D ex ijs, quæ Christo semper placuerunt, hoc primum, fuit ieiunium, vndè natus illicò sacrificiū abstinentiæ obtulit Patri, ita Io. Cartag. homil. 3. lib. 9. *Christus antequam lacte nutriri inciperet, voluit sacrificium abstinentię Deo offerre in compensationem immoderati cibi, quem primus parens contra primum præceptum comedit.* & moriens ieiunij ientaculo pastus est; cum enim in eius

Chrisolog.
Christus vbi natus est, ieiunat
Io. Cart.

escam dederunt Pharisei scil. & in siti potauerunt aceto, renuit vtrumq;: en ieiunantis hominis spectaculum. vndè inquit D. Ambrosius de Elia, & ieiunio, *Magna virtus est ieiunij, tam speciosa militia est, vt ieiunare delectaret Christum.* quid demum moritur, & lancea cor transfixum mittit aquam; antiquitus, cum innocentiam quis testabatur, aqua se se abluebat, sic Pilatus innocentiā suam palàm faciēs, lauit manus. vt igitur Christus innocens cor demonstraret, aquam è corde dedit. quod si tunc ieiunantis hominis personam gerebat, ieiunijs animam deditam innocētiæ culmen attingere patefecit; qua de re inquit Iulianus Tol. in Naum. *Est igitur magni momenti abstinentia, qua purgantur vitia, impetratur venia, possidetur gratia, reparatur innocentia.* reparat innocentiam ieiunium, quapropter Christus, qui ieiuni hominis typū gessit in cruce, aquā è corde fudit, vt cor ieiunantis diceret innocens. Sed cur non innocens ieiunantis cor, quod obtinet Deum? ieiunio etenim vel Deus datur. Resurrexit Christus, qui vt fidem firmaret resurrectionis, & solaretur suos, per dies quadraginta cum eis conuersatus est; festiuos hos dies celebrat Sancta Mater Ecclesia, ablegatq; ieiunia. mirum quidē, nonnè satur est Deo, quid est, quod corporalibus non pascit alimentis, ieiunio non honorat Christum? quandoquidem ibi Christus habitat, vbi anima cibis deserta, solo Deo pascitur, vndè D. Bernardus. *Itane, Deum loquitur, in ieiunio habitat?* trāsit ex hoc mūdo ad Patrē Christus, & en prędicat ieiuniū Ecclesia, indicit abstinentiam: præsente Deo, qui totum implet, à cibis non abstinet, absente cibos ablegat. hauriam fortè Ecclesiæ sanctæ excogitata, ex communibus dogmatibus. Deus ad nos adueniens donis suis animam preparat, vt dignum sui habitaculum effulgeat; expectat Spiritum sāctū post Christi ascensum in cælū Ecclesia, cūq; expectat Spiritu sancto met inspirante ieiunat; vt ieiunium esse Spiritus sancti donum omnibus innotescat. non abest D. Leo Papa serm. 2. de Pentecost. dicens. *Dominus Iesus Christus ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus, &c. ad præsentem autem sollemnitatem, etiam illa nobis est attendenda deuotio, vt ieiunium, quod ex Apostolica traditione subsequitur, sancta obseruantia celebremus, quia & hoc inter maxima Spiritus sancti dona numerandum est, quod nobis aduersus illecebras carnis, & insidias diaboli ieiuniorum sunt collata præsidia, quibus omnes tentationes Deo adiuuante vincamus.* donum Spiritus sancti ieiunium est, & quidem maximum, inquit Pontifex Leo. & hoc tunc datur, cum Spiritus sanctus verus Deus aduenit, ad hoc ... hoc animi præparatur; quod si ieiunium ordinat Ecclesia cum expectat Spiritum sanctum, ieiunio dari Deum concludendum censeo. hinc D. Ambrosius. *Ieiunium vitæ cælestis imago est; anima ieiunans Deum obtinet.* in Paschate verum agnum Filium Dei manducat Christianus, & hoc tunc dignis existimatur, cum quadraginta dierum ieiunio cor purificauerit, ita Strabus in illud Ionę. *Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur.* vbi sic ait. *Hoc*

D. Ambr.

Iul. Tol.

Ieiunium innocentiā dat.

Deus in ieiunio habitat.

D. Bernard.

S. Leo Papa.

Ieiunium est donum Spiritus sancti.

D. Ambr.

Strabus.

numero Moyses, & Elias, & ipse Christus ieiunauerunt, hic numerus nobis inducitur ad praparandas animas nostras ad esum corporis Christi. est hic Dei mos, seruitutes nostras muneribus eisdem compensare. Dedit filium suum Deo Abraham, & Filius Dei Abrahamo promittitur, & datur; & scriptum est. *Mensuram bonã, & cõfertam, & coagitatam dabunt in sinum vestrum.* ieiunans, cibo, pro Dei priuatur amore; dabit spiritualem cibum Christus, hic Christusmet est, qui panis dictus est viuus. *Ego sum panis viuus.* accedit Chrisologus loquens de Moyse ieiunante, & ait. *Et re vera fratres, nescit laxari, nescit mori, cui panis, cui vita, Deus est.* ac si diceret, das Deo tuo pastum, & te se, qui panis est, pascit: quid deerit habenti Deum? hic datur ieiunãti. Bellè D. Augustinus agẽs de ieiunio serm. 25. ad Fratres in heremo. *O ieiunium conuiuium animarum, beatus, qui te amat, sed beatior, qui te frequentat* ò, beatus est, qui ieiunium amat; etenim hic Deum videt. quid merces nostra, ni visio Dei? vndè idem Sanctus Doctor serm. 2. in Dominica 1. Quadragesimæ inquit. *Moyses ergò, quia ieiunauit, Dominum vidit; populus, quia manducauit, et bibit idola fabricatus est.* adest ieiunium, & visio Domini. vndè Beatorum quodammodo sortẽ ingressus est, ieiuniis carnem domans, & spiritum sursum leuans. Non abigo à Moyse; hic ieiunãs, Deumq; loquutus, venit ad populum genis adeò splẽdentibus, vt aciem repercuteret oculorũ filiorum Israel, ità Exod. 34. *Cũque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat, quod cornuta esset*

Luc 6 38.

Io. 6. 51.

Chrisolog.

D. August.

Idẽ August.

Ieiunans ferè beatus.

Exod. 34. 29.

A *facies sua ex consortio sermonis Domini. Vident autem Aaron, & filij Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt propè accedere.* solet cornu venenum tolli, ibat, vt peccati venenum tolleret Moyses à Iudeis, & cornutus à Deo accedit. sed cur in hunc non intendunt peccatores? cæci, quia sunt. non potest cæcus lumen videre, nec qui à Domino errauerunt, vt cæci, gloriam Domini videre possunt. fauet D. August. q. 8. de B veteri, & nouo testamẽto dicẽs. *Lex enim contra peccatores data est, Moyses ergò, quia non peccauerat, gloriosus apparuit, & in tãtum, vt à peccatoribus videri non posset, ostensum enim in eo est, quia peccatores gloriam Dei non mereantur aspicere.* sed nunquid aliàs innocens Moyses non erat? quid est, quod nunc accedit gloriosus? ò ineffabilis ieiunii gloria; ieiuC nauit, & Deo repletus, gloriæ luminibus micat. obtinet quandoquidem gloriam verum ieiunium. audiatur D. Chrisologus. *Et quia nihil ommittendũ est, Moysi ipse dierũ quadraginta ieiunio, ita humano defecatus, & exinanitus à corpore, vt totus diuinitatis mutaretur in gloriam, & adhuc in nostri corporis obscuro, toto fulgeret lumine Deitatis.* Potentia effert maiori ieiunium, quàm Apostolos, D. D August. cum expendens vanum Apostolorum opus in demoniaco liberando, audit à Christo, *Hoc genus demoniorum non eijcitur, nisi in oratione, & ieiunio.* quadere inquit S. Doctor serm. 2. Dominicę Quadragesimæ. *In Euangelio quoq; cum quidam demone plenus, Domino fuisset oblatus, quem Apostoli curare ne quiuerant. interrogantes audiurunt à Domino huiusmodi genus, non posse eijci, nisi in*

Moyses quare faciei cornuta.

D. August.

Peccator Dei gloriã non videbit.

Chrisolog.

S. August.

Mar 9 29

Ieiunium Apostolis veluti potentius.

in orationibus, & ieiunijs. Videte A ergo chariſſimi, quanta ſit ieiuniorũ virtus, vt id facere ieiunia valeant, quod Apoſtoli nequiuerant. At non totum ieiunij dixit robur, id nãq; eſt, vt nedum animam purificet, impetret gratiã, gloria decoret, ſed vel Deo quodammodo parificet; tam decorum eſt ieiunij indumentum, vt id vel Dei inimici affectent, fingunt ieiunium hippocritæ, & contorquentes velut circulum collum, triſtitia B vultum ligant; vndè Chriſtus ait. *Nolite fieri ſicut hippocritæ triſtes.* quod addit ſeruator. *Exterminant enim facies ſuas, vt videãtur hominibus ieiunantes.* myſteriũ latet in hoc verbo, *Exterminant,* cur non ait, ſqualidam faciem pingunt, & paleæ fumo in pallorem rubrum vertunt? ſed inquit, *Exterminant*, vitium hic claudit hippocritarum, & laudem celat ieiunij. Quis facies, niſi Chriſtus C Dominus noſter? quem vocitans Dauid clamabat. *Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.* hyppocrita, qui ieiunium ſimulat, fingit virtutem, Chriſtum à ſe exterminat, & eliminat, vndè dicit Chriſtus. *Exterminant facies ſuas.* vt .n. ait D. Chriſologus, Deus *Odit fictos.* ſed adeo ieiunij valorem exterminare idem eſt, ac extra terminum aliquid protrahere, dicereq; interminatum, quid autem interminatum, niſi Deus, qui nullo tenetur termino, nullo includitur limite, nullo finitur fine? quod ſi in ieiunio quis dicitur exterminatus, hoc eſt extra terminum, nec alius talis, niſi Deus, equidem dicendum cenſeo ad tantam celſitudinem verè ieiunantem extollere ieiuniũ, vt quodammodo, vel Deo parificet. hinc ait Tertullian. tract.

Mat 6.16

Chriſolog.

Tertull.

de ieiunio. *Hoc erit tempus, quo homo Deo adaquetur, cum ſine pabulo viuit.* experiuntur iſthæc, qui vero munientes ſe ieiunio, dum corpori indicunt abſtinentiam, omninò à peccatis ieiunant iniquorum dona Altiſſimo nõ placent, non accipit, vndè nec ſe reddit. ſit ieiunium Chriſtianotũ abſens à crapula, & à culpa, ſit Deo dignum; & tale in arce pectoris noſtri collocetur, vt Deũ habitatorẽ teneat; qui ſi pro nobis erit, nullus præualebit aduerſarius. Sit noſter cibus Dei voluntas, qua paſcamur hic, & in æternum. O Chriſte amareſcant mihi mundana, vt tu ſolus dulceſcas, ſiſq; animę meę cibus.

TEXTVS.

VERS. XIX.

Editio vulgata.

Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis, & confundentur à ſacrificijs.

Sanctes Pagn.

Ligauit ſpiritus Ephraim alis ſuis, & pudore afficientur à ſacrificijs ſuis.

70. Interp.

D *Turbo ſpiritus tu es in alis eius, & confundentur in altaribus ſuis.*

Vatab.

Ligauit ventus eam in alis ſuis, & pudore afficientur à ſacrificijs ſuis.

Editio Chaldaica.

Facta magnatum eorum haud recta ſunt, veluti fieri non poteſt, vt con-

constrictus teneatur ventus in vestis ala; nunc adduxi contra eos hostem, & pudore afficientur ab arte idolorum.

Paraph. Castri.

Celerrimè abibit in captiuitatem, quasi venti velocis alis alligatus, vbi nihil proderunt illi sacrificia idolis facta.

COMMENTARIUM
iuxta literam.

MVltiplicat causas Deus, quibus auertat Iudam, siuè Prophetam ab Israelitis, & inquit. *Ligauit eum spiritus in alis suis*.quasi dicat,ala intellectus,& voluntatis ligata est à diabolo, non potest volare, ac eius manus effugere;non effugiet,dimitte eum. in cuius textus intelligentiā notandum est ex sacrorum Theologorū doctrina, liberum arbitrium hominis ex sagitta peccati primi parentis fuisse vulneratum in quatuor principalibus potentijs; vulneratum enim fuit ignorantia in intellectu, malitia in voluntate, infirmitate in irascibili, & concupiscentia in concupiscibili: quia autem voluntas est inclinatio totius hominis,in quantum voluntas imperat, & vult. magis corrupta est, quàm intellectus circa cognitionem.vndè D.Tho. 1.2.q.109.inquit.*Natura humana magis corrupta est per peccatum, quantum ad oppositum boni, quàm secundum cognitionem veri*.quo fit vt homo plura possit cognoscere per semetipsum absq; auxilio gratiæ,quàm perficere,vndè exclamabat D. Augustinus libr. 8. confess.cap.1.*Suspirabam ligatus,*

D.Thom.

D.August.

A *non ferro alieno,sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & indè mihi catenam fecerat, & constrinxerat me, quippè ex voluntate peruersa, facta est libido, & dum seruitur libidini, facta est consuetudo,& dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas,quibus quasi anulis quibusdam sibimet annexis,vndè catenam appellaui, tenebat me obstrictum dura seruitus.* post peccatum originale, si homo

B peccat peccato actuali mortifero, tunc actualiter totus deordinatur;auertit enim se à summo bono,& conuertit se ad creaturam,priuatur illa charitate, & gratia, quam Deus infudit per baptismum, estq; Dei inimicus, & ita lapsus non potest resurgere à peccato absq; auxilio gratiæ, & ratio est, quia vt inquit Diuus Thomas 1.2.q.109.ar.7.hominē resurgere à peccato est reparari

D.Thom.

C ad ea,quæ peccādo amisit, quod fieri non potest sine habitu gratiæ iustificantis, & interiori motione Dei.ratio huius est, quia cum homo peccat, incurrit triplex detrimentum, scilicet maculam,vndè anima est deformis, & denigratur super carbones, perdens candorem, & decorem

D gratiæ;corruptionem, in quantū natura hominis deordinatur, quando voluntas non est subiecta Deo,& quia voluntas est Regina, Regina subiugata, cæteri subiecti sunt; ipsa autem se subdidit peccato, ideò manet deordinatio in homine, qui ex eo quod deberet esse subiectus Deo, subijcitur peccato, & diabolo: & incurrit reatum pænæ; per peccatum enim mortale quisquis pæna æterna dignus efficitur, quæ omnia non possunt reparari nisi per Deum, à quo solo potest

esse

esse gratia, omnia iterum ordinans, & quæ ex inimico facit amicum, absoluitq; à pœna æterna, & reparat perdita. ex quo infertur, hominē in peccato mortali existentem, iam deordinatū nullum opus bonum dignum vita æterna posse perficere, ex quo resurgat. hinc Hierem. cap. 2. *Si laueris te nitro, & multiplicaueris herbam Borith, immunda eris in conspectu meo.* & cap. 30. *Insanabilis est fractura tua, ad intelligendū curationem tuam, non est vtilitas in te.* quod exponens Barthol. Medina in cap. 2. D. Thomæ q. 109. art. 7. ait. *Quibus verbis significatur, quod per nulla beneficia naturalia possumus à peccato emundari.* nec hic sistit peccati peruersitas, sed ligat voluntatem, ita vt non possit in aliquod opus morale, perfectum, scilicet. quod comparatione finis naturalis sit verè bonum, ac veræ virtutis opus; ita vt ab operante referatur in Deū vt vltimum finem naturalem dilectum super omnia, quam doctrinam desumpsit Aluarez ex D. August. qui lib. 1. retract. c. 3. emendat se dicens. *Displicet mihi, quod Philosophos non vera pietate preditos, dixi virtutis luce fulsisse.* & licet multi Theologi contrarium sentiant, tamen do D. Thom. ratio autem est, quia liberum arbitrium per peccatum vulneratur, & debilitatur in naturalibus, hæc autem vulneratio aliquid debet operari, & quia non operatur vt liberum arbitrium non posit in opus bonū morale, operatur, vt non posit hoc bonum morale ordinare in principale bonum, etiam naturale, quod est Deus. vndè peccator absq; gratia poterit quidem dare eleemosinam propter pietatem, siuè misericordiam, quæ sunt fines minus principales, non tamē propter Deum summè dilectū, etiam ex eo quod debemus per legem naturæ, nisi adiuuetur gratia, quia sola gratia, & charitas ordinant in Deum. vndè est doctrina D. Bonauenturæ, quod nullus actus virtutis potest esse perfectus sine charitate. hinc D. Augustinus lib. 4. contra Iulianū cap. 3. *Cum virtus sit pudicitia, cui vitium contrarium est impudicitia, omnes virtutes, etiam quæ per corpus operantur in animo habitent, quomodo vera ratione pudicum corpus asseritur, quando à vero Deo ipse animus fornicatur.* & iterum D. Augustinus epist. 107. ad Vitalem. *Liberum arbitrium ad diligendum Deum primi peccati granditate perdidimus.* idest, explicat Aluarez. *Amisimus virtutem ad diligendum Deum per solam facultatem naturæ.* multa his opponi possent, ast relinquo Theologis. ista mihi sufficiunt ad Scripturæ intelligentiam. addo his, liberū arbitrium omni gratia destitutū, non posse omni tentationi resistere. *Non potest omni tentationi resistere,* inquit S. Bonauentura lib. 2 sent. q. 2. art. 2. propter instabilitatem, quam secum in animam fert peccatum, de qua sic Hierem. 3. Tren. *Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est.* & Glosa super illud, *Misericordia Domini, quia non sumus consumpti.* inquit. *Non potest homo diu stare contra insultus diaboli, nisi misericordia Domini adiuuetur.* & addit D. Bonauentura. *Vndè si contingeret, hominem resistere vni tentationi, tantum possent multiplicari, quod nisi diuinum auxilium adesset, necesse haberet homo deijci.* quod tu sic intelliges; liberum

Marginalia: Hierem. cap. 2. — Et 30. — Medina. — Per vires naturales non possumus à peccato resurgere. — S. August. — Liberum arbitrium quomodo non possit in actus morales. — D. August. — Idē Augu. — Aluarez. — D. Bonau. — Hierem. Tren. 3. — Idē Bonau.

Section letters: A, B, C, D

rum arbitrium nostrum non potest cogi ad peccandum, sed post peccatum, præcipuè tanta est ad malum inclinatio, & voluntatis pronitas, quod nisi sit aliquod, scilicet auxilium Dei sustentans, necesse haberet motu voluntatis, aliquando in malum incidere. Hæc D. Bonauentura, & alii Theologi aiunt, tantam aliquando posse esse concupiscentiam in malum, vt voluntas necessitetur ad malum; quod semper intelligo de appetitu, non de consensu. at quis non consentiet, vbi appetitus est tam vehemens? gratia Dei hic opus est. hoc totum includit nostri Hoseę breuis textus. *Ligauit*, inquit, *spiritus in alis suis*. auis veluti est homo in gratia, qui bonis operibus directè fertur in Deum, contemplatione cælum volitat, ast vbi cadit in peccatum, & in laqueos diaboli, illicò ligantur alæ intellectus, & voluntatis, quibus inhabilitate percussis, volare ad Deum non potest, nec effugere à manu diaboli, qui quò vult fert peccatorem. nec in hoc culpandus est Deus, sed peccator; gratia enim Dei semper parata est, sed homo non vult recipere. vndè dicit Diuus Bonauentura lib. 2. dist. 28. q. 2. in responsione ad quintum argumentum. *Et si quæratur vlterius, vtrum possit resistere, vel non, scilicet, tentationi. Dicendum, quod de aliqua tentatione per se non potest, si tamen consentiat, non est à culpa immunis, propter hoc, quod adiutorium gratiæ sibi præsto est; si vellet suscipere; propter hoc etiam, quia ex propria sua culpa, deuenit in illam necessitatem, & hoc est, quod dicit Augustinus, quod quia bo-*

D. Bona.

no noluit vitare peccatum, dum potuit, inflictum est ei, vt non possit, cum velit; si dicat peccator, ligatus sum, non possum euolare ad amorem Dei, cum debeo, ergò non pecco, vehemens est tentatio, victus sum, quia meum liberum arbitrium per se non potest omni tentationi, & agressui diaboli resistere, cur peccatum imputabitur? heu reus es, ò peccator, quia cum eras in gratia, poteras peccato resistere, & tamen spontè te diabolo tradidisti, quando voluisti, noluisti, inflictum est tibi non posse, cum vis. tuis te vinculis ligauit diabolus, iniquitatibus tuis circundatus es; obstant hęcmet vincula tuę saluti, ita vt liber ea libertate, qua Deus filios suos decorat, volitare non valeas. hinc est, quod à sacris Doctoribus sic textus hic explicatur. Immundus spiritus idolorum ligauit Israelem in alis suis, idest ligauit alas Israelis, vt eum liberè volare nõ sinat. Alas autem interpretantur quidam mentem, & affectum, seu intellectum, & voluntatem: intellectus ligatur infidelitate, voluntas cupiditate; quæ expositio est communior, vtpotè D. Hieronymi, qui est sacræ Scripturæ veluti anima omnia penetrans. Alii apud Figuerium exponunt de vanitate, cui peccator innititur, ex qua nihil potest colligere ad sui subsidium, & sic explicant textum. *Ligauit spiritum, seu ventum in alis suis, idest in fimbrijs suis; veluti homo, qui ligat spiritum, seu ventum in fimbria vestis suæ, & postea nihil inuenit, sic Ephraim apprehendit cultum idolorum, & vitulorum, sperans inde auxilium, & commo-*

dum, sed non solum commodum, nullum in eis inuenit, sed multa etiam incommoda, & infortunia. Hæc Figuer. Theodoretus omnia dat iustæ iræ Dei, quæ velociter, & ad auium instar volantium, rapit Ephraim in captiuitatem, aitq; *Turbo spiritus sibilabit in alis*. vt alarum commotione aerem aues eum sono quodam dissecant, hæc ita veluti alata in alienam terram arripietur, tanquam turbine iræ meæ subtrahente, illicq; commorari cogente: hæc perpetietur, ex idolorum altaribus fructus percipiens. sequitur textus, *Et confundentur à sacrificijs suis.* scilicet, inducta in pœnas ex peccato, confundentur, siuè stantes in peccato ligati confundentur, sed non emẽdabuntur; est enim confusio adducens peccatum. Hęc de textu quarti capitis Sanctissimi Hoseæ.

Figuerius

Theodor.

CATENA CONCEPTVALIS
Ex Doctoribus.

ANVLVS LXIV.

Dæmon ligatum tenet peccatorem, qui vel tunc superbus in cætera peccata ruit, terraq; affigitur, sed citiùs punitur.

Ligauit eum spiritus in alis suis.

CONcedo totum breuitati laxus, & vnum anulum, varijs Doctorum gemmulis ornabo. sit prima D. Hieronymi, qui perpendens, cur ligatus dicatur in alis Israel, ait peccatorem, vbi se diabolo subdidit, eius ita fieri captiuum, vt quò velit, non libenter sinat. audiatur ille. *Immundus spiritus ligauit Israelem in alis suis, & eum liberè volitare non patitur.* seruus diaboli, nedũ in Deo non delectabitur, sed nec ea, quæ carnaliter appetit consumabit. sic infrenatur qui à Deo desciscit, nec gulæ seruit prodigus, etsi à gula vexetur. id, quod ad demeritum scribitur, conceditur, sed vel gustus ligatur. Sed quid est, quod Israelem mox describit alatum, mox ligatum; fuit ligatus, & efferunt alę, in quibus superbiam agnoscit Rupertus. da superbum, & do in peccata ruentem. sic Rupertus. *Per alas quippè superbia, siuè mentis elatio designatur; propter quam dæmones quoq; in scripturis per volucres intelliguntur, vt illic, Et aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud; spiritus ergo vtiq; fornicationis decepit eos, ipse ligauit eum in alis suis, idest idcircò comprehendit eum, & passionibus ignominiæ subdidit; quia per superbiam se se extulit, & euanuit in cogitationibus suis.* sed ligat spiritus alas, & quò euolabit auis ligata in alis? equidem terrę affigetur, ligat igitur dæmõ peccatoris alas, quia totum dat terræ, consentit Ribera dicẽs *Quasi dicat, affigit eum terre, nec sinit cælestia contemplari.* quod si alterius sensus inquisitor, alia in versu hoc quæris lector, dicas spiritum, idest ventum Israelem in propriis alis ligasse, vt celerrimè ad captiuitatem post peccata ducat; non enim tardat; & si tardare videatur peccatoris pęna habes ex eodem Doctore sensum, dum ait, *Spiritus, idest ventus, ligauit Israelem in alis suis, idest celerrimè in omnes mundi partes deferet in captiuitatem.* formidet, vel celerrimã pœnam impius, & re-

Rupertus.

Ribera.

reuertatur à via sua, auertat, vel à pænæ monstro faciem, & currat ad Deum, cuius vbera dulciora super mel, & fauum, puerum expectant peccatorem, vt lætetur, & delitietur in æternû.

SECTIO XX.

Eleemosina leuis penna est, qua anima volat ad cælum, & gloriæ socia, vel ipsam Christi tangit Paternitatem.

Ligauit eum spiritus, &c.

GRauipes fit peccator plumbeo peccatorũ onere grauatus. sedebat, nec stare potens, pecuniarum cupiditate calcatus Mattheus. languet læthali criminum percussa sagitta anima. quiq; matutinus est ad culpam, Solis occasum non præuenit pænitens, iturus ad Christum. Vides Magdalenam Euę typum, quærit Christum, sed

Mat. 28. 1. vespere, ita Euangelista. *Vespere autem Sabbati, quę lucescit in prima Sabbati, venit Maria Magdalenę, & altera Maria videre sepulchrum.* ruminatus hæc Chrisologus, firmauit asser-

Chrisolog. tum, dicens serm. 70. *Serò mulier currit ad veniam, quę matutè currit ad culpam. vespere quęrit Christum, quę in matutinis Adam se nouerat perdidisse.* vides semper tardum peccatoris ad Iesum cursum, impedimenti causa diabolus est; qui vbi alitem animam terræ affigit, ligat, ne rursum cælica volitet, vndè noster Hoseas. *Ligauit eum spiritus in alis suis.* & *P. Franc. de Franch. in Hos.*

A dum inquiro, quibusnam alis se se ad gloriam erigat anima pænitens? audio *D.* Chrisologum serm. 8. dicentem. *Misericordia, & pietas ieiunij alę sunt, per quas tollitur, & portatur ad cęlum.* abiecerat conuiuium Israelitarum Deus, obiurgauit crapulam, vndè ieiunij flagro ingluuiem expellere correpti poterant Israelitæ; quid diabolus? ligat alas, misericordiæ scilicet, & Chrisolog.

B pietatis, ne vel ieiunans, si voluisset erigeretur in cælum. pietati namq; in pauperes, misericordię in egenos arridet gloria, & æterna benedictio. *V*eniet ad iudicium Dominus, sedebit in maiestate, congregabuntur ante eũ omnes gentes, aberit Chaos, cum peccatores à iustis diuidet, quadere, inquit Matt. cap. 25. *Separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hędis, & statuet* Mat. 25. 32.

C *oues quidem à dextris suis, hędos autem à sinistris.* non est, qui veritati non assentiatur, fateaturq; malos, hædos nominari. hi damnabuntur. vndè *V*go Cardinalis in hunc locum. *Et separabit eos, &c. merita omnium discernendo, loca varia assignando, nam hos à dextris, illos à sinistris ponet, diuersis appellationibus nominando; nam istos oues, illos hędos vocabit; illos damnando in* Vgo.

D *inferno, istos glorificando in Paradiso.* aspicio Dei manus, & gloriam, superefluentibus diuitijs, attendo plenam sinistram. *In sinistra eius*, dicitur Prouer. 3. *diuitię, & gloria.* quid est, quod illis locus gloriæ est, qui in gloria non sedebunt? nunquid, vt bona videntes, quę amictunt crucientur durius? pẽsãs isthæc fortè nõ errrabit. in mitiora nihilominus tẽdo, q. sẽ p clemẽtissimũ, & piũ Prouer. 3. 16.

agnosco Deum. ascendit in cælum in dextera sessurus Patris Christus, admirabantur eius Apostoli,& Discipuli, sed en Angeli clamant. Viri Galilei, quid admiramini aspicientes in cælū? hic Iesus, qui à vobis assumptus est in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum; & quidem iuit eleuatis manibus. sic Lucas cap. 24.

Lu. 24 50 *Eleuatis manibus benedixit eis; & factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum.* dum benedicit, ascendit, & verè eleuatis manibus benedixit. vndè sic veniet, sed cur ita? audio D. Ambrosium in psal. 43. ita de Christi manibus in cruce expansis discurrentem. *Iesus Christus expandens manus suas, totum orbē, qui erat periturus erexit, leuauit iacentes, & immemor adulterij, solum amorem curat.* & Origenes idem ruminans hom. 20. inquit. *Quodammodo enim nobis vim facit, vt pertrahat ad salutem.* huc eleuatæ manus Christi tendunt, vt vel peccatores pertrahat ad salutē, sic veniet ad iudicium, quasi voluntatem suam nudans, quę aliena à nostra damnatione, quantū in se est, non discurrit. fortè ideò collocat in sinistra, quę gloria plena est, & diuitijs; quia vel iniquos vellet saluare: non audis pastoris nomen. *Sicut,* inquit, *pastor segregat oues ab hędis.* bonus pastor est Christus, qui gregi nil nisi pascua pręparat. vides paratum Christum ad omnium salutem. sed quid est, quod in sinistra gloria collocatur, quæ tandem non effunditur in sinistra, sed pergit ad dexteram? ijs enim, qui à dextris sunt, dicetur, *Venite benedicti Patris mei, possidete paratum vobis Regnum à constitutione mundi.* quid est, quod datur, sub dextera manentibus beatitudo? Dicam. sedebit tunc Iudex Deus iustitia plena erit dextera eius, decernet secundum iura iustitia, quæ vnicuiq; ius suum tribuit, sinistri immisericordes in pauperes erunt, misericordes dextri. vt idem Matthæi refert Euangeliū, en lex, quid clamat? Prou. c. 21. *Qui pronus est ad misericordiā benedicetur,* siuè, *Gloriam percipiet,* vt alij legunt, *Quia de panibus suis dedit pauperi.* vbi Glosa Vgonis. *Benedicetur benedictione dexterę in futuro.* eleemosina pauperi tributa, gloriam in sinistra positā trahit ad dexteram. dicas igitur sodalem eleemosinæ beatitudinem, liberalemq; in pauperem cæli possessorem, & hęredem. firmat talibus D. Leo Papa ser. 4. *Cibus egeni Regni cælestis est pretium, & largitor temporalium hæres efficitur æternorum.* hæredes æternæ benedictionis, eleemosinarij sunt, erant tales in dextera positi, quapropter illis adiudicat beatitudinem Deus; hinc dicebat Christus Luc. 14. *Cum facis conuiuium, voca pauperes, & debiles, cęcos, & claudos, & beatus eris.* Datur cælestis Regni præmium pauperum alitori. Abrahæ in diei feruore accubanti in ostio, ad pauperumq; solamen anhelanti, apparuit Trinitas sanctissima, vt notatur Gen. cap. 18. *Apparuit ei Dominus in conualle Mābre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei, cumq; eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes propè eum.* tres vidit Abrahā, & vnum adorauit, quia Trinitatē in his viris intellexit in vnitatē naturæ, ita Vgo Cardinalis. *Deitatem in vnitate adorabat.* hospitalitati assiduus erat Abraham, & mi-

Margin notes: D. Ambr. — Origen. — Deus vel iniquos vult saluare. — Matt. 25. 32. — Prou. 21. 9 (?) — Glos. Vgo. — S. Leo Papa. — Lu. 14 13 — Gen c. 18. 1. — Vgo Card.

& misericordiæ operibus mentem configuauerat, cum hac visione dignatur, firmat D.Ambr. dicens. *In ipso feruore diei, qua hora maxime viatores se intra aliqua tecta recipere desiderant; & stans foras, quasi speculabatur*. fatigat mentem virilis forma, in qua Trinitas apparet, nunquid homo Pater, aut Spiritus sanctus vnquam? negat Fides, quæ à Filio tantum assumptam credit, & fatetur humanitatem. quid est, quod vbi hospitalitas pompam effert, ibi vel Pater, vel Spiritus sāctus homo apparet? dicā quod sentio, mores Dei scrutatus, sit omnia Deus in omnibus, & in exteriori effigie, qualis quisque sit, sæpius repræsentat. diximus alibi cum D.Augustino, qui dormientem Christum in naui contemplans, inquit, ideò dormisse, quia in Fide Apostoli dormiebant, & peregrinantibus à resurrectionis Christi spe discipulis euntibus Emmaus peregrini speciem obtulit. luctator luctatori Iacob adiungitur, & talem cuiq; se se exhibet, qualis ipse est. hoc habeo ex Theologia, Deum, scilicet, vbi assumpsit hominem, illicò hominem glòria perfusum, non est Deus homo, quin gloriosus sit homo. Beata est humanitas à Deo assumpta. quod si misericordioso in pauperes Abrahamo, dum misericordię assidet operibus, tota Trinitas in humana apparet specie, & Deus se talem exhibet, qualis est, cui apparet, nec vsquā Deus homo, sine hominis assumpti beatitudine; concludendū est talē esse altitudinem misericordiæ vt vel beatitudinem attingat misericors 1 firmo ex quadam Glosa in illud Matth.cap.5. *Beati misericordes*, vbi sic. *Semper dare beatius est quam accipere, da pauperi propter Deum, & tenes beatitudinem*. quid clarius? tenet beatitudinem misericors in pauperes, quia saltem in spe beatus est. & Vgo Cardinalis. *Pro luto temporali, quod dat, recipit æternas diuitias*. recipit Deum, & cur aberit à Deum tenente beatitudo? sola q; tenet ipsum domus panis pauperi parata. nascitur in Bethelem Christus, Ciuitas hęc domus panis interpretatur, quia vbi ad reficiēdos pauperes paratur panis, ibi salus æterna Iesus nascitur. accessit præcitatus Cardinalis in cap. 2. Mat. dicens. *In Bethelem Iuda nascitur, idest in domo panis, esto igitur domus panis, vt in te nascatur Christus*. habebis Christū, beatus eris, quicumquè pauperibus viscera pandes misericordiæ.

Inextimabilem, qua implebūtur iusti gloriam nuntians seruis electis Christus in isthæc descēdit Luc. 12. *Beati serui illi, quos cū venerit Dominus, inuenerit vigilantes. Amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis*. nuptiarum apparatus gloria est, sedebunt conuiuantes beati, ministrabitq; illis Deus, quadere ait D.Thom. opusc. de beatitud. *Erit Deus quasi seruus emptitios singulorum*. seruiamus Deo, ò quàm altam retributionem expectat seruitus ista, Deum habebit seruum in æternum; seruus enim veluti emptius erit, seruus, qui seruabit, qui videns omnia sua in nos translata, quasi nostri indigens seruiet. ò animarum felicitas, quæ Dei exprimitur seruitute, cū noster seruus fiet Deus, tunc beatitudo micabit. Adeo nunc

Marginalia: D.Ambr. — Mat. c.5. 7. — A — B — C — D — Vgo. — Eleemosinarius beatus. — Matt c.2. — Luc. c. 12. 37. — D. Thom. — Christus noster seruus in beatitudine.

nunc pium in pauperem, de quo sic Salomon Prou. 19. *Fœneratur Domino, qui miseretur pauperi.* rationem reddit Vgo in hunc locum dicens. *Domino fœneratur, non pauperi tantum, quia quidquid fit pauperi propter Deum, fit ipsi Domino, sicut ipse dicit, quamdiu fecistis vni ex fratribus meis minimis, mihi fecistis.* transeo ad aliud Salomonis Prouerbium, inquit Prouer. cap. 22. *Qui accipit mutuũ seruus est fœnerantis.* induco, si fœneratur Domino, qui pauperi dat, fœnerantisq; seruus est ille, cui fœneratur quis, ergo Deus seruus fit misericordis in pauperes? hęc eadem induxit Vgo Cardinalis in Mat. cap. 5. dicens. *Misericordia Deum debitorem, imò seruum facit omnium miserentium. fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. Prouer. 19 sed qui recipit mutuum, seruus est fœnerantis, ergo Deus seruus est omnium miserentium, cum ipse mutuum accipiat,* at tunc seruus, cum beatitudinem ministrat, beatitudinem igitur ministrat Deus eroganti in pauperes eleemosinam. hinc exclamat D. Augustinus apud Vgonẽ Cardinalem. *Da pauperi tectum, & ministrabit tibi Deus cœlum.* commutatio est, & communicatio Regni cœlestis, cum temporalibus, vbi manus pauperis accipit. obseruo Paulum Apostolum Corinthios ad eleemosinã exhortantem, & altissima, profundaq; inserere. audiatur. *Notã autem facimus vobis fratres gratiã Dei, quæ data est in Ecclesijs Macedoniæ, quod in multo experimento tribulationis, abundantia gaudij ipsorum fuit; & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum; quia secũdum virtutem testimonium illis reddo, &*

Prou. 19. 17

Vgo.

Prou. 22. 7

Mat. c. 5.

Deus est seruus eleemosinam dantis.

Eleemosina datur cœlum.

D. Augu.

2 Cor. 8. 1.

A *supra virtutem voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam, & communicationẽ ministerij, quod fit in Sanctos* essert liberalitatem Macedonum in pauperes Apostolus, gratiaq; Dei affirmat cumulatos, gratia Dei essert triumphum, vbi porrigit voluntas hominis bona pauperibus: timeat; ne ab hac absit gratia, qui tenax est, illiberalisq; in inopẽ. quadere inquit Theophilatus in hunc locum. *Aduerte*

B *autem, quemadmodum Dei gratiã dicat, mentem aliquam clementiorem, & piam, ac si dicat gratia cumulatam.* sequor Paulum Macedones laudantem, vt ni alliciam, confundam huius ætatis Christianos, *Quod in multo experimento tribulationis, abundantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis.* vndequaq; afflicti, tri-

C bulati, angustiatiq; erant Macedones, eorum bona vastationi concessa erant, in altissimo paupertatis gradu consederant; sed nunquid Christi pauperes, vel ab ipsorum paupertate, non abundabant? absit. Macedonum paupertas nil diuitiarum subtrahebat pauperib⁹ Christianis. ò opus

D supra virtutem, hoc tangit charitas. adest Theophilatus citatus. *Plurimum afflictati, & adeò, vt probi sint tolerando effecti, nil tamẽ animo conciderunt, sed lętitia potiùs afficiuntur. Nec simplici quadam, et exili, sed abundanti, & profusa, & quemadmodum pressurę magnitudo, in gaudium se effudit, sic ingens illorum, & profunda inopia non solum nulli fuit ad eleemosinam erogandam impedimento, sed potiùs affluere opibus fecit.* & inferius. *Hi namquè quod sanè debet pro miro uideri, cum ęre alieno adeo essent* op-

Theoph.

Theoph. cit.

oppressum eorum, vel tenues facultates à creditoribus diriperentur, nil tamen intermittebant, se se in pauperes liberales praestare. abunde tis ò Macedones gratia, & gloria, qui supra vires in pauperes liberales fuistis; vtinam charitatis vestrae ardori ferreum cor huius seculi Christianorum emolliret; grauantur, non nego, sed tolerabile portant, & intolerabile existimant Christi pauperes, qui vt
B sequerentur Dominum, omnia dederunt, alere: experior dum hęc scribo, audioq; subtractam pauperibus eleemosinam, non hos, sed illos doleo, qui à gratia Dei, quā Paulus asseuerat, alieni sunt, pauperes .n. Patrem habēt Deum, qui magnam turbam pau cioribus saturat panibus. sequitur Apostolus, duplicibusq; nominibus signat eleemosinā, gratia videlicet & communicatione
C dicens. *Gratiam, & communicationem ministerij, quod fit in Sanctos.* peto, cur eleemosina gratia appellatur? nunquid homo gratiā dabit? absit: Deus .n. solus gratiam dat, & gloriā. An fortè eleemosinarij dignitatem his verbis voluit demonstrare Paulus, quae ea est, vt vel Deo similis efficiatur in pauperes misericors? non insolens hiperbole est, si enim solus Deus gratiam dat, & misericors in inopes, dum eleemosi-
D nam dat, dat gratiam; hoc enim nomine, donum hoc vocat Apostolus; quasi alter Deus misericors in pauperes est. firmo hoc vel ex gentili Tullio orat. pro Ligar. vbi sic ait. *Homines ad Deos nulla re propriùs accedunt, quàm hominibus dando.* & Mercurius Trimegistus. *Cognata diuinae naturae est misericordiae virtus.* sed aliud aperio in hoc gratiae nomi-

Eleemosinarius Deo similis.

Tullius.

Mercur. Trimeg.

ne mysterium ab ipsomet Apostolo instructus cap. 10. in epist. ad Corinth. vbi de eleemosinis loquens ait. *Hoc autem dico vobis, qui parcè seminat, parcè & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet.* explicat dictum Theophilatus inquiens. *Ad alterum caput pertransit, videlicet, quemadmodum ad liberalitatem sit largiendum, inquitq; vel id ipse adiecerim ad ea, quae dixeram, quoniam nihil sit parcè dādum, & semen nuncupauit rem ipsam.* semē eleemosina est, & hoc semē nil, nisi gratia. hęc est Theologorum vox, gratia semen est gloriae, concludas igitur, dantem eleemosinam, & seminare gratiam, & affluenter messurum gloriam; non enim sine glorię abundanti messe erit misericors. quò spectat Episcopus Bulgarēsis in hunc locum, dicens. *Et semen nuncupauit rem ipsam, vt sta tim ad compensandam mercedem, hoc est, gloriam, attendas, perdiscasq; plura te accepturum, quàm dederis.* Transeo ad aliud eleemosinae agnomē, scilicet, Cōmunicationē, *quę ibi intercedit, vbi bona inuicem communicantur.* talis est Theophilati in epist. ad Rom. cap. 15. mens, dum ait. *Ibi; autem Paulus eleemosinam communicationem appellat, vtpotè, quę in communem cedat vtilitatem, tam praebentis videlicet, quàm accipientis.* sed quid est, quod manus pauperis communicarę potest? nonne vacua est, & si plena, non nisi grunnis? quid communicabit? vado ad illum, qui cum esset diues, pauper, egenusq; pro nobis factus est. aspicio manus, & tornatiles aureas, plenasq; iacinthis intueor; tales etiam aspexit sponsa cum dixit. *Manus eius tornatiles aureę*

Theophil.

Eleemosina quasi gloriae semen.

Epis. Bulg.

Idē Theophil.

Cā. 5. 14

plenę hiacinthis. tornatilis est, vt paupertatẽ designet; tornatilibus namq; globulis pauperes, & omnibus orbatos, seruos demõstrabãt antiquitus; sed quid est, ꝙ iacinthi fulgent, vbi paupertas grassatur? ò, glorię, teste D. Greg. figura sunt hiacinthi, vtq; oculo fidei in manibus pauperis, cæli thesaurũ, & gloriã aspicias, fecit hoc Deus. firmo ex Chrisol. ser. 8. dicẽte. *Thesaurus cæli est manus pauperis, quod suscipit, ne in terra* B *pereat, reponit in cęlo.* habet in manibus cœlũ pauper; ꝙ si eleemosina communicatio dicitur, eo ꝙ vtriusq; bona cõmunicãtur. concludendũ cẽseo, misericordẽ, vbi tribuit pauperi eleemosinã, à paupere accipere cęlũ. vndè *D.* Aug. *Da pauperi, vt accipias, da tectũ, vt accipias cælum.* Cælica volitauit Aquila Euãgelistica, dedit vocẽ suam, clamauit cælestis ciuitatis bonũ, dixitq; Apoc. 21. *Ipsa verò* C *ciuitas aurũ mũdũ, simile vitro mũdo.* nil coninquinatum suscipit ęterna beatitudo; vndè sẽpiternã seruat munditiam. ò, cui dabitur ciuitas hæc? quis ea dignus erit? vtinam *D*omine mi Iesu Christe cor mundum creares in me, vt simile simili sociaretur. dicas mi bone *I*esu, quis in hanc ciuitatẽ leuabitur? audio loquentem in Euangelio Luc. 11. D*ate,* inquit D *eleemosinam, & omnia munda sunt vobis.* misericordi in pauperes, omnia mũda dãtur, hoc est cęlũ, vbi omnia mũda, ergò beatitudo dantiũ eleemosinã, est, hi in cælũ leuabũtur. accinit D. Chrisost. in cat. dicẽs. *Nos si vacauerimus egenorũ auxilijs, de facili contemnemus pręsentia, & in cęlũ leuabimur.* inhabitat Paradisi delitias anima misericors. *A*udio sic consulentẽ Salomonem. *Quando sederis, vt*

Chrisolog.

Eleemosina dicitur communicatio, & quare.

D. August.

Apoc. 21. 18.

Luc. 11. 41.

Chrisost.

Eleemosinariis datur cælũ.

Prou. 23. 2

A *comedas cum Principe, diligenter attende, quę apposita sunt ante faciem tuam, & statue cultrum in gutture tuo.* desperãtis bona, fatuitas hęc videtur; non est nostrum, quod viuimus; vndè vitam proijcere donorum *D*ei abiectio est. absit hoc à cordibus fidelium, vt velint se occidere, iugularent enim cum corpore animam: vt quid ergò Salomon cultrum gutturi destinat ad iugulum? absit, inquit *D*idacus Baeza, iuguli consilium, diuidit cibum culter, hũc gutturi pręfigit, vt non totus deglutiatur pastus, sed diuidatur cum pauperibus. Lubẽs eximio Expositori acquiesco. sed nunquid in gutture diuiditur panis erogandus in pauperes? nonne insolens hæc diuisio in gutture est? vt quid igitur Salomon, vbi panis in pauperẽ diuiditur, statuit in gutture cultrum, & ait. C *Statue cultrum in gutture tuo?* in huius intelligentiam, suppono eleemosinam pauperibus datam illicò ascendere in cælum, ibiq; vt thesaurum largientis asseruari; vndè Christus eleemosinam suadens, dicebat. *Thesaurizate vobis thesauros in cęlo.* & D. Laurentius tyrannum exprobrans, aiebat. *Nam thesauros Ecclesię, quos requiris, in cęlestes thesauros manus pauperum deportauerunt.* D certum autem est, ex ipsa Christi voce, ibi cor alicuius esse, vbi est thesaurus eius, existentibus igitur eleemosinis, vti thesauris largientium in cælis, ibi erit & eorum cor, vndè non amplius terrenæ, sed cælestes adiudicandæ sunt animę benefacientium pauperib⁹ annuit Orig. hom. in Gen. dicens. *Sed illi, quorũ thesaurus in cęlo est, cęlestes dici possunt, & sedes Dei, quoniã ibi est cor tuũ, vbi*

Did. Baeza.

Matt. 6. 20

D. Laurent. Martyr.

Origenes.

est thesaurus eorũ, & non solum requiescit super eos Deus, sed inhabitat in eis. ast dices, quid hoc cum cultro in gutture? accedit Hidelber. in Bib. PP. dicẽs. *Culter hic flammeus, & charitate ardens est.* & dũ audio cultrũ flãmeũ, aliũ attẽdo, qui in Paradisi ianua fuit appositus, certè quisquis Scripturas cõtẽplatur, vbi flammeũ videt gladiũ, introspicit Paradisi delitias, ꝙ si in gutture ꝑbẽtis eleemosinã, flammeus inspicitur gladius, censendũ est intus, animã eius esse, ac gustare Paradisum, & nec dũ in termino, gustare primitias gloriȩ cȩlestis. Audiatur Isidorus Pelusiota discurrẽs de eleemosina epist. 197. *Etenim, cũ huius vitȩ laudibus, beneficij quaq; dati merces vna extinguitur. An autẽ quispiam futurã mercedẽ quarit, ille, & nunc primitias accipit, & illic amplũ, & copiosũ prȩmiũ refert.* ac si dicat, non donas hominibus, homines intuens, sed in pauperib⁹ aspice Christũ pauperẽ, eius amore da, & etiã nunc gloriȩ primitias gustabis. Hinc S. Saluianus libr. 4. contra auaritiam ait. *Si vis tibi esse consultum, si vis vitam ȩternam habere, si cupis videre dies bonos, derelinque substantiam tuam indigentibus Sanctis, relinque claudis, relinque cȩcis, relinque languentibus, sint facultates tuȩ alimenta miserorũ, sit opulentia tua pauperũ vita, & illorũ refrigeria prȩmia tua sint, vt illorum refectio te reficiat.* ȩpulaberis in cȩlo micas dãs pauperi, in delitijs eris Dei, si pauperũ leuabis gemitus. attende, & obstupesce, hiperbole est, sed hauriamus mel è petra, oleumq; è saxo durissimo, video in Adami Paradiso, qui cælestis Paradisi figura erat serpẽtẽ diabolum. ò si fuit à Paradiso eiectus, si cecidit

Anima eleemosinarii Paradisus, vel in Paradiso.

Isidor. Pelusiota.

S. Saluiã.

A semper torquẽdus, quid est, ꝙ in vmbrula Paradisi cõspicitur? docet cibũ, malignum est quidquid dæmon operatur, ast vel ita operans, dũ ꝓstat cibũ, videtur in Paradiso. quasi hoc doceamur, ꝙ vel diabolus, dum dat, nõ abit à Paradiso. fateor hæc insolentia esse. dixi tamẽ, vt ad eleemosinã ꝓ̃ptiores peccatores reddã; vt hac sua redimãt peccata, & cælestib⁹ destinẽtur. da pauperi eleemosinã, vt Deus tibi det Regnũ; B ille. n. vel Regno gloriȩ eleemosinã existimare videtur magis. accedit pauper, petit eleemosinã, & in eo Christus est, vndè dicebat Dauid, *Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem.* vndè quæso beatus? quia in paupere Christus est, qui totũ hominẽ beatificabit. hoc attendit D. Chrisol. ser. 111. dicens. *Quȩ est intelligentia, vbi est professa paupertas? vis est intelligẽtiȩ, si rimetur viscera, si deprȩhndat C occulta, si tecta nudet. Oremus fratres vt ipse nobis intelligenda intelligere concedat, qui se intelligi in paupere sic demõstrat, quod se Deus amore pauperis, sic deportat, vt nõ adsit pauperi, sed ipse sit pauper.* modo pauper Christus est, & quid ait? attẽdite, esurio, dicet iã in iudicio. *Esuriui, & dedistis mihi mãducare.* magnũ sacramẽtũ. est totus gloria circumfusus, & tanta, D quantã habere põt humanitas vnita Verbo, gloria dico, q̃ totũ satiat appetitũ, vndè aiebat Dauid. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* & nostras esurit eleemosinas, sitit dona. mirum super omne mirandum. quid est hoc? accurro D. Bernardum rimatur ista dicta de Christo ab Isaia, vbi dixit. *Sciens reprobare malum, & eligere bonum.* & inquit ser. 3. de natali Domini. *Hyeme natus est,*

Vel dæmõ in Paradiso videtur dum dat cibum.

Chrisolog.

Matt. 25.

Psal. 16. 15.

Isai. 7. 15.

nocte natus est. nunquid credimus casu factum, vt in tanta aeris inclementia, & in tenebris nasceretur, cuius est hyems, & æstas, dies, & nox? & inferius. *Nasciturus itaq;* Dei *Filius, cuius in arbitrio erat, quodcumq; vellet eligere tempus, elegit quod molestius est, &c. fratres ipse est promissus olim per Isaiam paruulus, sciens reprobare malum, & eligere bonum, malum ergò voluptas corporis, bonum verò afflictio est.* bonum elegit semper Christus, et si vtraq; bona, ad meliora semper tēdit. vide, nunc in gloria est, & nunc in paupere sitit, esurit eleemosinam, velut extorquēs; quasi vel cælo, gloriaq; melior eleemosina sit. esto tu cęlo contentus, quod eleemosina faciet tuum, Patris sunt acquisita à filijs, Christus gloriam suis acquisiuit meritis; sed nunquid æterno Patri? absit ille enim naturaliter est beatus. cui igitur? quis Christi Pater? audiatur Origenes, expetit hic Dominica infra oct. nat. hom. in c. 2. Luc. cur Ioseph, qui neutiquam Christi Pater fuit, hoc eminētissimo vocabulo insignitus fuerit? incommunicabilis est diuina Paternitas, vt quid igitur tanto insignitur honore Ioseph, q. pleno ore, vel à Beatissima Virgine Christi Pater nominatur? *Pater tuus, & ego quærebamus te.* erro, ni hoc parturierit eleemosina, hęc Christi paternitatē fœtat, ita Origen. *Quę igitur causa fuit, vt qui Pater nō fuit, Pater esse mereretur? qui simplici expositione contentus est, dicet. Honorificauit eū Spiritus sāctus Patris vocabulo, quia nutrierat Saluatorē.* venit in regionē nostrā pau-

Eleemosina quasi quid cælo melior.

Origen.

Luc 2. 48.

Eleemosinarius Christi Pater.

A per, & indigenus Filius Dei, nutriuit illū Ioseph, & hoc nutrimēto Patris Christi honore ditatus est. nutri Christū ī paupere, sicsq; Christi Pater, tuaq; erunt acquisita à Filio Christo, gratiā acquisiuit, tua erit, & eleemosinis à peccato mundaberis; gloriā adeptus est, tu possidebis. ò exclamat Chrisolog. ser. 41. *Deus Regnū suū fragmēto panis vendit, quis excusa-*

B *re poterit nō ementē, quē tāta vilitas venditionis accusat?* cibentur pauperes, alantur orfani, vestiantur nudi, solaminibus leuentur afflicti, sint parata hospitia indigētibus; his nāq; operibus cæli fores aperiūtur, hæc si nō pulsauerint, cęli porta nō patefiet. audiamus D. Chrisost. hom. 8. ad Colos. *Nō pro dolore pauperū hęc dico, sed pro vestra salute; peribunt enim, peribūt*

C *qui Christū non aluerunt.* Eia Dñe, si cibus tuus sū ego ipse, do libēter, accipe, degluti, trāsfer in viscera tua, decoque, muta in te, vt sic mutatus, tecū cogitē, tecū loquar, tecū operer. si cibus tuus est pænitentia mea, eia Dñe, fere in carne mea pænitentiæ semen, vt reddat centuplū, & accipias, ampliusq; nō famescas. Christe mi, Iesu dulcissime, pauper pro me

D effectus es, & ipse ℘ te. ast vterq; diuitias non amittimus, diuitiæ meæ, ego ipse sū, reliqui mea, nō me. agnosco nefas, profūdo in te diuitias meas, suscipe mentē, accipe intellectū, posside volūtatē, sit tota anima, corpus totū, tuū, nec alterius. Tu diues adhuc es, in misericordia; effūde sēp liberalis ī me tuę misericordiæ eleemosinā, vt hac fames peccatorū tollatur, & viuā in ęternū. Amen.

Chrisolog.

D. Chrys.

Finis Capitis Quarti Hoseæ.

Me ipsum, & omnia mea pedibus S.R.E. submitto, & subijcio.

IN-



INDEX LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE.



Ex Libro Genesis.

Ex Libro Prouerbiorum.

Ex Libro Ecclesiastes.

7.27.

Ex Canticis Canticorum.

Ex Libro Sapientiæ.

Ex Libro Ecclesiastici.

10.13.

Ex Ioanne.

Ex Actibus Apostolorum.

Finis Indicis locorum sacrę Scripturę.

INDEX
RERVM NOTABILIVM
QVÆ IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Primus Numerus paginam, secundus columnam, littera locum designat.



Cor-

Peccatum.

Præ-

S.

Finis Indicis rerum Notabilium.

5. 1.33.*non non.*	non.
8. 1.21.*coarctar.*	coarctat.
16. 1.12.*puluis et.*	puluis es, &
17. 2.28.*ia cap.*	in cap.
ibid. 2.46.*cōmexationē.*	commessationem.
20. 1.47.*affectu.*	affectu.
21. 1.38.*cubas.*	cubes.
ibid. 41.*iter.*	inter.
ibid. 2.12 *ob.*	ab.
72. 2.48.*ferāt.*	feruos.
151.1 19.*sanguis.*	sanguinem.
163.1.22.*redix.*	radix.
ibid. 22.*dominum.*	domini.
170.1.10.*itenera.*	itinera.
183.2.15.*clamates.*	clamantes.
207.1.4 *Lā Deo.*	ad Deum.
211. 1.45.*parit.*	paret.
213.2.16.*fagis.*	faccis.
222.2.14.*inceditur.*	incenditur.
334.2.14.*pubit.*	putabit.
337.1. 1.*otium.*	pium.
357.1. 4.*bunum.*	humum.
365.1.30.*aqualitatum*	æqualitatem.
368.1.30 *rabait.*	rapuit.
377.2.48 *ingloritus.*	ingloriosius.
381.2.32.*volutatem.*	voluntatem.
404.2.38.*fugat.*	fugat.
411.1.44 *suum.*	suam.
417.1.37.*coniecturam.*	coniecturam.
418.1.47 *separarentat.*	separarentur.
419.2.11.*Dinus.*	Diuus.
420.1.31.*fatet.*	fœtet.
ibid. 2 25.*libitum.*	libidinem.
421.1. 8.*fanē.*	fanæ.
426.1.26.*quottdio.*	quotidiè.
ibid. 2.48.*animas.*	animal.
247.2.23.*obrebat.*	obrepat.
429.2.21.*ille.*	illæ.
ibid. 2.31.*genere.*	gemere.
431.1.44.*qui.*	quos.
ibid. *custodiens.*	custodientes.
433.1.15.*abyssum.*	abyssus.
434.1. 27.*continnò.*	continuò.
435.2.27.*reuertur.*	reuertar.
ibid. 2.43.*dixi.*	dixit.
437.2.41.*sponsam suam*	sponsum suum.
ibid. 47.*sesequitur.*	sequitur.
438.2.32.*illuminas.*	illuminans.
441.2.23.*lingnis.*	linguis.
442.1.26.*extinquendus*	extinguendus.
ibid. 1.46.*liciemio.*	licinio.
443.2.41.*illas.*	illa.
444.1.19.*consurgere.*	consurgere.
ibid. 2.44.*est.*	sed.
448.2.15.*faciam.*	faciem.
449.1.26.*docōculcemus*	conculcemus.
431.2.26.*concusfcentias*	concupiscentias.
452.1.44.*malè.*	vale.
454.1.37.*sera.*	feræ.
455.1. 5.*luparaeia.*	lupanaria.
ibid. 30.*cer.*	cor.
458.2.28.*io eo.*	in eo.
463.1.36.*erat.*	erant.
ibid. 1.*iuxerit.*	iusserit.
ibid.2.23.*libinem*	libidinem.
464.1. 4.*configatq;*	consignatq;
464.1.16 *eodem dem.*	eodem.
466.2.10.*ingrediatur.*	ingrediatur.
467 2. 5.*conuiuiat.*	conuiuas.
ibid 2.18.*buminum.*	hominum.
ibid. 2.27.*mirarculo.*	miraculo.
471.1.18.*exiccatatam.*	exiccatam.
473.1. 3.*affirmat.*	affirmat.
475.1.40 *compesaaat.*	compensabat.
479 2.38 *esse.*	est.
484.1. 2.*obscurius.*	obscuris.
ibid. 1. 3.*frus.*	fors.
488.1.27.*funt.*	sunt.
489.1.35.*peccati.*	peccatis.
ibid. 2.37.*negationes.*	negotiationes.
493.1.43.*exanies.*	exinaniet.
494.2.21.*satrates.*	Socrates.
499.1. 3.*tia.*	ita.
ibid.1.15.*pratisq;*	portisq;
503.2.47.*inuenctus.*	inuentas.
505.2. 3.*erat.*	erant.
508.2.41.*volaptosa.*	voluptuosa.
509.2.33.*diaolum.*	diabolum.
511.1.17.*terrem.*	terram.
512.1.32.*contemnit.*	contendit.
ibid.2.47.*prosterneberis*	prosternebaris.
513.2. 2.*adulatores.*	adulatores.
ibid. 2.14.*expositioribus*	expositoribus.
523.1.22.*ire.*	iræ.
ibid.1.33.*die.*	dic.

525. 1. 6. *vededit.*	recedit.
ibid. 43. *afficiunt.*	affic[illegible]ntur.
526. 2. 40. *reucor..*	rei[illegible]cor.
ibid. 2. 42. *tandem.*	tandem.
527. 1. 8. *fers.*	fert.
ibid. 2. 37. *incensm.*	incenſum.
528. 1. 3. *supur.*	ſuper.
ibid. 1. 28. *digerit.*	digerunt.
ibid. 34. *vbris.*	vmbris.
531. 1. 7 *volit.*	voluit.
ibid. 35. *beneficy.*	beneficiis.
ibid. 2. 9. *in.*	in.
333. 2. 30 *fontibus.*	frontibus.
534. 1. 14. *significabant.*	ſignificabat.
537. 2. 26. *erigret.*	erigeret.
544. 2. 6. *Angeli bellè.*	Angeli Belli.
ibid. 1. 22. *languinem.*	ſanguinem.
532. 2. 33. *meus.*	meum.
553. 2. 38. *aliunq;*	aliudq;
554. *abac.* 552.	154.
ibid. 2. 47. *nos.*	nobis.
555. 1. 36. *eum.*	cum.
556. 1. 43. *inimimicis.*	inimicis.
ibid. 2. 12. *impiedire.*	impedire.
557. 2. 2. *alio.*	aliò.
558. 2. 42. *cecidit.*	cecidit.
559. 2. 41. *cerator.*	creator.
564. 1. 28. *credelitati.*	crudelitati.
ibid. 2. 4. *foemissima.*	formoſisſima.
ibid. 2. 21. *truncanit.*	truncauit.
565. 1. 19. *ascibuntur.*	aſcribuntur.
ibid. 28. *conſiſtunt.*	conſiſtant.
ibid. 32. *Poganorum.*	Pagamorum.
ibid. 34. *falsi.*	falſi.
566. 2. 5. *vinere.*	viuere.
568. 1. 47. *lopideis.*	lapideis.
572. 1. 2. *aucupatiatur*	aucupatur.
573. 2. 26. *alÿ.*	aliis.
577. 2. 37. *innitur.*	innititur.
583. 1. 30. *feritur.*	feriuntur.
589. 1. 9 *et.*	ex.
593. 2. 21. *pelagus.*	pelagum.
595 1. 28. *inſpectu.*	reſpectu.
609. 2. 2. *hinc.*	huic.
613. 2. 48. *texus.*	textus.
622. 1. 6. *parificet.*	purificet.



